



D. Aug.

Hoy una que por amicu: nro Jui
Sobstante luisiente: quales oys eny Eny
Pleasantate diligor per eny libertati dñebr.

D. Aug.

Per qnd vñq y nro loz uombie, Corrup
cañfes, si nro fundebit, corrup palmy: erat
amicu: Corrige, luy ruygante dñebr. x

Tire a feso la luda du nain.
Clim fel. Et conmre soy fieret. x
D' lader arçana alio nra. x labiu, qm luna
I usgo mifte de te qmbi undini q uat mifte poter
ron pelerini.





OMNIA
ANDREÆ ALCI-
ATI V. C. EMBLE-
MATA

Cum Commentariis,
quibus emblematum
detecta origine, dubia
omnia, et obscura illus-
trantur.


Adiectæ
Novæ appendicē nusquam
autēa edita.

Per Claudiū Minoem
Turiscōn.
PARASITIS.

In Officina Iean: Richerii
sumptibus

Francisci
Gueffier in via d;
Ioannis lateranensis
e regione Collati
Cameracensis.
1602.

Cum Privi: Regis





VIRO PATRICIO, AC
NOBILI, LODOICO SEGVI-
RIO, IN SVPREMA GALLIARVM CV-
RIA Senatori Regio, & Ecclesiæ Pa-
risiensis Decano lectissimo.



AGINA iudicium do-
cti subitura veretur
Iudicis: ut Clario mis-
sa, legenda Deo.

Quid enim ijs non ausim
verbis affari te, vir lauda-
tiss. qui te vnum ex multis adgrediar, nec tam
impetu, quam consilio tui nominis vsus au-
spicijs: quod reuera non tibi, qui meo præ-
conio non egeas, sed mihi putavi adoptan-
dum, vt libelli mei, quem tibi nunc exhibeo,
oportunum quererem patrocinium. Fretus
ergo tui candore, qui certe magnus est, & cu-
ius ego specimen, alijque multi me meliores,
non raro experti sumus, dicam liberè quod
sentio. Meus iste qualiscunque liber pridem
per hominum manus abiit, nec modò nostra-
ā ij

EPISTOLA.

tium , sed etiam exterorum , at quem pene
abiecturus eram , sanéque repudiaturus , quia
mihi adolescenti excidisset , quo tempore A-
cademiæ Parisiensis nouus hospes esse incœ-
pissim. Is tamen nescio quomodo , sese mihi
subinde offert , Et quasi tacita prece rogat , ne
omnino desertus , & abiectus , ut erro , & va-
gus aliquis , cogatur exulare . Quatuor anni
pene lapsi sunt , quibus me cœpit anceps ac
dubia cogitādi ratio , sed ne amplius isti meo
fœtui moueatur status controuersia , videsis ,
(æquissime & ornatiss Senator) an me ~~et~~ ^{et} no
~~πεπον~~ gessem , qui te vnum ex omnibus ad
extremum , aduocarim , cui meos in Alciati
Emblemata commentarios , credam ac com-
mittam ; Nec in præsens modò tempus , sed in
posterum , si victurus iste genium possit habe-
re liber : non spero tamen illi accessionem
aliquam gratiæ , vel commendationis fore
promptiorem , quam ex opinione ac fama
tui , vt ipsi perinde cōtingat ac floribus & fru-
gibus , quæ nisi Solis radijs , & stillanti rore
vegetantur , alioqui marcescunt , nisi his re-
craentur necessarijs adiumentis . Iamdiu me
afficiebat tui splendor nominis ac generis ,
patris tui , amplissimi viri illibata gloria , tuus
senatorius decor , qui te tot iam annos tuis
ciuibus & alijs commendat : permagnus in

EPISTOLA.

ecclesia Parisiensi gradus, qui tibi famam
constantem pepererit, fratrum tuorum, gra-
uiissimorum hominum, & de nostra republica
quam optimè meritorum, egregia fides, sum-
ma concordia, & quod instar omnium ha-
beo, sincerus, iustitiae cultus: quæ ut magna
sint omnia, id vnum perraræ laudis est quod
tu, cuique illi, naeti sine inuidia honorem si-
tis, & amicos pares. Et hinc ignosce mihi (vir
Consultiss.) si quod æmulari non possum, sal-
tem proposito & affectu meaque oratione
verè, & ex animo celebrem. Nec verò existi-
mo quemquam fore, cui vel probitas, vel do-
ctrinæ gloria, vel pietas cordi est, qui in hoc
consilio meo, vel iudicium, vel rationem de-
sideret. Quanta enim virtus tua, norunt ciues
nostrí utriusque militiæ pene innumerabiles,
Itemque amici plurimi, & Clientes, & hospi-
tes. Ex ijs adeo multis si vel ultimo loco cen-
seri possum, annuente ita propitio numine,
tamen in minimis nunquā me patiar æstima-
ri, Viue felix. Lutetia. ad X. Kalend. Sept.

LECTORI.

NON est quod te cœlem, amice lector, stomachi mei fastidium, qui meos in Alciati Emblemata commētarios, roties excussois typis Antuerpiæ primūm per Plantinum, deinde Lutetiæ non semel, ac Lugduni iam dudum pro derelicto cogitabā, quia in ijs nihil præter adolescentiæ meæ priores impetus agnoscere, & quos improbare facilius quam emendare. Nec enim mihi eadem est ætas, neque mens, ut id quicquid est opellæ, facile permitturus essem alijs, quibus hoc studij genus arrideat. Siquidē me vis quædam in aior abripit, publica professione iuris vtriusque reuocatus, & quam Spartam sum nactus, putauit ornandā potius, pro ingenij modulo, quam tamdiu Sirenum abduci cantibus, & apud ipsarum consenescere scopulos. Quia tamen labor iste meus à Philologis, & eruditis sanè multis hominibus, cum applausu aliquo exceptus est, ego fœtum quanquam vix dum satis matrum, interdum excepī. Fouique sinu, & ad eum augendum. locupletandū mque, aliquid de meis téporibus, sum ēquo animo suffuratus, ne quod semel mihi multos ante annos exciderat, contemptum protsus, & abiectum videretur. Nec enim vñquā à litteris amœnioribus abhorri, & antiquitatis studia sum obnixè persecutus, quibus & vtendum mihi censui, ad prudentiam Iuris multò diligentius excolendam. Studia isthæc humanitatis adolescentiā alunt, senectute m oblestant, nobiscum pernoctant, peregrin-

nantur, rusticantur, ait oratorum princeps, vel quod
Plinius Secundus, prudēs ac disertus rerum estimā-
tor, his litteris iocamur, ludim⁹, querimur, irascimur,
describimus aliquid modō pressius, modō altius, at-
que ipsa varietate tentamus, ut alia alijs, quædā for-
tasse omnibus placeant. Scio equidem plerisque esse
qui solis studijs quibus assueuerint, sic cipientur, ut
alia vel cultiora fastidian, ut qui scholasticæ Theo-
logiæ, vel rei medicæ solis defixi pronunciatis, solos
suos auctores laudant, ab ijs toti pendent, nulla lin-
guarū meliorum tincti cognitione, nulla rerum an-
tiquarum peritia docti, videntur habere suspectos
auctores, quibus humanitas excolitur, quoniam & obli-
què, aut inuidiosè traducunt eos, qui his lautitijs
oblectantur, & quasi meliorum studiorum, ut ita di-
xerim, condimentis. Cærerum non videntur mihi
parum sapientē medicæ rei periti, Iuris sapientes, & re-
rum sacrarū professores, qui suas quique artes prin-
cipes, ac præcipuas priore loco habent, non tamen
ut penitus ab auctorum politiorum lectione abhor-
teant, sed quibus vrantur tanquam Ægyptiorū spo-
lijs. ut rectè Beatus Hieronymus, qui quāquā Theo-
logiæ peritissimus, linguarum meliorum ac discipli-
narum penè omnium quæ homine ingenuo nō in-
dignæ videbantur, exactam cognitionē hausit & ex-
pressit, nec vñquam sibi eam commoditatē inui-
dit, aut alijs putauit inuidendam. Hoc tamen non
ideo dico, quasi qui res eas accessorias, adeo impen-
sè celebrem, ut quas priore loco haberi velim, id
enim obiectum iam olim, sed à plerisque morosulis,
& tetricis, qui nisi quod ipsi sapiunt, nihil rectum pu-
tant, sed quia confidēter asséuerare audeam, sine po-
litis & humanioribus actibus, doctrinam omnew

quamquam humanae vite accommodam, penè semper videris quallentem & horridam, perinde atque cibos, certe bonos, insuaves tamen & austeros, qui falsamentis oportunis careant. Itaque non detrecto, iam libri multo auctioris copiam facere, ut si tibi cordi sit, eo utaris impensis, & ræuos fortasse plures qui incuria operarum, vel mea obrepserunt, nō adeo durè accipias, ut putes aliquid omni ex parte beatum. Suus cuique error attributus, & non videamus manticæ quid in tergo est. Quin facile est dormitanti & nihil prorsus agenti, de aliorū laboribus pronunciare: certus alioqui mihi fore candidiores eos, qui facto periculo sentiunt, & sapiunt, quot inveni etiam labore perficiendo deuorādæ molestiæ. Si minimè persuadeo, per me sint omnia protinus alba, & nihil morot Criticos nimium diligentes, qui ferè de alijs impunè ac securè indicat, seipso vix unquam norunt. Et quod peritissimus togatorū Varro dixit; Nobis videmur bellī, festī, saperdæ, cum simus οαροι. Id quidquid est vigiliarū perfici cura, & arte exactiore potuit, sed quia non satis otij mihi relictū est, non potui lambendo diutius, quasi vrsinū fœtum polire, ac perficere. Quin facilius instituta semel persequor, quam resumo interrupta, & pendeo animi, cum quid orsus traducor aliò, eo quod dum prior impetus retardatur, hebescit industria, debilitatur animus, nec satis belle negotiū vel instituitur, vel perficitur, quod sit ab occupato & impedito, sic igitur abductus ordinario penso iuris profitendi, quod me totum tenet, vix vel nisi raro admodum, possim musis mansuetioribus oblectare animum, quamquam ex grauium studiotum duritiam, nō parum amolliant; hoc vnum ingenuè profiteor, multo

plura, in meis schedis esse complicata, ex quibus liber huius moles, non incommodè potuit excrescere, sed ut dixi iam otium defuit, adde quod vererer, ne foret labor iste irritus, nulliusque frugis, fortasse quibusdam commodus, mihi minime, qui videret operam pene inutilem tentaturus. Si tamen quod impendi gratuitò tibi placeat, aut quidem certè non dispiceat, sic tibi persuade, Lector candide, quod in vetere verbo, Eleusiniam habere quod iterum reuisentibus obijciat. Vale.



VIRI DOCTISS.
NICOLAI GVLONII LITERARVM
GRÆCARVM LV TETIAE PROFESSO-
ris Regij, de his in Alciati Emble-
mata commentarijs.

Odyss. r. Εγνέωρ Θ μεγάλου Διός λύτρον οὐ φίσης,
Τῆς κακώσου θαυματεὺς, ἀστερ Ομηρ Θ εῖη,
Τοῦ δέ τοῦ καὶ μῆπν δεδάκτως καὶ ὅπιονα θουλῶ,
Αἴρχομένοις ὄστιοις Κρησίν εἴθηκε νόμοις,
Τὸν δὲ ημον Μίνων μοδται θρέψαντο, καὶ αὐταῖς
Δῶκαν εἰς δάσοντις ιερὸν οὐδον εἴδειν,
Ἐκ δὲ πεντικήντης εἰς λικανίδ Θ εὐθεον θέωρ,
Τοῦ δὲ κορζοσάμην Θ λιμραν δειρε θεῶν
Οὐνεκα ρητήραν εἴτε συδυμήματα φείνει,
Εἴκη χρυσέου σόματ Θ νάματα λαμπρά βέσει
Εἴτε παλαιοτέρων θεομημάτων οδέγγεται άνδρῶν
Οὐ γέ Θ, ἀλλὰ νόος γηραλέ Θ φρονέει.
Εἴτε σασηνίζει κρυσίων αἰνίγματα μυθῶν,
Μαγπις ἀληθεῖν Οἰδίποδ Θ κεχτέει.
Αἱ δὲ παρεκβολαι Αλκιατᾶς εἰς δαίδαλα εἴργα,
Αἴρεκένεις τὸν ἐμὸν μαρτυρέοισι λόγον.

D. GVLONII EPIGRAMMA
LATINIS EXPRESSVM
numeris.

TER terros Iouis auditor rex Gnossius aunos,
Mæonide ut cecinit Musa verenda, fuit:
A quo consilium, sacros mentisq; recessus
Percipiens, leges Cretibus ille tulit.
At nostrum Muse Minoëm aluere benigne,
Cuius Apollinea tempora fronde tegunt.
Dantq; Heliconiadum sacros haurire liquores;
Inde satur retulit munera leta Deum.
Oratorum igitur siue enthymemata torquet,
Aureus ex sacro defluit ore lepos:
Seu referat nobis veterum monumenta virorum,
Mens cau illius nil puerile sapit:
Siue etiam abstrusas res prorsum enigmata pandat,
Oedipodem vates veridicus superat.
Explanata quidem Alciati hæc Emblemata, passim
Testantur me nunc omnia vera loqui.

Vertebat P. Pinellus Vindocinensis;

AMPLISS. VIRI, IANI CLERI-
CI REGII SENATORIS, ET LIBEL-
lorum supplicum, in suprema
Curia Præsidis.

AD CLAVDIVM MINOEM.

*Mortalis Minos mortales dum incolit auras
Iudeæ, è terris eluite omne nefas.*

*- Immortalis ubi hunc Minos ex orbe reducit
Astræa, ad superos mæsta redibit iners.
Sic generis humano prodest tua longior æta,
Et brevis ignauos vita decere solet.*

ETiam inter ipsa lites, & in medio strepitu forensi, mete cogitare dices, ut de Ennio solebat Scipio, qui hæc carmina in ipso senatu, in ipso calore iudicij, in recordatione tui nominis defixus, exaraui: sed pulchritudo, aut potius amplitudo tui nominis multa mihi suggerebat, ut plane mitari non debeas, si in vberrimis, & fertilissimis istis agris, tanta fæcunditas se mihi obtulerit; in sterili & inerti fundo, hæc copia contingere mihi non potuisset. Pulchrum est iudicis personam sustinere, nec vnquam Diij immortales, quicquam è celo in terras demiserint, ipsa iusticia præstantios vel amabilius, quæ sola generis humani, viuentum societatem tuerit, & sustinet, umbras vero & figuræ, & imagines inanes istius æquum & boni, licet longiore vsu in eo exercecamur, nos solum teneamus. At vero æquitatis igniculi à natura tibi inditi nomini tuo decus & ornamentum adferunt, téque adeo Minoem, & æquum iudicem constituunt. ut æquitatem simul ex lacte nutritis suxisse videaris. Iurisconsultum esse non tam difficilè est, quam vulgo prædicatur; nullæ enim sunt pænæ constitutæ aduersus eum qui ignoranter, absurdè, aut ineptè, de iure responderit, cum ille excusat, si quod iustum & æquum putavit, in apertum produxerit. Sed iurisconsulti & Minois simul fungi partibus, & in utroque præstare, hæ veræ sunt &

germanæ tuæ laudes: quibus ego inflammatus me continere
non potui, quin mortalibus & generi humano testatum re-
linquerem, nunquam nobis abfuturam iustitiam, quandiu
iucunda consuetudine, & amabili conspectu Iurisconsultorū
& Minorum tui similium fruemur. Vale. Non. Sept. 1584.

E I V S D E M .

Iactet Apollinea Mopsus sublimis in arte
Quot gereret teneras porca gravata fuses.
Quique recensendos suscepit in arbore grossos,
Thestorides celebri laude beatus eat:
Noueris aërij discernevere signa volatus,
Sortibus obluetans Amphiaras tuis.
Quemq; canunt olim linguis viguisse duabus
Transferat Actaeus labra bisulca Cecrops.
Dignior his Minos, huic est facundia lingue
Ausonie, Argelico verba tenore sonant.
Huic modulaminibus Musarum turba nouemis
Certat honoratae ducere plectra lȳræ.
Hæc est codicibus candela notata sacratiss.,
Candela in media parte locanda donis.
Vt sal exhibitii vīsus do Etrina medellis,
Curat ab innumeris patria membra malis.
Orpheus carminibus potuit fera saxa mouere,
Vina mouet Minos pectora; maior uter?
Ergo quid Argolicas Græci mirantur Athenas,
Cur Rhodois Auricomō fit celebrata deo.
Nam tua cùm summum virtus pulsari Olympum,
Nec tibi sit similem Gallia nata virum;
Quanto lucidior superat vagas sidera Phœbe,
Hoc tua Palladius tempora cinges honestes.

E I V S D E M .

Cantabunt celebres passim tua scripta Poëte,
Ingenij decora alta tui, & mens cognita viuet,
Dum stabit medio pendens granis aethere sellus,
Vires, aeterno Minos celebraberis auro.

EX 2. EPIGRAMMATVM VIRI CLARIS-
SIMI, STEPHANI PASCHASII, REGI
Consiliarij, in Rationalium decuria.

Questor Minos urnam monet, hoc tibi, Claudi,
Emblema in prima fronte notato libri.
Atque hic augusta sedeat sub imagine Minos,
Omnia qui iusto tempore imperio.
Hoc autem cur te sortiri schima velimus,
Si petis, in promptu plurima causa subest.
Nam dum Letho reuocas Emblemata ab Orco,
Alciatum campis reddis & Elysijs:
Si veterum laudas laudanda, errata repurgas,
Pro merito tribuens premia cuique suo,
An tu non isto, Minos, Emblemate dignus,
Quicun Minois nomine, numen habes?

GERMANI AVDEBERTI AVRELIAN
INDICTION. REGIARVM PRASIDIS.

An tibi, an Alciato plus, Minos doce, pararis
Nominis & fame quis neget ambiguum?
Sic enigma facis, nodosa Emblemata soluens;
Vis dicam: tute vincis & Alciatum.

ROBERTI VVIDII, TORNODORÆ
DICASTÆ.

Artibus exiguis magna est excelle laudis,
Quid, summa si sit primus in arte locus?
Dum studio, ne postremas & iuris & æqui,
Nefacilis Musæ cognitione ferar.
Ante oculos utriusque duo exemplaria pono,
Minoem Musæ, iuris & Alciatum.
Hic solidam ex reliquis iuris percalluit artem;
Nil Minos quicquid scitq; docetque leue est,
Et quos argutè labyrinthos fecerat ille,
His aditum Minos, non Ariadna parat.
Perge igitur, Claudi, qui ænigmata docta reclidis,
Instruis ad summum tu tibi lumen iter.

ISACII BLANCHARDI, AVRE-
LIANENSIS.

Gracia quid tantis Terpandrum laudibus effert?
Nunc desinat, meritoque cedat Gallie.
Vix Spartanorum Terpander tempore multo,
Et milite domuit furor, in plurimo.
Ast omni Minos doctrinâ imbutus & arte,
Animos furentis voce propria domat.
Voce domat Tigres & mulcet voce feroce
Animos Leonum, mollificat & silices.
Voce sua Parcas ducenteis stamina vita
Domat, cruentos & animos Ditis domat.
Omnino nouus Orpheus est, est aleer Arion;
Mortalia mouet hic, & immortalia.
Nubila si quando Lateant, et aquosus Orion
Solem, repente voce missa ostenditur.
Iupiter humano generi dum fulmina dextra
Vibrat, repente voce fletitur sua.
Sed non mirandum, Minos Pandora deorum est,
Dicuncta possunt, sic potest hic omnia.
Est illi melius donum doctrina tributum,
Sic sapius rebus hic in omnibus uitetur.
Moliri potis est oris facundia cuncta;
Sic cuncta molitur sua eloquentia.
Hunc ge, Amice, libram, dices cum legeris omnem,
Hic Phœbus est, & Pallas, & Cylleus.

FRANCISCI IVRETI DIVION.

Parturit ingenita Natura lege feracis,
Semper noui quid Africa,
Hoc etiam Minos censendus more videtur
Momo vel omni iudice.
Namque subinde parit fœcunda mente libellos,
At monstra non sunt Africae.
Tali Pieridum fœtu Respublica gaudet
Nouiss subiecta liberis.
Tali Pieri tam fœtu Respublicalumen
Sumit recens & efficax.

Quod sua si soboles venerando iure parentis
Sequax rependit primum:
An bella Minos debebit prole beatus
Iusto carere premio?
An quod liuor edax extrema silere sepultus
Post fata tantum cogitur:
Viuis adhuc fructum merite non laudis habebit
Ut hac fruatur posthumus?
At satis ante fides studiorum exacta tuorum
Est visa dectis omnibus.
Quem tua longinquum iam non transcenderat errans
Adulta fama Caucasum?
Nimirum liquido generosum nosse valemus
Solis leonem ex ungibus.
Quinetum vasti falso maris ire liquorem
Vna probatur guttula.
Haud tamen interea languescit fracta vetero
Grauique mens sub otio.
Nam noua preteritis ad crescere plura videntur
Negotius prioribus.
Tot veluti curis sudorumi torq; catenis
Agmen tuorum extenditur:
Vix simili ut verset laborem culmine montis
Labore saxum Sisyphus.
Ac si vera canunt, gaudent diuina moueri
Non desinente lubrico:
Et, qua colligitur nullis rationibus, actus
Aeternitas se perficit.
Cuius quisquid habet nomen geniumque laboris
Natura, mosque dicitur:
Num calum indefessa rotat vertigo, marisque
Aestus vagatur inquietus?
An datur immoto tardum pede cernere Solem,
Facis coruscæ prodigum?
Igneam mens igitur, quibus et celestia constant,
Cum seminum sit particeps:
Quid mirum musquam si corpori sentiat ullas
Nec corporis moras fuis?
Vna tamen Minos subit admiratio mentem
Tam multa quod endis noua:
Sed partim generosa nequis mens edere, inundat

Ni liberarum flumine.

Athunc precipiti peritum pellit abortu,
Nec villa opere Lucina fert.

Pectus habes grauidum præclaris artibus. ornat
Tagoque vena ditor.

Vt tibi sit satis, vi furi nimiumque rapaci,
Cui dum reverjanil Ceres

Quam lolium infelix sterilesque relinquit avenas,
Opes tuas depascitur.

Nec meminisse potest quam sit tibi lauta spellex,
Et amarorum copia.

O felix nimium, cui tam licet esse beato:
Non equa fors est omnium.

Verè autem inuerso testaris nomine, Minos,

IN LVCIDO MVSÆ fore:

Nam muse interitus horrent, splendoris amore
Tenentur eadem maximo.

Dum tua lucem igitur cæcis adhibere tenebris
Non desinit solertia.

Educis specula lumen, quod semper adeptum,
Tuto sequantur posteri.

NICOLAI QVATERSOLIDI, PRÆFET
eturæ Columeriensis vicelegati.

T Esemel ut vidi, facilem doctumque repente
Agnoui, verbis mellifluumque tuis

Vt vidi, hanc deceptus ego, neque me abstulit error,
Nam bene conueniens tu tibi nomen habes.

Nimirum ignoscant Charites, Museaque polita,
Et si quid peccem, parcat Apollo mihi.

Nominis hoc anagramma tui, & cognominis ère est,

O ANIMVS DVLCIS, quem tua scripta probant.

AD ANAGRAMMATISMVM, CLAVDI
MINOIS, IN CASV SOLIDVM.

IN CASV SOLIDVM, præfers anagrammate nomen,
Quod verum, at paucis cognita causa tamets.

*Casibus oppressus fortis nam præpete fato
Musarum solidas tu tibi nactus opes.*

S. B. D.

ALIVS EIVSDEM ANAGRAMMATISMVS,
OS DVLCI IN MUSA.

OS DVLCI IN MUSA, qui præbes oscula Musis:
Sic feris eternum federa cum studijs.

I. Tab. Diuion. B.

DE COMMENTARIIS MINOIS IN
Alciati Emblemata.

Alciam Minos scholüs locupletibus ornat,
Ornans nunquid dicitur est animus?

I. B. DVVALLIVS



EPYSTOLA PRIORVM
EDITIONVM.

PROTOGENE M pictorem sua ætate nobilis, tam improbo fuisse studio, tamque indefessa pingendi cura diligentiaque metuox proditum est, ut Apelli patem in omnibus futurū dicerent, si manū de tabula tollere potuisset: adeò vtile in ornā vitē humanæ instituto vulgatuī illud, μυδεν εἶτα, ut Isocratea in cōpositione cura diligenter à plerisque reprehendatur. Quod idē à me dictum volo, amice Lector, ut planū tibi faciam, quis in eæ cōmentationis in hęc Emblemata modus à me sit adhibitus: in quo nimirūm è multis quæ facile cogere citra negotium poteram, ea duntaxat in suos locos contuli, quæ ad rem præsentem magis accommodata videretur. In quo malui breuius omnia persequi, & leuitet attingere, quæ nemini esse ignota suspicabar, quām quasi φατωδεῖν, pérque locos communes identidē expatiari. Sed ne te pluribus moret, non erit alienum, si re ab otio ducta, quod aiunt, huius meæ lucubrationis consiliū explicem, vt eadē via compertum habeas, quid quantumque in literis contenderim, quosque labores hactenùs incredibili facultatum penè oinniuī inopia laborans, in ipsis pueritiae meæ rudimentis sum perpessus. Quo tempore cùm sperarem me liberatum iri difficultatibus, & penè dicam, iniisiis, quibus exerceri & interdum obrui pupillus solet omni parentum ope destitutus, manendum quasi aliqua in vigilia mihi statuebam, neque animum ita deiiciebam, vt à liberalium artiū

studio penitus auocarer: tametsi neque fortuna, neque alia melior occasio hunc mihi fructum, quem Dei beneficio video et consecutus, haud quaquam polliceri videretur. Nam me (anno etatis duodecimo) per septennium fermè ad inferiores relegatus scholas, & nodis, quibus me expedire non nisi serò admodum potui, detenū constrinxit inimica & certè molestia fortis conditio, quæ studia mea nescio quo veterno quasi topita & ferine extincta reddidit. Quibus tamen in æternis sic animus occalluit, ut septem anni citius elapsi sint, quam meū me otium tam male collocasse senserim. Quæ quanquā vera sint, tamen cū exantatos à me labores in memoriam reuoco, & certè quod summo & præpotenti Deo immortales habeā gratias, qui me hoc veluti gyro includi primūm voluerūt: atque me, quanquā ea etate nimiū rudem, nec dum satis confirmatū, prouinciam suscipere concessit, ad quā partim etatis imbecillitate, partim etiā ingeniali modulo ac captu omnino eram ineptus. Post quā enim linguae Latinæ & Græcæ, Mathematū & Philosophiæ peripateticæ rudimenta delibassem earumque disciplinarum cognitionē aliquā certè mediocrem percepissem in palæstra viri literatissimi L. Baezæ Hispani hominis (cuius in Logicis & Arithmeticis cōmentationes in lucem editæ à doctis cōmendantur) opportunitatem aliquā sum nactus ea omnia recoquendi seduliùs quæ per triennium & eò plus in Philosophico studio primūm hauserā. In quo quidē diuturna certè, parumque utili meditatione retexendo, hærendū mihi diutius fuit quam vñquā cogitassem, ut quasi scopulum Sisyphiū toto fermè septennio effractis penè vitibus voluerē. Quæ tamē à me dicta, nolim à quoquā sic accipi, ac si quas in

studiis ærumnas pertuli, tā molestè ferre debeā: nihil
enim est quod tāti faciā labores nescio quos aut spō-
taneas illas molestias, quæ studiosos cōmitari solēt:
quanquā tamen (vt id ingenuè ac liberè) dubius sum
an ratione aliqua cōqueri mihi liceat, quod fortunā
non tam iniquā habuerim, quām ingeniuū inani ad-
modū & rusticano quodā pudore præpeditū. Dei e-
nī optimi maximi beneficio (cuius munere ac dō-
no sum id quod sum) recreari paululū occēpit, ange-
nij mei langor: & ita hucusq; perueni, vt nunquā me
pœnituerit tantillis laboribus adeptū studiorū fru-
ctus vberiores quā vñquā cogitassem; non quod in
ingenio me valere iactē (quod in me quā exiguū, planè
sentio) sed quod mihi nasci cōtigerit tēpore feliciore,
quo inciderim in præceptorē cordatissimū, multipli-
ci rerū cognitione locupletem, &, quod in maximis
duco cui meū studiū probari haud dubiè perciperē.
Ex eo itaque cū excessi, quantū in me fuit, honorum
auctorū Græcorū Latinorūque pomœria libero &
quieto animo peruolutaui, erat enim mihi otij satis:
bibliothecas virorū aliquot eruditōrum adij, quantum
mihi cōcessum, & eruditōris alicuius cōparādæ in-
stitutum ēta quā plurima perquisiui, cāq; audiē ari ipūj,
quasi diuturnā sitim explere cupiēs, vt ea mihi nota
essent, quotū postea vsum aliquē, quanquā admodū
mediocrē, sum diligentia & studio cōsectatus. In his
itaque mihi viderer aliquantō implicatus, déque
multis multa consultarem, commodè incidit in ma-
nus meas Alciati liber Emblematū quem recēs no-
bis Lugduno adiectum, & aliquot annis antē, Pati-
fījs excusū, nouerā à philologis omnibus nō minimū
commendari. Quem cūm de manibus ferē non de-
ponerē, & multa in eo perobscura deprehenderē, in

quibus hærebam diutiùs, & in multis nitendo sudās,
quod tunc quos vellem imprimis libros non haberē,
sciscitabar ex Leodegario Agathochtonio, Benedi-
ctino Dijuronensi, homine verè pio, & in Hebræa,
Græca, Latinaque lingua non medioeriter versato,
ynde mihi omnes nodi & scrupi dissolui possent. Ille
quidem de nonnullis me liberè admonuit, sed hoc
maximè, ut fantem ipsum, si fieri posset, adirem, ex
quo nimis Emblema quodque sumptum esse cō-
staret: & Alciatum Alciato interprete, quoad eius
maximè fieri posset, enarrarem: id est, Alciali scripta
alia, quod id præstarem commodius, sedulò & ac-
curatè voluerem: utque ingenij vires periclitari pate-
rer, inéque nihilo segniùs exercerē, cùm studia mihi
alia grauiora nō suppetarent, ipsa omnia Emblemata
scholijs & commentarijs illustrarem. Cuius viri con-
silio primū non leuiter inflammatus, primas lineas
(quantum per ætatem certe tenellam & consilijs ino-
piam licebat) ducere incepi: in quo primo impetu sa-
tis mihi sum conscius, me non secus arque vrisinum
fœtum inconditum planè & informè pperisse.
Quod enim mihi hic auctor impensissimè placeret,
eum summa perlegi audiitate: cuius opes admirabi-
les ut accuratiùs & melius aperire mihi, alios ple-
rosque qui ad hoc argumentum tam plausibile fa-
cere videbātur, denorauit: pérque multas Philologiæ
areas locupletissimas summa cum voluptate exspa-
tiatus, ad extremum id mihi lucri feci: quod num-
quam fuissem consecutus, nisi animum ad hanc terū
explicandam difficultatem applicuissem. Et quidem
non potuit hic liber vel ob argumenti splendorem
varietatēmque, vel auctoris nomen clarissimū apud
omnes qui non sunt alieni à Musatum amœniorum

choro non gratissimus esse: cuius lepores & concin-
nitatem cò pluris facio, quò video maiorem cum vo-
luptate vtilitatem in eo coniunctā, quàm aliis penè
innumerabilibus qui quotidie manibus terti consue-
uerunt. Quis igitur mihi iure succenseat, aut pàuld
etiam iniquius frontem corruget, quòd aliquas ho-
ras in eo explanando collocari? Non enim meam
qualemcumque industriam & studium ab hoc gene-
re scriptionis putavi vñquam alienum esse debere,
quanquam non parum in eo esse difficultatis agnos-
cerem, quæ nisi ab homine & otio & litteris abun-
dante, vix solui posse videretur. Quòd si quis, vt sùt
varia & iniqua ferè hominum iudicia, animo reputet
commentarium nullo labore à nobis absolutum,
censemque id operis quibuslibet aut etiam Gram-
maticulis committi non minus quàm mihi potuisse,
vehementer errat. Quotus enim quisque est (absit
arrogácia dicto) qui vel Ethnicæ disciplinæ aut phy-
siologiæ ignarus, ne dicā historiæ aut linguae Græcæ
prositus inscius, qui vnum aut alterū Emblema pro
dignitate enarrarit? At vt isthæc missa faciam, quis
noster in eo explicādo & illustrando libello conatus
fuerit & industria, vt eruditos non latuerit, ita impe-
ritis non potest non esse perobscuru & valde igno-
rum, qui non plus ea de re quàm cæci de coloribus
iudicent. In quo si non ingenij dexteritas aliqua vel
rerum peritia melior elucescat, certè diligentia quæ-
dam obseruari non obscurè ab ijs potest qui sunt æ-
quirerum æstiniatores. Id verò maximè, nisi fallor,
perspicuum erit in obseruando fonte & origine cu-
iuscunque Emblematis, in comparandis utriusque
linguae auctoribus, qui magnum videbantur adfettere
adiumentum ad singulas notas & explicationes, vt

denique in cumulandis iis locis, qui sparsim apud Alciatum in scriptis aliis prolixissimis habeantur. Quæ cùm dico, scio e quidem quid mihi obiici hoc loco possit; quasi qui velim diligentiam ab omnibus approbari meam, nihil omnino concedam iis qui in eo libello primum enarrando elaborarunt, suamque nobis industriam probauerunt. Certè, ut verum fatear, modestius de me sentio, quam ut velim incidere in minimam arroganter suspicionem: sed ut aliorum ingeniorum sum candidus æstimator, ita velim hoc mihi tribui concedique, ut de me non falsa iactanti mihi credatur. Ne enim dissimulare videar, scio ante annos octodecim, Sebastianum Stokamerum Germanum in aliquot Alciati Emblemata scripsisse commentariola (sic enim appellat) familiariter ad modum & studio facilis concinnata: sed an fuerit auctoris mentem, & argumenti splendorem secutus, aliorum esto iudicium. Loquor de Tornesij Lugdunensis Typographi editione, non de alia quadam quam ante aliquot annos adernauit Plantinus haec nostra ætate diligenterissimus Typographus: ea enim aliquot accessionibus longè alia est quam prior: quod non erit obscurum ei qui editionē utramque conferre volet, at vel posterior, ut sit, ea est tamen, ut eruditore oculis non satis digna videatur. Sed esto: scripsit Stokamerus ille in aliquot Emblemata, non tamen attigit omnia: siquidem forte diuinare non potuit quid in aliis auctor sibi vellet ita quedam petobscura sunt, ut vel multa rerum cognitione, vel Delio natatore sit opus ei qui ea cōmodè velit explicare. Adhac, etiam si Bartholomæus Anulus, vir eruditus, breuibus verbis omnium ferè Emblematū sententiam complexus sit, eum tamen non puduit aliquot intacta omnino

prætermisisse, quā ob causam nescio, nisi quod verissimum esse video quod vulgo dicitur, Docti est et à quædā ignorare: vel, ut cum Poeta, Non omnia possumus omnes. Nihil enim moror Iesuitæ familiæ sodalem aliquem, quem accipio ante annos sex in hac Academia publicè interpretatum hæc eadē Emblemata, sed tamen quædā, nō omnia attigit: quānam ob causam nescio, nec ut sciam sum admodū sollicitus: me tamen non fugit, si persecuturus esset quod inceperat, aliorū quorundā industria ei fuisse vtendū, aut certè vigilias maximas eum in pensum in explanandis rebus tam varijs tamque ingeniosè ab ingeniosissimo Iureconsulto excogitatis aut efformatis. Quod tamen dictum nolum, ut Iesuitæ illi quicquā detrahi velim (quandoquidē labens faueam literatis omnibus, cuiuscunque professionis & instituti habentur) non hoc dico, inquit ut mihi canere videar, qui nihil aliud possim de me asserere, quām quod ingenio pœnè nullo sim: & si quid sit, illud diligentia cuipiam velim tribui potius, quā acuminī aut dexteritati. At si ad iustā carminū tam lepidorum explicationē multa deesse obiecerit aliquis, dico, nihil esse quod omnibus numeris absolutū dici & perfectū possit. Sum equidē, ut verè dicā, quod potui, consecutus, nullumque unquam laborē in bonis auctotibus euoluendis, qui in hoc mihi possent esse cōmodiores, effugi, ut ipsam auctoris mentē elicerē: quā si nondum assecutus omni parte videar, tamen quantū à me fieri potuit, conatus sum, ut in eo nomine nostrā qualemcunq; diligentia doctis non nimiū morosis probatū iri confidā. Quam si gratā studiosis, ut utilem spero, & aliqua dignā approbatione intellectero, efficient profecto, ut qualiscunque nostra

industria excitetur ad eam commentationem non modo illustrandam, sed etiam locupletandam, Quid enim desperem studium eiusmodi gratum fore, cum res per se iucunda & fructuosa mirabiles amores in animis eorum qui sunt ingenui & liberales, excitet? Laudatur a nobis Orator, Poëta, Historicus, Philosophus aut aliquis alius scriptor, si *μωμας* insignioribus tanquam stellulis effulgeat & splendescat: quæ cum alicubi leguntur, digito aut transuerso calamo notari solent, ut memorie commodiùs figurantur, & citius occurrant, cum ijs opus erit. Atqui has sententias non passim, nec semper, nec ubiuis reperire est facile, cum nullum sit Emblema, quod præter sententiam non afficiat animū rei nouitate & egregia quadam antiquitatis cognitione. Adhæc *μωμας* sunt interdum obscuriores, neque omnibus peruiæ esse possunt: Emblema aut subiectæ picturæ causa, aut carminis *εργατικη* aut *ομηρεον*, aliquam facilitatem habet, in qua posset animus conquiscere. Proinde non mirum videri debet, si hoc scribendi genus & Alciato, & viris plerisque grauibus admodum placuerit, ut aliquid eiusmodi ludis eruditis consequi possent, quod studia grauiora dulci (ut ita dicam) lenimento reficeret. Id enim simile præstitere post Alciatum Gulielmus Perrerius Tholosas, qui Morosophiam centum Latinis & totidem Gallicis tetraстichis conscripsit. Hinc pegma Costalij habuimus, hinc Bartholomei Anuli pictam Pœsim egregie & sollerter elaboratam: mitto enim Bocchij laudatum ingenium, qui in hoc genere summum se artificem præstítit: postremoque omnium optimè post Alciatum, si quid mihi credendum sit, Ioannes Sambuciſ, & Adrianus Iunius, sua nobis Emblema-

ta cuderunt, quibus nihil ingeniosius aut accuratius
ad inuentum nihil diligentius elucubratum aut ab-
solutum esse constat. Sed ut superior ætate Alciatus
fuit, ita ni fallor, se priorem & ingenij tollertia, &
doctrina laude præstiterit: quem cum hoc in genere
primas tenere dicam, quas suo iure mihi repetere vi-
deatur, non est quod quis suspicetur me non nihil fa-
mæ doctissimorum huius seculi virorum Iunij Sam-
buci, Achillis Bacchis detraxisse. Id verò studij ge-
nus nisi fuisset liberale censendum & docto homine
dignum, noluissem ipsi profecto viri tanti suam in-
dustriam contulisse, aut bonas interdum horas col-
locasse in ijs quæ nihil facienda esse duxissent. Sed
de his iam satis,

Superest ut breuiter totam nostræ commentatio-
nis rationem explicem iisque respondeam quos ad
obrectandum citius quam imitandum paratos fore
præsentio. In hac tota ineunda ratione nihil magis
obseruandum esse duxi, quam scrupos omnes & mæ-
andros difficiliores, ut locos etiam obscuros enarra-
re, & Emblematum penè omnium originem ex suo
fonte ductam repetrere, postremoque usum cuiusque
loci & sententia facilè pro virili parte adjicere. Quam
verò perspicue & commodè id à nobis tentatum sit,
non dico perfectum, alij viderint: aliquid certè la-
boris & diligentiae obseruari non obscurè potest, do-
ctrinæ nullam mihi tribui dative laudem postulo: in
quo tamen ab iis qui serio docti sunt & literis poli-
tioribus exculti, facilius aliquam gratiam impetrare
mihi videbor, quam imperitis & quibusdam nebu-
lonibus, qui omnia non modò temerè vellicant: sed,
quod ait Comicus, nisi quod ipsi facinnt, nihil rectū
putant. Nullum adhuc scriptotem legi, qui cuilibet

Confiliū
& methodus
horum
Commentariorum.

in omnibus satisfecerit. Nam in multis cura aut labor
desideratur, in alijs ingenij dexteritas, aut Græcæ
linguæ peritia, vel Latinæ proprietas; in alijs deniq;
multorum auctorum lectio, aut historiarum cognitio;
quasi vero virtutes haec omnes singulæ in singulis tam
facile deprehendi possent. Non enim me latet in Vir-
gili poëmate, Seruij Grammatici diligentis & accu-
rati operam sæpenumerò desiderari: quemadmodū
nec desunt, qui itidem in Porphyronis & Acronis
commentarijs in Horatium obseruent: sed certè hi
mihi evidentur molestissimi censores, qui cum nihil
faciant, nulloque se labore nobis commendent, im-
portunè tamen de aliorū scriptis conqueruntur. Non
tamen ut ea qualicunque commentatione præaudi-
catur alicui velim, quasi mea tam vnicè probem,
vñ nolim aliquando vel emendari, vel castigari. A
qua suspicione quantum abhorream, qui me pro-
pius agnouerunt, facile liberabunt: qui nihil aliud
à doctis requiram, quamvt hasce minutias sua repre-
hensione in quibus erratum fuerit, aliquando digné-
tur: vt in ijs recognoscendis parem diligentia atque
operam impertiam. Non enim nostros errores emé-
dari feremus impatientes, neque nos ullo modo
piguerit audire potiora suggesterent & meliora: vt
nec moleustum erit priorem sententiam committare,
si quid minus accuratè tractatum aut expensum à
nobis quispiā conqueratur. Quod dum facio, videri
nolim in publica literarum causa præuaticari, & ea
docere quæ aliquando puto dedocenda. Quod ta-
men nec sine exēplis nec rationibus me præstatutū
intelligent, si modō adsit aliqua in iudicando æqui-
tas, cum nemini dubium sit, posteriores cogitationes
meliores esse: & in monumentis veterum legamus.

Hippocratem artis medicæ principem quædam à se
non satis diligentiter tradita, primum emendasse, ne
cæteri etiā idem impingerent. Idē factum à M. Tullio
meminimus, qui cùm Rhetorici libri, quos ado-
lescens scripsérat, non satis placerent ut minus elu-
cubratos damnare magna parte maluit, quām cor-
rigere, scripsitque accuratiūs libros alios oratorios,
quos tanti fieri à doctis agnoscimus. Sed & Fabius
duos libros à se primum De arte dicendi scriptos,
quod non satis probarentur, expunxit, & duodecim
illos ut ilissimos nobis magno studiorum omnium
applausu dedit, in quibus videtur & priores emen-
dasse, & perfectius aliquid reliquisse. Quod
illis igitur, tantis vitis laudi datum est in suis retrac-
tandis, non debet nobis esse damno vel fraudi, ut
meminerint quorū maxime interest, doctiores per-
multa scire, non tamen omnia. Itaque ut seueriorē
omnem obiurgandi ansam præcludam, subinde
Horatianum isthuc apud eum qui sit reprehēsus,
oppono, ut & seipsum norit & errata mea me non
deprecantem sustineat:

*Si quid nouisti rectius istis,
Candidus impati; si nox, his utere mecum.*

Lutetia clo. I. LXXX.

V. C.

ANDRÆ ALCIATI I. C.

MEDIOLANENSIS VITÆ,

PER CLAVDIVM MINOEM
Iuris. conscripta.

ANDRÆS ALCIATVS in pago Alciato seu Alzato Mediolanensi natus, è nobili Alciatorum familia, Iurisconsultorum & politorum hominum gloriam incredibili studio ac virtute longo post se reliquit interuallo. Is adolescens cùm primùm ingenij cultum caperet, nō pœnitēdos institutores à quibus edoceretur, nactus est, sed maximè Ianum Parrhasium, qui Romæ ac Mediolani litteras humaniores summo omnium applausu docuit. Eas primas artes Alciatus audīte arripuit, seq; ijs non leuiter tinxit, earū tamē usum omnem ad peritiam iuris, cui se totum addicebat, optimè referendum esse duxit, vt ea studia, in quibus alij, tanquam apud Syrenios scopulos consernēscunt huic vniācillarentur. Ille itaque quod serio & percupidē eam iuris scientiā persequeretur, breui admodum spatio tēporis ita promouit, vt dignus existimaretur, qui Doctoris insignibus cohonestaretur. Eò primūm honore donatus sic ab omnibus suspiciebatur, tantāmque de se admirationem concitabat, vt de rebus etiam grauissimis, & quæ non nisi veteranis, & longo usu exercitatis viris proponi solitæ essent, argutè politique responderet. Rogatus enim à Quæstore, quem appellant, hæreticæ prauitatis de re admodum perplexa & dubia, quæque iam antè multos sanè doctos, tum Theologicæ rei peritos, tum iuris professores excuerat, ita satisfecit, vt Quæstor ille non tam ab homine, quām ab ipso edoctus oráculo abierit: agebatur de supplicio Lamiarum, & earū mulierum, quæ veneficæ aut sortilegæ vulgato vocabulo nominantur: sed cùm Lamiarum seu strigum non esset vna species, ex ijsque aliæ dicerentur in Crucem imminxisse, CHRISTVM Deum abnegasse, præsentes ipsas & vigilates, veneficijs atque deuotio-

VITA ALCIATI.

nibus infantes extinxisse: aliae nonnullae aliquando mattibus interminatae, noctu ad earum filios, quamuis foribus obsecratis, valuisque occlusis irrepsisse, eos fascino pressisse: quos pueros constabat morbo repentino captos & medicis non cognito dececessisse. Respondit in has illasque Quæstorem debeare suo fungi munere. Quanquam enim (dicebat) ex ijs aliæ reuera, & ut vulgus loquitur personaliter, non accessissent, tamen id Lemuribus suis videri mandasse. Quædam etiam nihil ultra egisse arguebantur, nisi quod sub arbore Tellina choreas duxissent, quod tamen haec negabant. Et ea quidem una suspitione, quamquam solo vulgi rumore vagaretur, eas tamen volebat Quæstor tormentis subjici, eo quod in fauorem fidei, conciorum & consceleratorum testimonium addmitteretur. Alciatus, contraria, id verum de ijs que vigilantes vidissent, non quæ dormientes & in somnis: multaque alia præclarè, quibus totam hanc questionem soluit, ut nihil ad eam dubitationis relinqueret. Ergo Mediolani per triennium maturatus, se se foro parabat, munusque aduocationis cum aliqua laude, certè magna fide ac religione sustinebat, cum nomen cœpit eius apud cæteras nationes, nedum suos Italos propagari. Accitus enim est ad publicum profundi munus ab Auenionensibus, proposito ei stipendio sexcentorum cum nunquam ad eum diem cathedram, quod ipse ait, consenserat. qua in vrbe per aliquot annos ita ingenium suum & industriam probauit, ut unus penè inter laudatos iuris interpretes, solusque egregie doctus prædicaretur. Ea hominis fama excitatus FRANCISCVS 1. ingeniiorum sollers & munificus æstimator, Alciatum ad Biturigum Academiam vocauit, anno Christiano 1529. honorario illi duplicato, adeò ut prox sexcentis, secundo sui aduentus anno mille & ducenti præstarentur. Qua in vrbe Galliæ celebri, & qua nobilium auditorum frequentia quantum ille laborum summa sua laude pertulerit, idque quinquennium explerit quo fuit in Gallia, super sunt etiam hodie testes longè multi, laudati viri, qui Alciatū docentem audiuerunt: testes etiam libri editi æterna digni memoria, quos ille succisiuis horis summo studio, patique ingenio reliquit. Cum enim ad laborem, non ad ocium se vocatum à magno principe, & in Academia Galliarum florentissima intelligereret, ne quid de ea laude, quam multis magnisque vigilijs consecutus erat, imminui pateretur, ini-

VITA ALCIATI.

tiūm duxit ab ea Constitutione, quæ est De quinque pēdum præscriptione, ma gna omnium, sanéque doctorū hominum admiratione, eoque successū laudis, vt is labor, vel potius indefessi animi contentio, ianuam famæ nunquam interinoritur aperuerit. Non est mihi animus singula percurrere quæ magna doctrinæ laude, parique dignitate toto eo quinque nō perfecit. eius orationem vix possum transilire quam ille habuit ex tempore cū F R A N C I S C V S R E x auditorium eius ingressus præseus interesset. Eam vnam laudem è multis non vltimam fuisse censemus, tanto principi placuisse, eius auditoris animum demulcisse, vt quasi Regia illa maiestas Iurisprudentiæ in suo sedenti solio fasces submittere videatur. Ea viri ad publicam vtilitatem nati virtus, cūm in dies incrementum capetet, F R A N C I S C V S S F O R T I A Mediolanensium Dux, sui popularis amore ac gloria captus, eum moras nestentem, perique tergiuersantem ad patriam reuocauit: vtque omnem excusationis remotam intercep- ret, senatoria dignitate ornauit, & vt Ticini doceandi partes sustineret ab eo impetravit. Oratione ea quā publicè Ticini habuit fatetur ipsem se de longinquis regionibus à princi- pe Sfottia sola virtutis commendatione agnatum, fuisse reuocatum, & summae dignitatis codicillis ornatum. amplio etiam donatū honoratio vt professionis mutus obiret. Paulò post certis de causis Bononiām, studiorum omnium altricem pe- tijt, in qua totos quatuor annos ea celebritate ius ciuite docuit, vt nullus satis doctus à scholis redire putaretur, nisi qui Alciatum audiūisset. Quod quoties animo complector, suc- currit illud Homericum de Tiresia,

Oī Ο- πέπινται, τοί δὲ σκίας ἀποσουσι.

Nam præter eloquentiam, qua ille unus sua ætate prudentiā iuris illustrabat, linguæ vtriusque cognitionem, qua suos æ- quales onines anteibat, ingenio adeò felici & vbere histo- riā omnem vetustatis hauerat & expresserat, vt nihil penitus ignorare videretur: iuris labyrinthos ita ingeniosè pe- netrabat, ea mysteria putè disertèque tractabat, vt veterū laudem penè adæquaret, recentium industriā facile supera- ret. Ticinum reuocatus, ita iubente C A R O L O I M P E- R A T O R E, per annos aliquot illic resedit, nihil de incæptis laboribus remisit, gloriam quam tot vigiliarum impen- sis mercatus erat, auxit, vt putaret sibi exemplar proposi- tum Herculis, cui apud Tragicum, finis vnius laboris, ad sequentem

VITA ALCIATI.

sequentem gradus pararetur Ferratiā deinde inuisit, Ducis
H E R C U L I honorificis adductus conditionibus, & pro-
stratam Academiam ea sollertia extulit, qua cæteras euexe-
rat, penéque excitarat. Ea in vrbe, ut in alijs quas incoluerat,
non modò viua voce profitendo, sed & permulta varia quæ
scribendo id effecit, ne viuis & præsentibus modò cōsuleret,
sed & posteris idem multò cumulatius præstaret. Post multos
tandem peregrinationum labores, Ticinum repetit, in eā-
que vrbe sua ruin fortunatum tabulas postremò collocauit;
docuit tres, quatuor ad summum annos, vir qui nullis æta-
tis difficultatibus, neque quietis allicuius, quam capere pote-
rat, blanditijs delinitus. à cœ pto opere ac studio cestauit. De
qua tamen adeò frequenti concursatione, quam plerisque
suspectam præsentiebat, seipsum publicè ita purgauit, ut
non temere rationem probabilem reddiderit. Quid enim si
Auenione ptimūm, quid si Ticini, Bononiæ, Biturigibus
professus sit, tanquam qui nusquam posset consistere? prōpta
enim excusatio hæc illi fuit: nam dum bellicos furores sub-
terfugeret, tutamque suis quietem studijs perquiteret, diutis-
simè peregrinatum, principumque iussionibus huc atque
illuc agitatum certam sedem tenere non potuisse dicit. enim
vero meminerat Plautini verbi, Di nos tanquam pilas, homi-
nes habent: ita se raptum instar lignorum, quæ pro fluctu
imperu feruntur, varièque agitantur: quicquid tamen erroris
hoc fuerit, in publicam semper vtiuitatē cessisse. Alijs etiam
rationibus inconstantiae huius culpam deprecabatur, nemine
esse dicebat qui Sôlem vituperaret quod dum radijs & calore
suo cuncta viuificeret, ambitu terræ omnē circumquaque per-
curreret, nec quemquam, qui eo animo fixas stellas laudaret,
ut errantes improbaret. Celebratū Homerī carminibus Vly-
sem, quod mores hominum multorum & vides viderit, sed
& philosophos veteres, ut Pythagoram, Platonem, Apolloniū.
aliósque multos, doctrinæ causa, peregrinationes maximas
suscepisse Dionem Prusiensem, quod ad Celtas & Sarmatas se
contulisset, tanti à Traiano Imperatore factum, ut reuerten-
tem aureo curru exceperit: & Aristotelem, ei qui ciuilis ad-
ministrationis studia profiteretur, admodū cōuenire peregrin-
nationem, existimat, idque Hippodami Milesij exéplo, qnī
diu per multas vrbes erravit, priusquam aliquid scribere sit
aggressus, idem de Licurgo, Solone, Zaleuco, Philolao, multis-
que præterea alijs proditum; hinc illud apud Sophocle, oīxos

VITA ALCIATI.

p̄dū d̄ s̄t̄ r̄v x̄l̄w̄s d̄ d̄aiuovā, domo manēdum cuncta cui
 sunt prospera, sapientes de ijs intelligere dumtaxat, qui pri-
 uatam vitam aperent, quīque domi & in ocio marescere ci-
 tra publicum incommodum possent: alioqui publico littera-
 rum professori qui versaretur in hominum luce & frequen-
 tia, haudquaquam conuenite, linguam quæ plurimis Academ-
 ijs prodesse possit, intra vnius loci cancellos, in quo pro-
 pter bellorū strepitū & horrores gymnasii nullū sit, conclu-
 dere: multum profecisse hac ratione professores alios: sibi
 peregrē agenti firmissimum semper fuisse in doctrina presi-
 dium legalem hanc professionem sibi tanquam Palladis æ-
 giferæ elypeū, quo superatas Gorgones, id est mōstra omnia
 fabulæ prodiderūt. Et hæc quidē ille, vt passim multa de sua
 peregrinatione: quam tamen tam crebram locorum muta-
 tionē nihil moratur, quin potius eximiam hominis soller-
 tiā adm̄ramur. Ille disciplinarū liberaliū, historiæ omnis,
 Græcæ & Romanæ linguae fretus subsidijs iuris studia nitor
 pristino fæliciter restituit, æmulatus veteres quosdam magni
 nominis iurisconsultos Herennium, Modestinū, Antistitū La-
 beonē, Atteium Capitonē, aliósque, qui pares fuere in utrius-
 que linguae cognitione artiūmque meliōtum facultate. Iam
 verò siquid aliquando inter disputandum pronunciarit ad-
 uersus receptas à maioribus opinōnes, hoc non eo animo fe-
 cit, vt lectorem etiā relinquantē in suam sententiam pertrahe-
 ret, sicuti obiectum illi fuit à quibusdā malevolis, qui omnia
 etius consilia sinistrè acciperent, Multa enim dum doceret, va-
 ria quasi fercula, vt in apparatissimo conuiuio solitus erat ap-
 ponere, ex quibus quod magis saperet, vocati coniuæ pro
 suo arbitratu eligerent. In una tentanda iudiciorū alea, quām
 se prudenter & circumspecte gesserit, id argumento est, quod
 se ad utrumque compararit: vt si fortè populari aura excipere-
 tur non ideò tamē exsularet: didicerat enim ex Biante plures
 esse malos, & non quicquid cōtinuò multis placeret, id sapiē-
 tibus arridere: contra si paucis probaretur, nō ideò remittē-
 dum animū, cùm, deserto ab omnibus auditoribus discipulo,
 Antigenides, mihi cane & Musis, dixerit. Sic enim aduersus
 insanam hominum quorundam petulantiam, adeoque cani-
 nam facundiam se obfirinabat, vt neque cauillis moueretur,
 neque cōvicijs ab incēpto epiſtu reuocaretur. Q̄a de re ta-
 men maturiūs paulo post Duodecim post annos, cùm civilis
 & Pōtificij iuris professorijs insignibus donatus esset, Parado-

VITA ALCIATI.

xi,& dispunctiones in publicum emisit, opus, ut ipse dicit, et aboratum horis succisiuis, & à candidato adhuc & tirone. Quoties enim ea quæ à suis doctoribus accéperat, studio ipse secū perpenderet, si qua essent quæ probabilibus argumentis digna refutatione viderentur ne quod occurrebat memorie protinus excideret, quibusdam quasi aduersarijs describere consueuerat: quæ omnia tum in manus accepta, cū paulò accuratius expolisset, in codicē verisq[ue] tabulas referenda duxit, tandemq[ue] studiosis omnibus cōmunicauit. Quod opus non tam vt gloriā, cuius illa ætas solet esse audiissima, capitaret, à se fatetur editum, quām vt ratione aliqua Doctorū, qui tum studia iuris profitebantur, iudicium contuleret, qui bonarū litterarum cognitionem non modo Iureconsulto non necessariam ubique asseuerabant, sed contrariā potius, & serīs omnibus studijs blanda quadam & illici voluptate repugnante: quapropter non secus quām à nauigantibus Homericas illas Sirenes, euitandam, Vlyssisq[ue] sequendum exemplū, qui se malo nauis illigasset, socijsq[ue] autēs cera illevisset, ne vocum modulatione capti à cōcepto cursu aberraret. Quę tamen quia dici fierique hominū more agno cebat, qui ea facilè aspernarentur quæ assequi ipsi non possent, à suo p̄posito non discedebat, nihilque seciū industiam suam excitabat. Interdum tamen eorū conuicia non ferebat, qui quod elegantiū quām cōteri disputaret, prō obscurō incessabatur vulgo, adeò vt imperiti auditores cēu nocte ad Solem caligarent: quinetiam aliquando inclinaret, Indoctiūs loquare, sed appertiūs: Quod tamen non tam auditorum, quām Professorum iudicium fuit, qui crescenti gloriæ Alciari aperte inuideret. Ex ijs Doctoribus neminem in p̄recio fuisse habitum constat (vno aut altero exceptis) qui non omnium aliarum artium cūdīs esset. Satis igitur sibi factū eō tempore arbitrabatur, si suum litteris humanioribus honorem seruasset, iungique eas sua ætate sapientijs studijs posse docuisset. Quod dum viua voce, & scriptis cōnatut, iuris Doctores tanquam transfugam eūm insestabātur, ijdemque libris editis latessere non definebant apud humanitatis verò professores. tanquam omnino alienus esset, nec sibi locus, nec ratio vlla constabat: quorū alijs cum tanto ætri soluendo non esse, alijs prædijs prædibusque non satis idoneūm: alijs alia comminitcebantur, quo factum, vt maximam apud omnes inuidiam, glorię loco, adeptus sibi videretur, & huius incassum cōpti conatus tāde-

VITA ALCIATI.

ret, vel potius malo edoctus laboris cum penitenteret, donec paulatim libri quos emiserat in publicum, & docendi ratio quam sequebatur, in multis gymnasijs sese insinuarint. Nec verò ipse, quoties occasio fert, dissimulat se reiecta seculorum aliquot ante lapsorum consuetudine, quam iuuenis erat amplexatus, ad imitationem & prescriptum veterum iuris explicandi rationem omni conatu studiōq[ue] reuocasse. Sed quod obseruaret esse qui barbaras & impolitas interpretationes elegantioribus præferrent, & tritico neglecto cum atavis vesci mallent glandibus, cùm primū hanc disciplinam profiteri cœpit, eo quod nondum sibi tantūm auctoritatis comparasset, seruire scenæ ac tempori cogebatur, quātumque fieri poterat, studia sua discipulorum auribus accōmodabat. Interea tamen de trita vulgatāque docēndi ratione identidem querebatur, suosque monebat, ad utilitatem publicam valdē pertinuisse Justiniani edictum obseruari, & eam studiorum sequi methodum, quam ipse præmio Digestorum præfixisset. Humana quadam curiositate deceptos longè multos modū non tenuisse & eò planè deuentum, ut Alciatus ipse quique in eodem studio veriaruntur dare manus cōsuetudini pridē receptæ cogerentur, non enim æquales, non auditores, non gymnasiorum præfectos omnino permisuros antiquatum & obsolecum morem in usum reuocari, pluris eos facere cœptā ducentis ab hinc annis docendi viam, quām legislatoris ipsius iussum. itaque se ea de re secutum fore posthac, neque moturum eo nomine controversiam, id nihil esse aliud quā aduersus torrentem natare, eisque se discriminī permittere, ut qui

Fertur equis auriga, neque audit currushabens.

In quo cùm diutiū h[ab]eret, non destitit tamen quin se totū componeret ad veterū imitationem: non tamen, in tanta opinionū varietate ac dissensione, alicui sectæ nomen dedit, aut in alicuius magistri verba iurauit, quod optimè céseret, vt in omnibus alijs artibus, sic in ea maximè quam profitebatur, prius partes tenere sanū iudicium, vixq[ue] fieri posse, qui natura dubiæ sanitatis esset, idem legalis sapientiæ certus doctor euaderet. Nec verò est quod quis existimet *al' traditio*, aut etiā *præceptum* eum studio captum quædam suo tempore innovasse, aut secus docuisse quā qui superiore seculo floruisse, si quibus locis errare veteres doctores animaduerteret, eoru[n] nominibus parcerbat, sed tanquam aliud agens ostendebat

VITA ALCIATI

quatenus eis in standum cœset, in quo suum candorem certè laudandum exhibuit. nouerat enim tributum fuisse virtus Aristotelis, quod quæ compilasset, eis accepta nō referret à quibus acceperat: contrà vbi eos peccasse animaduertisset, nominatim carperet atq; insectaretur. sibi Iuris interpreti agendum esse modestius: quia mortal is quam profitebatur sapientia, hoc cœu inhumanum & incivile non admitteret, altercandi studium eiusmodi ad nihil cōferre aliud quām artis opprobriū, nec cedere in laudē altercatis. Eo consilio Alciatus sua studia publicæ utilitati prodesse voluit & citra omnem ambitionē bona fide suos auditores docuit. Videbat hominum varia esse iudicia, & quot capita tot sensus: esse qui breuitatem eam affestarent quam veteres Dynus, Oldradus, Rainierius & tate sua secuti sunt. alios qui copiam maiorem vellent, etiam citra acumēnū illum, qualis in Barbatio, F. lino, alijsque nonnullis agnoscitur, quos tam subtilia perquirere, & cum Aretino, Socino, Ruino imaginari malle, vel defossete in ~~τον Ηλιον~~, per aëra incidere, & citra Solem satagere, quod de Socrate Aristophanes ait. Sed ipse longo vsu didicera, nem nem vnum sequendum esse, at optima quæque de singulis decerpenda: quod prudentiæ opus planè singulare ab eodem persecutum, nedum tentatum, quo suum Iurisprudentiæ lumen redderet. De elegantia vero & polito genere dicendi, quod in iuris Doctore non ferebant morosi quidam veterani, vt qui à suis magistris persuasi errorem vsu confirmatū mordicūs tenebant, ille quædam disputauit, idque suis vigilijs cōsecutus est vt vincet barbaries à philosophiæ iuris latifundijs alegaretur. Quod cùm faceret, non tamé veterum, doctorū sane hominum, auctoritatem eleuauit: de ijs semper candidè sensit: eorum doctrinam magni fecit, quemquam sermonis elegantia caruerint: id enim vitium non hominum, sed temporum fuisse perspiciebat. Conuenire quidem Iurisconsulto oratoriæ artis facultatem censebat: faciliorem enim auditum ad ius Quiritium præstare, non tamen corpus efficere, solam eius superficiem colorare, maximos fuisse Iurisconsultos Bartolum, Baldum, Castrensem, Accursium, quos constat ne summis quidem labijs politiores artes attigisse, eorum non ferendam censuram qui superciliosus grauissimo in eos inuehunc eo vno nomine quod bonarum litterarū rudes extiterint: id enim perinde esse ac si quis minoris Astrologum fusiāt, quod Musicam ignoret: Galenum præstantissimum

medicū nullo habeant in numero, quod Euclidis geometræ numquam circinū in manus sumperit. Eos ita summos iuris Doctores euoluebat, quos propter insignem peritiā colebat imprimis, neque ob lingua & minus politæ horrore dedignabatur: interea tamen quicquid ex eorū fertilibus areis ad suū excoledū studium colligebat, puræ Latinæq; locutionis fluuijs irrigabat. Quod apertius quām anteā sibi faciundū censuit accitus in scholam Biturigum, cūm tertius Pandectarum tomus pro lege Academiæ esset explicandus: titulū enim de verborum obligationibus ad explicandū est aggressus, in quo non prætermittebat quæ à Bartolo & recētiōribus copiosius & acutius ob materiæ subtilitatem explanata fuerant, qualia sunt quæ ad moræ purgationē quæ ad pœnalis stipulationis cōmissionem, quæ ad renunciationē fideicommissorū pertinent. Et profitenti frequentes aderent nobilissimi ex Gallia, Germaniāq; adolescentes, qui eius doctrinæ illicio capti. eaq; suadæ medulla non leuiter allesti, vna cum viris doctissimis, qui ei frequentes aderant mirati tamē eum eritam in scho- lis & nimium patienter approbatam docendi rationem con- sectari, stimulos illi admonierunt, ne id quod sciret melius & politius eos ita celaret, vt inuidere videretur. Cūm ergo incubabant illi, vt qui ceu Plautinus Euclio, quos in pectoris penū thesauros haberet, occluderet, nec in apertum referret, di- cebat nihil absurdius, quām qui optimā quæque haberet in manibus ad imitandum ea non proponere, obseruabant eum aduersus legum scita quæ tractaret ipse, nō solū facere, sed & recētiōres alios iussisse Justinianum *etiam post* interpretationes fieri, nihilque magis semotum ab antiquorum usu & consuetudine, quām toto anno decē leges magno apparatu explicare, verbosēque commentarios confidere, cœpisse quidē Pyleum, Acursium, Aronē & glossematum scriptores alios, quod in se fuit, leges ad litterā explicare, nec id eis infeli- citer cessisse negocium: sub' ecclitos Bartolum, & qui didasca- lii recte nominantur, vt sunt Castrensis, Alexander, Iason qui certis doctrinæ limitibus & cancellis ius conclūsere, hos non parua laude dignos, suōque seculo principes habitos, non putabant esse sequendam nouissimam opiniorum sectam: on multis antē annis enatam, quæ modum omnem excessisset, quæque iam in studiorum perniciem retineretur: hos esse vt viperinos foetus parentibus exitiales, vt qui etatē posteriores seniorum sententijs aduersarentur, omnēm:

VITA ALCIATI.

que horam quām doctrinæ impendisse debuerant, contradicendo insumere, de Bartoli verbis, aiebant, non debere Doctorem ita anxiè sollicitū in multis & à proposito alienis immorari, satis esse quod sentiret intelligi, & breuiter admovere, clariorēq; ordine quā fecisset ipse: non illius tantū seu cæterorū sententias, si quæ ad rem facerent adducendas videri se minime probare farebatur Doctores eos qui suggestus passim occuparent, quatuor aut sex ad summum leges toto anno interpretari solitos. Alciatum centum posse: & quot illi constitutiones, eum totidem integros cū suis titulis tractatus illos, viros quidē bonos, sed non satis eruditos, sola in rubrica tres menses insudare: qua ex lectionum pompa neminē ferē doctorem redire domum; multos sed ignaros, Doctorum laborem admirari paucos qui inde aliquid præficerent. Et ea quidē sanè vehemēti & acuta auditorum oratione permotos, Alciatus ut qui se omnibns vtilem & mōrigerum doctorem præstare cuperet, postea non nisi perspicua & luculenta oratione docuit, non nisi quæ optima essent proposuit, immò iudicio & ratione suis ea conuiuis apponi voluit quæ conferrent ad valetudinem, non quæ cuique facerent ad stomachū. Tam verò cùm ipse suo munere defungi posset unius horæ spatio, maluit tamen clepsydras duplicare: nēpe ut viua voce, integra hora doceret: altera verò distaret, quod qui possent aut etiam vellent excreibere, id ceu auctarium ab eo consequentur. Opportunē id quidem & ingeniosē cogitatum ab erudito homine, qui citra fucum omnem doceret, intelligebat enim Iurisconsulto memoriam esse maximē necessaria, quam non parum obtunderet aut etiā imminueret anxia illa cogitatio, quæ circa iuris subtiles quæstiones implicaretur. Postauditionem idē assiduam & diligentem nō posse leuari melius, quam scriptione obseruabat: quamquam enim essent aliqui qui valerent excellenti illo naturæ bono. memoria, tamen & temporis interuallo, & curis interdum hebetari, quædā in ipso orationis cursu minus ab auditore percipi, quæ ex cōmentario facile intelligeret. Quam præclaram sanè & cōmodam docendi rationem plerique postea sunt omni conatu persecuti, sed nescio an ex multis pauci sint a lecūti. Ex hoc flagranti studio summaque animi contentione ad id gloriæ peruenit quam numquam antè sperauerat, id non semel fas suū est, vt ad idem studiorum iter ingrediendum adolescētes excitaret. Bellica primū clade, afflito censu, cūm nū-

VITA ALCIATI.

quam in patria pede figere tutò posset, ad professionem iuris
quam sacram anchoram vocat, se cōfugisse ait: ab ea salutem,
honorem, opes, summum denique decus esse consecutum. ve-
que Zenonem dixisse ferunt, cùm naufragus enatasset, se nū-
quam felicius nauigasse, quām cùm rebus amissis vacare phi-
losophiæ cœpisset: sic Alciatum; cùm patria nimio ocio mar-
cesseret, atrocitate bellorum tandem excitatum cœpisse pere-
grinari, & ad disciplinam confugisse, quæ illi fuerit ut Myrtili
clvpeus. fuisse illum ingentis animi militem, scuto dimicare
solitum, quem, cùm ad expeditionē maritimam nauigasset,
submersa fortè, naui, eidem clypeo innixum, in tutum se re-
cepisse. De hoc legitur epigramma Græcum, quod ipse retu-
xit in classem Emblematum. Id eiusmodi est.

— *Bina pericla unis effugi Myrtilus armis,*
Cum premererque solo, cum premererque salo.
Iacolumem ex acie clvpeus me præstisit, idem

Naufragum apprensus, litus ad usque rulit.

Professionis autem ad alias nationes occasio quanquam non
vna esset, eam tamen à multis exteris approbari voluit, non se
vltrò, vt omnīs egentem opis, erronem, & ignotum obtrude-
re. h̄c ne quidem possum transilire sanè lepidū ea de re car-
men Albutij Aurelianensis ad Alciatum, quo eum monuit, vt
de tumultibus Italicis se subduceret, in Galliam concederet,
illicque profiteretur, in quo materiam sumpsit à pomi Persici
translatione, quod suo in solo noxiū, in exteris constitūta ran-
dem haberi cœpit in precio. Sic ergo ille.

Dux dedit hos fructus arbor, cōsilio aduena nostro,
Venit ab Eoo & ersidis axe prius:
Translatu facta est melior, que noxia quondam
In patria, hic nobis dulcia poma gerit
Fert folium lingue, fert poma simillima cordi,
Alciate; hinc vitam degere disce tuam!
Tu procul à patria, in precio es maiore futurius:
Multum corde sapis, nec minus ore vales.

Sua quædam correxit ætate maturior quæ sibi adolescenti
faretur excidisse, ex eo à quibusdam reprehensus, id se fecisse
maxima ratione nec sine exemplis innuit. Cùm enim famæ
suæ consulteret, noluit in publica studiorum causa prævari-
cari. idem factum ab Hippocrate, Medicorum Principe, qui
ne posteri errarent, quædam male à se tradita primus corre-
xit. fecit M. Tullius, qui cum libri Rhetorici, quos adoles-

VITA ALCIATI

cens emiserat, parum probaretur, alios oratorios adornauit, & à se antè tradita damnauit, & earum rerum occasione in quibus lapsus esset, nouis libris editis suam gloriam permultum auxit. Eodem etiā modo Fab. Quintaliano qui duobus à se scriptis libris de Rhetorica, quod nec sibi, nec alijs placerent, duodecim illos magna cura elaboratos, singulari doctrinæ laude confectos edidit. Quod ergo alijs gloriæ datū est, fraudi non debuit esse Alciato. dandam hanc scriptoribus veniam, hōcque præmio ad studia illustranda, vel etiam quoque modò esse alliciendos, in quibus emendatio sit erranti concessa, & noua, quod dicitur, permittenda lima, qua niteat & poliantur ea quæ aut incuria fuderit, aut humana natura parum cauerit, vt ait Flaccus. Nec verò inficiatus est recte ab eodem suasum, vt nonum annum scripta premantur, quæ diutius durare velimus: sed ferè nullum esse ex omnibus, qui sit præceptum hoc ad vnguem seruaturus, quosdā enim, qui ex tempore, quam à cura præstantiores habeantur, alios qui sic ingenio suo indulgeant vt compescere nimiam licentiam non possint, nonnullos etiam reperiri qui à se cōscripta semel approbent, corrigendi tedium non ferant dixisse Ouidium decētiorem esse faciem cui næuus inesset aliquis.

Hac celebritate famæ notus Alciatus, vt à viris solidè doctis cultus est (missos lubens facio exterios) imprimisque Iacobo Minutio, Ioanne Selua, Petro à Stella, multisque alijs qui vere sanéque de ingenij iudicare poterant, sic quibusdam certe malevolis & inuidis obtrectatoribus malè acceptus, & nōnumquam exagitatus est. Longoualliū infestum habuit, hominem interdū sine mente ac sine iure tumultuantem, Alciato detrahentem, alios etiam in eam contentonis rabiem velis remisque pertrahentem. Fuit etiam illi æmulus, & σωφρόνιος in Italicis academijs, doctor quidam iuris, nomine Alexandrinus, à quo non semel prouocatus, sœpèque conuicijs impetus nihil respondit: vt tamen interdum solet esse acrior viri boni iracudia indignè tulit eum quasi sibi opponi, & in eodem suggestu successorem nominari, quod ostendit hoc carmen

Altiusolam milius comitatur degener harparum.
Et præde partem sœpe cadentis habet,
Nullum prosequitur, qui spretas Sargus ab illo
Præteritāisque anidus denorat ore dapes:
Sic mecum Oenocrates agit, at deserta studengum

VITA ALCIATI

Venit hōs lippo curia tangnam oculo.

Ita læsus sibi temperabat. sed tamen ne foro cedere prorsus videretur, iniuriam acceptam interdum vlcisebatur: quod idem fecit prouocatus intolerabili planéque indigna Francisci Floridi maledicentia, qui Zazium, Budæum, Alciatiū, viros incomparabiles fuerat ausus lacestere, postquam enim hominis insaniā, petulantiam, orisque duritiam pertulisset, ipse qui styli acumine facile confodere Floridum poterat. satis habuit hoc vibrare satyricon, nomine paululum immutato, versique in Ranciscum Olidum

Audent flagriferi matulae, stupidiq; magistri

Bilem in nos olidi pectoris euomere;

Reddemusne vicem opprobriis? sed nonne cicadana

Ala una obstreperam corripere istud erit?

Quid prodest muscas operosis pellere flagris?

Negligere est satius quod nequeas regere.

Relictis Biturigibus Italiam repetens, urbem eam in se beneficam, hoc tetrico, grati animi teste donauit.

Vrbs Biturix inuitus amans, te desero amantem,

Quinque per æstates terra habitata mihi:

Nunc opus ad vitulos est à veruecibus ire,

Ergo vale, Et felix sit tibi lanicum.

Quod tamen ab homine cādido candidè scriptum carmen maledicus quidam nugator, Alciati nomini nescio qua causa infensus, ita suggilauit, ut totidē numeris ei columniosè occineret.

Non nos, sed nostros nummos Alciatus amabat,

Qui tacitus spretis vanuit hospitibus,

Ille ergo valeat vitulos pasturus: at illum

Nostra vel horrentem frigore lana teget.

Ex quo illud verum intelligimus usurpatum iam olim, felicitatem omnem inuidiæ obnoxiam: solam miseriam carere inuidia: Qua tamen nugacitate minimè deterritus Alciatus, perinde se gessit ut Hercules ille in rusticum Lyndium, cuius insanias voçes contumeliarum plenas non magis curabat ac muscas: aut ut Hecate, quæ cantum latratus nihil moratur Ea ratione facile coniucimus scriptum Emblema aduersus inanē quorundam impetum.

Lunarem nocte ut speculum canis inspicit orbem,

Séque videns, alium credit esse canem

Et latrat: sed fœstrà agitur vox irrita ventis.

VITA ALCIATI.

Et peragit cursus surda Diana suos.

Sed & Doctor quidā nouus & Cisalpinus profectus in vniuersitatem Tectosagum (ea est Tholossa) in ea peregrinatione nō solū Italorū virtutia, qui quorundā mos, sed & virtutes se addicisse gloriatus, cuiusdam legis aggressus explicacionē in eum sermonem incidit, ut diceret aliter à se legū modos intelligi quam ab Alciato, qui nihil apud nos inquit, facit, quam quod florettat iura, docti tum quidam aderāt, qui his auditis, seu hominis arrogantiam perosi seu risus captandi causa, dixerunt, quæ Alciatus florettat iura, iste oletat. Ea fuit magnæ & præstantis sanè virtutis comes inuidia, quæ virū omni genere laudis admirabilem tuto professionis tempore continēter exercuit. Is quanquā sano, viuidoque habitu corporis à natura conformarus, quo tempore de minuendis laboribus, quos multos grauēsque petrulerat, ob ætatem ingrauescentem cogitaret neque dum excederet annum ætatis octauū & quinquagesimum dolore pedum primū leuiter correptus, deinde paulò grauius & creibius adeo ut continuè febris symptoma illi morbo adiungeretur paulatim confectus intra decem & quatuor dies, integris sensibus, animā Deo reddidit, ineunte anno Christiano ad Romanæ curiæ calculum, 1559. Ticini sepultus honorifice in basilica urbis, vir cui (ausim dicere) plus sua patria, quām ipse patrię debeat unus qui multis annis oblitam & occupatam quibusdam quasi opinionē sentieris, & vinclam barbariae laqueis Iurisprudentiam asseruit, vindicavit, per purgavit, quem qui perstrinxerunt, aut inuidi aut etiam malevoli: qui parcius laudarūt, parum candidi; qui pro dignitate coluerunt, eiisque doctrinam sanè utilem sunt amplexati gratos se & probos nec leuiter eruditos præstiterunt.

Hic symbola hominis omni laude posteritatis dignissimi non prætermittam, quæ ad raram illis doctrinam virtutemque prædicandam non parum pertineant, vnum fuit gentilium, ut ipse in Emblematis testatus est, ad nomē Alciatorum familiæ alludens, in scuti planicie depicta conspicitur Alce, fera Germanica, quę vnguis tenet epigramma, μηδὲν αὐταλλόμενος cuius symboli explicacionē ipsemē Edidit Emblemate, ad hunc modum.

Alciatæ gen'is insignia sustinet Alce,
Vnguis & μηδὲν fert αὐταλλόμενος,
Constat Alexandrum sic respondisse roganis
Qui tot obiūsset tempore gesta brenis?

VITA ALCIATI.

Nunquam inquit, differre volens: quod **E** indicat Alcei
Fortsor hæc dubites, ocyor annes fieri.

Alterum symbolum sibi ipse proprium & preclare fecit, ut
pridem Paulus Iouius me docuit, eo libello tan^o venusto
quem de symbolis armorum & amoris lingua patria scripsit.
Caduceus est Mercurij inter duo Amaltheæ cornua, cum in-
scriptione hac, *αυτοποιησθαι απελλυται*, huius hæc
sententia:

*Vnguibus implicitis gemini: caduceus alis
Inter Amaltheæ cornua rectus ad. st.*

*Pollentes sic mente viros, fandiique peritos
Indicat, ut rerum copia multa bee;*

In ea tamen icone Alciati, ad viuum expressa, qua me nuper
donauit **A N D R A A S T H E V E T I V S**, Cosmographus
Regius vir lectissimus, subtus expressa ostenduntur insignia
familiae Alciatorum: quorum alterum gentilitium est, cuius
hæc planities habet à lœua, turricula, qui erecta stans aquila
corona insignita summo in apice conspicitur, à dextra, repa-
gula quatuor, supra sicuti planitiem, galea (signum dignita-
tis equestris) superius etiā ceruinum caput, porrectis & emi-
nientibus anterioribus animalis pedibus. in apice, sententia
est de qua dixi, *μηδέν εὐαλλούσθω*: Quæ singula si quis
attenda accuratè, facilè percipiet, ab ingenioso & solerti ho-
mine nihil aut cogitatū aut prætermissum quod ad illustran-
dum nomen suum (vt optimus quisque gloria ducitur) aut
augendam rei literatiæ dignitatem conduceret.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI
EX LIB. POETICES VI. DE ALCIATI
Emblematis IUDICIVM.

ALCIATI, præter Emblemata, nihil mihi
videre contigit, ea verò talia sunt, vt cū quo-
uis ingenio certare possint. Dulcia sunt, pura
sunt, elegantia sunt: sed non sine neruis. sen-
tentiae verò tales, vt etiam ad usum ciuilis vi-
tae conferant.

LILIVS GYRALDVS LIB. II.
de poëtis nostrorum temporum.

ALCIATVS potest inter poëtarum colle-
gium & consortium reponi, eo quod eius
extant carmina plurima diuersis in urbibus
iam impressa, vt sunt epigrammata & Emble-
mata. De hoc enim illud verissimè dici potest
quod est apud Ciceronem de Scœuola, Iuris-
peritorum eloquentissimus, eloquentium Iu-
risperitissimus: addam ego, & polyhistor, bo-
nusque poëta. Sed nostra cōmendatione non
indiget Alciatus, qui suis scriptis iam toti or-
bi illustris & clarus habetur.

BARTHOLOMÆVS ANVLVS,
libello cui nomen fecit de Iurisprudentia
à primo sui ortu ad Academiam Bituri-
gum deducta.

ALCIATUS tandem Alcides velut alter, & Alce,
Ad Gallos venit tanto eius nomine motus,
Apperuitque viam ruptas per ut Annibal Alpes;
Qua sua fida comes Iurisprudencia rerum
Regina, ad regni transcenderet intima Franci,
Hunc Biturix, mediā quam totā amplectiuit urbe
Francia, Metropolis gremio felice recepit,
Hinc Biturix magnis excepit honoribus, ampla
Et mercede, prius quantam non cœperat ullus,
Ac Saluatori (qui munete functus honesto,
Iamque senex erat emeritus) succedere fecit,
Primus ab Ausoniis leges regionibus ille
Transtulit ad Gallas doctor clarissimus aras,
Doctrinæ humanæ pariter, Iurisque peritus,
Eloquio pollens, lingua & polyhistor utraque,
Primus & ille tuba veluti clangente vocavit
Militiam ad iuris studiosos undique mundi
Partibus ex variis turba coeunte frequentes,
Auribus appenos dicentis ab ore diserto,
Mirant̄que virum tantum sua verba sonantem.

I O. M. TOSCANVS S V O
Italiæ peplo, lib. 3.

CHara mihi ante alias urbs nostræ gentis origo,
Et cui iebetur teneris documenta sub anis
Primus is, quam natali præponimus ore,
In fabrum regis tibi quo munere grates
Uberius referam, quam si quo sidera adibas
Alciati eternis inter am nomina chartis?
Clarius hoc non prisca tibi, non ultima secula
Concessere decus: princeps polluta negando
Barbarie sancta heu legum mysteria monstro
Herculea purgavit ope, & viuacia ferro
Collo renoscens superauit & ignibus Hydræ.
Hic quam compedibus misere constrinxerat audax;
In scelus omne dolis fucans violentia rectum,
Iustitiam cæco produxit carcere in auras,
Fallendique artes sublata ambag crete exis.
Margine qua Siculo tellus ad luitus Iberum
Porrigitur, quaque Æmonias declinat ad Arctos
In Scythicum pelagus, ripamque binominimis Istri,
Nosse quibus labor est veterum decreta Quirisum;
Hoc duce sacra petunt prisci penetralia iuris:
Hoc fine tuta via est nulli vestigia si quis
Alterius premat, in precepis huc densius error
Transuersum trahit, & sperato frustrat honore.

Andræas in Alciato, Mediolanensi pago
natus, sexcentos ante annos à barbaris homi-
nibus captiuam detentā Iurisprudentiā, pri-
mus in libertatem asseruit. Ab illis enim ele-
gantissima veterum Iureconsultorū responsa,
cœdis, & ineptis commentarijs deturpata, lo-
cis etiam innumeris ob inscitam deprava-
tare restituit, & pristino nitori reddidit, suis ea

doctissimis æquè ac elegantissimis notis illustrans. Teruntur quotidie doctorum manibus numerosa eius de Iure Ciuli volumine, quibus magistris apud Transalpinas nationes illustres emerserunt Iurisconsulti, Duarenij, Cuiacij, Zazij, Hottomani, vel alij quorum fama perulgata est. Poëticam fœlicissimè eū attigisse argumento sunt Emblemata toties Typis recusa, atque in Italicam, Gallicam, & Hispanicam linguam conuersa.





SYNTAGMA DE SYMBO- LIS: STEMMATVM ET SCHEMATVM ratione, quæ insignia seu arma gentilitia vulgo nomi- nantur: Deque Emblematis.

DE SYMBO LIS & terum notis nonnulla plerique scripsierunt: eorum tamen nemo est adhuc, quod sciam, qui eam rationem & argumentum sit accurata disputatione persecutus. Id ut praestare quodammodo possim, quod videam eas partes hoc loco mihi demandatas, de inuentione symbolorum, eorumque usu & fine, quædam, si non accuratè, at certè breuiter dicenda mihi videntur, ne subinde cogar anxiè repetere quæ semel dixisse satis erit.

Quæ fuerit inuentio prima Symbolorum.

C O M P E R T V M quidem nobis est vel sola coniectura primos illos homines, sed potissimum Ægyptios & Chaldaeos, qui in schola Memphitica philosophati sunt, imò ante expressam notatum aut characterum inuentionem & scripturæ usum, reperisse symbola quædam rudia, ut animalium, vel siderum, vel rerum aliarum, quæ *ιερογλυφικα*, id est, sculpturas sacras appellant: quod primū ab his factum esse constat, ne ab imperita multitudine mysteria & arcana sapientiæ, quam colebant puris animis ac manibus, facile, profanarentur, sed ab iis duntaxat intelligerentur, qui sacris iisdem initiati essent. Quarum rerum initia prima fuisse admodum rudia & simplicia nemo ambigit, qualia solent esse rerum pñè omnium principia, quæ à rebus minimis ortā tandem progressum ampliorem, & certè maiorem consequuntur. Quod nobis planum esse poterit. si eam inuentionem, quam Ægyptijs & Chaldais acceptam tribuimus, conferamus cum ornatu, & accurata expolitione, quam huic præclaræ intentioni Græci adiecerunt, tanta profecto cum venustate & apparatu, ut posteriores Græcorum cogitationes prioribus his, & fermè incultis Ægyptiorum signis præferre non dubitemus. Eo enim factum esse crediderim, quod

etiam inuento scripturæ vsu à curiosis quibusque ingeniosis, sed maximè philologis, Imperatoribus ducibus, & alijs etiam, quibus politior quedam literatum cognitio, rerumque meliorum elegans & culta natura placuit, auctus sit & asseruatus non sine litterarum politiorum ornatu is ἐργογλυφικῶν vsus. Ad quam philologiæ partem quodammodo hoc Syntagmate declarandam (non enim mei pudoris est magnū quidpiam de me polliceri. quicquid sit, velim studiosi & qui consulant: nam aliis fortasse trado lampada, qui perficiunt quod hīc à me inchoatum potius quam perfectum) finigamus primum nobis aliquem ordinem familiarem, vt eruditos homines, & maximè rerum antiquarum studiosos hac qualicunque; sed tamen familiari commentatione iuuenimus.

Quid Symbolum & quotuplex sit huius vocis acceptio.

S Y M B O L U M ita Græci definiunt: σύμβολον ὅτιν εἴχος ὅτιν ἕπεται συμβόλειν καὶ γνῶναι; est id quo aliquid coniectamus & cognoscimus. Vocabuli huius multæ significations occurunt: ex quibus hæ sunt in primis. Symbolum accipi vulgare est pro signo quod epistolæ, vel vasi, aut dolio, aut cæteris eiusdem generis imprimitur, ne resignentur à quibus minimè oporteat: idque nos vulgari lingua Marquam nominamus. Deinde pro bellico signo, quam Tesselam vocant, Gallis Mot du gues. Nempe vox hæc symbolum, pro belli signo seu tessera, quæ datur militibus pugnaturis, quod in bellis ciuilibus olim etiam solemne habitum: quibus quoniam & armorum habitus par, & sonus idem vocis, & mos unus, atque eadem bellandi instituta, ne qua doli subreptio fiat, symbola dux quisque suis militibus distincta dat, vt si forte quispiam occurrerit, de quo dubitetur, symbolum edat, & ita si sit hostis vel socius facile agnoscatur. Quare temporibus, motuum ciuiliū, & seditionum intestinarum, C. Marij symbolum fuit, Lar Deus: L. Syllæ, Apollo Delphicus: C. Cæsaris Iulij Venus genitrix In Vigilijs etiam castrensis symbola id genus dari consueuerunt, vt Palma, Virtus, Victoria. Quæ tamen præcepta ex vsu disciplinæ militaris, quotidie variari debent, ne hinc detur hostibus occasio insidiandi, & exploratores impunè versentur. Tertiò idem sonat ac collatio vel pecunia, qua plures in vnū conferunt ad epulas & cōuiua celebrāda: quo sensu plerique viri eruditæ Symbolum, & Symbolam usurpāt neutro & feminino gene-

ribus & quibusdam rationibus confirmant, Symbolam dedi, apud Terentium, non Symbolum dedi, esse legendū. Quarto, Symbolum nuptiarum arnulum significat. Quinto, conieeturam seu iudicium, quo prænoscimus aliquid, vel coniiciamus, vel obseruatione dignum putamus, quo sensu ad res varias transferri testantur auctorum monumenta. Sexto, pro Principis numismate sumitur. Septimo, pro argumento, seu etymo, seu denique vaticinio aut nota quadam qua quidpiam occultatur, sed tamen doctis auribus intelligendum proponebitur; quo sensu postremo nos Symbolum ad Emblematis naturam accommodamus, & veluti ad finem nostri huius Syntagmatis explanare conamur.

De Symbolis Ægyptiis.

O B S E R V A M U S itaque à sapientibus Ægyptiis Symbola primū fuisse usurpata illa, quæ *Ιερογλυφικὰ* nuncupabant; quibus suam raram illam quidem & reconditam sapientiam solis iis agnitam esse volebāt, qui ea se dignos præstarent. Ab ea enim consultò & prudenter hisce ingeniosis & eruditis Symbolis, ut iam admonui, profanum vulgus arcebant: eoque modo arcana illa doctrinæ reuera primæ & arduæ, castis benéque rotundis auribus & præparatis animis excipi volebant. Insignis est apud Clementem Alexandrinū locus s. Strom. quo loco ait, Ægyptios & Hebræos Symbolis usos fuisse reconditis, ut sapientię diuinę eos participes efficerent, qui rebus sacris iniciati essent. Addit etiam nefas, existimatum Platoni, eum qui minimè purus esset ad purum quidpiam attractandum accedere: quam ob causam sacra vaticinia ænigmatis redditia olim fuisse constat, nec vera mysteria ostendi iis solita, qui temerè & impudenter accederent, sed qui primū purgati essent seseque diligenter præpararent. Obseruat idem eos, qui ab Ægyptiis docerentur, primū quidem arripuisse viam & rationem, quæ vocabatur *Ἐπιστολογέρεικη*, id est ad epistolas scribendas comparata methodus: alteram, quæ sacerdotes vtebantur, id est *Ιερογερματεῖς*: tertiam & postremam *Ιερογλυφικὴν* nominabant, id est sacram quandam sculpturam vel celaturam: ex quibus maximè celebris fuit ea quæ *συμβολίζεται* dicebatur. Longior essem, si exempla Clementis usurparem, quæ eadem penè sunt apud Orum Niliacum. Sed unum id dixit taxat. Omnes quotquot vetustis temporibus de rebus diuinis aliquid scriptis mandarunt, tam Barbari quam Græci, rerum

principalia occulta esse voluerunt, & ipsum vetum τ' ἀλιθεῖς, ænigmatis, signis, symbolis, & allegoricis quibusdam figuris tradidérunt. Eadem fuere celebrata illa Græcorum oracula: quæ causa est cur Apollo Pythius cognomen λοξίας habuerit, eò quòd obscurè ac obliquè responderet. Cum Cleméte illo polyhistore vñā coniūgam Plutarchum, qui disputatione θεοὶ Ιπτάμενοι Οὐραῖοι idem omnino docet interque alia ostendit hoc veterum Ægyptiorum institutum fuisse, vt ab iis legerentur reges, vel ex ordine sacerdotum, aut eorum qui militiæ nomen darent: eò quòd illi ob fortitudinem, hi verò ob sapientiam magni ac celebres haberentur. Si quis è bellicosis rex crearetur, statim se sacerdotibus erudiendum dabat, idemque sapientiæ particeps efficiebatur, eius inquā sapientiæ quæ fabulis pleraque occultabat, & obscuro quodam verborum inuolucro veritatem complectebatur. Hæc cius verba: Διὸς εἰ γίνετο τοῦ ιερέων καὶ μετειχε τῆς φιλοσοφίας ἐπικεκρυμμένης τη πολλὰ μύδοις καὶ λόγοις, ἀμυνθεὶς εἰ μεριστης τῆς ἀλιθείας καὶ διαρράσεις εἰχούσοις. Quod certè ipsi notant, cùm Sphinges ad templorum limina locant: innuunt enim eam, quam de rebus sacris doctrinam profitentur, ea sapientia constare, quæ obscura sit, & inuolucris quibusdam lateat.

De Pythagore Symbolis.

C E R T E antiqua illa Pythagoræ symbola huius Philosophiæ usum non minimum præbuere; quæ cùm à Tyrrheniis (apud quos fuit educatus, teste Plutarcho) aut ab Ægyptiis, vt relatum est ab Iamblico nobili Philoso pho, accipisset, ita excoluit, vt magnam suæ doctrinæ partem hisce mysteriis occlusam esse voluerit. Tradit enim idem Iamblichus, eos olim designasse per nauis gubernatorem, supremū Deum primum motorem, & primam illam causam rerum omnium; vt ostenderent omnia Dei prouidentia curaqué administrari: vt per mundi lутum, materiam aptam ad generandum, ipsumque corpus intelligi volebant. Atqui & interdum non alio symbolo Deum designabant, quā in oculo depicto, cui & baculum seu sceptrum substituebant: quandoquidem Deus unus est, qui omnia videat, & penes quem sit præcellens & regia dignitas. Nonnulli tamen stantem baculum ad aliud referunt, nempè ad naturam diuinam ἀρθαπτον καὶ ακινητον id est mutationi minimè obnoxiam, & quæ nunquam labefactari aut imminui vlo vñquam pacto possit.

Hanc Ægyptiorum Philosophiam Chæremon complexus est, ut & Orus Apollo Niliacus: auxit Pythagoras, illustrarunt excellentes quidam Philosophi & scriptores nobiles Atheneus, Clemens & Cyrillus Alexandrini, Pausanias, Porphyrius, Plinius, Apuleius, Plutarchus: quænique nostra ætate pænè intermortuam magno labore ac industria, imò verò admirabili pæneque diuino ingenio excitauit, suisque perfecit numeris Pierius Valerianus, magnis illis Hieroglyphicōn Commentariis. Cuius primæ sapientiæ usum, ne id dissimulare videar, retinuerunt multò ante Pythagoram Moses, Salomon, aliique Hebræorum sapientes: sunt & qui de Chaldaeorum symbolis ex Pselli commentariis, quibus magica oracula seu Chaldaica Zoroastres exequitur, nonnulla postoris reliquerunt. Sic enim ex figura plantarum, florū animalium, stellarum, rerūque aliarum pleraque inuoluebāt, ut minimè putem commodius sapientiæ veterum quasdam reliquias ad nostra usque tempora transmitti potuisse. Id verò si quis velit ostensem esse aliqua exemplorum farragine, statim colliget, pro fertilitatis symbolo Papaver usurpatum, Cupressum pro morte, Oliuam signum pacis, Laurum & Hedera mīngē semper virentis, Malum cotoneum connubij notam iisdem habitam fuisse, ut Satyrum vel Capram libidinis, Leonem terroris, iracundiæ, dominatus: Solem anni, Lunam mensis, & cetera alia longè multa, quæ immenso labore parique doctrina idem Pierius executus est.

De Pythagoræ symbolis obiter quedam:

VERVM quia de Pythagoræ symbolis meminimus, placet quædam huc adiçere, quæ ad id argumenti genus fortasse conducant, quæque rerum antiquarum studiosi non auersentur. Fuit unus ille Pythagoras, primus modestiæ magister, & qui prior ~~co~~ ~~co~~ maluit, quam ~~co~~ nomen sibi tribui, & qui ad sobrietatem, primum sapientiæ omnis humanæ fundamentum, sui seculi homines reuocauit. Cuius Doctoris sanè præstantis, & omnium iudicio magni, sententię præclarę, quę symbola vulgato verbo dicuntur, notis expressa ubi obscuris placet obiter enarrare, & aliquo interpretationiis lumine insigne.

Prius illud occurrit, NE DEGVSTARIS IIS QVI-
BVS EST NIGRA CAYDA. un̄ γλεῶται μελανο-

gōr, Melanuros ne gustato: sic enim malumus cūm Gyraldo reddi, non vt Ficinus & Guarinus Veronensis: qui non aduerrebant Melanuros esse ex genere piscium, quod postremo Erasmus ex Plinio meminit. Simile fuit ænigma Antiphonis Comici, à Melanuto & Musile cauendum. Apud Latinos atrum nigrumque, pro malo & improbo accipi, alijs locis dicitur commodius. Sunt ergo Melanuri, dolosi, fraudulenti, insidiatores, iij denique omnes qui aliud in ore promptū habent, aliu i in pectore celat, sicuti etiam fallaces, præstigatores quique calumnijs rem suam agunt aliorum dispendio, etiamque interdum exitio. Suidas, & alijs quidam à Melanuro abstinendum esse censuisse Pythagoram scribit, causamque reddit occultiorem, de qua hic nihil attinet dicere. Observandum adhac non benè ab Erasmo sepiam ponit pro melanuro: est enim non recte secutus interpretem Laërtij: vt etiam in proverbio, Sequitur Perca Melanurum.

Sateram ne transfilias.] Saterit semel ad monuisse, vnius & eiusdem symboli, vt ad agi sententiam esse prima quidem fronte generalem, quæ tamen ad varios usus & significatus traduci possit. Cyrillus Alexandrinus Stateram inquit ne transfilito, hoc est, auarus ne esto. Item & Athenæus qui hoc symbolo τάεσνεζία, auaritiam fugiendam esse censem, & æquilitatem sectandam. Sunt tamen qui præcipi putent studiis in omniis moderationem & temperamentum adhibendum: alijs simpliciter ad pondera, & mensuras referunt, quæ iuste debent esse: nos de omni potius æquitate intelligi, vt sit hoc tanquam ad reges principesque monitum generale, vt etiam iudices prouinciarum, aliisque omnes qui reipublicam administrant, vt legum seruata auctoritate se gerat, populisque sibi commissos iuste & legitimè in officio continant. Nota est Iustitiæ pulchra descriptio ex Carneadis libr. *de iugl. xij* in script. apu. tGell. 14. & Ciceronis verba illa magnifica ex oratione pro Cluentio: *Legum ministri magistratus: legum interpretes iudices: legum denique i. l. circò omnes seruimus, ut liberi esse possumus.* Sed proprius est veterum emblema, qui Iustitiam & Nemesis ita pinzebant, vt stateram manu altera, & gladium altera ostentaret nimisrum ut indicarent duo præstantissima Iustitiæ munia, vnum quidem positum in facultate suum cuique tribueni; alterum vero in puniendis facinorosis. Exempla eorum qui stateram transfilierint possem adducere Imperatorum turpium, & eorum qui non princi-

pes, sed pestes suæ reipublicæ fucre, ut Neronis, Domitianus, Heliozabali, Caracallæ, Cambysis, aliorumque nimis multorum, sed hæc satis. Interea fuisse viros eruditos cum Lilio Gregorio qui ex uno hoc symbolo duo fecerint, Græca deceptos lectione, in qua modo iugum, modo stateram legitimus. Nam apud Plutarchum Symposiaco ita enunciatur. μὴ σάρων ζεῦς Σαίνεται: quo loco Saron quidam pro Zygōi positam crediderunt. Sed ne multa; τάρπητος, ut Iul. Pollux explicat, est instrumentum quo paumenta & areae vertantur à verbo ταρπω, ταρπω. Itaque vertendum fuit scopas non transiliendum; hoc est, ne simus ad iracundiam proni, neve leui de causa à ratione abducamus. Ita in carminibus aureis Pythagoræ præcipitur, ob leue erratum aliquod amico non esse succensendum. μὴ οὐδεὶς φιλεῖ χεὶς ἀμαρτίας τόπον νέκει μηχανῆς. & quæ multa τοιούτα μηχανῶν ab alijs disputantur.

Chœre ici ne insileas.] Chœnicem Clearchus hemerotrophū nuncupat. i. diurnum cibum, & demensum, quod in dies aliqui impenditur. à recentioribus Latinis sp̄rtula & salarium. Rhemnius Fannius, aliisque nonnulli, chœnicem mensuram aiunt esse quaterni sextarij: Qui quaterassumptus fuit Graio nomine Chœnix. Picus Mirandulanus in quadam oratione, sic exposuit, ut omnia nos anima rationali metientes ad mensuram & regulam cuncta dirigamus. ait enim: præcipit Pythagoras, ne super modium sed eamus. i. rationalem partem, qua anima cuncta metitur & examinat, ne ociosa desidia remittentes amittamus, sed rationis exercitatione ac regula & dirigamus assiduè & excitemus. Hæc ille. Itaque miseratio vita traducēda non est, sed id penitus excutiamus, rectè Plautinus ille senex, Adolescens cum sis, ita cum est sanguis integer rei tuæ querendæ conuenit operam dare. Itēmque, Nimis homo nihil est qui piger est, nimisque id genus odi ego male: *vigilare decet hominem qui vult sua tempori confiscere negotia: qui dormiunt libenter suo lucro / et cum malo comedunt.* Monet itaque ne simus iñ μηχανῶν, sed exemplo formicæ futuris prospiciamus.

Nec cuius dextram.] edocemur id noto versiculo,

Nec citè desisto, nec temere incipio.

Cæterum porrigere, & dare dextram est suppetias opemque ferre. Dare manus, victum se fateri, manum iniijcere, vim inferre, manus addere, decidere, Apud priscos si quid firmum & illibatum esse vellent, id dextra sanciebant, ut tradit

Aurel. Probus accipiebat item dextram, pro patre feliciora, religiosiore & sanctiore; & dextrum pro fœlici & prospero, ut Nonius retulit. Multus essem & fortè nimius si huc locos congererem de dextra porrecta, pro fidei sacramento: ad alia itaque veniendum.

Arctum annulum ne gestato.] Idem & Plutarchus Flamines etiam diales apud Romanos ea ratione vtebantur per uno & cassio annulo. Plautinum illud symbolo huic quadrat, Liberæ sunt ædes, liber sum ego, liberè me vti volo. adeo libertas res est inæstimabilis, ut censem Iuris auctores. Sanè annulum pro hieroglyphico ponit seruitutis, qualis est maritalis, constat ex veteribus. Nam et si, quantum etymo nominis annuli colligimus, deducitur ab A N, particula quæ circum significat, ideoque compedium vel manicarum vinculum annulus notam habet. Ex hoc ergo Pythagoræ videtur monuisse cauendum, ne nos in eam seruitutem coniunctionem, quæ dura sit & incommoda, qualis est connubij societas & quasi colligatio, duris implicita molestijs, solicitudinum morsibus, & quasi laqueis, à quibus nos expedire minimè possumus, postquam voleentes iugum trahere cœpimus.

Ignem ne gladio fodito.] Porphyrius ignem symbolum esse dicit naturæ, eamque ob rem in templis asseruari, capitaleq; fuisse, si sacerdotes ignem ipsum extingui passi essent: quo pacto apud Romanos, virgines Vestales, & apud Persas igni præficiabantur: qua de realij & Clemens non parum multa. Symbolum igitur ita placet explicare, diuinam naturam hoc est Deum immortalem, non gladio impetendum, hoc est linguae acumine & maledicentia. Plerique hoc significari dicunt, potentiorum iram non esse dictis lacestandam!, quod id non nisi communi, aut certè multorum periculo fieri possit. Etenim periculosum est in eum scribere qui possit proscribere. Ex quo quidam cum duceretur ad regem Antigonum, reus flagitiij capitalis, qui ducebant hominem bono esse animo monebant, futurum enim ut solueretur cum ad regis oculos perueniret: At, inquit ille, Cyclopi me crudum vultis apponere? alludebat ad regis luscum quod cum regi delatum esset, hominem iussit interfici. Ita in suā perniciem miser ille gladio ignem fodicauit. Quod de principibus dictum est, idem de alijs omnibus dici potest, neminem scilicet vel dicto vel factio lædendum, aut prouocandum quod iracundiam excitet. Nam & sapienter accepimus à Solomone, moderatus ser-

mo frangit iracundum animum, at durus furorē arcessit. Et hoc quidem symbolum vnum ex iis est quæ Andocidæ Pythagoreo à Græcis scriptoribus, non Pythagoræ ipsi ascribitur. Politian. aliter legit, πῦρ οὐδὲ φῶ μη σκλαδεῖν, ignē ferro ne fodicato. Alij πῦρ μαχαίρῃ μη σκλαδεῖν, ignem gladio ne scalpito: Scio & alios esse proverbij sensus, ex quibus quidā ita obscenè nonnulli concepī, vt pudeat dicere: quod ad morum cultum, vel honestam doctrinam facit, magis placet, & iis finibus nostri studia terminantur.

Corne edito.] Cicero de Belleroiphonte, vertit ex Homero.
Ipse suum cor edens campis errabat Aleis. Et Phocylides, apud ignem sedenteim cor frustra non minuendum, græcepit h̄c hoc versu, μὴ δὲ μάτην ἐπὶ πῦρ οὐδέσας μηνύθεις φίλον τῆς Θ. recte quidem: nam pr̄terquam quod tristitiarum moles & curarum edacium onus aduersam valetudinē & corpori infestam aducit, nec cogitationum quoque studiis liberum permittit esse animū. Non est igitur cor edendū, si simul & sapere, & valere cupimus. Sunt etiam qui hoc symbolo vsum Pythagoram fuisse asseuerant, quod cordis caro comesa, suaptē natura non facilē concoquatur. Ex Cyrillo didicimus cor supra craticulam impositum, prunis & igne supposito, apud Ægyptios significare itam, furorēnque: quod cor edendum vetuit, Pythagoras eadem ratione, cerebrum non edendum vetuit, hoc est ut Græcē dicitur μὴ εἰδεῖν ἔγκερπαλον, cerebrum ne mandito: quod ab aliis exponitur de obliuione fugienda. Ex quo Apuleius: homines sunt anxiis mentibus, ait, brutis corporibus, vita querula. Recte quidē & verē, nam in homine sunt perturbationes, tot regnant qua si prædones infesti, & cruenti carnifices, qui nunquam conquiescere miserū animū permittant. Ea ratione de hominum conditione conquesti sunt Philosophi longē multi. Silenus enim pronunciauit, optimum non nasci, aut quam acyssimē mori. Hūc referre possis Heracliti lachrymas de hominū miseriis, Timonis μιταυθρώπων solitudines, Poëtarum & Philosophorum satyricos aculeos. Saluberrimum itaque hoc oraculum Pythagoræ sapientis, in quo bona pars Philosophiæ moralis occupatur, tenendum mordicus, vt quisque nostrū meminerit se non parū profecisse, qui malis affectibus seueram legē indixerit, Sit ergo, Ut Flaccus monet letus in præsens animus quod uera est oderit curare, & amata leto semperet risu. Nā & Chrysippus λύπτων quasi λύσιν hominis appellant: etenim

qui tristatur & mœrore conficitur, quasi senescit miser, maciemque & pallorem contrahit, Ideoque Galenus hoc unum præcipit ad tutandā valetudinem, à curis acrioribus & à mœrore animū subtrahendum, eo quod inde morbis afflitanter humana corpora, fierique interdum ut sanguis intra præcordia, quasi vi quadam trusus, confessim extinguat insitum calorem, ex quo tabes aut etiam mors consequatur. Sed ut vult Iamblicus, cor ideo & cerebrum mundi non permisit Pythagoras, quod quasi duo sint duces, & tanquam gradus sedesve viuendi & sapiendi. Quidam etiam sunt qui symbolum id ad amicos traducant, quibus non esse obtrectandum vel absentibus ratio ipsa suadet. Amicum enim & cor, & cordulum, blandiendi caussa, dicunt: utque sine anima & corde viui, sic sine amicitia commodè vita traduci non potest.

A fabis abstineto.] Tunycha Pythagorica, cum eā Dionysius cogeret id mysterij patefacere, ipsa arcanū ne proderet, mordicus sibi linguā præscindens in facie tyrāni dicitur expuisse, quod idē scribit Iamblicus & Olympiodorus his fere verbis: in Platonis Phædone: mulier inquit, Pythagorica coacta enuntiare cur fabā non comesset, dicit οὐ γοῦν αὐτὸν ἐποιεῖν αὐτόν: rursus coacta cum esset, ait, εἴποιεν αὐτὸν, οὐ γέγονεν αὐτόν, & demum linguam sibi abscondit, instrumentum scilicet & loquendi, & gustandi: tametsi abditum est (inquam) fabē mysterium Antiochæus in iis quæ de fabæ natura scriptit, ad Michaëlē Bizantium imperatorem, ait fabas malum succum ferre, insomnia turbulenta facere, eamque ob rem Pythagoram fabis abstinuisse. Idem Plinius memoriæ tradidit. Heron. 2. rei rusticæ ex Geponicis Didymi, idē cum Suida & Plinio; sed dicit in fabarum flore auspicio quoddam lugubre reperi. Horat. Serm. 2. Saty. 6.

O quando faba Pythagoræ cognata, simulque
Vnctasatis pinguis ponentur oluscula tarda?

Origenes in eo quem ipse φίλοσοφούμενον inscripsit, Zaretham ait Chaldæum has afferre causas cui à fabis abstinentia esset, coniecturā hanc ille afferebat, quod si macerata ad solem per aliquot tēporis spatium dimittatur, seminis humani odorem contrahere. Clarius etiam hoc exemplū profert, quod ea florente, vñā cum flore in olla circumlata si concludatur, humilique obruatur, & per aliquot dies effodiatur, pendendi muliebris effigiem habere reperiatur, & mox etiā puerilis capitīs. Lucianus eo Dialogo, cui βιων περὶ τοις nomen,

Illud præcipue notat, si viridè fabam folliculo exuas, apparet virilibus genitalibus similem: cōstat autem si nocturno tēpore ad lunam certo spacio dimiseris, sanguini persimilem fieri. Acron: à faba, inquit, Pythagoras abstinuit, quod viridis in pyxide ærea seruata, vertitur in sanguinem. Memoratur & illud Pvthagoræ tributum apophthegma, qui rogatus quo tempore Veneri opera denda esset, cum te ipse fieri debiliorē & imbecilliorem voles, inquit. Plutarc. de institutione liberorum, abstinendum interpretatur à suffragiis, quæ per bicolores fabas ut plurimum feruntur: id quod & Athenien-ses in primis feci. Se in principibns & magistratibus sortientis, testis est Lucianus, vt supra. Et ωμωργαξ apud Gr̄cos prouerbij vice dicitur, in eum qui inde vicitat, hoc est iā dandis prestandisque suffragiis, quasi Latinè dicas, Fabæ rofor. Scribit Pausanias quod Pheneutæ Arcadiæ populi fabam ideo immundam & impuram existimat, quod cum illic Proserpinam quærens dea Ceres diuertisset, omnibus qui eam hospitio suscepissent legumina præbuit, præter fabas: quo argumento eam impurā esse agnouere, atque idcirco eam Pythagoras prohibuit. Marcellus Virgilius ωμωργι's oua est interpretatus, evamonque quasi ωντον, i. fœturam & conceptum animalis intelligere maluit, ac si per ipsas fabas Philosophus non minus ab animalis principio seminéq; abstinendum innuat, quām ab absoluto iam & perfecto animali.

Cibum in matellam.] Amis Græcè, vas in quo vrina & excrementa deponuntur. Symbolum ita quidam interpretatur: sordidos & inhonestos homines non esse nutriendos. Sed placet interpretatio Plutarchi: non sunt (vt etiam in sacris præcipit) intersues seminandæ margarite. Ut enim subigenda, & cultu per diligenti est paranda tellus, antequam ei semen mandes: ita non nisi recte, pureque præparatis animis doctrina honesta committenda. Quorsum enim Horatius? nunc adhibe puro pectori verba puer. Quod idem ipsum veteris aliis inculcat Clemens 2. Pædagogi: βελύπτεσθε τὸ ἀνθρώπων ὕπερ οὐδὲ εἰκός.

Ad finem ubi peruenieris.] Sic Sudas; ἀπὸ θυμῷ τὰ ἐν τοῖς ὅροις αἴτης επειθεῖ. Hieronymus sic enunciat: cūm profectus fueris, ne redeas, existimat enim Pythagoram animorum immortalitatem ostendisse. nec aliud quam μεταφύσιον aut παλιγνεσίαν significat. Monebat igitur, non esse vitam expectendam post mortem, vt Hieronymus exponit. Plutarc. de

liber.educand.cum moriendum est,inquit , & vita terminū in proximo esse videamus , id æquo ferre animo debemus.
Suidas vero,Cum peregrinatum est in finibus , non retrofle-
ctendū,vel quod idē fert apud Diogenem , in finibus pere-
grinandi non redeundum,hoc est non in concupiscentiis &
desideriis,mutata iam vita ratione , viuendum esse , neque
iis quidem voluptatibus, nec illecebris , quibus anteā. Alio
proverbio dicitur, à carceribus ad metam. Sic ergo compon-
enda vita ratio est,vt cum iam vita bona pars transacta sit,
non capiat nos ad pueritiam redeundi iners, vanumque desi-
derium, sed Deo,&natura pareamus,& nugatoriam omnem
spem ab animo propellamus,imò ne quidem speremus nisi
quod liceat.

Superis impari numero.] Ea ratione,vt id obiter , quidam pu-
tant,Pythagoram abstinentū iussisse trigla pisce,quod per ea
ternionis numeri mysterium coleret. Iamblichus tamen Py-
thagoram ait Apolloni ex ternario numero sacrificasse , pro-
pter tripodem , vt ait,veneri ex senione. Et Therij Smyrnēus
Platonicus , ternarium numerum in libamīibus ea causa so-
litū adhiberi fuisse, quod primus ipse inter numeros dicitur
omnia esse. Multa de ternario numero Proclus ad initium
Timaei Platonis , & passim apud auctores veteres.

Per publicam viam ne ambules.] Sic Olympiodorus retulit
εἰς γεινὰς λεωφόρους , fuliendas vias publicas,vel à publicis
vias deflectendum. Ficinus: Populares vias fuge , per diuer-
ticula vadito. Polician. Regiam viam declinato , per semitas
ingredito. Id traduci,placet Gyraldo ad vitam cœnobitarū,
quam benè,ipse viderit. Quidam per Y,litteram à Philoso-
pho designatam volunt fuisse,de qua multi multa. Huc per-
tinet Euangelij præceptum,

NE IN VIAM GENTIVM ABIERITIS.

Tollentib[us] auxiliare.] Alij legunt εόρπον συμβαρεῖν,
μὴ συμπονθέναι. Ficinus sic: viro qui pondus eleuat,aux-
iliare,non tamen cum eo deponas. sententia hæc est, Simul
quidem tollendum onus,non simul tamen deponendum. In
eos symbolum dici potest, qui pridem aliquod vita sanctio-
ris institutum professi, ad laxiorem demum se viuendi nor-
mam seu licentiam verius contulerint. Olympiodor.in Pla-
tonis Phædone ita legit μὴ ἀποτίθεναι,ἀλλὰ συμπονθέναι
βέρπον: non deponenda,sed vna subeunda onero.quod ipse ita
exponit:simul in vita operandum,non autem contra facien-

dum, hoc est συμπατήν τη ζωήν εκ αινπατήν. cum eo sentit Cyrilus: non oportet (inquit) cooperari cuiquam ad ignauiam, sed ad virtutes & labores. Idem Plutarch. Symposias.

Olla vestigium in cinere.] Post inimicitias iræ meminisse malorum est, ait ille. Sic habet Prophetæ vaticinii, Olla igne & carbonibus succensa, hoc est cor plenum curis & sollicitudinibus: olla pro corde, cinis pro pœnitentia interdum sumitur à sacris doctoribus.

Vngium, craniūmque præsemina.] Quid vero dicas, si non calcandam, nec penitus negligendam rerum externarum curam suo hoc symbolo docuit Pythagoras: Ideo, scribit Iamblichus, in die festo nec vngues secari, neque comas tonderi volebat. At contrarius est symboli sensus, si (vt Ficinus transtulit) enuncietur, capillorum & vnguum superfluitates postquam abscederis, pessunda: ac si innuat de externis minimè curandum. Theodoretus capillos mortalitatis habere symbolum dicit, mortui enim sunt, nec doloris sensum habent.

Que uincisunt vnguibus.] Monemur hoc symbolo, vt rapaces homines fugiamus, néve inter familiares & domesticos habeamus: quoniam rapiendi desiderio, insatiabilique auditate omnia confundunt & conturbant: quod præcipue in aulis principum est videre, & quibus ferè huiusmodi rei familiaris magistri præficiuntur de industria, qui amplius aliquid concedere & conseruare dominis ostentant, vt eo amplius ipso rapiat & furentur. Vnguicuruia igitur nō nutrienda, nec domi habenda. Alij vero significari volunt omnem rapacitatem è ciuitate exterminādam esse, quod & sensit Aeschilus, qui leonis catulum non esse alendum in Repub. scripsit.

Οὐ χεὶ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέψῃ,

Μάλιστα μέλεον τα μέλι πόλει τρέψῃ,

Τλῦ δὲ οὐδεὶς τοῖς βόπτεσθείσ.

Catulum leonis alere in urbe non iuvat,

Sed mage cauendum ne leonem natrias,

Quem qui educaris, eius et mores feras.

Quod de Alcibiade Poëta intellexit tum temporis adolescente in primis factioso, rerumque nostrarum appetente.

Aduersus solem.] Vsu comprobatum est, cum in disciplinis reliquis, nedum in prima re litteraria, non multū profectu-

rum, qui manifeste veritati contumax reupgnat. Sol pro Deo interdum accipitur Ergo aduersus diuinitatem loquendum non est. Apud Hebraeos is loquendi mos est, ut aliquid contra solem fieri dicant, quod in conspicuo & aperto fiat, ut est apud Mosem.

Hirundin m sub eodem tecto.] Apud varios scriptores varia est huius symboli explicatio, domesticas hirundines ne habeto, ne domi patere hirundines. D. Hieronymus reddit, hirundinem in domo non suscipiendam: alios, sub eodem tecto hirundinem ne habeto. Marsilius Ficinus hirundinem domi ne suscipias, ομωρόει. Quid enim est eiusdem vel tecti vel culminis. Significatur admittendos non esse in contubernium amicos illos fucatos qui sui compendij causa colant amicitiam: Auctor ad Herennium, ut hirundines a stiupo tempore praestò sunt, frigore pulsæ decedunt: ita falsi amici, sereno vitæ tempore adsunt, simulaque fortuna immutata est, deuolant omnes: alij tamen de garrulis, & suspicionibus dici malunt, quò spectat illud Horatij percūctatorem fugito, nam garrulus idem est. Alexander Myndius, & Dionysius Heliopolites, hirundinem in somnis, malum significare prodiderunt, ut non temerè videatur Pythagoras hirundinem consuetudinem vietandam præcepisse.

Stragula semper circumvoluta.] Monere Pythagoram credidimus potius, ait Gyrald. ut parati atque expediti semper simus, quasi in procinctu, tanquam peregrinè abituri. nam & in castris cum migrandum est, omnia conuoluta habere, & colligata, conuasataque solemus: ad animum tamē conferri potest, ac si ab hac mortalitate sit migrandum, ne nos impatores mors offendat. Quod si nos moneat, cum non firmam hinc & stabilem mansionem habeamus, & varijs plerūmque casus immineat atque impendant, ut parati semper simus, quo cumque locorum peregrinandum sit, sedésque mutadæ: nosque in nobis ipsis omnia nostra posita habere, omnésque fortunæ casus longè virtute inferiores esse ducere, & deum talles nos esse, quales erant qui sua secum bona omnia in patriæ direptione ferre assuerabant.

In annulo, Dei figuram.] In annulo Dei imaginem ne circufero, sic enim Iamblichus explicat, εν δακτυλιῳ θεος εικόνα μη τερπεσθεί, ea scilicet ratione polluatur, Cyrillus, deorum imagines, inquit, ne feras in annulis: in hanc sententiam, & significationē, de diis ne facilè diuulges. Sed Celsius Rhodigi-

hūs sit interpretatur non esse animam, quæ imago Dei est, mersandum in corpus, quo planè ut annulus gemma animaliæ contineri videtur, nec mancipandam: sed ut Gyraldus ait, symbolum nos monet, ne in delitiis & pro patulo Dei effigiem ac memoriam habeamus: nam non temere, & vulgo Dei non em pronunciandum Hebræis, nobisque: operantea enim & artana esse oportet diuinæ mysteria.

Sellam oleo ne abstiferis.] Quidam putat nos moneri ut amicorum omnia ita curemus atque propria: neque blandis verbis, & sermonum fuso placeamus, sed veri studio: sedes enim amicitiae veritas est, non adulatio. Quid si nos ita interpretemur, ut *Sæxov* pro throno & cathedra, ut Latini sedem & sellam pro solio & tribunali, i. pro imperio & magistratu accipiunt Oleum pro assentatione poni ex sacris litteris proditum, ut & pro fictis sermonibus palpoque, ut illud Dauidis, oleum peccatoris non pingue faciet caput meum, & Prouoleum ore ferre, de assentatione blandientium dici videatur, & oleum ferre in auriculam.

Coronam ne carpito.] Cyrillus, Hieronymus, aliquique tradit Pythagoram eo symbolo monuisse discipulos, ne urbium & ciuitatum in quibus eos esse contingeret, leges decretaque contemnerent, neve violarent, sed ea custodirent ac inuolata seruarent: neve magistratus principesque urbium, qui & hodie pro coronarum & diadematum insignia significantur, lacefendo prouocarent. Id quod & Christianis legibus praecipitur. Pindarus rectissime dixit legem omnium esse dominam, cui ut Deo parendum, & Aristoteles aliquique multi perceperunt: qua ratione Plato minatur excidiu ei ciuitati, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus præfuerint. Mitto præclaram disputationem Dionis Chrysostomi de legibus, tam ad moneo coronam pro regio fastigio, ipsaque adeò nomophylacia multos sanè auctores adnotasse, quorum rationes quia etiam ut haec celebratas existimem, hic resisto.

Quæ ceciderunt ne colligit.] Id & superstitione hodie à quibusdam obseruari monuit Gyrald. quem tamen morem si ad animum, & animi cibum conuertamus, nihil superstitionis erit metuendum. Suidas huius meminit, ad hunc modum, τὰ πιπόντα ἀπὸ τῆς τερπίζεις μὴ αὐτοῖς, & eadem fermè quæ Diogenes affert. Sunt & qui sic efferunt. μὴ γέλεσθαι εἰς τὸ τῆς τερπίζεις καταπέψην, i. ne gustato quæcumque in mensa deciderint. Sunt qui paulo popularius explicant, quæ

deciderunt, ne tollito: hoc est, non decet quemquam suarum rerum esse audiorem, ut etiam vilem sese demittat ob assensum, quod Horatius ait. Nisi quis malit ad suorum mortem referre, quos ardenter appetere, vel requirere, praeter humani iudicij modum est. Video & qui non male ad lites accommodent, quas semel extinctas, non oportet reuiuiscere, ut Iuris-consulti asseuerant.

A gallo candido abstinas.] Laërtius & Suidas scribunt gallū album nō attingendum, quod Ioui, inquit, sacer est, & Lunę, atque horarum nuncius & diei. Meminit 4. Sympof. Plut. sed caussam non affert. Scribit Pausanias in Laconicis, Methanam urbem ad Isthmum, in qua ciues contra Africum vineis florescentibus ac germinantibus infestum galli pennis albis ac niueis remedio usos fuisse, quem gallum homines in diuersa trahētes discerpebant, per vineas disurrentes, dēmū in eundem locum redeuntes, ubi discerpserant gallum sepeliebant. Diuersi hi fuere à Pythagoræ institutis, quem tradunt gallum album adeò amasse, ut si quem videret, fratri germani loco salutaret, & apud se haberet: suis vero sectatoribus qui polities dicti sunt, permisisse ait Iamblichus, ut gallum, agnum, & alia quædam paullo ante nata, praeter vitulum, recte sacrificarent. idem ferè Suidas.

Panem ne frangito.] Plerique sic interpretantur, ut dicāt homines vitam distrahendam & conseruandam non esse, ea scilicet ratione quod panis sit humanæ vite subsidium. Alij verò ita, ut ad concordiam & communionem conseruandam inducamur. Nam ut ex multis granis unus panis conficitur: sic ex multorum voluntate & consensu cōmunio & cōcordia conflatur: quibus ita paruæ res crescunt, ut contra maximæ dilabantur. Ab ea Pythagorea superstitione Christiani sunt alieni maximè quorum religio in fractione panis præcipuè sita est ex dominico instituto, hoc est Christi seruatoris, quo Deus sese verè ipsum nobis exhibit. Apud Plut. Symp. Lucius Tyrocheus eos Pythagoreos reprehendit, qui in amicorum sociorumque cœnis panem non frangebant. Apud Q. Curtium cum Alexander Macedo Roxanis amore captius, eam uxorem duceret, eum in medio cupiditatis ardore iussisse afferri patro more panein, quod erat apud Macedones sanctissimum creditorū pignus: quem panem diuisum gladio uterque libabat, Credo (inquit Curtius) eos qui gentis mores cōsiderit parco & parabili victu ostendere voluisse iungentibus opes;

būs opes, quantulo contenti esse deberent.

Salem a povoito.] Quia sal à putrefactione seruat omnia, & ex purissimis liquidissimisque cōstat rebus, aqua marique, prō amicitiae symbolo sale vni veteres Pythagorai. Huic symbolo non nihil congruit Proverb. Salem & mensam ne præterito. nam sale & mensa amicitia sancitur, vt ex sequentibus intelligitur. Antiqui salem apponebant in cohuiuis hospitibus ante alios cibos, quo amicitiae firmitas significabatur, vel quia conseruat & producit rerum multarum corpora, vel quia ex aquis multis & fusilibus sal cogitur & in solidū quid & vnu coalescit: ita ex diuerso conuenientes animi coniunguntur. Sunt qui hoc symbolo iustitiam significari potest: nam sal, inquit, nota modestia, quoniam in cibatu hominis admittitur, nec plurimus nec minimus, nam vtrumque respicitur. Sed & salem mysticè sapientiam prudentiamque legimus: ita que dices in communis sermone, omnibus in rebus salem adhibendū. Et faceto mordacique lepore quodā dicta, salem & sales nostri s̄aþe dixere. Quin & pro acrimonia sal ponitur, vt oleum prō mollitia. Scribitur à Platone, salē diuinis rebus maximē conuenire: idcirco ab Homero diuinus sal appellatur: quod ab Hebræis Plato accepisse videri potest, apud quos Moses omnia quæ in sacrificio offeruntur sale condiri præcipit, cum ait, οὐταν δῶρον θυσίας υπὸν ἀλιθέοτα. In Euāgelica historia, sed alio sensu dicitur, omnis victima salietur. Apud gentes ad placāndos deos sal apponebatur. Ouid. in Fastis,

Ante deis, homines quod conciliare valeret,

Fiat erat, & puris lucida mica salis.

In via ne seres ligna.] Via, vitæ humanæ cursum: & lignum, fortem animum, etiam in sacris literis videmus significare. Malim tamen nos moneri, ne publica, & quæ sunt vniuersitatis turbare velimus. Ad eam rem tit. iuris, Ne quid in loco publico, & similia Prætoris interdicta.

Nelibet dñs, &c.] Solomo, rex maximus & sapiens, vineā seu vitem hominis stulti, vitam intelligit quæ sine doctrina est bonisque actionibus. Et id non vnius Pythagoræ fuit præceptum, sed & antiquorum legibus caustum, vt meminit Plinius. Seruius Maurus in sacris diei, ait, vt is furore corripiatur qui de vino sacrificauerit quod de vitibus esset imputatis. Romani etiam Iouis sacerdotem (vtrit Plutarch.) sub vitem ingredi noluerat, quod eum scilicet cibū fieri non deceret

Nef sacrificato sine farina.] Hoc est, ut mundiac mente candida, & expurgata conscientia, proboque expiata, Deo sacrificeamus. Itaque & gentes mola, quæ ex farina & sale conficiebantur, victimarum capita, antequam mastarent, inspergere solebant. Et Hebrei eadem causa, ut conijcimus, suapleraque sacrificia farinâ & oleo conspersa Deo offerre consueuerant, ut est apud Mosem, Philonem, Iosephum.

Adorato circumactus.] Vertigine actus adorato. Plutarch. videtur hoc adscribere Numæ, non Pythagoræ, qui & multa scitu digna de vertigine in sacris affert. Aiunt hoc symbolo quidam eruditæ prudentiam circa diuinæ preces voluisse indicare Pythagoram, ne in nos videlicet iure retorqueri possit, nescitis quid pietatis. Scio hac de re multa, scitûq; digna posse hue conferri, sed Theologorum verius, quam philologi pensum est, ad alia facio transitum.

Adoratur si sedeant.] Exponitur: sic oportere certa vota concipere, & in his quæ optima fuerint perseuerare. Id dictum ea ratione, quod sedentes meliorem, pacatiorēmque animum assequi existimant, nam sedendo & quiescendo animus melior fit, teste Philosopho: eaque causa rectius de re quique censere. Ergo iudicem, dum sententiam est dicturus, pro tribunali sedere, tanquam Deo sacra sit facturus, legibus cautum est.

Surgens è lecto, &c.] Erasm. hic fallitur, qui putat idem esse hoc proverbiū: Stragula semper cōuoluta habeto, cum hoc; Electo surgens, ipsa conturbes stragula. Plutarch. symp. hoc ait pertinere ad pudorem thalami & reverentiam, quā recte & illibata esse oportet. Sic Gyrald. Surgens è lecto, stragula explicato, exponit, somno mortalis huius vite erige te ad diei lucem, & ad cœlestium, diuinarumque rerum contemplationem: corporeos sensus deserito, & perinde corporis vestigium & stragula confundito: hoc est ne ad momentanea & mortalia, sensuique obnoxia respexeris, eorum memineris. Non poterit ergo recte philosophari, qui fluxarum rerum curam nō abiecerit. Nam & sacri interpretes per lectum, seu cubile, carnis voluptates interpretantur: quod & poëtæ seculi, lectum seruare purum, castumque, lectum non polluere, lectum fœdere dicunt.

A piscibus abstineto.] Quo loco dicit, nullum pisces idoneum ad sacrificium, de Ægyptiis intelligendū: nam & apud gentes quasdam veteres de thynno & anguilla rem sacrâ fa-

cibant, quod pluribus ostendit Athenaeus in 7. & M. Varro lib. 3. de re rust. de certis piscibus rem sacrā fieri apud Lydios scribit. Non tamen existimandum est omni genere piscium Hebreos abstinuisse, quippe qui tantum vesci iis prohibiti essent qui pinulis & squamis carerent, ut est apud Mosem. Sanè præter Ægyptios, & Syros abstinuisse piscium usu legimus. Itaque apud eos Atergatis dea colebatur, quæ sic dicebatur, quia sine pisce esset, quippe Syrorum lingua, ater priuatiua est dictio, & Gatis piscem significat. Homerus etiam videtur abstinentiam piscium asserere, quod nusquam suo carmine, piscium esum ostenderet, quod idem Plutarc meminit. Meleager tamen Gadadeus *εν χάρισι* tradit, Homerum, cum Syrus esset, quæ iuxta patrium morē fecisse, ut prisci illi heroës piscibus abstinerent. Sed potuit ea quoque ratione Pythagoras piscium usum interdicere voluisse, quod fortasse ab Hæbrais didicisset, pistes ignobilissima esse animalia. Tradit enim Philo in sua cosmopœia inter animalia primos esse creatos pisces, quia videlicet eorum sit anima ignobilissima, thominis est acutissima: quæ autem amborum est intermedia, terrestribus & volucribus data est: magis enim hæc sensis quam in piscibus: hebetior verò quam in hominibus: Ergo inter animantes, Deus pisces primos condidit, magis corporis substantiæ, quam animæ participes, & quodammodo animalia, & non animalia, mobilia inanima, atque ad ipsam somni corporis conseruationem Deus illis indidit spiritum animalium, seu (ut dicitur) sal cibis inspergitur ne facile puerescant. Vide Plutarch. *τοι ο αρχορχιας*, & H. Steph. ibidem.

Vnde profectus Stemmatum usus.

Ex quo factum esse constat, ut sapientes quique posterius iumentioni huic tam ingeniosæ multum ornamenti adiecent suis tum libris, tum disputationibus: sic etiam permultis nobiles & generosi, virique principes, qui bellicis olim negotiis præfести essent, ut etiam hodie, qui eundem dignitatis radum obtinent, quæ sui nominis atque familiae splendorem quam latissimè propagarent, stemmata quedam & simola sibi usurparunt. Et certè omnibus pænè gentibus in modum positum fuit, ut speciale aliquod signum militare habent, quo facilius cogi possent, & in unum conuocari locum milites, qui vel sparsi vel fusi extra castra essent. Occurrit ihi quod Diodorus Siculus 1. B. 8. 10. retulit, quo loco iniunxit eiusmodi schematum videtur repetere à temporibus

Ostis, his planè verbis: τὸ Α' οὐδὲ Ο' σί, οἱ σωτεῖται ἀγέλες γενετὴν καὶ τὸν Αὐτοῦ τε καὶ Μακεδόνα, διαρέποντας αὐτοῖς, αὐτοτέρης χειραδαῖ τοῖς ὄποις μοτάτοις ὅπλοις ἀπὸ πνῶν ζώνην εἰς αὐτοῖς τὴν φέλαντας διτολιμὰ. Pindarus enim testis est Amphiarorum in expeditione Thebana pictum draconem in clypeo circumtulisse: Statius Capancum hydræ: Polynicē Sphingis imagine, vsos in scutis fuisse. In bello Troiano Agamemnon pictum habebat in scuto Leonem vnam cum epigrammate, ΤΟΥΣ οὐλός εόβας θεούς: Ulysses delphinem: Typhonem Hippomedon ore fumos efflantem: Perseus Medusæ vel Gorgonis caput. Virgil. 7. Aeneid. ad finem, graphicè nobis exhibet armā Turni picturis elegantibus, & ingeniōsas conspicua, his omnino verbis:

Ipsé inter primos præstanti corpore Turnus,
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra:
Cum triplici crinita iuba galea alta Chimeram
Sustinet, Aethneos efflantem faucibus ignes.
Tammagis illa freniens, & tristibus effera flammis;
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugne.
At tamen clypeum sublati cornibus 1.
Auro insignibat, iam fetu obsita, iam bos,
Argum natum ingens, & custos virginis Argus.
Celataque amnem fun tens pater Inachus urna.

Et Romanis in more positum olim postes spoliis hostium exornare. Verba hæc Polybij, εὐτε ταῖς οἰκιασι καὶ τοὺς ὄπανες τὰς τονες πέπει τὰ σκῦλα. Virgil. 2. Aeneid.

Barbarico postes auro, & poliisque superbi,
Multaque præterea sacris in postibus arma,
Captiūs pendent currus, curuæque secures,
Et criste capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra carinis.

Neque enim dubium potest esse quin & cæteri Nobiles sua insignia familiæ, seu symbola quædam propria sibi vendicarent. Homerus item alter 8. Aeneid. id minimè sibi prætermittendum putauit, cum Turni auxiliares copias memorat quorum hominum arma signaque diligenter & studiose per securus est. Cimbrorum & Teutonum bello illo horribil quod in Mario Plutarchus describit, id memoria dignus notat, eos populos, quamquam immanitate barbaros, suis ipsis scutis, aliisque id genus bellicis instrumētis, non modo nitorem armorum fuisse, sed & depictas feratim imag-

nes. Nonnulli putant Marium primum Aquila pro scheme
vsum, vt præter cæteros testis occurrit Val. Maxim. Primis
enim imperij Romani temporibus, in expeditionibus belli-
ciscum educenda esset acies. aut etiam manus conserendæ,
pro signo, fœni manipulis vtebantur: vnde legiones mani-
pulares primo appellatas esse constat. Sed cum incrementum
aliquid cepisset imperium, signa alia sibi finxerunt, qualia
fuere Lupi, Equi, Capri, Minotauri. pro vario Principum ar-
bitrio, qui militibus præficiebatur. Sed vt ea demum Aquila
vsurpari coepit pro publico & perpetuo Imperij Romani
symbolo; sic usus inualuit, vt quæcumque legio distinctas in-
signium notas haberet. quod posteris ita transmissum est, vt
eius rei memoria, quanquam longa temporum intercap-
dine, longoque spatio, & pñè vetustatis obliuione demer-
sa scriptorum beneficio tamen nondum intermori potuerit.
Dio tradit in Pompeij Magni annulo expressa fuisse tropæ-
tria, vt antè idem Sylla dictator fieri sibi curarat. Plutarch.
verò ait in summi pretij lapilla, qui Pópeij fuit, qui que post
mortem eius, Cæsarem coëgit ad lacrymas, Leonis conspi-
cuam fuisse imaginē, ensem tenentis. Quod genus doctrinæ
reconditionis quanquam plerique ludicrum esse censem, au-
sim tamen dicere id sapientibus olim hominibus familiare
habitum pro certo constare: quod declarant erudita & literata
illa symposia: quo maximè nomine Principibus digna
videri debet ea exercitatio, quos si verè Principes agat, litera-
tis colloquijs suas epulas condire par est: non vt inertes qui-
dam aulici, & (quod dicebat ille)arietes in aureo vellere, qui
lapillis & tessellis, qui cubis & foliorū lusu non modo toto
dies terunt, in quibus luditur quidem, sed interea permultū
otij & pecuniarum impeditur, multoque plus temporis in-
sumitur, quam necesse esset; cum in ea symbolorum doctri-
na exercenda, & liberis hominibus digna cognitione, non
mediocris, utilitas capiatur, ingenium intendatur, iudicium au-
geatur, exerceatur memoria, mirifica oblectatio capiatur.
Sed hæc missa faciamus. Quam enim superioribus anteactis
seculis hic symbolorum usus magnis quibusdam viris arrise-
rit exemplis inumerabilibus testatum habemus: Quin id an-
tiquarij & studiosi longè antè, & hoc nostro seculo diligen-
ter obseruarunt in quibusdam priscorum temporum numis-
matis æreis & argenteis, tum saxis & ædificiis, longa seculo-
rum caligine, & quasi senio fecrè omnino collapsis, ex quibus

illorum veterum hominum studium agnoscunt in obseruan-
dis familiis, vel gentis alicuius stemmatis, aut effingendis iis
quæ ipsi suo arbitratu conceperant, quæque vel multis, vel
certè paucis, & quidem eruditis atque ingeniosis proposita
esse cupiebant. Siquidem, ut è multis pauca sublegam, Ale-
xander magnus Serpentis imagine vsus est, quòd se à Ioue
Ammone patre sub forma serpentis esse natum credi vellet.
Augustus Cæsar magnam sui animi moderationem, alie-
nūmque ab omni temeritate iudicium, id est maturitatem in
rebus gerendis ostensurus, in altera numi aurei parte, quod
cūdendum ea maximè causa iusserat, Papilionem vñā cum
Quuiatili Cancro cælari voluit; altero quidem tarditatem,
altero verò celeritatem intelligebat. Eundem & Sphingis
imaginē in sigillo seu sphragidio sumpsiſſe memorant: quo
plerique coniiciunt eum designasse suam in rebus obſcuris
illuſtrandiſ, & conficiendi negotiis alioqui perplexis admi-
rabilē ſolertiā, quod tamen ſignum commutauit Repub.
primūm compoſita, & imagine Alexandri Magni poſtea
 fertur uſus, fortasse vt Monarchiam, qua ſe dignūm puta-
bat, intelligeret: quam vbi magna, planēque inaudita felici-
tate consecutus eſt, non alia delectatus eſt imagine quām ſua.
Mæcenas eques Augusto familiarissimus, Ranam uſurpauit,
fortasse Seriphiam, vt quibusdam placet, ad arcani fidem,
quam vnicè obſeruabat ille, designandam. Titus Vespafia-
nus Augustum æmulatus, proprium ſibi ac peculiare ſchemā
vel ſymbolum habuit, quo maturandum eſſe præcipiebat,
Delphinum anchoræ alligatum. Narratur historiis Ecclesia-
ſticis, & D. Hieronymi Commentarijs, literam Hebraicam
τ a v. Salutis fuſſe olim ſignum etiam Paganis iſpis habitum,
quod parietibus templi Serapidis paſſim viſum fuit. Nullus
eſt ex noſtris, qui audierit aut legerit memorabilem illam
Constantini Magni expeditionem aduersus Maxētium, qua
maximè signis militariibus signū Dominicæ Crucis tum pri-
mām cœpit. Et certè Crux ineritō pro ſalutis nota uſurpari
cœpta eſt, quòd T literæ, olim absolutionis ſignum, videatur
repondere, ſi picturam & lineas ſpectes.

Quidem in ut externa illa quæ innumerabilia ſunt, transi-
liam, ut quæ leguntur de Atheniensium Noſtua, Persarum
Aquila aurea, vel Solis effigie, aut igni ſacro, Thebanorum
Sphinge, Oridis cane, Cyri Gallo aureo, & aliis etiam
pluribus, de quibus fidem ſcriptores faciunt? Sed nescio, quo,

modo nos magis delectant & afficiunt domestica, vt est Na-
uis illa, quam pro stemmate habuerunt Franci veteres; sicuti
Sidonius Apollinaris & Panegyristes ille Pacatus testan-
tur: quod idem signum Parisiorum esse adhuc aperte vide-
mus: vt tria illa Repagula rubea seu veetes, quibus in publi-
co stemmate Burgundiones vni sunt; vt Vrsi, quibus Heluetij,
vt Leones, quibus Germani quidam duces: vt Igniariū vnā
cum silice, quo equites illi torquati, qui à Burgundo duce
primum insituti sunt longum enim esset in singulis immo-
rari, & ad ea omnia explications adiucere. Quid, inquā, nūc
memorem veterum illorum Gallorum stemmata & insignia,
quæ sibi vel ingeniosi finxerunt, aut aliqua nacti sunt occasio-
ne, vel tāquam hæreditario iure posteri usurparunt? Quia ta-
men multus essem, imò verò fortasse nimius in ea rerū vete-
rum commemoratione, quas subinde fateri cogimur longa
vetustatis obliuione nobis penè deletas & oblitteratas: faci-
lius videtur, meo quidem iudicio, in iis pedem, vt ita loquar,
figere, quæ non tam priscorum hominum libris, quām ipso
nostrorum patrum, & quidem huius ætatis hominum exé-
plo, planè artinguntur. Itaque præter publicum & solenne
imperij Germanici stemma quod Carolus quintus superiori-
bus annis pro imperatorio iure habuit, symbolum etiam pec-
uliare sibi vendicauit, duas Herculis Columnas, vnā cū sym-
bolianima VLT'ERIVS: Lodoicus xii antequam ad re-
gnum euectus esset aliqua ratione Histricem, quem Porcum
spiceum vulgus appellat: Franciscus i. felicis memoriæ Prin-
ceps, tria lilia. quibus alij Reges regio nomine fuerunt vni ad
hæc nostra vsque tempora, & Salamandram aliqua causa pro-
priam sibi fecit. De Salamandra Francisci i. hoc placet adjice-
re, quod pauci, aut nulli ex scriptoribus attigerunt vel ex no-
stris, alioqui curiosis, & eruditis: fortè quia sensum Principis
assequi nō potuerint, aut quia noluerint teneros amores, qui-
bus ille delectatus fertur impensis, suis celebrare commen-
tarijs.

Accepimus enim à patribus, principem reuera maximum,
à quibusdā familiaribus nō semel monitum, abstineret ab vnu
amorum nimio, opposuisse consultoribus aliqui bonis suam
Salamandram, quæ (seu saxum, seu animal sit, non est hoc loco
quærere) conjecta in focum crepitantē, dicitur algore suo
flamas restinguere. Ad altiorem tamen sensum traxit Sala-
mandram regiam auctor distichi, quod litteris aureis ex scri-

ptuin vidimus in regia Callirhoës, id est ad saltum Fontis aquæbellæ, his omnino numeris,

Vixus atrox, aquilæque leues, & tortilla anguis

Cesserunt flumine iam Salamandrae.

Celebratur Francisci victoria de Heluetiis, quorum symbolum vrsus, quod & in numismatis ipso um videre est. item de Germanico Cæsare, Carolo v. cuius insigne, aquila, ratione imperij: déqué duce Mediolanensi, cuius gentilitiū stemma, serpens, de quo nos speciatim ad emblema primum. Henricus ii. eius filius, crescentem Lunam, vnâ cum hemistichio, **D O N E C T O T Y M I M P L E A T O R B E M :** Margarita Nauarræa Regina, magni Francisci soror, heroïna verè illustris, Heliotropium non sine causa sibi legit. Carolus ix. duas columnas in se complicatas vñlæcum, **P I E T A T I E T I V S T I T I A ,** descripto epigrammate: haud dubie significatum hoc symbolo duplici principatum omnem Christianum duabus niti quasi columnis firmissimis, pietate seu religione, quæ Deo iungit: & iustitia, quæ societatem tuetur hominum, & concordiam ciuili vinculo firmat, vñaque homines hominibus consociat. Henricus iii. Gallico & Polono regno potitus, symbolo trium coronarum specioso donatus, ex quibus duæ equaliter iunctæ visuntur, tertia verò sublimior ac superior, ad lito subitus emblemata, **M A N E T V L T I M A C O L L O . H E N R I C V S I I I .** rex inuictissimus, & Galliarū bono singulari natus, vel cuius heroicæ virtutes laudationem omnē superant, inter multa schemata quibus certatim exornatur à viris eruditis, hoc ferè primū euulgatum: ut scepta dgo colligata, ense intermedio simul adnectantur, ad regni Francici & Nauarrii ius designandum, addito verbo, **D V O P R O T E G I T V N V S .** Sed id quidem parum, si tanti, tamque inuicti Principis res gestas cum summa omnium admiratione velimus estimare, quem Thrasibulo, & Camillo superiorem censere non dubitamus, imò ex nostris, Carolo Magno, & Philippo Augusto vel parem, vel certè nusquam inferiorem cognoscimus: qui tantū nobis profuit, ut merito iure illi salutem, vitam, ornamenta dignitatis omnia, libertatem debeamus. Id nisi sponte confitemur, indigni luce communi sumus. Pacem princeps bonus armis quæsivit, imò qui nunquam nisi lacefitus ad arma prosiliit. Et quis in magna etiam armorum licentia eo principe mansuerit? quis parta victoria in supplices ac viatos clementior? quis

in partibus, conuentis, in iudiciis, fœderibus, promissis omnibus constantior ac fidior? Communi quodam errore lapsos se facentur qui aduersus eum coniurarant: postquam agnouerunt qui & quatus esset, arma sponte abiecerunt, manuq; derūt: illique vicerūt qui se victos fassilunt, ipséque princeps duplice victor nomine qui sese vicit in victoria. Catharina Medicea, Regum mater, Iridem seu cœlestē arcum, adiecto symboli argumento, εὐτὸς οὐ πέντε γαλήνης: Annas Mommo- rancius, militum magister, nudum Ensem, vñā cum verbo ΑΠΛΑΝΟΣ: Quo innuebat, se ab omni fraude alienum, operam fidam ac studium in summo Magistratu præstuisse. Marescallus Santandræus nodum Gordium: Plerique idem tribuunt Regi Catholico, vt Iouius ipse: Cardinalis Borbonius, pastorice dignitatis notam, Ensem seu gladium flammeum habuit, quo verbi diuini vim intelligi aiunt: Carolus Lotharenus Cardinalis, Hederam altæ pyramidis hærentem, vñā cum versiculi parte altera ΤΕΣΤΑΝΤΣ·VIRBBO. Quod symbolum eruditum quidem, sed an fatale planè fuerit, viderint alij. Franciscus Turnonius Cardinalis cœleste Manna: Christophorus Madrucius Cardinalis Tridentinus, Phœnicem se in igni comburentem, vñā cum sententia, PERIT VT VIVAT: Ferrariensis denique Cardinalis, Hesperidum mala ab insomni non custodita dracone, quo virtutes significari constat. Alphōsus Arragonum Rex libro operto, ad libertatem designandam, vti maluit. Franciscus Sforcia cùm ducaum Mediolanensem obtineret, Canis sibi symbolum pingi singique curauit, vñā cum epigrammate, NEMO QUI ET VM IMPVNE LACCESET. Duo inter cetera Principum Italorum symbola, eruditis hominibus placuerunt, nempe vnum Laurentis illius Medicei, & alterum Prospere Columnæ: Ille quidem tres plumas habuit colore triplici distinctas, albo, viridi, rubeo, vñā cum SEMPER adiecto vocabulo, quod eruditii homines ad virtutem triplicem, Fidem, Spem, Charitatem, retulerunt: Hic vero Columna, quo tempore Rauenati Reipub. præfectus, urbem obsecram defendebat, duplē ramum complicatū pro symbolo circumtulit, alterum è Cupresso, è Palma vero, alterum, vñā cum sententia adiecta ab eloquenti homine Antonio à Casanoua, ERIT ALTERA MRCES. Illum quidem ramum, mortis, victoriæ hunc esse notam volebat: ut significaret in ea expeditione sibi certissimum esse mo-

xi, vel vincere. Quibus profecto notis & signis illustribus magni illi heroës ac Principes excellentē aliquam suorum animorum cogitationem non obscurè ostendi voluerunt.

De qua quidem philologiæ parte, ne cogat singula percensere, cùm quosdam viros excellenti doctrina, & antiquitatis vel maximè studiosos aliquando disputare audiebam, memini vltò citrōque habitos ea de re sermones eruditos, ex quibus tamen ad extremum, vt uno dicam verbo, nihil ferè præter coniectanea mihi comparaui. Nam vt prisca illa & externa præteream, quidam auctores sunt non omnino mali, à quibus accepimus piorū Galliæ Regum, qui à Pharamundo profecti sunt, insignia fuisse tres Bufones aut Rubetas, nonnulli tres Coronas malunt: alij Leonem, qui Aquilam ad caudam habeat. In quo illi boni scriptores temere interdum & sine iudicio caligant: quippe qui quod Regum quorundam peculiare symbolum fuerit, ad alias etiam tanquam commune omnium referant. Videri autem certius potest, tribus Liliis primū Clodoueum fuisse usum, cùm primū, suadente Clotilde vxore lectissima, religioñi Christianæ nomen dedit: quod liliorum trium stemma posteri etiam Reges ad nostra vsquatempora retinuerunt.

Polydorus Virgilius in Anglica historia, quo loco vitam Guilielmi Nothi persequitur, auctor est Reges Anglos ad eam usque regis illius ætatem certas insignia notas minimè habuisse: sed pro regum varia successione, etiam signa illa fuisse varia. In quibus omnibus primò excogitandis, effingendis, exornandis, aliqua ratione pingendis vel sculpendis, non video quid veri certique statui certò possit: nisi dicamus pro animorum & opinionum varietate mirā semper pænèque incredibilem symbolorum eiusmodi varietatē extitisse. Eset quidem imperiti hominis, patimque in rerū veterum historia exercitati, qui auderet affirmare nullā subesse sententiam in ea ingeniosa inuentione stemmatū, schematum, insignium & symbolorum, quæ veteres ipsi non tam studiosè affectassent, nisi suæ doctrinæ solertioris, suæ laudis & gloriæ, suarūmque cogitationum aliquam non minimam partem aliis notam esse voluissent.

Symbolorum tria genera.

CETERVM ne hoc quidem prætermissum velim, Symbola & Emblemata, de quibus hoc agitur libro, multiplicia esse & varia: quorum tamē rationem multiplicem ad quos-

dam quasi cancellos reuocare possumus. Quædam enim historica sunt, alia physica, alia ethica, & certè allegorica, quibus aliquid petitum à fabulis aut rerum natura, ingeniosè ad mores vt plurimùm traducitur. Historica sunt ea, quæ ducuntur ex historiis, vt Leænæ statua ærea in acropoli Atheniensi posita, de qua 13. Emblem. Triumphus M. Antonij triumviri de M. Tullio interfecto, 29. Emblem. Hunni Scythici descriptio, 37. &c. Physica verò, vt Bacchi & Palladis simulacris eadem ara erekta, 23. vt de Ciconiæ αἰπηλαρψίᾳ, 30. quæ tamen ad mores omnia mihi reduci posse facilevidentur, quia ex iis omnibus, quamquam non semper ita perspicue, moralis sententia eliciatur.

Differre inter se schemata, imagines, seu insignia, symbola.

Quod cùm fortasse pluribus ostendo, nolo mihi quispiam succenseat, vt qui nullum planè discrimen constituam inter schemata illa seu insignia vel arma, quæ vocatur gentilitia, imagines, & peculiaria hominum vel publica nationum aut ciuitatum symbola. Scio equidem vt primò de schematis, id facile vel tacente me intelligi ab iis qui omnino non sunt obtusi: nullum stemma esse puto, quod symbolo & nota non constet: sed tamen non omnia symbola stemmata esse possunt. Alterum enim, nempe symbolum, latius: strictius verò & specialius alterum accipi competitissimum est.

Alia verò imaginum ratio, quamquam ad eundem fortasse finem olim Romanis sumposisse videantur imagines, vt posteri, & hodie Nobiles sua illa stemmata. Ij certè nobiles erant, qui sui generis imagines poterant ostendere, teste M. Tullio; quæ causa fuit, vt sapè imagines pro nobilitate usurpari familiare sit auctoriibus. Eas Romæ patricij in primis sibi tribuerunt, & qui soli maiores magistratus, nempe Ædilitatem miorem, Prætutam Censuram, Consulatum obtinebant. Quæ imagines quales facerint, lib 6. Polybius me docuit, Plinius 35. vt etiam M. Tullius permultis locis. Erat enim simulacra quædam oris similitudinem artificiosè fistam, coloribus & pigmentis adumbratam referentia, quas in insigniore domus parte positas armaria lignea includebant. Eas aurem imagines diebus festis exornabant, apertis armariis: cùmque aliquis è propinquis aut affinibus mortuus elatus esset, in funere circumferebantur, addito ut magnitudine quam simillimi apparerent, reliquo corporis

erunc. Eas demum cereas fuisse me locus admonet Plinius, quem circai proxime: ut inde appareat maiorum imagines posteris etiam temporibus nominatas: sed non ita tam vñsurpatas. Nam insignia nobilium imagines habent illas quidem, sed non humani vultus, ut fuere olim Romanorum. Pro quibus certe imaginibus posteriora secula cœperunt habere sua illa, quæ vulgo Arma vocantur, id est insignia gentilitia: quæ ut ad honorem & gloriam veteribus vñsurpata sunt, sic certe uti credibile est, fuere postea virtutis præmia, & rerum præclarè gestarum aperta testimonia.

Quæ spectentur in symbolis.

A d extremum itaque quid ad conficienda symbola in primis obseruandum sit, adiiciam ut tandem (eorum gratia maxime, qui hanc liberalem & ingeniosam cognitionem colunt) formulam quandam apponam symbolorum confiendorum, expeditam illam quidem & facilem iuxta Iouij doctrinam, qui non modò notas heroicas Principibus multis excogitauit, sed & artem quandam apertam & compendiam admodum inchoauit potius quam perfecit.

Symbolorum id proprium & peculiare est, ut gyris quibusdam & meandris, ne mpe obscuris sententiarum inuolutis obregantur. Si enim tam aperta & popularis esset inventio, nihil doctrinæ aut gratiæ in iis esse videretur, quo symbolis Ægyptiorū, Chaldæorum, Pythagoreorum, Græcorum, & aliorum iam antè quadam ex parte demonstratum est.

Deinde, in eo vel maximè sita est Symbolorum ratio, ut cum grauitate breuitatèque quadam plurimū sententiae cointineant: quod obseruandum notat author grauis & acutus Demetrius Phalereus.

Id præterea obseruatur ut plurimū, ut symbolum habeat aliquam cum adagio seu parçemia similitudinem. Et quidem sæpenumero fit, ut symbolorum & adagiorum eadem natura esse appareat, quanquam inter se ratione quadā differant. Quod Plutarchus diligenter obseruauit in quibusdam: & præter eum Apuleius, qui etiam exemplum apponit, ut cùm olim diceretur, Ex quocunque ligno Mercurium nō fieri, significabant omnia & quævis ingenia minimè ad doctrinam capessendam idonea; neque cuiusque animum ita esse à natura informatum, ut ingenij cultum tam commodè capere possit.

Quæ tamen fortasse magis attinent ad ea symbola, quæ oratione viuâque voce usurpantur, non ea quæ ἀρχόντες & ἀρχαὶ σύμβολα nominantur. Certè inter utraque magna potest intercedere similitudo, ut nusquam esse non possit inter res & verba nō minima cognatio: aut si magis placeat, ut enigmata, sic symbola sunt alia in verbis, in sententiis alia; quædam etiam in utroque, immo interdum literis atque syllabis. Quod pluribus illustrarem, si putarem id studiolos aliquo tandem modo remorari.

*Ars quedam inventandorum & excogitandorum
symbolorum.*

E t itaque, qui symbolum aliquod vel schema commode volet effingere, spectanda hæc primùm proponuntur, ut iusta sit animi & corporis analogia (per animum, sententiam vero, altero, vel certè paucis comprehensum verbis intelligo: nomine corporis, symbolum ipsum designari placet.) Deinde, ne ita tenebricosum sit & obscurum, ut Delio narratore opus habeat. Tertiò, ut facilè conspici & dijudicari possit, si forte aliquid interiectum habeat: ut interdum sunt sidera, stellæ, luna, sol, ignis, vnda, nubes, silue, rupes, speluncæ, & alia innumerabilia. Quartò, ne qua humana forma, nisi admodum raro, depingatur. Postremò, adhibeatur interdum anima illa symboli lingua quadam nobili minimè que vulgari, ut id ἀρχόντες καὶ αὐλαῖ, ingeniosaque inuictio, quæ cogitationem requirat, & eam quidem eruditam, multò plus dignitatis habeat & grauitatis. Id autem fieri ab eruditis, vel iis qui à liberali & polita literarum cognitione auersum animum non habeant, Græcè aut Latine commode solet: aut denique, si magis placeat, extera quadam lingua, idque sententia breui, arguta, graui, vel adagio, aut etiam hemistichio, integro versu nonnunquam, qui vel recens natus, vel aliunde petitus sit, dummodò argutiarum aliquid & salis contineat. De symbolis, schematis, & stemmatum ratione iam satis: nunc tandem de Emblemate quædam commentemur.

Quedam de symbolis exempla Typographorum.

No n mihi temporo, quin animi caussa, quorundam rei Typographicæ peritorum hominum huc adiiciam eiconas, quibus ingeniosè vti soleant in suorum librorum frontispiciis, quibus se vel ingenio, vel arte, meliorum litterarū adumento necessaria cōmendent, Vnus in primis habitus litteris pri-

inum renascētibus qui purē, nitidēque typographicā illustravit, A L D V S M A N V T I V S Romanus, qui pro nota singulare ac propria sibi sumpsit Delphinū anchorae alligatum, fortè ad laudem maturitatis, quæ medias partes teneat inter nimia ac præcipitē celeritatē, & tarditatem; de quo nos ad emblemā, cuius epigraphe, M A T V R A N D V M. Excudit mihi memoria typographi ex solo Italico, qui etiā antē Aldi ætatem Sirenem habuit. qua vsu in suorum fronte voluminū, ad eloquentiæ, nisi me conjectura fallit, simulacrum ostendandum. Alioqui me non fugit Sirenium nomen ad alios flecti sensus, de quibus nos etiam suo loco. **S E B A S T I A N U S G R Y P H I V S** Lugduni eam artem perugili studio illustriorem fecit; suamque solerter nobili symbolo patefecit, captato sui nominis etymo, vel allusione potius. in tabellæ planicie Gryphis effigies, qui vnguibus pedis dextri saxum quadratum attollat: subtus orbis. seu figura sphærica, ad cuius partē utramque totidem ale, seu plumæ adfixæ: addito noëmate, **V I R T U T E D V C F, C O M I T E F O R T V N A.** Quæ verba duo vim schematis ingeniosi concipiunt.

Apud Germanos, Basilex Frobenius, artis eiusdem apud suos Roscius, stemmā libris editis affixit erectum baculum duabus arreptum manibus, in cuius apice, avicula, & ex parte utraque duo serpentēs complicati, sed nullo addito vocali symbolo. Credibile est virum solerter his notis bene dicendi artem, quæ baculo innuitur, quasi spiri ac colligari sapientia; quæ apud veteres serpentis nomine signaretur. Ioan. Oporinus, eruditus sanè vir, nedum typographus, Delphino insidentem Ariona lyræ fides digitis atrectantem sibi legit fortè indicans litteratorum virorum salutem in mediis ac tempestuosis vitæ huius fluctibus tutam ac securam: aut etiam eruditos homines à suis nonnunquam male haberi ab extraneis excipi humaniùs. Nimiris multus esset, si singularū urbium Germanicarum velim collustrare officinas: alioqui fateor ingenuè plures esse vel Coloniæ Agrippinæ, vel Francfurti, vel Spiræ, aliisq; celeribus Germaniæ ciuitatibus, quarū typographi eruditis suis symbolis noti minus sese orbi Christiano commendarunt. Sed ad nostros venio, qui sese iis superiorib. & equarunt, vel certè nusquā inferiores habitis sunt. Inter eos nemo mihi occurrit illustrior, vel suo æuo peritior, aut diligentior Roberto Stephano, qui pro familiari schema arborem habuit in ramos porrectam, addita figura specu-

latis hominis, verbo exscripto D. Apostoli, **N O L I A L T U M**
S A P E R E: qua nota visus est arguere nimis curiosam de re-
 bus obscuris ac diuinis inuestigationem, & doctrinæ cuicun-
 que apponendum modum. Simonis Colinæ, politi hominis,
 laudata nostris & exteris industria, qui ut litteras, earumque
 gloriam ne quidein tempore intermoriturâ suo agalmate, re-
 præsentaret, Saturnum falce metent̄ omnia depinxit, addito
 versiculo ut symboli anima, **V I R T U S S O L A A C I E M**
R E T V N D I T I S T A M. Non prætero Andreæ Vvecheli
 equum Pegasum, de quo in fabulis, quod signum immortalis
 nominis per doctrinam comparandi. Elegans & bene sub-
 actum ingeniu, iudicium par, mores inculpati Federici Mo-
 relli, cuius insigne, Fons, perennes fluuios doctrinæ omnis
 ingenuæ ac liberalis significat. Qui vir cum in viuis esset, bo-
 na fide præstirit quod artis fuit, & reliquit liberos, qui eandē
 palmam extēdunt in dies vberius nec vnquam Fontem illū
 sinunt arescere. Sebastianum Niuellum, probum & honestū
 virum suæ iamdudum Ciconiæ delectarunt, notum signum
^{tūs dīππελαργ'as.} Et Iacobum Puteanum, sua Samaritana
 puteo proxima. non ad alium quæsita finem, quam ut allude-
 ret ad sui cognominis aliquam rationem. Nicolao Chenello,
 seu Querculo placuit Quercus, & telorum seu arundinū fa-
 sciculus vnā colligatus, & arbori appensus, affixo epigram-
 mateio, **V I S N E S C I A V I N C I**. Quod ex Scylluri peti-
 tum monito ad filios, cum morti proximus concordiam sua-
 deret. Christophori Plantini, cuius memoriam sancte colo,
 signum familiare ac proprium, circinus, cum erudita Gnomæ,
L A B O R E E T C O N S T A N T I A. Circulus in se circumactus
 laborem indefeñum: idem in puncto hærens, constans animi
 propositū notat. Id sanè Platino sphragidion cōueniens, quo
 homine nullus laboris patientior, nullus in vitæ omni pro-
 posito tenacior fuit præter eam morum facilitatem, qua sese
 omni hominum sorti probauit. Ægidius Beysius, Plantini ge-
 ner, vir certe bonus, idēmque industrius, conatus, socii stu-
 dia æmulari, laboriosè & constanter sese gessit, & præpro-
 pera morte desiderium sui reliquit. Is, cum ante annos penè
 sedecim symbolum sibi peculiare ac proprium quæreret, me
 percontatus, rogauit aliiquid reperirem, quod aliis ita com-
 mune non foret, ego illi fertum albi lilij lubens exhibui, ad-
 dito boni Poëtæ hemistichio, **C A S T A P L A C E N T S V-**
P E R I S. Symbolum moribus hominis accommodatum, quæ-

noram ab omnibus illecebris turpium voluptatū in priuatis abhorre. Nec verò possum transilire Ioannis Richerij Arborē virescentem, cum sententiosa nota, $\delta\beta\alpha\gamma\beta\alpha\gamma\kappa\eta\kappa\epsilon$ quę tamen parum admodum respondet arbori ei virenti, si bene corpus symboli cum anima æstimemus. Grauius sanè & melius, meo quidem iudicio, Stephanus Tassetus, Richerij socius, ante usurparat arborē virotis plenam addito verbo ex Dauide, FOLIUM NON DEFLET. Hoc est, metuenti Deum nihil defuturum. Quę omnia quasi per satyram conſicio, non singula persequi cogito, quæ ut adgregare difficultimum esset, sic non perinde frugiferum. Alioqui memini me, cùm quidem plus otio abundarem, vel antequā me publici muneris ratio totum occupasset, selegisse librum symbolorum quas vulgus nostratum dūsū huncupat, nō tam genio meo, quam voluntati aliorum seruiens. Seorsum etiam, dum studiis grauioribus quæro mihi solatium, non pauca scripsi emblemata, in quibus cecini mihi hactenus ac Musis, déque iis edendis non sum magnoperè solicitus.

De Ænigmate & Anagrammatismo.

Et is sanè locus me admonet iis faciam satis qui pridem mihi aurem vellicarū ad hāc disputationis institutę de symbolis perficiendam rationem, de affinibus symbolorū Ænigmatibus, arque Anagrammatismis, seu onomastrophia quidpiam adijcerem. Verūm de grphis, seu ænigmatis, non est necesse hic commentari aliquid; & id nodi genus facile permitto iis quibus plus otij suppetat, & ingenij, vt qui in rebus obscuris enodandis operam, cum fruge aliqua locare possint. Quanquam enim emblemata longè multa videri ænigmatia possint, eo quod doctrinæ reconditionis aliquid in se contineant, absunt tamen non parūm ab ænigmatis, & sicuti res à verbis differunt. Alioqui de ænigmatis omni natura disputationem adornare, hominis est vel egregiè solettis, vel non parum antiquarij, quiue non aliunde occupatus possit ingeniaciem in aspectum, lucéinque proferre. Tantudem penè dixerim de transmutatis nominibus, in quibus bona pars studiosorū hominum nimis operosè occupatur: & docti, indotique his capiuntur aurium, atque oculorum illiciis, vt quāquam falli se interdum sentiant, ludicrō tamen, & ferè inani errore delectantur. Tamen in anagrammatismis non pauci sudant nitendo; alij post longam, certeque fastidiosam ḥvngiar, seu ḥvngariā, quam strenuam inertiam Flaccus ait, nihil

hil tamen proficiunt. Quid enim de ijs qui nescio quid doctrinæ recōditæ in eiusmodi putant esse litterarum metatheſi? Evidem non prorsus probo vel improbo ingeniosam istam litterarum mifionem, dum quid γνῶμον in ſe habeat: ſed non ex eo mihi depofcam palmarium, quia fieri poſſit, ut eiusdem nominis & cognominis elementa fleſti in contrarios ſenſus omnino poſſint: cuius rei exempla non pauca in plerisque virorum principum nominibus, nedum aliorū, in quibus variè contorquendis naſuti quidam & nimis otiosi luxuriant. Et hæc ſeculi noſtri ſeabies, vel opinio aſſentatrix, ut delicatus quisque ac nitidus ſuas laudes magis putet eſſe proprias ac peculiares, ex ſuo quaſitas anagrammate, quaſi qui e ſuo fundo fruges eſſe meliores arbitretur. --- trahit ſua quemque voluptas. Nec fastidio aliorum ſtoma chumi, meo diſſiſus ingenio; ſed vereor ne nimia illa cura anagrammatum, nihil ferè aliud habeat quam affectionem, & ſtudium vanitatis. Hic reſiſto, & ad alia quaꝝ magis instant, propero.

De Emblemato.

PLERIQUE ſunt non ſatis acuti, qui Emblema cum Symbolo, cum Ænigmate, cum Sententia, cum Adagio temere & imperiti confundant. Fatemur Emblematis quidem vim in ſymbolo ſitam eſſe: ſed diſſerunt, inquam, ut Homo & Animal: alterum enim hic maximè generalius accipi, ſpecialius verò alterum, norūt omnes qui aliquid iudicij habent. Emblema ænigma non eſt, quanquam interduum cum ænigmate aliquam ſimilitudinem habeat: Ratio enim quædā eſt apertior in Emblemate, propter notas quaꝝ aper- tæ & perſpicuæ ſunt: Ænigma verò in verbis ambiguum eſt & obſcurum, ut etiam viros alioqui ſolertes & ingeniosos interduum longa mora teneat At ſymbolorum & Emblematum, de quibus maximè hic agimus, ratio debet eſſe clarior & apertior: ut quemadmodum ab iis imperiti argentur, ſic docti homines aliquid habeant in quo ingenium exerceant. Neque Emblema eſt γνῶμη ſeu ſententia, quanquam ſæpe Emblemata ſententias in ſe coſtineant: niſi fortaffe qua ratione Emblema ſumitur μετρυμένως pro epigrammate ſeu explicatione Emblematis. γνῶμη enim verbis exprimitur: & niſi fallor, aliter γνῶμη eſſe minimè potest, niſi pro eo uſurpetur, quod εὐθυμητα diceremus. Emblema enim ſepenumero eſt ἀζωνος, nec ſemper neceſſe eſt in Emblemate eſſe adiectum epigramma. Denique, ut

vno verbo, Sententia & Emblema videntur mihi differre vt verba & res, seu signa quædam rerum, & res signatae. Denique non est adagium vel paræmia: quia Emblema est aliquid ingeniosè ab ingeniosis excogitatum, vt ita dicam: adagiū in vero sermo sit in ore omnium versans. In quo aduertendum an iij acutè viderint, & non potius aberrarint, qui quascunque sententias, adagio, similia, apophlegmata, historias ad Emblemata posse reuocari censuerunt, quasi ex re quauis Emblema cudi & confici deberet.

Supereft itaque Emblematis nomen explicemus, si priùs Alciati verba ex Co mmentario in tit. De rer. & verborum signific. apposuerimus. Verba significant, inquit, res significantur: tametsi & res quandoque significant, vt Hieroglyphica apud Oriuni & Chæremonem, cuius argumenti & nos carmine libellum composuimus, cui titulus est Emblematum. Hæc ille.

Emblema quid, unde dicitur, & quomodo id nomen propriè, quomodo figuratè accipiatur.

Dicitur Emblema, quicquid interseritur ornatus causa, non modò parietibus & pavimentis, sed & rebus alijs permultis, vt vasis, pateris, vestibus: cuiusmodi sunt clauiculi, aut imagines aureæ vel argenteæ, vñiones & gemmæ, certaque generis eiusdem. ζωτὸν vel σάισαλυα dicitur Eustathio, neimpè ornamentum exemplile quod innoxie demipotest vasis aureis vel argenteis, idemque reponi. Id enim nominis deductum esse constat ἐπιβάλλεσθαι, aut επιβλῆσθαι, quod est inserere, interponere, vel iniicere. Antiquitus enim lapillis quibusdam quadratis & minutè fessis politisque, in quibus eicones quidem intertextæ essent, ædes magnatum & Principum regiæ vt plurimū ornabantur, vt colligere est ex Pausania, Plutarcho, Apuleio, Philostrato, & aliis plerisque: cuius etiam rei usum aliquem videmus in quibusdam templis, tum ædibus publicis & priuatis, vt nostra hæc ætas antiquitatis æmula pridem esse cœpit. Itaque μεταρρηπίως hic Emblematum vocantur carmina, quibus imagines, agalmita, pegmata, & id genus alia scitè adinuenta, variè & eruditè explicantur. Sed & oratio variis verborum rerumque pigmentis & lenoci niis Rheticæ artis elaborata, Emblematis referta dici figuratè potest. Notum enim illud M. Tullij ex Lucilio;

*Quam lepidè lexis composta ut tesserulae omnes
Arte, paumento atque emblemate vermiculato.*

Verba sunt Lucilij Poëtæ Comici, apud quem Scævola ex-agitabat Albutium, qui nimius esset in ornatu & structura verborum: in quo non vitabat affectatum dicendi genus doctis autibus odiosum. Non possum subiecere à M. Tullio Verrem reprehendi acerrime, quod Emblematum vim, que esset in Siculorum vasis, abstulisset: quodque Suetonius ait Tiberium elegantia verborum studiosiorem, emblematis vocem aspernatum in quodam patrum decreto: commutandum enim verbum censisse, & pro peregrino Romanum conquirendum.

Emblema, ut accipitur à M. Tullio, & Vlpiano I.C. orna-
mentum exemptile, quod pro hominum placito vasis argen-
teis, vel aureis circa incōmodum demi, rursusque reponi po-
test: cuiusmodi sigilla, aut rerum, vel flosculorum, colorūm-
ve simulacra fabrefacta. Nempe εμβλημα, ζωντον, δαιδαλ-
μα, attache pour orner les vases d'or ou d'argent, vt recte do-
ctus Hadriān. Iunius. ξερσεύδητα, Martialis, vasa ex auro illi-
gata, que crustas habent, aut torques ex auro nexiles, vt a-
pud Baifium. Turnebus noster gemmata vasa, que consertas
auro gemmas, hoc est λιδίους ξερσεύδητους teneant expo-
nit ξερσεύδητα.

Ceterum plerique vel suspicari vel obiicere poterunt hīc ab Alciato Emblemata impropiè dici. cùm ea carmina vi-
deantur, potius expositiones esse & explicationes Emble-
matum, id est eorum symbolorum vel simulacrorum, que ab antiquis petita hīc magna parte representat, & horum ra-
tionem tradit. Sed dicimus adiuncta non temerè aliquan-
do subiectorum habere rationem metonymicās, & senten-
tiām vel epigramma dici posse, quod Emblema in se com-
pleteantur.

CLARISS. VIRI ANDR.
ALCIATI IN LIBRVM
Emblematum Præfatio, ad Chon-
radum Peutingerum Augustanum.

DVM pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,
Destinet & segnes chartula picta viros,
Hac nos festiuis Emblemata cuditus horis,
Artificum illustri signaque facta manus.
Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmas,
Et valeat tacitis scribere quisque notis.
At tibi supremus pretiosa nomis mata Cesar,
Et veterum eximias donet habere manus.
Ipse dabo vari chartacea munera vates,
Quæ, Chonrade, mei pignus amoris habe.

Ad Chonradum.] De Chonrado illo Peutingero, cui hoc opusculum dicatum cōstat, tantū ea dicam & hoc referam. quæ scriptorum nostri temporis lectione consequi potui. Andreas Cratander in Epistola quadam, quam editioni omnium Ciceronis operuin præfixit, hæc habet: Chonradus Peutingerus eximum illud Augustanorum Vindelicorum decus & specimen, qui cum incomparabili auctoritate, quam in gnauius sustinēdis molibus Reipubil. magna nominis celebritate adeptus est, egregiam humanorum studiorum peritiam coniunxit. Pro quibus quo animo depugnet, vel inde satis appareat, quod mihi aliquot Ciceronianarum orationū reliquias, & venerandæ vetustatis exemplaria transmisit, tanquam auxiliatrices copias, &c. Hæc quidem ille. Sed expressius Henricus Pantaleon Prosopographiæ parte 3. eiusdem Chonradi vitam, laudēsque perstrinxit. Sic autē: Chonradus ille Augustæ Vindelicorum ex honesta familia natus, & in omni genere virtutum ibidem educatus est. Is cūm felici ingenio esset præditus, à teneris annis litteris incubuit: & in primis legum lectioni diligentem operam impendit. Hinc

factum, ut iuris doctor omnium acclamacione creatus fuerit. Accedebant multæ heroicæ virtutes, & rerum agendarum dexteritas. Itaque patriæ utilis ciuis & singulare ornamenti extitit, atque à Maximiliano Cæsare inter suos consiliarios cooptatus fuit. Quinetiam hunc Erasmus Roterod. plurimum ob eruditionem dilexit, & inter summos amicos habuit. Scriptis anno 1506. Sermones conuiuales, in quibus multa de mirandis Germaniq; antiquitatibus referuntur: preterea de gentium quarundam emigratione Epitomen, quæ Procopio, & aliis historicis in editione adiecta. Erat enim Chonradus rerum antiquarū singularis æstimator, qui eiusmodi indagare, & posteris proponere magna delectatione erat solitus: tandem ætate confectus obiit, & apud suos honorificè sepultus est. Hactenus Pantaleon, quæ omnia pænè mihi videntur sumpta ex 18. Epist. Erasmi.

Dom pueros.] Dissimilitudine suum negotium cum aliorum otio conferens, tria lusorum genera ponit, ex adiuncto tempore quo hoc opusculum scripsit. Pueri nucibus deletantur: hincque vulgo trita proverbia, Relinquere nuces; & Ad nuces redire. Adolescentes & iuniores tessera delestantur, quod est aleatorium. Segnes autem, quique corporis motum refugiunt, chartulis pictis oblectantur.

Iuglans.] Nux.

Tessera.] Dicitur tessera, quicquid ex omni parte quadratum est. Gel.lib.1.c.10. & Cæl.Rhodig.lib.20.ca.14 & 27. Cubus à Græcis dicitur: estque corpus ex sex lateribus æquali latitudine planitierum per quadratum. Is cum est iactus, quam in patrem incubuit, immotam habet stabilitatem, ut sunt etiam tesserae, quas in alueum ludentes iacent. Budæus.5. Deasse.

Tessera fallit.] Huc referre possim Proverb. ὅπερις αὐδησε
ἀστραπάοις δέ παῦδας εἴσαπατόπεον, viros iureiurando, pueros verò talis, seu tesserae fallendos.

Emblemata cedimū.] A fabris aurificibus, vel aliis sculptoribus ἀληγορίᾳ. Significat se horis genialibus hæc lepida carmina conscripsisse. Sunt enim emblemata, ornamenta ex epítilia, quæ ad placitum vasis argenteis, aureisve tolli & reponi possunt, qualia sunt sigilla, variaque ut flosculorum, sic & rerum aliarū simulacra affabré celata vel depicta. Sic accipitur id nominis à Cicerone primū, deinde Vlpiano. Ex libris enim Iurisconsultorū didicimus, nihil aliud emblema esse, l.

cum aurum, §. idem Celsus, & l. pediculis argenteis. §. i. D. de auro & arg. leg. Ea vox, cum peregrina esset, & Romanis auribus non satis nota, Tiberio Cæsari minimè placuit, ut principi qui patriam linguam præferret externæ. Quanquā enim, ait Sueton. Græco sermone promptus esset, non est tamē nisi opportunē vsus: abstinuit enim, sed in senatu maximē. Adeò quidem ut monopolium nominaturus, veniā petens postularit, quod sibi verbo peregrino vtendum esset. Atque etiam in quōdam decreto patrum, cum εὐβλημα recitaretur, vocem commutandam censuerit, & pro peregrina Romanam nostratem requirendā: aut si non reperiatur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enunciandam. Idem in Dionis epitoma. Et hæc quidem ille. At nos emblematis verbum retinemus, ut iam receptum vsu, dignumque Romana ciuitate est enim venustum & elegans, imo significantissimum, & ad hanc imitationis materiam appositissimum.

Festiuis horis.] Diebus genialibus, quibus animum remittebam à seuerioribus studiis. vel. *festiuis horis*, id est, subciso tempore. Sic enim Mar. Tullius, cum dies aliqui dabantur ad rusticādum, ut etiamnum dantur iustitorum dies nostris Senatorib: ad eorum numerū accommodabat quę scribebat, testis est ipse i. de Legibus.

Festiuis horis emblemata scribimus.] Vegeta & strenua ingenia, quō plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edūt, ait Val. Max. lib. 3. cap. 6. Quō fortē possim non inconcinne Démocriti attexere, ex Stobæo, Orat. 16. quo loci ait vitam sine festiuitatibus, longam vitam esse sine diuersoriis: hoc est, βίος αὐτούς οἱ τάς θεατρικῶν ὀδός οἱ παρθένευτος. Verū & occupatis diebus aliquid agendum Seneca monet Epist. 73. quin & festis, ut Virgil. i. Georg. Quippe etiam festis quædā exercere diebus fas. & iura sinunt. Illud addo Xenophonis, fortium virorum voces & gestus, etiam in vino, & lusu dignum studio quidam seruant. Hoc est, ξενοφῶν ονοι, οἱ διανθῶν αὐδρῶν ἐχειν τὴν τάς εὐ σίνην, τὴν παρδικὰ φωνὰς, τὴν διάτετλας εἰπών μονευτον, ορθὸς λεγάν.

Artificum illustri.] Hic versiculos descriptionem continet οἱ εὐβλημάτων. quade re iam satis: sed hic aduerte materialem causam.

Vestibus ut porulos.] Finalis causa, & vsus Emblematow. Torulos autem appellat eminentias quasdam in vestibus, corolis, & aliis similibus. Cicero in Oratore perfecto, de

mediocri genere dicendi loquens: Addit, inquit, aliquos ut
in corona toros, omnemque orationem ornamenti modicis
verborum sententiarumque distinguit. Sunt itaque toruli,
ornamenta ex auro vel argento, quæ petasii, id est, pileis, aut
penulis vestibusque adiici soient. Palam est illud ex Am-
phitruone Plauti: Tum meo patri autem torulus inerit au-
reus sub petaso.

Petasus.] pileis, galeis, &c. Petasum, Arcadicum pileum
significatione primaria esse, didici ex Hesychio. πέτασος τὸ τε
εἴπερ κάγημα. sic enim legendū in Hesychio, non πέτανης,
ut in vulgatis. Suetonius ait, Augustum non nisi petasatum,
hoc est velato capite sub dio spatiari solitum. Certè & Poëtæ
petasatum Mercurium faciunt. Id nominis à πέτανης
pandere, vel extendere deflectitur: quod pilei genus galero
non absimile volunt. Prudentius 2. in Symmachum:

Nec petaso insignis poserat Lacedæmonē capta
Mercurias seruare suas de clade palestræs.

Parma.] Parma, scutum breue peditum, pelta etiam dicta à
Plinio. Nonius in dictionibus Parma, & Veles. Martialis:

Hæc quæ sepe solet vinci. quæ vincere raro,
Parma tibi scutum pumilionis erat.

Varro de lingua Latina, & Alexander ab Alex. 6. cap. 22.

Ta. itis notis.] Sic se habent Ægyptiorum Hieroglyphica, ut
etiamnum hodie symbola ea, quæ armis, scutis, signis milita-
ribus, & cæteris id genus apponi solent. De quibus lepidum
& eruditum scripsit Dialogum Paulus Iouius. nos in nostro
syntagmate quædam adduximus. Tacitis notis scribere, alio
sensu, & doctè quidem Turneb. Aduersar. 14. cap. vlt. ad
fin.

At tibi supremus.] Optatio ex dissimilibus. Idem ferè dissili-
milian locus est apud Horat. ode 8. lib. 4. Carmi.

Donarem pateras gratique commodus,
Censorine, meis era sodalibus:
Donarem tripodas, premia fortium
Graiorum: neque tu pessima munera
Ferres, diuine me scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit. aut Scopas.
Sed non haec mihi vis: non tibi talium
Res est, aut animus deliciarum egens
Gaudes carminibus: carmina possimus
Donare, &c.

Huius autem dissimilitudinis hæc mihi videtur germana sententia: Possum ego tibi, Chonrade, Emblematum quorūdam siluam & cumulum ex veterum auctorum bibliothecis aggregare: at magnus Imperator (cui sis à consilijs) potest tibi commodè & munificè suppeditare veterum artificum manupretia, statuas, imagines ingeniosè pictas, solerter expressas, sculptas, efformatas: ipsissimas inquam imagines, non picturam quandam nudam aut descriptionem, qualis mea hæc est chartacea.

Supremus Cesar.] Maximilianus Imperator, cuius consiliarium fuisse Peutingerum paulò antè meminimus ex Erasmo.

Ipse dabo.] Tò ὥρεπον in libro Poëtico Poëtæ consecrato. Non enim modò videndum quid, sed & cui des. Seneca De beneficiis: Vide ne mittas munera superuacanea, ut feminæ arma, iustico libros, & studioso retia. Id enim est ac si canides paleas, & ossa asino. Sic Martialis 14. lib. sed non eodem tamen sensu:

Non sunt munera que putas puella.

Cum donat vacuas poëta chartas.

Idem, 7.

Divitibus poteris Musas, elegosque sonantes

Mittere: pauperibus munera pexa dato.

Idem lib. cod. sed aliorum:

Muneribus cupiat si quis contendere tecum,

Audeat hic etiam Castrice carminibus.

Et id quidem mihi reuocat in mentem distichon Latinum Iani Lascaris, doctissimi hominis, ad Iouinianum Pontanum:

Vericulos Pontane tibi sic munera Baccho,

Libamus Bacchi, sic Cereris Cereri.

Pignus amoris habe.] Id est μηνμάτων. Seneca de beneficijs: Beneficia non numero, neque magnitudine censenda, sed dantis voluntate: εἰδὲ γὰρ τοὺς λαβόντας ἐγὼντες οὐρανοῖς πληνῶς τῷ μηνμάτων διαυμέσται, αλλὰ τὸν προδυμίαν. Demosthen. ὡρος Λεπτίν. Sed ad rem maximè facit τὸ ὥρεπον eius qui librum consecrat, & eius cui offertur. Etenim ut Aristid ait orat. 5. ἵερῶν: Templa dijs sacrare conuenit: viros autem egregios decet librotum dedicationibus honore afficer. Hoce est, τοὺς μὲν νέως τοῖς θεοῖς προσκῆν καθιεροῦ, τοὺς δὲ αὐδοπας τὰς ἐλλοχίας τὰς τῷ βιβλίων αἰαδέσει πρᾶγμα.

43

AD ILLVSTRISS. MAXIMIL. DV
CEM MEDOLAN. SVPER INSI-
gni Ducatus Mediolanensis.

EMBLEMA I.



EXILIENS infans sinuosi è fauribus anguis,
Est gentilitiis nobile stemma tuis.
Talia Pellaum gesisse nomismata regem
Vidimus, hisque sicut concelebrasse genus:
Dum se Ammone satum, matrem anguis imagine lufam,
Diuini & scbole seminis esse docet:
Ore exit tradunt sic quosdam enitier angues.
An quia sic Pallas de capite orta Iouis?
PROponit schema gentilitium siue insigne Ducatus Me-
diolanensis, in quo serpens cœruleus in aureo æquore

infantem vel anniculum puerum rubore tinctum euomens, conspicitur. Cuius quidem schematis rationem adferam, si prius ut transtulero quod idem noster auctor ea de re scripsit c. 43. De singulari certamine, ut Alciatus ipse Alciatum enarret hac in parte. Sic enim ille: Celebre est in Annalibus

Alciati 10. Othonis Vicecomitis cum quodam Sarraceno in Asia certamen, quem ille manu captū confossumque galeæ ornamen-
to priuauit, idque gentilitijs insignibus suis addidit, hoc est, vipera vix natum, & adhuc manantem sanguine infantē ore euomens: nimirū ab Alexandro Magno acceptum Emblema. Siquidem in eius antiquis nomismatis idem sigillum reperire est, quo Ioue natum rex ille per ambages ostendebat. Etenim serpentis forma pluribus Græciæ locis Iupiter colebatur. Suntque in Asia genera serpentum, quos ore parere hominum opinione receptū est. Hactenus ille. Celebratur itaque stemma eiusmodi à diuina & antiqua origine, perennique nobilitate, è sano Sapientiæ capite promanante. Sed instituēti mihi commentaria integra, quoad eius maximè fieri potest, occurrit præter alia, quæ de hoc stemmate

*Franc. Pet-
rarcha.* Ducum Mediolanensium retulit Franciscus Petrarcha, Re-
rum memorabilium libro 4. ad finem: cuius hæc pænè verba
sunt: Azo Vicecomes, qui deinde Mediolani Principatū ob-
tinuit, magni animi iuuenis, patri iussu eum copiis transmi-
sit Apéninum. In ea expeditione cùm fortè descendens equo
requiescit, ingens vipera, nullo aduertente comite, in galeam
Principis iuxta positam irrepit: quam cùm mox capitū repon-
neret, famoso quidem & horrifico, sed prorsus innocuo la-
psu, per genas Ducis interriti fluxit. Eam à nemine lædi pas-
sus adolescens ille animosus, ad omen geminæ victoriæ tra-
xit. hinc que factum tandem, ut ipse pro signo bellico vipera
vteretur. Et hæc quidem Petrarcha, magni nominis rareque
eruditio[n]is auctor: quam narrationem, cùm adolescens Bo-
noniæ studiis operam daret, se sæpè audiuisse scribit. Idem

*Gabriel Si-
meon.* pænè Gabriel Simeon Italus retulit, eo compendio, quod

lingua patria edidit de Ducibus Mediolanensis: cuius ta-
men verba hic conferre minimè attinet. Paulus autem Io-
uius, nostra patrūmque memoria historiæ scriptor insignis,
cum Alciato conuenit, eo nempe libro, quo Mediolanensi
Principum Vicecomitum vitam est complexus. Ait enim
Othonem (sacerdos in bello contra Turcos & Saracenos, Bu-
lionio Godefredo duce) insigni pietate & magnitudine
animi virum, nihil territum Volucis Sarracenif erocitate,

qui medio in campo ad singulare certamen fortissimum
quemque ex acie Christiana prouocabat, cum eo fuisse con-
gressum, tandemque eum non minore fortitudine quam fe-
licitate deuicisse: deque confessi hostis galea opimum ple-
numque immortali gloria spolium retulisse, auritam scili-
cer vperam inexplicatis spiris minaciter à cono cassidis
cretam, & puerum passis manibus deuorantem. quod vnum
auspicatæ virtutis argumentum, non modò gentilitiæ laudis
gestamen fuit, sed & posteris id insigne audacter usurpan-
tibus, & imperia, & opes, & latè gloriam portendit. Fuere
qui existiment Volucem ex stirpe Alexandri Magni proge-
nitum, tulisse pro insigni vperam, ex Olympiadis fabula,
puerum parturientem, quod ea à dracone se compressam
fuisse, Louis imagine, prædicaret. Sic Iouius. Ceterum id
stemma nobile & antiquum video. Si quis enim veterum
Ægyptiorum notas, quas Hieroglyphicō nomine appella-
bant, obseruarit, ex Oro maximè Niliaco, facile discet eos
imagine serpentis, Imperatorem regēisque designasse. Quid per
enim dominum orbis, quid prouinciæ Principem, quid re-
gem optimum & tutelarem siue custodem, quid heroem,
quid nominis & famæ amplitudinem figura serpentis ex-
primebant, nisi quod spectato huius animalis admirabili
genio, conditionem & dignitatem Principum eo sçhemate
ingenioso eruditis hominum oculis proponi volebant? Ia-
statum enim fuit olim Græca libertate in potentiores, qui
populi dispendio suas opes adaugerent Anguem, nisi an-
guem deglutiuerit, draconem non fieri. Sed & proditum me-
moriæ est, serpentes olim adiunctos leonibus qui Opis
Deæ simulacris apponi erant soliti, quo significabant orbis
Principatum. Anguis enim circularis orbem, Leo verò for-
titudinem virésque representabat. Quod autem serpens ita
sæpè depictus conspiceretur, qui sibi caudam mordicūs ore
retineret, pauci sunt qui explicuerint. Ea verò mihi perpla-
cket eruditorum quorundam hominum conjectura, qui
aiunt eo intellectum, & quasi ob oculos positum fuisse Re-
gem eum, qui finem sibi actionum omnium & consiliorum
prudenter & accurate proponeret, cuique ultima, imò
verò minimæ etiam curæ essent. Eo enim nomine Augustus,
Antonius Pius, Traianus, Hadrianus, Pertinax, Seuerus Ale-
xander ad cœlum evecti sunt: contrà malè cessit Heliogaba-
lo, Caracallæ, Commodo, Domitiano, & aliis multis, quod si-
mul atque ad summū illum ascenderunt, abiecta cura publi-

*Quid per
serpentem
Ægypti
designabat.*

*Quid per
serpentem
qui caudā
mordicūs
teneat.*

ca, sibi tātū seruire, suasq[ue] persequi cupiditates, quo iure,
qua iniuria, voluerunt. Ceterū Anguis i[m]agine, Rex custos
& tutelaris indicabatur: nam in bonorum Principum monu-
mentis, populus suum in Regem studiū (cuius beneficētiam
grato animo agnoscebat) non alio modo posteris commēda-
bant, quām serpente vigili, surrecto vertice, & elato pectore.
quod Homericum illud declarat, Οὐ γένη παρύχιον δέ τε
βαλνόπον αὐτοῖς: Non decet virū consultorem, qualis Prin-
ceps esse debet, tota nocte dormire. Apud Horatium eo qui-
dem sensu, serpens Epidaurius appellatur, vt apud Græcos
ὄφεως ὅμηρα, ad vigilantiam designandam. Denique tam
fuit insigne & celebre id Hieroglyphicum serpentis, vt non
temerè Imperator clarissimus Epaminondas usurparit extre-
mo ad Mautineam confecto bello: cuius memores posteri
columnam erexerunt, appenso clypeo, in quo sculptus draco
esset. Eius monumenti rationem affert Pausanias, quia is Im-
perator laudatissimus ex Spartiarum genere, quod Thebis
antiquissimum fuit, ortum duxisse putabatur, quorum id gē-
tilium insigne esset, vt qui ab anguineis illis dentibus à Cad-
mo telluri mandatis essent oriundi. Nondum mihi tēpero,
quin alia quadam ad huius magnifici stemmatis arcanum il-
lustrandū adiiciam. In ostētis enim & præfagiis, Angue sum-
ma nominis dignitas & amplitudo portendebatur, non mo-
dō iis, qui ad regij dominatus, aut etiam regni fastigium ex-
pectabantur, sed & iis, qui arte quadam vel ingenio celebri-
tatem quandam sibi compararunt. Ut enim retulit 1. De di-
uinatione M. Tullius: Cum Roscius in eunabulis esset, edu-
careturque in Selonio, qui est campus agri Lanuini, noctu
lumine opposito ex parte nutrix animaduertit puerū dor-
mientem circumpletū serpentis amplexu, quo aspectu ex-
territa clamorem sustulit. Pater autem Roscij ad aruspices re-
tulit: qui responderunt, nihil illo puerō clarius, nihil nobil-
lius fore. Atque hanc speciem Praxiteles cælauit argento, &
Archias expressit versibus. hæc Cicero. Spartanus auctor est,
Seuero imperium præmonstratum: ei enim in stabulo dor-
mienti serpens caput cinxit, & fine noxa ex parte factis atque
acclamatibus familiaribus, abiit. Ferunt & Anguem por-
tendisse imperium Aureliano. quanquam ille mediocrium
fortunarum & parentum esset. Nam cùm eius pueri peluim
serpēs cinxisset, neque vñquam potuisset interfici, postremò
mater eius anguem occidi noluit. Mulier hæc templi Solis

Serpens
Epilaurius.

Anguis
quid signifi-
cabant.

Roscius.

Seuero
Imp.

Aurelia.
Impr.

Sacerdos erat diuinationum minimè ignara, quippe quæ familiarem hunc serpentem, tanquam genium agnosceret. Tiberius Cæsar serpentem draconem in deliciis habuit, eiique Cæsar. sua manu cibū ministrauit: quē cùm is corrosum à formicis obseruasset, monitus est cauendam esse sibi vim multitudinis: formicis enim populum significari. Maximini Iunioris, qui à Maximi- patre regni particeps factus est, dormientis caput serpens cir- nus Iunior. cundedit, futuræ dignitatis præsigum. Idem pñne, quod de Alexandro Magno, refertur de Pomponia Africani Scipionis matre, & Actia matre Augusti Octauij, quæ in templo Apollinis somniauit se cum Dracone congressam, indeque factū, ut macula picti Draconis in corpore constanter hære- Auguste ret quæ numquam postea eximi potuit. De anguis augurio mater. Cornelius Tacitus lib. II. sic: Sedente Claudio circensisbus ludis, cum pueri nobiles equis ludicum Troiæ inirent, interque eos Britanicus imperatore genitus & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomentū Neronis adscitus, fauor plebis acrior in Domitium loco præsigij acceptus est: vulgabaturque affuisse infantæ eius dracones in modum custodū fabulosa & externis miraculis assimulata. Nam ipse haud quaquam sui detractor vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est. Virgilius non temerè scripsit anguem exisse è tumulo Anchisis, Veteres enim, ut est apud Plutarchum in Cleomene, serpentes tribuerunt heroibus: cuius rationem non vnam multi afferunt. sic enim Poëta lib. 5. quo loco Æneas patri iusta facit.

Salve sancte patens, iterum saluete recepti,
Ne quicquam cineres &c. & deinde
Dixerat hac, aditis cum lubricus anguis ab imis,
Sequens ingens gyros, septena volumina traxit
Amplexus placide tumulum. vide reliqua.

Sed hæc satis.

sinuosi è faucibus anguis.] Fauces sunt gulæ partes interiores. Fauces, Plinius: summum gulæ fauces vocantur, postremum stoma- sinuosus chus. Sinuosus autem epitheton serpenti conueniens: sinuo- anguis. sum enim dicimus à longo sinu, *υεταροπικός*, & apud eundem nostrum auctorem postea, sinuosi in faucibus antri.

stemma.] Nobiliores erant, qui sui generis imagines & stem- stemma proferte poterant. Budæus Annotat. in Pandætas. Usur- patur plerunque pro corona: deductum enim est id nomi- nis à sé pœdȝ. ut illud Homericum,

σεμιματ' ἔχον τὸν χερσὸν ἐκπελόλας Απόλλωνος.

Oenitiae
Stemmatia.
Alciat.refert 2. Parerg.c. 30. Lege 6. Miscellan.P. Nannij.
gentilium.] Pro imaginibus posteriora tempora insignia gemititia habuerunt, quæ arma vel armaria vulgo dicuntur: quæ ipsa quoque primū, ut simile est veri, virtutis fuere præmia, ac rerum præclarè gestarum decora.Budæus.

Pelleum regem] *ῳδεὶς εγένετο πρὸς Ἀλεξανδρὸν*, vt apud Iuuenal.10.Sat.

Pellens
Alexander,
Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis. Ausonius Paulino:

Ocyus illa iugis fatalis soluere loro

Pelleum potuisse deum reor.

Sic autem dictus à Pella vrbe Macedoniæ.Pompon Mela lib.
2. quam etiam Plin.Alexandri patriam appellat, 35.lib.

Praeclarus
Alexandri
ortus.
sum genus.] Iustinus lib 12. ait Alexandrum, virum supra humanam potētiam magnitudine animi fuisse præditū. Quā nocte eum mater Olympias cōcepit, visa per quietem est cū ingenti serpente volutari: nec Dei decepta somnio. Nam profectò maius humana mortalitate opus vt ero tulit, quām cūm Æacidarum gens ab ultima sæculorum memoria, & regnum patris, fratri, mariti, & deinceps maiorum omnium illustrauerit: nullius tamē nomine quam filij clarior fuit. Plutarchus auctor est, quod cūm Ammonis sacerdos Alexandrum salutaturus, linguae vitio præpeditus, prō παιδίσκῳ, filiole, dixisset παιδίος, id est, Iouis fili, hinc cælestis originis gratiam captatam, cui initia dedisset error. Apud Lucianum in Mortuorum dialogis, Alexander fatetur vtile sibi fuisse ad res gerendas, quod Iouis Ammonis filius crederetur. Formidandum enim erat ne aliquis sibi repugnaret. Id cur factum sit, lege Augustin. De ciuit.lib.3.cap.4. Praeclara extat Alexandri laudatio apud Apuleium primo Floridorum.

Iupiter
Ammon.
Dum se Ammone satum.] Iupiter Ammon ab arena dictus, quod sub arietis forma coleretur in templo à Libero patre in arena condito; qua de re multa Lilius Gyrald. Syntagmate 2. hist. Deor. Politian. cap. 52. Miscellan. Lege & Hygin. lib. 2. De signorum cælest. historiis.

Amphis-
bana.
tradunt sic quosdam enier angues.] Plinius lib.8. cap. 23. & Solinus cap. 30. Polyhist. Amphisbanas ore parere tradūt: his enim caput est geminū, hoc est, & ad caput & ad caudam. Neminem quidem studiosorū latere velim, id commode atque perspicue relatum scriptis à Pierio 15. Hieroglyph. ne quis me ingrati animi arguat, qui ex tam fœcudo ac copioso rerū

electissimarum pomeroio tot flores & fructus collegerim.

enier.] pro eniti, ταεγηωγη. Enixæ dicuntur feminæ, nisi tendi, hoc est, conandi & dolendi labore perfunctæ. *Nexum* enim dicimus arctum & colligatum. Nonius. Id quidē ad zonę solutionē referri nō inconcinnè potest, qua partus describitur à poëtis, népe quòd omni nexu oportet mulier soluatur, ut cōmodius enitatur & pariat. Callimachus Hymno in Iouē:

Ἐπὶ τῷ μῷ ἦ τέλεστό τ' ἐλύσατο μίσην, id est, quādo peperit; quod & admonet Græcus scholiaſtes. Alcimedē apud Apollonium Argonaut. i. filij discessum lugens, — ω̄ ἐπὶ μένῳ μίσην προτον ἔλυσα καὶ ὑστερον quo loco scholiaſtes ab altero nō diſſidet, quin & adiicit, οὐδὲ καὶ λυσάντις αἴτιος Οἰſpoν εὐδίνας. Quotū locotū mihi copiā pro sua humani- tate fecit Ioannes Frater, Baiocensiū gymnasij hac in Pariſiorū Academia Primarius, vir utriusque lingue peritissimus, & cum quo literarū nomine, mihi nuper amicitia intercessit.

An quia sic Pallas, Et c.] Testis est Pindarus Olymp. ode 7. cuius rei rationem (sed aliam atque aliam) reddunt Fulgētius Mythologic. i. Phornutus De natura deorum, Gvraldus Syntagm. ii. Ouid. Fastor. 3. epimythia etiam sua tradit, sed longe ab aliis diuersa. Ex his enim alijs speculationē physicam, alijs ethicē, alijs alia cōſiderat. Themistius oratione 10. σύδε προσχελεῖς τὸς φιλοσόφους (alloquitur Imperatore Valentem) γὰν ἀποκαῶσι, οὐ πόσον σὺ χρόνον τὸ εἶτας ἐπὶ χώρας μένεις, αὐτοὶ γάρ οἱ φιλοσοφοῦτες εἰς ιον προεδρεῖα, γνῶμην ἅμα καὶ διαιρίων σε περιπενθόν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πλεύ Αθηναῖς ἐν τῆς κεραυνῆς γεννῶσιν οἱ ποιηταὶ τὸ Διὸς, εὐδικιόν μηδεὶς γελῶσι ὅπ προσοκτεῖται. Σαστείων μήτε λόγον οὐ προκατον, μήτε πρέξιν ἀλογον ἐκροιτᾶν, ἀλλὰ καὶ τὸ νοῦν εὐεργόν εἶ), καὶ γένεται νῦν τὸ διάστημα. Existimo autē cū Pindari scholiaſte ad 7. Olympior. ſegmentū id esse referendū eō, ut dicamus omnes artes & disciplinas ē Louis cerebro, id est, ſummi & præpotentis Dei mēte & sapiētia prodiiffere. Perspicuū enim nobis eſſe debet, ut alia omnia bona, ſic ipſas quoque ingenuas artes à Deo eſſe profectas. Et quanquā Dei be- neficio nobis hæc Minerua generetur, doctore tamen & ma- gistro primū opus eſt. Adeò nemo eſt, qui doctrinę laudatiſ- ſimā εἴην cōparare ſibi queat, qui nō bonis præceptorib⁹ ſeſe tradiderit instituendū. Hinc minuēdo, quod neruos minuat, Mineruā diſtam putat. Pallas autē vel ἀπὸ τῆς πάλλειν τοδόρυ, ab hasta vibranda, vel à Pallāte occido: qua de re poſtea fuſiūs.

Cur Pallas
Louis na-
ta cerebro:

de capite orta Iouis.] Imitatus videtur illud Propert. e lib. 3.

Semina curarum de capite orta tuo.

Martianus Capella initio libri vi. de Pallade,

Hanc de parte ferunt sine matris fædere natam,

Prouida consilia quod nescit curia matrum.

Postremum hunc versum (quod obiter moneam) vna voce corruptum, Beroaldus emendat, annotat. in Caligula Suetoni, ac pro, consilia, legi maucht, consilium. Ego cum meo Iureto ita melius & commodiūs, nisi me coniectura fallit:

Prouida consilia quod non sit curia matrum.


Nolim mihi fore molestum lectorum, si Isaci Tzetzis rationes adduxero, cuius haec fermè sententia in iis commentariis, quos conscripsit in Cassandrām Lycophronis: Tritonia Pallas dicitur, quod in Trīto Lybiæ fluuiō nata creditur; vel quod tertio mensis die orta. Ideò enim tertia dies Mineruæ sacra est Athenis, vel quod ἐν τοῖς βίτοις, id est Iouis capite progenita: τρίτη enim Bæotum lingua, caput nominatur: vel quod eadem cum Luna sit, quæ tertio quoque à coitu die appareat: vel quod eadem sit cum anima, quæ tres partes habet, επιθυμία, θύμον, καὶ λογισμόν: vel quod eadem cum prudentia sit: aut ex Democriti sententia, quod haec tria præstantur ab anima, bene consulere, recte iudicare, recte agere, hoc est, εὐβελδίην, εὐχείην, καὶ εὐπεράτειην.

MEDIO-



MEDIOLANVM.

EMBLEMA IX.



BITURICIS verux, Heduos das sucta signum:
 His populis patriæ debita origo meæ est.
Quam Mediolanum sacra dixerit pueræ
 Terram in am vetus hoc Gallica lingua sonat:
 Culta Minerua fuit, nunc est ubi numine Tecla
 Mutata, Matri virginis ante domum.
 Laniger hunc signum sus est, animalq; biforme,
 Scribus hinc setis, lanitio inde leui.

Nihil mihi videtur hinc affingere, quām quod Mediola-
 ni, vrbis Insubrum celebris & copiosa notationem eli-
 ciat ex duarum Galliq; ciuitatum schematibus publicis. Ait
 enim Heduos porci, Bituriges arietis habuisse signum, Me-

Heduorū
et Burriū
Schemata.

mineram quidē Alciatum Parergi, iuris s. c. 13. alterius meminiſle. Huius hæc verba: Habebant & ciuitates sua signa, quibus originem aut cultum testarentur. Hinc in nomismatis Atheniensium plerūnque vidimus noctuas. Sic Claudian.

---- ad mænia Gallis

Condita lanigeræ suis ostendentia pellem.

Quò fortasse pertinet quæ de Mediolani iactis fundamen-
tis refert Liuius s. ab vrb. cond. Ex Heduorum itaque & Bi-
turigum. Schematibus publicis hic constituit Mediolani
ē tuor. Mediolanum autem à sue mediatim lanato denomi-
nationem sumpsit Dum enim prima vrbis huius fundamen-
ta iacerentur (vt præter alios retulit D. Ambrosius) aper est
repertus media parte lanatus : Alij à Medo Insubrum duce
nominatum Mediolanum malūt. Vrbs est metropolis Galliæ
Cisalpinæ, à Gallis Insubribus condita 359. annis ante Chri-
stum natum : quanquam Olanum ducem Tusciæ primùm
eandem excitatæ testetur Cato fragmento 7. Origin. Hinc
docti plerique prodiere, inter quos non infimum, sed merita
gloria certè insignem Alciatum iure adscriptum, qui hoc
emblemate Mediolanum natale solum nō illepidè celebrat.
Nec verò mihi temperare possum quin adjiciam quod discé-
di studiosis non omnino displiceat. Imperio in Orientem
translato veteri quasi senescēte Roma, Imperatores, Medio-
lano capi & delectari cœperunt, vnde in tantum excreuit ea
vrbis, vt à Procopio 2. Gotthici belli, prima inter Occidentis
vrbes post Romam dicatur, & facilè cæteris anteire, vt ma-
gnitudine ita & hominum frequentia, reliquaque fortunæ
bonis. Ausonius Catalogo illustrium vrbium:

*Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumere cultæque domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores: tuni duplice muro
Amplificata loci species, populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatris:
Templa, palatinaeque arces, opuensque moneta,
Et regio Hercuæ celebris, sub honore lanacris,
Cunctaque marmoreis ornato peristyla signis,
Mæniaque in valli formam circundata limbo:
Omnia quæ magni operum vultus emula formis
Excellunt, nec iuncta premis vicinia Romæ.*

Ad id illustrandum multa suppeditabunt Geographica Vol-
terrani & Munsteri: ille quidem lib. 4. hic verò 2. longè plu-

ra retulit. Quædam etiam petenda ex historia Liuiana lib. 5. ab v.c. vt iam admonui.

Bituri is v. rux.] Veruecem h̄ic pro ariete fortasse posuit ^{eg.} Bituriges.
^{ταχηνικῶς}, sed parum refert. Bituriges autem (quorum ci-
 tias metropolis est Biturix) Aquitanix populi sunt quorum
 fines ab Heduis Ligeris diuidit fluuius, de qua lib. 8. belli Gal-
 lici Cæsar. Vrbs est Academiâ florentissimâ celebris, in qua
 per quinquenniū magna cum laude ius ciuile docuit Alcia-
 tus; quod aliquot suorum operum locis colligere est facile,
 tum vel maximè his versibus (quorum mihi copiam fecit
 ante aliquot annos, vir eruditus, qui Alciatum doctorem illic
 audiuuit) quibus Biturigem donauit, cum Italianam repeteret:

In Acadē-
 mia Bitu-
 rigem pro-
 fessus est At-
 ciatus.

Vrbs Biturix innitus, amans te deseruare anantem,

Quinque per estates terra habitata mihi.

Nunc opus ad vitulos est à veruecibus ire.

Ergo vale, & felix sit tibularium.

His autem alludit ad Biturigum stemma quod nonnihil ad-
 iuuat huius loci enarrationem. Quibus Alciati versibus con-
 tumelios è respondit nescio quis: quo iure, qua iniuria, nō
 est meum disquirere, nisi quod existimem nihil tam bellè
 fieri dicive posse, quin male interpretando possit deprava-
 rier. Huius anonymi hoc est maledicuum tetristichon.

Non nos, sed nostros nummos Alciatus amabat,

Qui tacitus spretus vanuit hospitibus.

Ille ergo valeat vitulos pasturus: at illius

Nostra vel horrentem frigare lana teget.

Ceterū cùm ait vitulos, Italos intelligit: cuius rei causam
 ex Gellio petas licet, lib. nempe 11. cap. 1. quæ tamen à me
 obiter dicta sint.

Hedui dat sūcula signm.] Hedui, qui & Augustodinenses, ^{Hedui.}
 Galliæ populi, in Ducatu Burgundie & Francorum regno
 siti, olim fratres & consanguinei à Romanis appellati. Cæsar
 Comment. belli Gall. lib. 1. Sūcula.] pro sue, diminutium.

Patriæ debita origo meæ.] sic Ausonius, ex quo Alciatus id vi-
 deri potest mutuatus, epistola quæ incipit, Ausonius genitor.

Ipse ego Barigale gentis diversa per urbes

Quatuor antiquas, stirpis origo meæ.

Vetus hoc Gallica lingua sonat.] Nimirum Gallicè, Milā, dici-
 mus, à mediatis lanato sue, Sidonius Apollinaris lib. 7. epi. 1.
 Hic autem de lingua Gallica vetere lubens aliquid disquire-
 rem, si eruditorum hominum non Latis inter se constantium

Vetus ling-
 ua Gallica.

opiniones aliquid haberent firmamenti, aut nisi nos vetera, certaque monimenta nos in hac rerum caligine & ignoracione desererent. Nihil enim ea de re possimus certi pronunciarre, nisi primo constiterit non modo quae lingua Gallica vetus, sed etiam qui veteres, & qua maximè ætate sunt intelligendi. Alij enim fuerunt qui vixerunt ante tempora Cæsaris Iulij, qui primus de rebus Gallicis scriptis aliquid mandauit: quique veterum Druidarum seculis, vel postea floruerūt. Alij veteres Galli qui sub Imperatoribus Romanis seruile aliquod passi iugum: alijs qui sub prioribus Regib. vt vetustiores prætermittam, Clodoueo primo, Carolo Magno, & aliis: quibus temporibus credibile est non eandem fuisse Gallorum linguam vernaculam, qualis postea, quæque hodie celebratur. Quia in re perquirenda mihi quidem certè videntur ociosæ disputationes quorundam, qui veteres Gallos lingua Græca fuisse vsos, vt familiari, contendere ausint: alijs putant linguam veterum Gallorum eandem fuisse quæ est hodie Suitensium seu Heluetiorum: Plerique etiam volunt à Germanis Francos oriundos, & linguam veteranum Francorū eandem ac Germanoruī, quæ hodie celebratur. Iam qui volunt ingeniosiores videri, Celtas veteres eadem lingua fuisse vsos asseuerat, qua nunc armorici Bataui. Alij denique (vt liberè sunt cuiusque opinione) coniiciunt eam linguam, qualis nunc à Gallis provincialibus usurpatur, veteranum Gallorum extitisse. Sed nescio quo modo, si sit standum ab una ex iis opinionibus, que putatur similius verò, nos possimus commodè extricare. Quis enim ea de re certi aliquid pronunciarit, in tanta præsertim rerum omnium confusione, populorum ac gentium migratione, multitudine coloniarum, principum, ac publicarum rerum mutatione? Quis nescit centum, aut eo minus annorum spatio, linguas, non secus ac res alias, vt variè traducuntur aut usurpantur omnino, vel non minima parte variari: aut corrumpti? Exemplum insigne proferrem in Latina lingua nisi putarem, satis esse notū iis qui veteres libros euoluerunt, longè puriorem & nitidiorem fuisse seculo Varronis, Ciceronis, Augusti, quam ætate Catonis senis, & primi belli Punici temporibus. Illud vnum asseuero, linguam Gallicam, que fuit in vsu temporibus Caroli Magni, nobis hactenus inauditam, planèque incognitam. Nos enim deficiunt vetera monimenta, vt diximus, quibus liqueat quæna ea fuerit; etiāque adiicio, eam quæ vulgaris erat aureo D. Lodoici princi-

patu, adeò fuisse horridam & incultam, vt si cum ea quæ hodie in vsu nobis est, conferatur, nihilo plus vna ab altera differat, quam hodie vulgaris Parisiorum sermo à Britonū oratione populari. De Gallorum quidem vetere lingua corrupta constat, sed apud quos Gallorum sermo velut seruatus fuerit, nondum liquet. Nam Galli sermonem Gallicum didicerunt, cùm non solùm Romanæ leges, sed & legiones in Gallia constitutæ Gallos Romana vti lingua cogerent, vt facile sit intelligere à Romano foro, ipsaque Romana militia Gallicam linguā à maioribus illis usurpatam, penè omnino fuisse abolitam. Sed vt vetera prætermittam, cui potest esse dubium, Gallorum idioma vt non parum fuerit immutatum, aut etiam corruptum, vt primam sui faciem amiserit quo tempore Franci à Germania irrumptentes in Gallias transitum fecerunt, & à quibus sedes non impetrabant, Gallos partim expulisse, partim etiam sibi subiecisse? At lingua Gallica, qualis hodie, quanquam ex se locuples, permultas tamen voces habet quæ à Græcis deflexæ non temerè videri possunt. Habet etiam non paucas Germanicas & Latinas, ex quo tamen non sequitur maiores nostros promiscuè vel Græcè, vel Germanicè. Latinè scisse. Quid igitur hac in re statuam non habeo, vt promptū mihi sit quod possim refellere, quid certius adducere possim, nondum habeam. Vnum mihi superest, vt cum doctissimo Seneca Philosopho, eius maximè loci occasione, quem ipse mihi obtulit cap. 8. consolationis ad Albinam, vt missos faciam alios qui de gentium migrationibus, conuersionibus, & corruptis linguis variè disputatione.

Et quælanigerode suenomen habet.] Veterem linguā Gallicā ait, vel propter Gallos Insubres à quibus Mediolanum excitatum iam docuimus: vel propter veterem linguam, quam longè aliam fuisse quām quæ nunc nobis est vulgaris, & verisimile est, & docti plerique autumant.

Culta Minerua, &c.] Ait olim cultam illic Mineruam fuisse, nunc autem D. Teclam à populo Christiano coli. Hæc virgo ^{D. Tecla} Martyr, & Martyr sub Nerone apud Iconium, Pauli discipula.

Lanicio inde leui] Maro sic, sit tibi laniuum felix. quo de nomine quædam Nonius, & Turneb. noster Aduersar. 15. cap. 21. ne quid addam præterea.

Nunquam procrastinandum.

EMBLEMA III.



ALCIATÆ gentis insignia sustinet Alce,
 Vnguis & undū fert aræbællō pœpō.
 Constat Alexandrum sic respondisse roganti,
 Qui tot obiuiisset tempore gesta breui?
 Nunquam, inquit, differre volens quod & indicat Alce:
 Fortior hæc, dubites, ocyor ànne siet.

Alciatorum
schema.

PRincipis & patriæ hactenus insignia quasi depinxit;
 Nunc suæ familie gentilitium stemma proponit & ex-
 plicat. Alciatos enim ab Alce fera nuncupatos, à fortitudine
 nimirum & diligentia commendabiles tacitè indicat, sum-
 pto argumento ab Alces feræ natura, quæ equi robore,
 cruci celeritate, & ni proceritas aurium & ceruicis distin-

queret, iumento similis habetur, auctore Plinio lib. 8. cap. 15. Quod illustrat eleganti Alexandri apophategmate, qui quarenti qua tandem via tot regiones adeo citato peragrasset, totque gentium victor extitisset, respondit (quod vnguis Alces insertum legitur) αὐτοῦ οὐδέποτε, nihil differendo aut recrastinando. Siquidem optima & accommoda belli comes est festinatio, quo sit, ut qui impetrant, quod rerum difficultates, quae nonnihil remorando ultrò sese offerunt, effugere facilius possint, eò pede citissimo necesse sit properare. Eam enim ob rem Alexander ab omnibus fermè laudatur, quod sua præcipiti in rebus agendis cura & industria, Principum omnium celeritatem multis quasi studiis anteuerterit. Narrant eum pedites sic instituisse, ut sua celeritate equorum cursum adæquarent: ipse ne quidem sibi parceret, noctes ut plurimum insomnes traduceret, sequē crepitaculo excitaret, si quando somno corripi se sentiret, quo maximè tempore vigilandum esse intelligeret. Itaque cum ab eo Darius impereretur, maximè conquerebatur nullum sibi satis longum relinquens spatium, quo Alexandrum pro viribus, & ea qua præstabat animi contentionе atque copiis, retunderet. Hoc enim præcipue curabat Alexander, ut diu noctuque, magnis itineribus confectis, in prouisum hostem offendiceret; quem animum etiam adolescens habuisse memoratur. Huic itaque cum Aristoteles diceret expectandam esse robustiorēm ætimem, qua longè melius & opportunius ad res bellicas animum applicaret: At metuendum mihi est, inquit, ne dum annos exspecto firmiores, audacem iuuentutem interea mihi prætripi per incuriam patiar. Hunc Cæsar imitatus, ardua quæque quasi temerè & sine consilio aggrediebatur, immò vero dicebat de iis consultandum non esse, quod ad ea perficienda maximam vim celeritas haberet. Non prætermittam Aeliani locum de celeritate Alexandri in rebus conficiendis, variæ hist. lib. 10. Alexander Philippi filius ter decem stadiis continuo itinere confectis, antequam quiete caperet, exercitus cū hostibus cōflicxit, & eos vicit. Αλέξανδρος τε ταχεγχόσα σάδια ἐρεξῆς μεθ' ὅπλων οἵδιαι πορήσεις, συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, πεινασθεντοῦ τοις εργάτοις, ἐκράτησε τὴν σύγχρονην. Sic Seneca, 1. Suasoriar venit ille dies Alexander exoptatus, quo tibi opera est adesse. Idem sunt termini tui regni, & mundi. Tempus est Alexandrum cum orbe, & cum sole desinere. Quod nō ueram, vici: nunc coacupisco quod.

descio. Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrū posito genu adorauerint? qui tam horridi montes, quorum non iuga victor miles calcauerit? Ultra Liberi patris trophyæ constitimus: non quærimus orbem, sed amittimus &c. Redi Flau. Vegetius libro quarto cap. 31. in rebus bellicis celeritatem amplius solere prodesse quam virtutem. M. Tullius 6. Philipp. Nam cum plerisque in gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiger celeritatis. Videram etiam quod idem habet oratione de Pompeij laudibus, seu, ut inscribit. Pro lege Manilia, non enim illæ sunt sole virtutes Imperatoriæ, quæ vulgo existimantur labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo, &c. & deinceps: unde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum initum putatis? non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubercandi, aut venti aliqui noui tam celeriter in ultimas terras pertulerunt, sed hæres, quæ certos remorari solent, non retardarunt. Prætermitto quæ de celeritate Alexandri retulit Q. Curtius libris maximè 5. & 7. Hæc enim prolixiora fortasse. Monemur igitur hoc lepido carmine maxima quæquam persici diligentia, & virium firmitate (quæ duo aperte representat Alce) & assidua iam animi quam corporis cura & contentione feliciter absolui.

Celeritatis & diligencie laus. Nullus enim est repertus haec tenus (nisi sit à fortuna quadam benigniore lactatus) qui absq;ce aliquo labore improbo, constantiaque animi sit aliquam summam laudem consecutus. Citatur ex aliquo veterum: Αλέξανδρος μὲν τολμῆσι, πονησι, ταὶ ἐργαζόμενος, μάτε καθίμενος δινηχεῖ. i. Alexander audendo, laborando, agendo non desidendo, summam celebritatem consecutus est. Huic conuenit illud Hesiodi:

μὴ δ' αἰτεῖλλες τὸν εὐπιον, οὐ τὸν εὐνηπιον.
& Lucan. i. bell. ciuil.

Tolemoras semper nocuit differre paratis.
eui affine Ouidianum illud:

Sed propera, nec te venturas differre horas.

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.


Martial. Non bene distuleris, video as quod posse negari. Id unum ex preceptis Socratis refertur à Xenoph. 2. ἀπομνημονεύετων,
Quicquid agas, promptissimè, atque optimè & diligenter agere.

Fortior hec dubites, &c.] Id est an fortior, velociorne sit Alce dubium est. quo subindicat vires celeritate pares, & contrà celeritatem viribus cqualem esse debere: alterum enim sine altero non multum potest adferre cōmodi, imò damna plerumque maxima, funestūmque exitium hinc consequitur. Alcem descripsit Cēsar 6. Comment. quę si quis conferat cum Plinianis, facilè aduertet id tam facile non posse conciliari. Didici ex quibusdam Germanis, eruditis hominibus, quæ traduntur à Plinio de Alce veriora esse quām quę à Cēsare. Is enim retulit aliorū quorundam, qui eam fortasse ferā nunquam viderant opinionem: at eam esse, qualem Plinius describit, experientia constare.



In Deo lætandum.

EMBLEMA IIII.



ASPICE ut egregius puerum Iouis alite pictor
 Fecerit Iliacum summa per astra vishi.
 Quisne louem tactum puerili credat amore?
 Dic, hæc Maenius finxerit unde senex?
 Consilium, mens atque Dei cui gaudia præstant,
 Creditur is summo raptus adesse Ioni.

C onsilium nostrū fuit hac qualicūque commentarye,
 C primū quidē fontem E mblemati ex insigniore quo-
 dā scriptore petere, vsumq̄ue indicare sententiæ, quā peritus
 noster artifex nō modò animo committit, sed etiam ob oculos
 ponit. Ne tamen videar, quod faciunt alij non nulli, nimia

lectionis diligentiam ostentare, nō semper initio tam ambi-
 tiosè, vel superstitione potius, vt ita loquar, originem indica-
 bo, sed postquam quædam præfatus ero, de iis quæ ad subiectum argumentū necessaria videbuntur. Statim enim me recipio ad huius carminis ingeniosi sententiam, si quædam prius
 vice præludij & quasi disputationis anticiparo. Vniuersam Poesis pen-
sata anig-
matis ple-
na.
 poesim enigmatum esse plenam docet Plato in Alcibiade 2.
 quippe quæ non sit cuius intellectu facilis quod rerum veritas quibusdam verborum inuolucris obtegatur. Huiusmodi autē figmenta tribus modis explicari possunt, vt plerumque veterum monumentis deprehendimus; quidā enim physicen, alij ethicen inspiciunt: nonnulli etiam rei Theologicæ rationem habent, vt ex doctrina Platonorum plerique docti viri. Sic enim Homerus ingeniorum vertex quatuor illa prima Quatuor
elementa &
totidē deo-
rum nomi-
nibus intel-
lecta.
 Σοιχῆς inter se pugnantia, & sese mutuo producentia effinxit sub nominibus Iouis, Iunonis, Neptuni & Platonis. Ad mores traducitur allegoria, vt cùm Palladem cum Marte dissidia & pugnas ciere aiunt, eam neimpè animi partem, quæ sit rationis expers, in superiorem sese attollere intelligimus, virtutique vitium aduersari quo de genere est ea, quæ nunc sumus explicaturi, fabula. Ad Theologicam verò rationē nonnulla referuntur, vt cùm cælum suo motu tempus producat, quæque gignat perpetuò absumens imaginē quandā intelligimus esse Dei, Cælum, Rheā, atque Saturnum filios deuantem: in quibus Cælus (vel Cælius) essentiam diuinam præfert, Rhea vitam, Saturnus autem eiusdem mentem. Quæ antē visum est operæ pretium admonere, vt maturiū ad nostri Saturnus
Rhea.
Macrobus. 13
Saturn.
 Emblematis cœtuū dīs, deueniamus. Poëtasque veteres, quārum fieri poterit, ab inepta quorundā scolorum contumelia vindicemus. Eos enim tale quippiam in fabulosis narrationibus obseruare voluisse crediderim, quale priores illi Iurisperiti (vt M Tullius in libris de Oratore memorat) obseruārūt, qui vt auctoritatem aliquā obtinerent, eamq; augerent, artē suam vulgarem esse noluere, nisi cùm Cn. Flavius primus eā Q. em ad
finim poeta
figmentis
vñfincit.
 propalauit, qui eam ob rem dictus est cornicum oculos confixisse. Eodē planè modo veteres illi poëtæ sub aliquo quasi velo certè obïcuro, fabulosisq; ornamentis res suas occulta-
 runt, vt imperitā plebeculā à mysteriis sapientiæ reconditio-
 ris arcerent. Quod & Lactantius indicat, lib. 1 c. 11. & 19. cùm Allegoriæ
poeticæ tra-
tis.
 Poëtas ait, quæ verè gesta sunt, in alias species obliquis fi-
 gurationib. cum decore aliquo conuersa traduxisse, & méda-

cium non in factis, sed in nominibus admisisse. Quamobrem inepti & planè $\gamma\mu\sigma\tau\iota$ sunt, qui in poëticis narrationibus, & figuramentis explicandis, ipsas tantum voces nudaque vocabula, aut etiam simplices $\gamma\mu\mu\alpha\zeta$ considerant. nec ea potius elicent quæ sensum aliquem abstrusiorem contineant: ut qui in picturis diiudicandis colores aliquos, aut operum lineas quasdam conspiciunt, aut ut qui mercibus involutis appositas imaginum tesserulas admirantur, nec quid intus lateat, aut inclusum esse possit, animaduertunt. Habet enim diuinum hoc studium nescio quid latens & reconditum, quod æquè omnibus peruum & apertum non sit, sed ei duntaxat homini. Ingenium cui sit, enī mens diuinior, ut Flaccus loquitur sicuti non obscurè aliquot disputationibus est à diuino Platone traditum. Sed & ut hoc adiiciam, Poëtas ipsos Philosophis sapientia neutiquam posteriores, aut inferiores fuisse, præter alios quosdam Platonicos contendit Maximus Tyrius. Hī enim sese videntur popularia auræ, & infimæ plebeculæ accōmodasse dum fabulosa eiusmodi prodiderunt, quæ diuinis rationibns accommodarunt, rem quidem aperta ratione abstrusorem, & enigmatis autem clariorem, æqualiter à scientia atque inscitia distantem, fidē sibi facientem propter id quod iucundum est, & admirationem, aliaque non satis vulgo persuasa: adhac quæ animum ad rerum existentium peruestigationem, & eorum quæ remota sunt, inquisitionem diligentē conciter. Quia in re prestanta hi sanè homines magnū certè effecere: quandoquidem auribus humanis insidias quasdam sunt commenti. ij quidem rē ipsa Philosophi, nomine autem Poëta, rem inuidiosam ad eam artem reuocarunt, quæ populum admodum demulceat. Sese enim perinde habet erga multitudinem popularem Philosophus, atque diues aliquis in eos qui premuntur inopia. Sic autem videmus natura, cōparatum, ut qui vitio sunt alicui addicti, virtutem contraria non sustineant, nisi eam superinductus aliquis fucus adumbrarit. Habetur autem Poëta mollis & facilis, propter quæ delectationem diligitur, & propter virtutem nequaquam, aut saltem raro cognoscitur. Ita enim medici salubre quodam alexipharmacum dulci aliquo liquore aspergunt, ne deterreatur æger saporis aut succi acrioris amaricie. Eodē planè modo de Philosophia illa veteri sentiendum quæ sententiis suis figuramentorum ac carminum, tanquam ueste cultuque magnifico tectis, priscorum hominum animos primū ce-

Laus poëti-
ca.

An poëta
philosophi
postiores.

Poëta no-
mine, re.
philosophi.

Poëta se-
mologa.
ciliis accō-
modante.

pit atque deliniuit: neque secus id quidem, quām dissimulata
 disciplinæ molestia ad institutionem & morum feritatem ci-
 curandam illexit. Nec est autem quod in dubium reuoces &
 tri melius de diuinis tractarint; Philosophine an Poëtē: quin
 potius studium vtrumque tanquam inito foedere, mutuo se-
 se complecti deprehendas, ut caderet non diuersa putes. Cūm
 enim Philosophum aīs, Poëtam etiam intelligis; & cūm Poë-
 tam, Philosophum quoque innuis. Hęc & multa alia Ty-
 riūs, quę huc cōferre placuit, ne in sequentibus repetere sub-
 inde cogar. quod semel admonuisse satis erit, ut quantū Poë-
 tis debeamus, Philologus intelligat, nostrumque consilium
 in narrationibus mythologicis, & Poëticis allegoriis planū,
 aliquando faciamus. Si enī fabulam nudam aut historiam
 attexere satis esse ad coimmentationes has, quanquam tenues,
 existimassemus, ansam ridēndi, carpendique hęc, tanquam
 Poëtarum deliria & nugamēta præberemus: (nonnulli enim
 sunt, & fuere iam olim, qui poëticum hoc studium vt planę
 nugatorium aspernentur) & maximē hoc de Ganymedē fig-
 mentum, quod reprehendit Lactant. D. Augustin. De ciuit.
 18 cap. 13. & ipse Plato 1. De legib sub persona Atheniensis
 hospitis, nimrūm ob insanū vāderastiae flagitium. Sed quia
 non video quārū sit neceſſe ſingula tam anxię pēſequi, quin
 potius ad propoſitum finem me continuò recipere iam tan-
 dem pat sit; agè verò per Ganymedē ab aquila raptū, animā
 humanam intelligimus, quę, vt ait Plotinus, tum condere
 caput intra cālum dicitur, cūm relicta quaſi corporis secre-
 tione, cāleſtia mentis oculo contemplatur: quōd ſanē absque
 raptu quodam fieri minimē potest, Plato etiam in Phādone
 & Theātero, cūm iubet animam à corpore ſeiungere, non
 loco ſegregandā eſſe intelligit; ſed monet ne corpori animus
 adhārefſcat, neque ob corporis cōmercium à mēte ſuperiore
 ſiat alienus, coneturque, quantum fieri poterit, ſubditam ſibi
 animæ ſpecie ad ſuperiora perducere. Conſtat autem ſumptū
 Emblema ex Xenophōtis Symposio, quōd loci cōcinnē & ap-
 positē Ganymedis επυον explanat. Ait enim Deos & Heroas
 animæ amicitiā multō pluris facere, quā vſum qui ex corpo-
 re percipitur. I: piter enim quarū formam (cum eſſent mor-
 tales) amauit, has ipsas mortales eſſe ſiuit: quorū verò animas
 eſt amore proſecutus, hos immortalitate donauit: de quorum
 numero Hercules, Castor ac Pollux eſſe dicuntur, cū aliquot
 alijs, quos Heroas appellabant: Sic etiam affuerat Ganyme-
Poetica ea-
dē ac pha-
ſophia.
Ganymedē
fabula va-
riè accepta.
Quid per
Ganymedē
intelligi-
mus.
Vnde Em-
blema di-
gitum.

dem non corporis, sed animi gratia à Ioue in Olympū fuisse raptum. Cuius quidem rei & testimonium ex ipso nomine colligamus licet. Habetur enim alicubi apud Homerum, γάρ γυται δὲ τ' ἀκέων, latatur audiendo: & alibi etiā πυχναὶ φρεσοὶ μίδες εἰδώς, id est sapientia plena mente consilia sciens Ex ambabus igitur his vocibus, non corporis sed mentis deliciarum nomine Ganymedes referens, inter Deos est relatus. Sed dum vacat, huc ascribā verba Philosophi, ut aliquo tandem onere candidatos linguae Græcae leuare possim: Εἴπθυμος δὲ οὐι, ὁ Καῖσαρ, καὶ μυθιστός οὐσιού, οὐεὶ μένον αἱθράπτει, αλλὰ καὶ θεοὺς καὶ ἥρωες τεῦχος τυχήσειαν τοιι πλειον. Οὐ οὐτις τὸ σωματικὸν χεῖσιν πιονισται Ζεὺς τε γένος οὐσιού θυγατὴρ οὐσιον μορφῆς ιεράνη συγγενόμενος Θεός, αἵα αὐτας θυντας εἴδη οὐσιον τὴν τυχήσειαν αἴσαστην, αθανάτους τοτες εποίει οὐνόματα επαλεῖς μη καὶ διοσκόροις εἰσι. λέγονται δὲ καὶ αἱλοις καὶ γαῶν τριμίκηι γανυμήδης οὐσιομάτης Θεός, αλλὰ τυχήσειν ενεργέων διος εἴσι οὐλυμπον αἰνενεργείων μαρτυρεῖται καὶ τενομειαντες. Εἴδη μέντοι γένος διπέκτηι οὐρηρώ,

— γαννυται δὲ τ' ἀκέων.

τοτε γένος οὐρηρώ, οὐδεται δὲ τ' ἀκέων. εἴτε δέ καὶ αἱλοδίπτη.

— πυχναὶ φρεσοὶ μίδεα εἰδώς.

ἴξιον σωματιστέων τοτεων γένος οὐσιομάτης οὐρηρήσις οὐρυμήδης, αλλὰ οὐδυνγράμμων εἰς θεοὺς τετίμηται. Hanc fernid Xenophon Facillimum mihi esset repetere agalmatis historiā, nisi fallor, à Plinio, qui sic habet lib. 34. cap. 8. Leocras aquilā sentientem quid recipiat in Ganymede & cui ferat, parcentem vnguisbus etiam per vestem, &c. perindeque facile ex Homeri scholiaste ad 4. Iliados. Sed quid opus in tantillo libro tam multis? Ceterū raptum eiusmodi Alciatus traducit ad eos, qui pia cogitatione, & ardenti affectu animi, Dei quasi domicilium penetrant, tamque sibi placent in iis quae Deo grata sunt, ut in hac etiam vita nonnihil aeternæ beatitudinis deliciarum experiantur. Ab hoc non dissentit Homeri scholiastes ad 4. inquam Iliad. qui Iouis nomine primam intelligentiam πρῶτον νοεῖ: Ganymedis vero, eum qui consilijs diuinis gaudeat, τοτε γένος Γαννυμήδης. οὐος εἰχειοκείον τὸ τοιούτοις μίδεοις γαννυμήδης. Hoc penè sensu dixit Naumachius, vetus poëta, pulcrum esse virginem puris semper cogitationibus delectari, id est (nam Græca perbellè conueniunt huic Ganymedis etymo) —— καλόν

πρωτεύειται καὶ δαρποῖσται αἱ μελεδηματος χαίρειν. Sed & Græmatici nō modò, quin etiā Philosophi nō postremi nominis

Locus ē.
Plinio:

Jupiter
quid.

Felices
qui.

beatos seu felices, quos διδασκονται και μαργαρητης appellat, non
alio sensu iis id impositum nomen putant, quam quod ha-
beant aliquem cum diis consensum. Nam & διδασκονται A-
ristotelis interpretantur οξει: nonnulli etiam διαφειν. μαργ-
αρητης autem à ιω, και τοις χαρτων. Locus Aristot. est Moral. ad Nico-
mach. 7. Addo & id pietatis ergo: Ganymedei raptus figmē-
tum non Iouis habere flagitiū, sed historiā à qua possint ad dei
cultū homines inflāmari. Laudaui meos auctores, certe οξι-
νισους, Xenophontem nempe & Eustachium Homericum
interpretē. Sanè nostri non temerē Hieroglyphicum aqui-
lx D. Ioanni tribuere. vt eius in diuinis rebus acumen longē
perspicax & oculatū vt ita dicam, ostenderent. Ut enim aqui-
la quasi acula ab acunna dicta est; & Homero teste, αἰετός
οξύτατον δέ περιέχει τερπανίων πετετανόν: sic diuus ille oculo-
rū acie in altissimæ diuinitatis recessum directa, præ aliis om-
nibus δευτέρων arcana vidit, qua Ebionitarum nefandam
hæresim pessundedit, & præteribus pennis euolauit, deque
ipso rerum diuinorum nido pellucidas illas gemmas est mu-
tuatus, quæ postea oculis hominum caligantibus veram cer-
tamque claritatem afferant. Sed hic me cohibeo, quod id esse
videam Theologorum pensum H' storia Ganymedis recen-
setur à Suida: sed nihil ad nostrum propositum ea narratio.
Desino iam, si vnuai Lactantij Firmiani locum adscripsero,
ex lib. 5. cap. 10. qui ad generale emblematis huius argumen-
tum facit: Ad placandum Deum, quem colas, inquit, iis re-
bus opus est, quibus illum gaudere, ac delectari scias. Sic fit
vt vitam coalentium Deus pro qualitate numinis sui formet,
quoniam religiosissimus est cultus, imitari.

Iouinalite.] Aquilæ αἰει τερπατε. Hanc auium reginam appelle-

Anium regina aquila, & Iouis alas.

Qyalim ministrum fulminis alit m

Cui rex Deorum regnum in aues vagas

Permitte expertus fidem

In piter in Ganymede flaus.

Phornutus eam Ioui esse sacram vult, quod volādi pernicitate
aliis auibus excellat. iepōs δ' ορφις, inquit, αὐτὸς οὐ αἴ-
τηται εἶ, διὰ τὸ οξύτατον τόπον εἶ τῷ ἀλλαον πηνών. Le-
ge Plinius libr. 10. cap. 4. & 5. Pierium Valerian. lib. 17. Hie-
roglyphicōn. Sunt qui alio conuertūt aquilam: nauem enim
intelligunt, cuius insigne aquila est; aut legionem militum,

qua legione raptus esse putatur. Lactant. libro I. cap. 10. Fulgentius. Mythologic. I.

Puerum Iliacum.] Ganymedem, ab ilio Troiq ciuitate, qui Troem patrē habuit Troiq regem; & à Poëtis dicitur ab aquila raptus, & in cœlum sublatus, ut deorum p̄ficeretur aqualiculis. *Martialis lib. I.*

Æthereas aquila puerum portante per auras

Illæsum tumidis unguibus hæsit onus.

Quisne Iouem tactum puerili, &c.] Puerilem simplicitatem, id est, innocentiam & mentis puritatem Deo gratissimam esse passim testantur sacre literæ. Quò illud sacri oraculi referendum: Sinite paruuli ad me veniant. &, Nisi efficiamini sicut paruuli. &c.

Homerus finxerit unde senex.] Homerus, qui Mæonius, cœcūtiens appellatur à Martiano Capella lib. I. de nuptiis Philologiae: à Mæone rege, à quo educatus fertur, ita cognoscitur. Thersagoras apud Lucianum in Demost. encomio ita de Homero verba facit: πατέρες ἡ μαιονα τὸν λυσθν, ἥποτημὸν, χὺ ματέρες τι μωλαλά πνι φαῖν οὐ νύμφην τὴν δρυάδων.


Consilium mens atque Dei, &c.] μυθολογία est, in qua aduentum, quām graphicè & commodè Ganymedei nominis vim exprimat. γαύρου enim, vel γαύρυμα, lector est: respondetque his quę dixit, Gaudia p̄stant: & μῆδα consilia. unde γαύρυδη μῆδης τὸ δίος, Emblematis & figmenti sensum explanat.

Sapientia



Sapientia humana stultitia est apud Deum.

EMBLEMA V.



QVID dicam? quoniam hoc compellere nomine monstrum
 Biiforme, quod non est homo, nec est draco?
 sed sine vir pedibus, summis sine partibus anguis
 Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.
 Anguem pedit homo, hominem eructavit & anguis:
 Nec finis hominis est, insitum nec est feræ.
 Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis:
 Sic & gigantes terra mater proculit.
 Hæc uafrum species, sed religione carentem,
 Terreno tantum quique curret, indicat.

E.

Hoc in monstro designando verbis usus est obscuris, & sententiis planè ænigmaticis. Id tamen quicquid sit, aperto primùm fonte; deinde auctoris consilio, si quidē possum commode, illustrare conabor. Totum hoc fermè videot imitatus ex grphis monostichis, & disticho quodam, quæ in collectaneis epigramm. Græcotum legimus, quæque huc ascribeimus. Sunt autem *τις χειροναὶ πποκένταυρον*, lib. 4.

Fons Em-
blmatiſ.

Anthologiæ, his verbis:

A'γδροδεν ἐπικέχυθ' ἵππος, αὐὲ δέργας δ' ἵπποδεν ἀνίρ.
Α'νηρ νόστοι ποδῶν, κεραλῆς δ' ἀτέρ, αἰολὸς ἵππος.
Γ'ππὸς ἐρδηγται αὐδέρ, αὐηρ δ' ἀποπέρδεται ἵππον.
Ι'ππὸς ἐνν. ἀνέριλος, αὐηρ δ' ἀτέλεσθεος ἐκείτο,
Οὐνε φύοις παιζεται δοῦ, εκείντετεν ἵππω,

ad verbum sic effertur:

Ex viro descendit equus; ascendit autem de equo vir.

Vir sibi pedibus, sine capite autem celer equus.

Equus ructat virum, vir autem pedit equum.

Equus non habebat principium, vir autem carebat fine:

Sed hunc natura ludens acri equo & miscuit.

Hoc informi monstro, quod nec omnino formam humanam, nec omnino serpentinam figuram habeat, natura quidem duplice, quodque necdū certam appellationem sortiri possit; ij notantur, qui anima rationis participi à Deo informati, terrena tantum sapiunt: & neglecta conditione sui meliore, humi reputant, in naturamque belluinem degenerant.

Monstrum enim, vt hic exprimitur, in hominem non desinit, nec est feræ principium: non enim finem spectant Epicurei homines, propter quem homini sit concessa ratio, qua miserè abutuntur, eamque spontanea quadam & exti-
tiosa ignoratione inficiunt. Tales fuerunt rigidi illi Philosophiæ satellites, qui cum perpetuò dogmatis sapientiæ veteris, & sibi parum constantis adhæserint, nihil aliud spirarūt quam quæ terræ sunt, tametsi unum illis videretur esse studiū cœlestia diuinaque contemplandi: quos ideo exagitat vir sanctissimus Augustin. libris De ciuitate Dei, Laetantius, Eusebius, & alij multi. Opinor autem hic Alciatum exempli causa Cecropem apposuisse, nec quidem ab re. Ille enim primus idolorum cultu totam Græciam imbuuit, primus Iouem inuocauit, simulacrorū usum induxit, aras construxit, & sacra diis fecit (teste Eusebio, Herodoto, & pluribus aliis) quæ omnia ante ea tempora omnino fuerant inaudita. Quod

infixit.

Quid hoc
monstro in-
telligatur.

Epicurei.

Philosophi.

Cecrops
biformis.

Verò primus inter marē & feminam certa connubia dicatur instituisse, quæ ante vaga esent & incerta, *strenuis*, id est biforis, est nominatus. Hincque colligere licet mundi sapiētiā, quam technis & præstigiis satanicis inuexere priores illi Principes, meram fuisse stultitiam, cūm perspicuum sit eā longè desciuisse ab institutis illis priscorū patrum, qui leges diuinās à Noëo, & eius meliori posteritate hauserant. Hos itaque vafros, & religionis expertes, quibus tantum curæ terrena sunt, & quorum Deus venter est, ex hominum albo resicinus. Néque enim hominum appellatione digni sunt, quāquam planum sit eos stationis, doctrinæ melioris & humanitatis haud expertes fuisse: nam ea re caruerunt, qua sola differt homo à reliquis animantibus, id est religione, in qua certe nos hominis summum bonum constituimus. Quanquam enim homo sit verà & expressa Dei imago, si tamen sic se abiciat atque prosternat, vt opifex Deum ignoret in belluarum numerum merito est aggregandus. Id porrò totum potest conuerti in profligatos, & perditos huius seculi *atheos*, & voluntarios Epicuri affectatores, qui neglecta futuri boni spe, suas omnes cogitationes abiecerunt in id modō quod adest, quodque præsens est. Id quidem ego argumentum non inuitus explicarem copiosè: sed satius est vt breuius contrahā, si studiosum quēmque admonuero; id commodiùs repeti posse à Lactantianis Institutionibus, maximèque lib. 2. cap. 3. & sequent. item lib. 3. cap. 10. lib. 5. cap. 15. & iis quæ sequuntur, vt denique lib. 6. capitib. 1. 7. 9.

Quid dicam? quoniam, &c.] Quæ noua sunt, stupenda, aut admirationis aliquid præ se ferunt, vt quæ à communi rerū natura sunt aliena, describi ferè solent quibusdam verborū subscripta, obscuris ambagibus & rerum inuolucris, vt hīc sit ab Alciato in mōstri huius periphrasi. Totum certè *στρατιχόν*, vt periculosa plenum aleæ doctis visum, mihi quidem non potuit non videri per obscurum. Quòd si rem acu, quod aiunt, non tetigerim, tentaui tamen quid hac in parte vires alioqui imbecilles possent, & aliis tradidi lampada, vt maiore tandem industria diligentiam aliquam nostram obscurent.

Quæ dum interea meditor, fortassè non malè uno claudā prouerbio, quod hīc obscurè proponitur : Id igitur prouerbium usurparunt duo ecclesiæ Christianæ lumina, Nazianzenus Gregorius, & Chrysostomus: Ille quidem in epistolis sic,

amplexari, humique manentem philosophiam. Idem Monedula in Basiliūm, ἀντιδραποδάδης χαρτωνερδηνος οἱ σιγοὶ: quorum vita seruilest, qualis mancipiorum & humum spe-
ctans. Sic Chrysostomus adhortatur, humili repentes cogita-
tiones erigamus, ἵνα τοὺς χαμαινούσιοις λογισμοῖς αὐτο-
διωμεθ. Mitto enim quod de paganorum studio multi ē no-
stris tradiderunt, quos alicubi Theodoreus χαμαιζήλες καὶ
επιγείες appellat: id est, rerum caducarum & humili repen-
tium studiis addictos. Sed Lactantiana quædam lucem huic
loco afferent, meo quidem iudicio, ex cap. 3. lib. 2. Quos ho-
mines (de philosophis loquitur) philosophus ac poëta Lu-
cretius grauiter accusat tanquam humiles & abiectos, qui
contra naturæ suæ rationem ad veneranda terrena se poster-
nant ait enim.

Et faciunt animos humiles formidine Diuum

Depressisque premunt ad terram. alio loco sic idem.

Nec pietas villa est, velatum saepe videri

Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras,

Nec procumbere humili prostratum, &c.

Paulopōst, Non oportet sublimes & excelsos animos aduo-
cari, atque in terram premi, sed nihil aliud, quam cælestia
cogitare.

*Biforme, quod non est homo, &c. c.] Secundi hi quique versiculi
senarij sunt trimetri Iambici. Obiter admoneo hīc confundi
virum & hominem, draconem cum angue siue serpente, &c.
quæ ænigmatum lex est. Adhèc obscuris verbis de industria
videtur vsus, ut rem abstrusam, & quasi recōditam insculpere
potius quam delineare videatur.*

*Anguem pedit homo, &c. c.] Hic Græcorum more non absunit
vocalein, quæ in cæsura hac remanet integra, idq; ferè fit rei
difficultatis aut grauitatis ostendendæ ergo. Ceterū nouè
videtur vsus his verbis, pedit, &c, eructauit, quæ vim magnā
habent ad domonstrandā monstri huius obscenitatem. Rem
enim turpem turpia verba decent.*

*Pedit eructauit.] Duo verba posita καὶ ἀντιδεῖν, atqui an-
guem pedit homo nouè & insolenter dictum, ob monstri
quod proponit insolentiam. Ita hominem eructauit anguis,
ut rem prodigiosam quoquo modo effingeret. Eructare ni-
hil aliud est quam efferre, aut egerere. Eructare, quo sensu di-
xit Catullus:*

In pede stans fixo carmina ruetat hians.

Et Lucilius apud Horatium, ducentos versus stans pede in-

Pedere
eructare
obscaena
verba.

vno eructabat. Porrò, Serpens inter significationes alias tur-
pium voluptatum & mollium illecebrarum notam esse didi-
cimus aliunde. Interea, quandoquidem Alciatus noster in
mōstro tam informi effiendo primūm hæserit, vti rem no-
uam & insolentem planēque stupendam expressurus, nescio
an hoc conferre ausim Lybicam illam fabulam quam Chryso-
stomus Dion retulitoratione quinta. Sed cum nihil in nār-
rando Pericli, non patiar studiosos ea defraudari. Ait igitur
esse in Lybia ferarum genus ex promiscuo belluarum dintersi
generis coitu, sœnum admodum & ferox circa Syrteis impri-
mis versari; monstri faciem esse muliebri corpore certè for-
moso, papillis tumentibus, toto pectore ac ceruice pulcherri-
ma, cutis calore admodum nitido: reliquis partibus corporis
horridis, & squemmatum scabritie asperis, infernè demum
in longum anguem desinentibus Feras esse omnium velocis-
simas ait, vt nemo sit adeo alacer, qui earum insultus effuge-
rit. Animalia cetera quotquot nocte fuerint, per vim asse-
quuntur, tandemque opprimunt: vnum hominem modo
blanditiis adoriri, & præstigiis implicare. Cætera Dion. At
quia superiore commentario conatus sum inuentio-
nem Alciatini explicari, sicuti feci passim, & ex quodam au-
tore vetere: addo & hoc, apud Ælianum lib. 9. de varia hist.
antiquissimum quandam virum in Ausonia fuisse olim no-
mine Marem, cuius anterior facies hominis esset posterior
equi: Græcis est οὐπομεγῆς. Causam autem naturæ duplicitis
in id confert, quod primus equum ascenderit.

Nec finis hominis est, &c.] Non desinit in hominem, quod fi-
nem non spectet, cuius maximè causa conditus homo sit: nec
habet feræ principium. quod primò anima rationis participe
donatum à Deo sit, vt omnibus aliis animalibus excelleret,
sicuti copiosa disputatione Cicero 1. De legib.

Sic olim Cecrops, &c.] Cecrops regionis Atticæ rex primus, Plin. 7. cap.
qui Athenarum arcem extruxit. hinc Cecropidæ Athenien-
ses. Pausanias ait eum οἰνοῦν, hoc est, naturæ duplicitis, supe-
riori parte viri, inferiori feræ, quod coniugia primūm insti-
tuerit in Attica regione. Mālim tamen referre ad id quod su-
periūs attigi, de superstitione nimirūm, & idolomania, quam
primus illic dicitur induxisse. Lege D. Aug. De ciuitat. cap. 8.
libro 18. Iustin. lib 2,

Tzetzes in Cassandram Lycophnis Cecropem ait bifor-
mem nominatum, quod ex draconis dentibus egressus sit: vel formis.
E dīp

Locus Chry-
stomus Dion
vis de mon-
stro quodā
Lybie.

56.
Cecrops rex
Atheniens-
sium.

Cecrops bū

quod duorum hominum magnitudinis esset: vel duarum linguarum peritus, Ægyptiacè nimirum & Græcè: aut, ut est in fabulis, quòd superiores hominis partes, inferiores autem draconis habuerit: quod quidem ἀληγοριῶς Demosthenes interpretatus dixit, illum robore similem draconis fuisse, homini mente. Existimat tamen idem Tzetzes eum optimum regem extitisse, quippe qui hominum ferocitatem omnē de medio sustulerit: vel quòd primus mulieres, quæ more ferarum coibant, promiscuè ad certa coniugia reuocari, sicqüe nefandos concubitus & belluinos aboleuit.

Doctis Athenis.] Doctis, μεταρροεῖ epitheti Doctas posuit, propter celebratissimam toto orbe scholam. Hinc enim magni Oratores, hinc Rethores, hinc Sophistæ, hinc clari denique legum latores. Plutarchus huius epitheti vim expressit **commentario**, πότερον ἀθλωσιν καὶ πολεμον, ή καὶ σοσιαν εὐδέξοτεροι. Reuera hęc vrbs, inquit, multarum etiam aliarum mater, artiūmque benigna parens, quarum alias prima reperit, inqüe lucem misit, aliis honorem, vim, incrementa contulit. Græcè verò sic: πολλῶν μῆδον δὲ καὶ ἄλλων οἱ πόλις οἵδε μητρεῖς καὶ θεοῖς δημοψία τεχνῶν γένεται, τὰς μῆδον δεσμούν καὶ ἀναρριναστα πρώτην. Ταῦς δὲ δύναμον προσδέσσει καὶ πυλαὶ καὶ αὐξησον. Cicero I.de Oratore, omnium doctrinarum inuentrices Arhenas appellat. Sic idem pro Flacco: Ad sunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina religio, fruges, iura, leges ortae, atque in omnes terras distributæ putatur. Hæc sunt præclara certe & antiqua vrbis Athenarum eulogia. Sed occurunt etiā aliorum quorundam non pœnitenda testimonia, sic enim Velleius Paterculus ad finem I.hist.Rom. Vna vrbis Attica pluribus annis eloquentiæ, quam vniuersa Græcia, operibusque floruit, adeò vt corpora gētis illius separata sint in alias ciuitates. Ingenium verò solis Atheniensium muris clausa existimes. Apuleius enim 10. Asini aurei: Quale autem & illud iudicium apud legiferos Athenienses & catosillos, & omnis scientiæ magistros. Idem Apolog. I. apud Athenienses cattos Meloides fatuus. Et Iustin.lib. 1. Athenas vocat patriam communem eloquentiæ. Lib. 2. idem scripsérat, litteras certas ac facundiam, & ordinem ciuilem, disciplinæ veluti templum Athenis. Mamertin.oratione panegyric. quam Juliano dicta volunt: Ipse illæ bonarum artium magistræ & inuentrices Athenæ. Quid enim transiliam cum aliis quam plurimis Cassiodorum, quilib. 12. Variarum, epist. 15. Athenas se-

Laud
Atheniarum.

dem esse sapientium dictas antiquis ait?

Sic *gigantes*, *gigantes*] Gigantes terrigenæ dicuntur à Poëtis, id est terræ filij, ut vi nominis intelligitur, *γῆ*, terra; *γίγαντες*, fio, nascor. vel, *τότε* èn *γῆς* ié*vau*, quasi èn *γῆς* *γέγενησοι*. fuerunt autem staturæ admirabilis, quorum pedes in serpentum volumina desinebant, iisque in Deorum perniciē nati putabantur: cum quibus pugnare ausi, fulmine concussi sunt. Pugnam hanc attigit Pindarus in Nemeis. Huius fragmenti rationem Mythologi adferunt, eamque traducunt ad homines quosdam impios, qui Deos negligerent aut etiam negarent: quorū pedes in Draconum volumina desisse aiunt, quod nihil superum, nihil rectum cogitarent, totius eorum viri gressu ad inferna mergente. Macrobi. Saturnal. i. Virgilius in opusculo de Ætna:

His natura sua est alio tenus, imo per omnes

Squammeus intortus sinuat vestigia serpens.

Multa de Gigantum ortu & pugnis, Diodorus lib. 4. & 5. An- *Gigantes* guinei & anguipedes vocantur à Poëtis: quod mihi reuocat *anguipedes*. in memoriam veteres statuas, quibus gigantum formæ obtortis cruribus conspiciebantur, quodque Lampridius retulit in Commodo: eum nempe quod obtortis cruribus esset vbi- cumque naestus sagittis ex libidine solitū configere, eosque draconteos appellare. Quod epimythion hexasticho com- plexus est Bartholom. Anulus in piëta Poësi: hunc enim scri- ptorem, alioqui recentem, eruditum tamen & acutum, cita- re nihil verebor:

Tale gigantæum legitur genus, ut nihil altum

Cogitet, at spernat, vel neget esse Deum:

Et tantum, quantum sensu exteriore mouetur,

Commodat ad præsens se, vel ad id quod adest.

Hoc genus anguipedum mythici finxere Poëti,

Quorum affeclus humi (segnis ad alta) repat.

Si vacat, lege Pierium Valerianum lib. 16. & 25. Hieroglyphic. Missos facio, qui multi multa de Gigantibus, quorū alij fuis- se negant, quidam contrà & certè plures, non enim vacat sub- legere quæ de gigantibus tradunt Herod. in Clio. Plin. 7 c. 16. Solin. cap. 5. tantum admonuisse sat est. Ego quidem facile mihi persuaserim hoc gigantum nomine intelligi veteribus barbaram & impiam gentem, quæ sub hominis figura ferita- tem exerceret, à quibus honestarū rerum inducta fuerit *ἀτα- ξία*, quales describūtur à Poëtis Cyclopes, Læstrigones, alijq;

qui ferinis moribus vagabantur, infantes & probos quosque impunè lèdebant, nullam diuinī humanique iuris rationē habebant.

Hæc Vafrum Species. &c.] ēpiu'θio, seu figmenti sententia.

Vafer.

Vafrum.] Vafrum callidum, & quasi valde cafrum. Nonius. Cicero De repub. 3. Non sunt in disputando vafri, non veteratores, non malitiosi.

Religio hominis propria.

Relligio carentem.] in qua tamen sumnum homini's bonū esse liquido constat: cetera enim quæ putantur esse homini propria, in cæteris quoque animalibus deprehenduntur. Religio sola differentes homines à belluis facit quam qui non admittit, alienus à natura hominis, vitam pecudum sub humana specie viuit. Lactant. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 10. & de ira Dei, cap. 7. & 8. Notabo ad extremum humanam sapientiam

Humania

sapiētia

carstutitia

Lib. 3. c. 11.

(quæ apud Deum stultitia dicitur D. Paulo) hic potissimum

reprehendi, quippè quæ religione caruerit. Vult Lanctan-

tius vnam cum altera, id est, religionem cum sapientia inse-

parabili nexus colligati, in quibus hominis officium, & veri-

tatem omnem inclusam esse colligat. Religio enim, quæ sine

sapientia sit, non religio, sed superstitione putanda est: sapientia

verò sine religione, mera est stultitia, de qua est illud Pro-

phetæ: Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudē-

tum reprobabo: & D. Pauli, I. Cor. 1. & 3. cap. Et hæc quidem

multa satis. Vnum id adiecero τροπής εὐάγγελον obscurum alioqui

carminis. Hic sanè typus perquam elegans veteratorū quo-.

rundam, quos Machiauelli non male vocitamus, ut qui

impuram & impian Machiauelli doctrinam mordicus te-

neant, & ab eius præscriptis non discedant. Gens omnino

Deo, pijsque hominibus inuisa, ut quæ sit ad religionis om-

nis nata contemptum, & ad hominum perniciem quasi ab

inferis excitata. Quid enim aliud spirat aut sperat, quam ut

indicatur pietati, omnique adeò virtuti proboſu:nexilium?

laxentur habenæ fraudibus & latrociniis? faueatur compen-

diis fisci, miseraque plebecula deglubatur? Itaque iam ag-

noscitis apertius, Philologi Christiani, cui monstro similes

sele prætent immanes illi ἄδει, quales aulici quidam fune-

stissimi, nefandissimique, digni qui in Morbonium concedat,

vel ut Seianus sub Tiberio, aut sub Alexādro ſeuero Turinus

quidam, dignum exitium sortiantur.

Terrena tantam quique curet, indicat.] Concinis huic Lactantij

loco ex 3. lib. diuinar. instit. cap. 12. Beata vita quā Philosophi

Eſt. 29.
Abd. 1.

Machiauel-
litæ quales.

quæsiuerunt semper, & quærunt, siue in cultu Deorum, siue in Philosophia, nulla est, ideoque ab iis non potuit reperiri, quia summum bonum non in summo quæsiuerunt, sed in imo. Quid est autem summum, nisi certum, & Deus, vnde animus oritor? Idem ad rem proprius lib. 6. cap. 1. Nihil sapiūt nisi terram, inquit, bonaque & mala solius corporis sensu, & voluptate perpendunt. Huius arbitrio ut religionem penderant, sic totius vitæ suæ acta disponunt. Hæc ille. Verum & Pisides, auctor Græcus, suis de mundi fabrica versibus alludere huc mihi videtur, quo loco in Philosophos, & Proclum maximè inuehit.

O' ποιε λεβανη χωρεσιν, ιυ' χ' ο' συς ε' χιτε,
Α' λ' ο' σορισα Προσκλε, τη' κριτω λογων
Ο' πολλα βροντη' ιν νέ' οωι λοξοδρόμων.

Quos sic nuper reddit Fed. Morellus, Græcè, Latinèque doctus:

*Quantum valent, ut hauriant non quantum habes,
Sophista Procle, vocem humi serpentum
Multum intonans è flexuosis imbris.*

Porro ad sensum emblematis Lactantiana hæc lib. 2. cap. 19 Quisquis animam suam, cuius origo de cœlo est, ad inferna & ima prostrauerit, eò cadat quò se ipse deiecerit, ideoque oportet rationis & status sui memorem, non nisi ad superna niti semper accendere. quod qui fecerit, hic planè sapiens, hic iustus, hic cœlo, deoque dignus iudicabitur, quem suus parens non humilem, nec ad terram more quadrupedum abiectum, nec stantem potius ac rectū, sicut cùm fecit agnouerit, Idem lib. 3. cap. 27. Deus solus potest honorare virtutē, quam qui non appetunt, nec religionem tenent, cui æterna vita subjacet: profectò neque virtutis vim sciunt, cuius præmium ignorant; neque in cœlum spectant, quod ipsi se facere putant, cùm res non inuestigabiles quærunt, quia ratio in cœlum spectans, nulla est alia, nisi aut religione suscipere, aut animam suam immortalem esse credere. Vnde & lib. 4. c. 28. initio, & de ira Dei, cap. 22. sine religione, aut immanitate belluis, aut stultitia pecudibus adæquamur: in sola enim religione, i. in solius Dei summi notione sapientia est. Et non minus disertè in Philosophos, lib. 6. cap. 6.

Ficta religio.

EMBLEMA VI.



REGAL I residens meretrix pulcherrima sella,
 Purpureo insignem gestat honore peplum.
 Omnibus & latices pleno è cratere propinat:
 At circum cubitans ebria turba iacet.
 sic Babylona notant: quæ gentes illice forma,
 Et ficta stolidas relligione capit.

Quam variè hoc agalma nonnulli hoc tempore accipiāt,
 quāmque obliquis interpretationibus contorqueant, &
 ad suos affectus accommodent, vt potè odio partium labo-
 rantes, certè recensere pudet. Quanquam enim salua fide &
 pudore, aliorum sententias in mediū afferre possem, ne cui

tamen stomachum moueam, tutius esse iudico veterum hominum doctrinam potius, quam nouorum placita consecrari. Id ex D. Ioannis *πτοχαντεως* 17. sumptum esse clarum *Falsa religio*, est: quod quidem delementita religionis obseruatione, & *gio quæ*, veræ pietati opposita intelligitur. Ea est collectio reproborum, quæ meretrix dicitur, quod Deo rerum omnium auctore neglecto, & vero sponso Iesu seruatore, impuro, illicito & nouo quodam cultu, id est, fucatae religionis ritu, impuræ ac formidabili beluae dicitur insidere. Aureum poculum manu tenet, id est, hypocrisim persequitur, qua dissimulatis vitiis, & sapientiae fucatae auro, pietatis veræ prætextu, quam plurimis imponit, qui ebrietate plus quam fanatica correpti, miserè præcipites in ima ruunt. D. Augustinus lib. 20. De ciuitate Dei, idem planè hunc locum interpretatur: Quæ sit ista bestia, inquit, quanuis sit diligenterius inquirendum, non tamen abhorret à fide recta, ut ipsa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium contrarius populo fidei & ciuitati Dei. Imago verò eius, simulatio eius mihi videtur: in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim se esse quod non sunt, vocanturque non veraci effigie, sed fallaci imagine, Christiani. Hactenus ille. Calix aureus adagij vice usurpatum à D. Hieronymo: Multa de perfectione dicuntur, ait, ut qui volumen Philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de auteo calice Babylonis. Origen. de vana & fucata eloquentia totum hoc intelligi voluit. Eos enim, qui apud gentiles, inquit, eloquentiae laude floruerunt, pessimorum dogmatum sermones mortiferos, id est, venenum in calicem aureum infuderunt. Lubens equidem hoc referré, quæ in eam ipsam rem commentari sunt nonnulli è neotericis viri certe eruditæ doctrinæ quæ veteris amantes. Sed ex auctorum recentiū fluuiis meos agellos tam sœpe irrigare iam non est animus, ne quis philologus mihi pro suo iure diem dicat: quod longè pulchrius sit (ut Varro dicit apud M. Tullium) adire fontes, quam riuios consecrari. At ut ad rem propriū: Promptum quidem id nobis, verūmque esse constat: decipimur specie recti. Nam ut prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, & magnitudinem animi superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia: sic superstitionem religio imitatur. Ut enim olim apud Græcos

*Aureum
poculum.*

*Virtutes
vitia imi-
tantur.*

Pseudo-
phi.

nonnulli Philosophi pallio barbáque promissa raram quan-
dam sapientiam pollicebantur, sempérque habebant in oré
libertatem & honesti studium, cum ex iis longè multi vitiis
plusquam vulgaribus, planéque seruilibus laborarent: Utque

Pharisei.

apud Iudæos Pharisei & Essæi tristi vultu, latis phylacteriis,
& cultu quodam fucato, apud imperitum & rude vulgus ve-
nabantur sanctitatis opinionem: ita etiam,

Pseudo-
Christiani.

quod dicere nos
admodum pudet & tædet, sed dicendum tamen, inter Chri-
stianos homines fuere iam olim, & adhuc hodie sunt, reuera-
nimis multi, qui suis præstigiis fictaque doctrina imperitos
homines inescant, quibus errorum quasi poculo miserrimè
& fallacissimè imponunt: si que tandem facti ebrij, erronea
persuasione tanquā mente capti, purissimos veræ & simplicis
doctrinæ fontes aspernantur, & ita insanientes ad belluæ nu-
tum sese totos componunt, ut nunquam postea de commu-
tando vitæ misero statu cogitent. Ceterū id minimè pos-
sum transilire, non temerè sub Babylonis nomine, spurcitię
omnem, & tetram libidinem intelligi, quæ non modo cor-
porum fuit commissione, sed & animorum fœda & scelestă
conspiratione, qualis quæ vel læua superstitione, aut simu-
latione cultus, vel denique nefanda hæresi committitur.

Missa facio quæ auctores veteres de Babylonis retulerunt:
apud quos more patrio mulieres cùm hospitibus congredi
solitæ essent, accepto inde flagitijs turpissimo præmio, ait Q.
Curtius lib. 7. Idem retulit Strabo Geographiq. 15. & Herodot.
in Clio: quæ quia turpicula sunt, referre iam pudet. Ex
quo D. Hieronimus Babylonem meretricem appellat in e-
pistolis: Cùm, inquit, apud Babylonem versarer, essemque
purputatae meretricis colonus, &c. Eadem loquendi figura
vñs est in Catalogo, vbi Romam ait à D. Petro Epist. priore,
cap. 5. Babylonis appellatam nomine. Meminit & locis alijs,
ut in Esaiam cap. 14. & 47. sic & Septimius Tertullian. ad-
uersus Marcionem, & aduersus Iudæos. Potest huc etiam cō-
ferri Isichij locus lib. 5. in Letitie. quo disertè ait, quæcun-
que cultus eidolorū imputantur, figuram meretricis insum-
psisse.

Quæ vitia
maxime
perniciose.

Regali residens. &c.] Adiuncta sunt maiestatis & regiæ cuius-
dam magnificentiæ. Turpitude & impuritas regio in solio
locum habet, qui soli virtuti debebatur. At nulla vitia præ-
sentiorē inuechunt perniciem, quam quæ splendoris & ho-
nesti veste regantur. Sedere enim in Hieroglyph. maiesta-

tem & augustum honorem exprimit, vt est à Pierio relatum
lib 43. Vestis purpurea, pudoris & verecundiæ notam, idem *Purpuræ*
lib. 40. Hieroglyphic.

Peplum.] sacrum & solemne vestimentum. Prouerbium
hinc fluxit, Peplo dignus, ab Aristoph. deductum, de strenuo *Peplum*
& insigni quodam viro. Suidas tamen peplū ait esse *ἱπείρον*
γυναικεῖον καὶ ποικίλον, οὗ τε οὐ πελός πειράντων.

Latices.] Latex, quod intra aliquid lateat. dictus humor
quiuis. Hic vinum sacrum, vt apud Virgil. in 4.


---latices nigrescere sacros.

Illice forma.] illiciente & seducente. Illicere est illaqueare.
Nonius. vel illice. ab illex, id est, sine lege. Plaut. Lectus il-
lex est, esca meretrix.

Capit.] decipit & allicit. Virgil. i. Georg.'


----neque insidiis noctis capie serenæ.

Cicero 3. Offic. ex veterum legum formula: Nam quanti
verba illa, Vti ne propter te fidemū tuā captus, fraudatusū
sim. Et in Iure s̄aþe, capere pro decipere: vt, Non capitur qui
ius publicum sequitur, l. 116. de reg. iur. D. S̄aþe etiam titu-
lo de Minorib. vt l. 3. l. 11. & l. 12. hinc captionem accipi pro
fraudatione, fallacia, damno, non raro reperimus, l. 1. de in-
tegrum restitut. l. 1. in fin. de vacat. mun. l. 3. de coll. bon. D.
Et captiosum pro fallaci atque damnoso, l. 41. de ysucap. vt
& aliquot locis aliis.



Non tibi, sed religioni.

EMBLEMA VII.



ISIDIS effigiem tardus gestabat asellus,
 Pando verenda dorso habens mysteria.
 Obiuus ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
 Fiasque genibus concipit flexis preces.
 Ast asinus tantum præstari credit honorem
 sibi, & intumescit, admodum superbiciens:
 Donec eum flagris compescens, dixit agaso,
 Non es Deus tu, aselle, sed Deum vehis.

Sacerdotes
honore af-
fendi.

Sacerdotes, Episcopi, & qui rebus sacris præsunt in hono-
re sunt habendi, ob id maximè, quòd sacris præsint, quo-
rū sunt administri, licet interdū aut vitiis plusquam vulgari-

bus implicati, aut ignari & stupidi habeantur. Hi vero ut suū munus & officium curare vel maximè debent, sic quantam dignitatem sustineant, ipsos subinde animo secum reputare par est: Meminerint tamē se homines esse, nec sibi arrogant impensiūs, quod tantum ministerium gerant, & rerum diuinarū curam quasi humeris impositam habeat, ne, vt asinus audiuit, Non es Deus; sed Deum fers; illi audiant: Non vobis hæc, sed Deo soli omnis est tribuenda gloria. Itidē dici potest de præfectis Imperatorum aliorūque principum cùm popularē applausum excipiunt audacius quam par est in prouinciis, in quibus vicem regiā obtineant. Sic enim adeò modestè, tamquæ circumspecte sese gerere debent, vt priuati honoris nomine nihil, ipsius Principis laudi vel minimum detrahant, & se interea norint quales sunt. Est enim operæ pretium 785 ἀξιώστη πραμήσεις γνωστεῖν, οὐ πάθεστοι εἰσίν. Succurrit mihi exēplum nobile Cornelij Galli Ægypti prouinciæ præfecti, is quia sese gessisset insolentiūs, multaque flagitosè fecisset, statuas etiam sibi locari passus & Pyramides in altū tolli, quibus à se gesta cōtinerentur; accusatus est à Valerio Largo: cognitioni præfuit Augustus: ignominia notatus est Gallus, vetuīque Cæsar, ne teus prouinciam postea obtineret. Retulit Dion lib. 53 Huic penè simile quod narrat Corn. Tacitus lib. 4. de Lucilio Capitone; qui procurator Asiae sub Tiberio accusatus est in senatu à prouincialibus, quod vim prætoris usurpat, militūque manu ad comitatum usus esset: itaque conuictus, in exilium pulsus est Laudatur à Plutarcho Uticensis Cato, quod quæstor factus, scribarum, officiorum, aliorūque generis eiusdem, minuerit eam prærogatiā, quam longo tempore usurpauerant: iussit enim ministros non magistros se esse meminissent. Sumptum est Emblema ex Gabriæ apologis. Sic enim ille:

ῳδοις ὁ πατέραν αἴγι τοῦτον Κρέτας,
ὅπερ σωματῶν τὰς περιστῆνες
τύχω οὐ εἴπατεις, μηδέλων μηδὲν ὁ πατέρας,
ἥκεσθε, οὐ δέος σου, τὸν δεῖον δὲ αἴγις.

Qui versiculi quoniam commodè (sed ~~αιειεγεικῶς~~) redditi sunt à Gabriele Faerno Cremonensi, conferātā huc perlibēter:

Simulacrum asellus baiulans argenteum,
Cùm id transeuntes flexo adorarent genu,
Sui hoc honoris gratia est fieri ratu:
Iamque insolenti elatus arrogantia

Praefectū
ministri
Principiū.

Fons Emblematis.

Nolebat ambulare, donec aspero

Probè dolatus fuste clunes, audiit:

O stulte, non es tu Deus, sed fers Deum

SE NORIT HOMINEM, QVI MAGISTRATE
TVM GPRIT.

Fabulæ huius rationem vno disticho complexus est Ioan.
Mercerus, Hebrææ lingue Doctor Regius: quod memini ab
eodem non semel in suggestu obiter dictum:

Quid sibi vult asinus tergo mysteria portans?

In doctos videoas sæpe præcessacris.

Non erit à re alienum, si adiecerō, asinum à veteribus Ægyptiis sapientiæ, fortitudinis, laboris indefessi, & frugalitatis esse symbolum. Qui enim sapientiæ sit opera daturus, eum oportet victu esse tenui, omnia quæ in vitam humanam cadere possunt, æquo ferre animo, neque ad ullam excandescientiam aut contumeliam sese conuertere animo esse paruum, simplicem & inopem, vt asinus est, qui nullum inter carduos & lactucam discriben faciat: nullum denique sit onus quod detrectet: & ubi opus fuerit, pro boue terrā proscindat, sitq; totius humanæ commoditatis assiduus minister, vt etiā quod adagio dicitur, portare mysteria compellatur. Lege Pierium

Hieroglyph.lib.12. Et hoc quidem mihi meditanti, succurritilla mordax & acuta Cornelij Agrippæ declinatio, quam De scientiarum vanitate inscripsit, ad cuius finem adiunxit Asini encomium. de quo homine quid omnino sentiam, nihil habeo necesse dicere: nisi quod cum in litteras declamauit, videri voluit egregiè literatus: quanquam tamen non minus apud sanos videatur aucupio vanitatis delectatus, quam otiosè sollers in vanitate artium insestada. Non possum præterire locum è Panegyrico Pliniano longè præclarum: Princeps (ait) vt se hominibus imperare norit, ita se ipsum hominem quoque esse cogitet. Itaque voces & laudationes quæ numini soli debentur, tanquam putidissimas assentationes oderit. Hæc ille.

Isis. *[Isidis effigiem, &c.]* Isis, vxor Osiridis, Ægyptia dea, inuenit hordei segetem, vnde & Ceres appellatur. Eadem autem quæ Io, de qua Ouid. i. Metamorph. Diodor. lib. i. cap. 2. Cuius & meminit D. Augustin. lib. 8. cap. vlt. aliisque locis. Lactant. 1. cap. 11. & 15. quidque ea significetur, enarrat Macrob. cap. 20. primi Saturn. & postremo Lilius Gyrald. Syntagmate 12.

Pando

Pando dorso.] reflexo, curuo, propter impositū onus. Ouid. 4.
 Metamor. Sustinet, & pando nō fortiter hæret asello. Idē 1. Fastor.
 Venerat & senio: pando Silenus asel.o. & 36
 Vtque piger pandi tergo residet aselli.

Item 2. Amor. Currat in immensum pando carina solum, & nauis
 pandæ dicuntur Lucretio lib. 5. id est curuæ, quod est epithet
 ton soleme:

Tum mare veliuolum florebat navibus pandus.

Verenda.] honoribus diuinis affienda. Ouid. 9. Metam. de
 Hercule flammis exusto.

--maiōrque videris

Cœpit, & augusta fieri gravitate verendus.

Habens mysteria.] Alludit ad partem iam, ὅτι οὐ μόνον μυστήρια. Mysteria.
 Sunt autem mysteria arcana quædam vulgo minimè com
 mittenda, & iis tantum cognita, qui iisdem sacris initiantur;
 απὸ τοῦ μετεντοῦ σώμα, ab ore oblongando. omnibus enim mi
 steriis silentij fides debetur. De eo lusit nostro aucto festiuè;
 nec sine sale vir non indoctus, cum quo Lutetia ante annos
 25. ingenij cultum cœpimus, ait ille;

Entib⁹ ὅτι venerandus οὐ μόνον μυστήρια, retum

Sacrarum custos praeside immò sacris.

Ex quo altum spirans Superis se se aquat, & imos,

Ob sacra qua gestat, territat ore minax.

Quid facias illi? auritum sine rudente asellum,

Quem procul à sacris rebus abesse decet.

Hæc quidem torta iustè in eos qui malis artibus ad retum
 factarum irrepunt administrationem, quorum hoc nostro
 tempore numerus infinitus. Non mihi tempero, nisi & hoc
 aliud adijcam eiusdem.

Sarcinulis oneratur equus, sacra gestat csellus:

Munera partitam male, France, doles?

Hoc significat imperitos rerū, ac planè rudes admoueri ho
 noribus tum ciuilibus, tum Ecclesiasticis, generosos, & eru
 ditos ad infimas ablegari curas. Et quos ludos, fortuna, facis!
 immo quotus quisque qui non desperet, dum virtus nomen
 inane est!

Quà Dij vocant, eundum.

EMBLEMA VIII.



IN triuio mons est lapidum: supereminet illi
 Trunca. Det effigies, pectore facta tenus.
 Mercurij est igitur cumulus, suspende vlator
 Serta Deo, rectum, qui tibi monstrat iter.
 Omnes in triuio sumus, atque hoc tramite vita
 Pallimur, ostendat ni Deus ipse viam.

Emblematis
fons.

Huius Emblematis character mihi videretur penè sumptus
 à Suida, ex quo didicimus Herimas esse Mercurij quaf-
 dam statuas: quo loco adducit Meneclém quendam, siue Cal-
 listratem in opere de Atheniensibus, à varia portico ad usque
 regiam statuas esse, quæ Hermæ dicuntur: vnde locum id
 accepisse nominis ait, quia multæ ibi & à priuatis, & à ma-

gistratis dicatae essent, ex quibus quidam Hermæ Hipparchei ab Hipparcho Pisistrati dicebantur: fuisseque Hermæ saxeas in ædium vestibulis & in fanis. Addit deinde ερμαῖον, ^{Hermæ flan-}
 primitias esse ad statuas Mercuriales quæ in viis collocabantur à viatoribus. Itemque aceruos lapidum Mercurio sacros
 in obscuris viis quæque non ita cognitæ essent peregrè eun-
 abus. Interpres Homeri ερμαῖον vocat, lapidum congeriem
 ad Odiss. g. vt λιθόν Copoγ Epigrammatarius: & ερμαῖον
 λέσσον Hesychius. Is honos congerieci siue cumuli lapidū, vi-
 torum fortium tumulis solitas fuisse conferri testis est Pauli
 Lanias. Strabo: οὐδὲ ὅλως δὲ τίνων οὐδὲν λύτρον εἴκατε ποδού
 πολλαχῶν ὀπαρεὶ ερμαῖα πέρου νηιβάτον σποζύλον. Reperio &
 eiusmodi Hermas imponi solitas fuisse tumulis: ad propagā-
 dam defunctorū memoriam M. Tullius 6. ad Atticum: Her-
 mæ tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus scripsisti,
 iam nunc admodum delectant. Sed gymnasij solitas fuisse
 consecrari Hermathenas, id est statuas Mercurij & Mineruæ
 iunctas, idem alibi significat Cicero: Quod ad me, inquit, de
 Hermathena scribis, per mihi gratum est, ornamentum Aca-
 demiæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium,
 & Minerua singulare insigne eius gymnasij. Didicimus ad
 hæc ex Stephano & Hesych. Græcis auctoriibus, Mercurium
 Hodium & Hegemonium fuisse priscis appellatum (Οὐδὲ
 οὐδὲν οὐδὲν ερμῆς) tum à viis & semitis, in quibus statue-
 batur ad viam monstrandam peregrè proficisci tibus. Proin-
 de Hermæ, id est, statuæ Mercurij, & lapidei ligncive cippi
 solebat in triuïis erigi ad indicanda viarum discrimina, quia
 αὐτῷ δέοντι ποσταρ περὶ ξινήμονι χειρί, ait Phurnutus.
 Viatores itaque statuis solebant lapidum aceruos cumulare:
 sic enim Deum putabant honorari, ea sci icet re quæ in pro-
 pru esset & obvia: vel quod ita viam repurgare viderentur,
 vel quod eo lapidum cumulo Dei effigies prætereuntibus
 esset notior. Vlpianus, auctor Græcus, annotat adorationē
 Demosthenis aduerius Leptinem, Hermas, id est, Mercurios
 eiusmodi fuisse quadrangulos, superiore parte Mercurij fi-
 guram referentes, inferius inscriptiones viarum ostenden-
 tes. Quæ de re Gyraldus Syntagmate 9. Iuuenalis hic respe-
 xit, cùm ait, runcoque similissimus Herme: & Proverb. Mer-
 curio dextro, & Mercuriale, & Bisrons Mercurius. Hoc autem
 quasi ænigmatio monemur, ea tantum sequenda esse, ad quæ ^{Sequendæ}
 Deus & natura nos idoneos esse voluit, cùm summa fatuita ^{natura.}

tis & dementiæ sit, aliquid inuita, quod aiunt, Minerua suscipere & persequi. Rechè dicebat Cato apud Ciceronem, natu-
 ram optimam ducem sequendam, nihilque aliud fuisse olim
 gigantum more bellare cum Diis, nisi naturæ repugnare. Sed
 & D. Paulus adhortatur, eam ut sortem vitæque rationem te-
 neamus, cui nos Deus addixit. Sed quoniam menti humanæ
 ea est innata cœcitas & ignoratio, ut qua via sit eundum planè
 ignoret, omni piæ vitæ cultu, & sumissa mente ad eum
 perfugiendum est qui se viam, qui veritatem, qui vitam esse
 fassus est; quem qui sequitur, in tenebris non ambulat: con-
 tinuoque illud Davidicū nobis ardentī animo repetendū,
 2Sal. 143. ἦν δέ τις οὐρανοῦ ὄδος εἰς τὸν θεού μωνα: Ostende mihi, Do-
 mine, viam in qua ambulem. Certè & Socrates apud Platonē
 in Critone, pergendum ea solūm esse via, qua Deus nos du-
 cit, asseuerat. Quò pertinet illud Persij è 3. Satyra:

--disce quem te Deus esse

Inquit, Et humana qua parte locatus es in re.

Ceterūm ne transiliām quod ad rem pertinere videatur, hic
 Mercurij nomine olim Deorū nuncij, vel sacras litteras (quæ
 nobis diuinam voluntatem apetunt) intelligimus: vel Pro-
 phetas & Doctores, sacri & cœlestis oraculi nuncios, ex qui-
 bus orthodoxam salutis æternæ viam & rationē excipere est
 necesse. Serta autem suspensa honorem cultūmque aliquem
 obseruantiae exhibendum esse significant. Hoc addam postre-
 mō: videri hoc Emblema non male referri posse ad cuiusque
 vitæ genus & institutum, ad quod ingrediendum cùm diffi-
 cile sit, opus est aliquo Mercurio, id est præceptore seu do-
 store, qui viam doceat.

Tumulus. [Mercurij est igitur tumulus.] In alijs quibusdam exemplari-
 bus legitur Cumulus: sed vtraqne lectio tolerabilis. Tumulus
 quasi tumēs tellus, pro sepulchro frequentius usurpari solet.
 Qui verò loco vocabuli tumulus, aut cumulus, legi malunt,
 facies, non mihi probantur: quia vocabulum, facies, pro effi-
 gie aut statua hic veram Latinitatem non saptit. Non desi-
 nam priùs, quām quod improba lectione obseruari, studiosis
 rerum antiquarum communicem. Olim consuetudine re-
 ceptum fuit, ut superstitione temerè oblatis in via lapides sti-
 pitésque, tanquam numina colerent. Apuleius de Asino:
 Neque iustiū religiosam morā viatori, obiecerit, aut arā flo-
 ribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quer-
 cus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata: vel enim

colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatuſ, vel cespes libamine humigatus, vellapis vnguibus delibutus. Propertius:

Et quicunque jacer, qualis ubique lapilli.

Xenophon: *χι τοὺς μὲν ἐδίησαν, δύτε βαμᾶν, δύτε ἀνθεντὸν τὸν εὐθέντα πυρῶν, πὺς δὲ χι λίθοις χι ξυλὰ τὰ πυρά τα, χι θηρία σέλεστο.*

Suspēnde viator Sarta Deo.] Plinius historiæ mundi 21. cap. 2. De coronis Inter sacra tantum & bellicos honores, coronis nomen suum vindicantibus Idem 3. cap. Et iam tunc coronaæ Deorū homines erat. Quibus ex locis intelligimur, coronas statuis rebusque sacris olim solitas appendi. Quod si quis auctoritatem etiam aliorū sibi dari postulet, adferre possum Apuleiū, qui sic 3. De asino aureo: In ipso verè meditullio, inquit, Hippoṇa Deæ simulacrum residens ædicularæ, quod accurate collis roseis, & quidem recentibus fuerat ornatum. Et 4. lib. Iamque per plateas commeantem, populi fréquenter floribus fertis, & solutis adprecantur. Idemque libro undecimo, simulacrū Lunæ describens: Corona, ait, multiformis variis floribus sublimem distinxerat verticem. Et paulò post: Dextra proferens sinistram Deæ coronam, mihi etiā Hercules coronam consequenter. Itemque: Nam sibi visus est quiete proxima, dum magno Deo coronas exaptat. Ad hunc veterum ritum respexit Ouid. Fastorum 2. de Arione loquens, qui citharœdus à piratis captis, iamque de vita despetans.

—capit ille coronam

Quæ posuit crines, Phœbe, decere tuos.

Apponam & Tertulliani locum ē libro De corona militis, vbi ait Pandoram primum à Charitibus coronatam, honoris causa scilicet, cùm à Diis omnibus muneraretur.

Viator.] quicunque sis hac in vita hospes, vt omnes reuera sunt. Plato vitam nostram modò viæ, modò peregrinationi humeres. similem facit. παρεπομπή αὐτὸν φίσι.

Omnis in triuio sumus, &c.] Iuxta Ouidianum, illud. Fastor. 5.

Vt stat, & incertus, quæ sit sibi, nescit, eundum,

Cum videt ex omni parte viator iter.

Theognis: ē τριόδω εἰσηγεῖ: In triuio consisto, vt enim viam sape pro consiliij ratione poni solemne est Græcis: sic τριόδὼ pro incertitudine cōfiliij. Itaque Plato 7. Legum, εἰσηγεῖς ē τριόδω γνώμῃ &c. monet ne ad rem nouam & inusitatam amplectendam accutramus, sed consistamus, qua-

si ad triuum aliquod venerimus. & Minutius Felix in Octa;
vt qui restam viam nescit, ubi ut sit, in plures una diffinditur;
haeret anxius, nec singulas audet eligere, nec vniuersas pro-
bare: Sic cui non est veri stable iudicium, &c. Sic hac in vita
tot tataeque sese offerunt difficultates & salebrae. Adde quod
tam crassa, tamque supina hominum metibus insita sit igno-
ratio, vt quid potissimum sequi debeat, quiuis ignoret, & ni-
si radiatus ope cœlesti, in certam aliquam viam se recipere no
potest. Dicebat enim ipse salutis instaurator: Sine me nihil
quicquam efficere potestis. Nec vero sumus idonei ad aliquid
vel cogitandum tanquam ex nobis; sed si ad aliquid idonei
videamur, id certe ex Deo est, ait D. Paulus; 2. Cor. 3.

Trames. *tramite vita;*] curriculo vitæ & decursu. Toto disticho ean-
dem continuat ἀληθογία τὰ viatoribus. Trames, transuersa
& obliqua semita..

ostendat in Deo ipse viam.] Allusio ad illud Pindari: Διὸς ἐκ
μετρίου, ab Iouis proœmio. quo significatur conatus omnis
nostræ principium à Deo sumendum esse. Aristides oratione
panegyrica: ἀλλ' οὐ περ εἴη πνυχάπος, θεοῦ δέξαντος αὐχεῖ,
οὐδὲν δὴ περ καλύτον. Sed, ut ait Pindarus, Deo initium ostendente,
nihil erit impedimenti. Item auctor alio loco eandem
sententiam usurpauit: θεοῦ δέ, ονομάνυχάπος, δέξαντος αὐχεῖ,
εὐδεῖαι δὴ κέλευθος εὔρειν τὸ μποκείουν: Deo initium
monstrante, ait Pindarus, facilis est semita ad inueniendum
quod propositum est.



Fidei symbolum.

EMBLEMA IX.



STET depictus HONOS Tyrio velatus amictu,
 Eiusque iungat nuda dextram Veritas.
 sitque AMOR in medio castus, cui tempora circum
 Rosa it, Diones pulchrior Cupidine.
 Constituunt hæc signa Fidem, Reverentia Honoris
 Quam fons, alit Amor, parturitque Veritas.

EX antiquissimo marmore, quod etiam visitur hodie Ro-
 mæ, sumptum Emblema. Est autem Fidij simulacrum; Vnde tra-
sum Em-
blema
 quod imagine imberbi sed ætate matura, cui adiectum no-
 men HONOR. Hic VERITATI, quæ virginæ est facie,
 manum porrigit: in medio AMOR puer. His tribus simula-
 F iiiij

*Fides ad-
iunctis can-
sis deseri-
pta.*

Fides quid.

*Veritas
nuda.*

Honos.

*Pudicus
amor.*

*Sanctæ
religio-
nis inis
præfigura-
ta.*

*Jupiter
Pistius,
Sandus,
Sagus.*

*Fidij simu-
lacrum.*

cris FIDES describitur; quippe quæ veritate, honore &c. a more nitatur. Veritatem matrem habet illam quidam nudam & simplicem, non comptam fuso aliquo, non velo tectam. Et quidem fides definitur, dictorum conuentorū inque constantia & veritas, quæ ideo parentem habere Veritatem dicitur, & eam nudam, quod in partis, conuentionibusque nihil fucatum esse, aut à verò alienū debeat: cui proximus Honos & porrecta dextra, tanquam stabilis cuiusdam, firmique partii pignus. Is Honos purpurea induitus veste, quod veritas facilimè possit imminui & labefactari, nisi adsit honoris & reuerentiarum honestaratio, qua eadem fulciri opportune & cù dignitate possit. Et hunc quidem honorem, ut virtutis præstatum, & honestatis omnis tanquam patrem nutricium, pietates & plasť nobis adumbrarunt. At locum medium occupat honestus Amor, qui veritatem & honorem nexu firmo colligat & deuincit. Nisi enim tanquam condimento aliquo amicitiae & benevolentiae mutuae consolentur hæc inter se, honos nempe & veritas, nulla erit fidei constantia, nullaque certitudo. Scio id etiam non incommodè referri posse, ad antiquam illam veterum Sabinorum præfigurationem sacro-sanctæ religio-^{nis}, apud quos, diu ante CHRISTUM sequatoris aduentum, erat simulacrum triplici facie, cuius etiam nomen triplex, nempe Sanctus, Fidius, & Semipater: haud dubiè præcipuum religionis Christianæ mysterium repræsentans. Quod ab Ouidio describitur. Fastor. SANCTUS Dionys. Heli-carn lib. 4. ait Iouem, Pistium esse dictum, quem Romani Sanctum appellabant, qui & Sagus, Pistius, Sancus, & fidei sponsor aliis nominibus efferebatur. Conicere est Pistium eundem fuisse cum Fidio. Nam ut μῆνις Græcè fides, ita μῆνις Φεβρουατίς. Fidius nominari commodè potest. Sed & hodie in Romanis antiquitatibus Fidij simulacrum ita effictum conspicitur Marmor est in fenestræ modum formatum, in quo tres imagines effictæ statuuntur. Dextra quidem virilis habitu pacifico, sinistra vero ut muliebris, eodem habitu, coronam in capite lauream gestans, quæ dextram dextræ iungat cum priore imagine. In harum duarum medio ingenui pueruli effigies cernitur, cuius supra caput hoc legitur, FIDII SIMVLACRVM: apud imaginem dextram virilem HONOR: in sinistra imagine muliebri, VERITAS. Gregor. Gyrald. Syntag. 1.2 & 10. Historiarum Deorum. Porro id mihi in memoriam reuocat quod Athénæus lib. 13. tradit, in gym-

nasiis olim vñl consecratos Amorem, Mercurium, Hercu-
lém: quorum ille secundus orationis: tertius roboris præ-
ses habeatur: quibus coniunctis amicitia, concordia que na-
ci solet.

Seet depictus Honos, &c.] Honorem pro deo coluerunt vete-
res, ut etiam Fidem & Virtutem. & Ouid. Fast. 5. ex Hono-
ris, & Reuerentiae coniugio ortam esse Maiestatem voluit.
Plin. 35. cap. 10. August. De ciuit. 4. cap. 21. & 24. Ad iaciam
obiter: Amor honori adiunctus verecundiam creat, imò ve-
rò ipsamet verecundia dici nō ineptè potest quo spectat illud
M. Ciceronis ex Lælio: Maximū ornamenti amicitiae tollit,
qui ex ea tollit verecundiā itaque in ijs perniciōsus est error
qui existimant libidinum, peccatorumque omnium patere
in amicitia licentiam.

Tyrio amictu.] purpurea veste. Ex Tyro vrbe Phœniciae cō-
chylia, & murices aduehuntur, quorum sanguine fit purpura.
Plinius lib. 5 cap. 19. Nunc omnis eius nobilitas conchylio
atque purpura constat. Et lib. 35. c. 6. Quare Puteolanum
potius laudatur, quam Tyrium aut Gætulicum, vel Laconi-
cum, vnde pretiosissimæ purpuræ? De purpuræ inuentione,
si vacat, lege Cassiodorum initio lib. 1. Variarum formula-
rum.

iungat nuda dextram V E R I T A S.] Fingebarur dñs ñsa, vt *Veritas*
scribit in Amphiarae Philostratus, virgo niueis induita vesti-
bus. Hippocrates in quadam ad Philopæmenem Epistola,
eam desingit mulierem pulchram, magnam, simpliciter or-
natam, illustrem ac splendidam, cuius oculorum orbes pro-
lumine nitebant, vt astrorum & stellarum fulgorem videren-
tur imitari. Nuda hic dicitur, quòd qui eam colunt, aperti
sunt ac simplices, nullo modo fraudulenti, aut insidiosi; aut *Nuda Ver-*
ritas cur-
quòd veritatis oratio simplex esse debeat, aut quòd in luce &
oculis omnium agnoscivelit. Hinc Horat. 1. Carm.

— & Injustitia soror

Incorrupta Fides, nudaque Veritas.

Ceterūm Fidei symbolum in dextris iunctis conspiciebatur, *Dextra*
idqüe Numæ Pompilij instituto. Moris etiam fuit vt fidei *symbolum*
faciendæ & comparandæ gratia dextras coniungeret. Quod *Fidei.*
multis auctorum meliorum locis facilè est obseruare. Veri-
tatis nudæ rationem docuit lib. 44. Hieroglyphicōn, Pierius:
symbolum verò dextrarum coniunctionis. Gyrald. 1. Syntag-
mate Historiæ Deorum: post ceteros omnes vir eruditus

Cæsius Curio appendice Hieroglyph. Pierij quædam non
pœnitendare tulit.

Diones pulchrior Cupidine.] De duplice Cupidine, & Venere,
duplice, maturius postea. Dione Veneris mater ex Ioue, unde
Venus Dionæa. Virgil. 3. Æneid:

Sacra Dioneæ matri, dñisq[ue] ferebam.

Appendix.

Id facile traduci potest ad amorem, reuerentiam, fidem pa-
rentibus debitam à liberis: ad coniugum necessitudinem, tum
obsequia quæ præstanta veniunt principibus, magistratibus,
præceptoribus, a quibus vel sustentamur, defendimur, libera-
liter educamur. In fide coniugum honos, amor, veritas: ho-
nos ex opinione virtutis, amor propter officia mutua, vitæq[ue]
huius communis usibus necessaria: veritas, ut sancta isthæc
coniunctio procul absit ab omni fupo, & simulatione, quam
in primis deceat constantia & veritas, quod unum societatis
omnis ac concordiae certissimum firmamentum. De fide que
debetur principibus viris, alio loco. Sanè debent servi domi-
nis reuerentiam, obseruantiam, obsequium, ut meminerint
se subesse aliquo iure gentium; pudore & liberalitate non
vi parendum, vere non ficte, aut dicis caussa officium facien-
dum.



Fœdera.

Ad Maximilian. Mediolan. Duceñ.

EMBLEMA X.



H A N C citharam, à lembi quæ forma halieutica fertur,
 Vendicat & propriam Musa Latina sibi,
 Accepe Dux: placeat nostrum hoc tibi tempore manus;
 Quo noua cum sociis fœderari inire paras.
 Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chordas:
 Vnâque si fuerit non bene tenta fides,
 Rupeâve (quod facile est) perit omnis gratia conchæ,
 Illeque præcellens cantus, ineptus erit.
 Sic Itali coeunt proceres in fœdera: concors
 Nil est quod timeas, si tibi constet amar.

*At si aliquis desciscat (ut plerumque vidimus)
In nihilum illa omnis soluitur harmonia.*

Respubl.
cum hyra
compara-
tio.

Locus insi-
guis è 2. de
Repub. Ci-
ceronis.

Principi suo indicat, quanta vis concordiae sit, sumpta comparatione à lyre temperato, aut confuso concentu: ea enim constans ex summis mediis, & infimis chordis concinnam reddit harmoniam, si tamen eam vir artis peritus appetauerit. Eodem modo Respublica omnis ex diuersis hominū conslata generibus, concordi pace ligatur, si modò Principē nausta fuerit, qui & consilic & vsu rerum valeat, quiqne benevolentiam, assensum, & commune pacis vinculum inter ejus fouere norit. Ea ratione p̄æ alijs quotquot usquam fuere ab omni seculorum memoria, terrarum Dea gentium-
q̄ue Roma mansit incoluis & inuicta, quandiu Principes habuit pacis & trāquillitatis studiosos, eosdemq̄ue auctoritate dignitateque commendabiles. Cicero libris de Republicā, inducit Scipionem eum, qui Carthaginem deleuit, de Reipubl. statu verba facientem, quādo iam iamq̄ue peritura p̄æsentiebatur. Cūm enim Scipio in libri fine dixisset, Ut in fidibus ac tibiis, atque cantu ipso ac vocibus, concentum esse quandam tenendum ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre non possunt, eumque concentum ex dissimillimarum vocum moderatione, concordē tamen effici & congruentem: sic ex summis & mediis, & infimis interiectis ordinibus, vt sonis moderatione ciuitatem consensu dissimillimorum concinere: & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, aristissimum atque optimum omni in Republ. vinculum incoluntatis, quæ sine iustitia esse nō potest. Quod à Cicero ne petitum constat ē 4. De republ. Platonis, cuius hæc verbæ: ὅργεσσων, λιτὸν δέ τέ γα, δέ πέμπεται εἰ μαρτυρόμενον αἴτη, οὐδὲ αἴρεν-
νια πνύτην οὐσιοροτάτην οὐ μοίσται; πίθη δέ πέχη ἀπετέρην οὐ αὐδρεῖα καὶ σοφία εὐ μέρη πνύτην εἰκατέρην εὐθα σα οὐ μόνο σοφίαι, ι δέ αὐδρεῖαν την πόλιν παρείχετο, χρήστω την πόλιν ποιεῖ αὐτη, αἴλα δέ δέλτης αὐτεχνῶν τε ταῦτας διὰ πασῶν παρείχεται οὐ παραδίηταις τέσ τε αὐτενεσάτες ταυτόν, καὶ τέσ ιργυροτάτες, καὶ τέσ μεσότες, οἱ δέ βελτι, φροντιστ, εἰδὲ τελειούχους εἰ δέ πλάθει την χειρομασιν, η αἴλα οὐ τῷσι τῷσι τοιέτων. οὐδε δέ θοτα ταῦτα ταῦτα την οὐσιοροτάτην εἰναι χειρονότες τε καὶ σμένονται καὶ οὐσιον οὐχι οὐσιον οὐ μεσονίαν, οὐ πότερον δέ τι αρχέσι καὶ εὐ πόλεσ καὶ εὐ εἰκατέρην. Hæc ex Cicer. lib. De Republ. retulit D. Augustinus lib.

2. cap. 11. De ciuit. Dei. Sed hoc loco non erit alienum , ad- Quid per
lyram vete-
res intele-
xerine.
uertere; Romanos veteres per Lyra Hieroglyphicum con-
cordiam designasse. vt & veteres alios quosdam hoc eodem
symbolo, intellexisse iudicium compositum, cōcordiam inæ-
qualium, rectam bonamque institutionem, rationem , amo-
rem, sedatum animum , & alia plura; vt non temerè ad con-
cordiam suadendam symbolum ab Alciato videatur excogi-
tatum. In lyra enim diuersæ chordæ simul componuntur , &
ad eundem tonum temperantur quod prudēs & sedatus ho-
mo præstat vel in suis affectibus rationi subiiciendis , vel in
œconomia moderanda, vel denique gubernatione Reipubl.
in quibus homines varijs ac diuersi, cùm singuli sint, nō pos-
sunt non habere singulas de rebus opiniones : sed sapientis
tamen Principis moderatione ij omnes in vnum quasi har-
moniæ concentū conueniunt. Isidorus Cynicus merito Ne-
ronem increpabat, quod cùm Musicæ arti operā daret, Nau-
pli mala bene caneret, sua verò bona malè disposeret; neq;
sibi vllum in vita concentum proponeret. Et Diogenes Mu-
sicos stultitiae arguebat, qui lyrae chordas optimè iuxta suæ
artis leges compararent, animum verò minimè componeret.
Ea quidem ratio fuit, cur Plato animum harmoniæ &
concentus nomine appellari: & Aristophanes sapientem homi-
nem & Gratiis ornatum, optimum Musicum & citharædum
esse dixerit. Nam idem Plato putauit Musarum nomen à
μούειν, quod sonat idem ac honestè instituere. Sed inter cete-
ras symboli huius significationes, mihi placet admodum ea,
qua ratio, qua mens, qua iudicium, & recti perspicientia in-
telligitur. Sic enim plerique optimi scriptores (inter quos
principatum quendam sibi suo iure Cicero vendicat) concor-
diam à corde deflectunt: cor enim animus videtur, eo quod
in corde sit animi principatus: vnde concordes, recordes , &
excordes denominantur. Alij concordiam à chorda deriuari
malunt, quod varijs chordæ cantum vnum faciant. Iam verò
quia studiorū cōsensus atque similitudo amorem pariat, Pla-
toni lyra consecratur, & anumeratur inter ea quæ sunt amoris
monimenta. Cùm enim in se lyra suavitatem Musicā contineat,
non male videtur habere quandā cum Venere, Amore, Gra-
tijs similitudinem : quippè quæ blando ad se homines illicio
pertrahat. Ceterūm ea sedati animi iucunda grataque ima-
go, imò verò laborum, studiorum & perturbationum dulce
lenimen, bellè fuit institutis Lacedæmoniorum expressa , a-

pud quos erat solenne, ut ad lvræ aut tibiæ, ut alij volunt, sonum aciem instruerent: & Achilles non alia ratione furibundum animū sedabat, quam lvræ modulis: ut planè mihi Hieroglyphicum istud mirabile esse videatur. Sed de lyra plus sat, & fortasse πάρεργα: nisi quod huc referrem lubens, quæ de lyra retulit Stobæus ex Euryphamo Pythagoreo cap. θεοὶ & δαιμονίας, quo loco humanam vitam cum lyra non incōcinnè confert. Non possum etiam, quin hoc loco memorē, quæ Diogenes Pythagoreus disputat apud eundem Stobæū, cap. θεοὶ βασιλεῖας, Regis esse munus ut Rēpubl. lvræ instar moderetur; nempe, ubi prius sibi ipsi imperet ex præscripto legis: quippe qui nosse debeat populi, quem sibi cōmissum habeat, harmoniam & concentum ad eam legem sibi accommodandum esse.

*Lyra seu
testudo.*

Hanc citharam, &c.] Hic lyram protestudine, quæ vulgo est Lutina accipit: cuius inuentionem Mercurio referunt. Polydor. lib. i. cap. 15.

Lembis.

Halieutica. *Almbi quæ forma halieutica.*] quæ formam habet lembi nauiculæ breuis & celerrimæ. Lazar, Baſius lib. De re nauali. Halieutica autem per similitudinem scaphæ pectoriæ. *hinc Halieuticum opus, in quo de piscibus tractatur.* & λιδοὶ enim pectori, ut Ouidius Halieuticon opusculum scripsit: quod tamen plerique viri docti Lucano tribuunt. De Halieuticis quædam Plinius lib. 32 cap. 2.

*Lyre in-
venientiv.*

Vendicat & propriam, &c.] Vendicet sibi propriam quantūvis, inuentionem tamen Græcis debet. Sed Italos id sibi vendicare suspicor, quod apud eos lvræ usus sit frequens habitus. Non erit incommodum repeterē, quæ de Musicæ prima inuentione collegit Polydorus Virgil. lib. i. cap. 15.

Quo noua cum sociis, &c.] Historias Italicoru bellorum tibi cōpares ex P. Iouio, Guicciardino, & aliis permultis, si vacat. *gratia.*] concentus, decorum, suauitas.

concha.] lvræ, testudinis.

Nil est quod timeas, si tibi constet amor] Déors admodum efficax, planèque iis necessaria, qui suum imperium volunt esse stabile & permanens Sic Isocrat. ad Nicoclem: εὐλαβεῖς ἀσφαλεστήν ἡγεμονίαν τοῦτο τὸν τέλον εἰλῶν αἴστην καὶ τὸν τέλον πολιτῶν πένονταν, καὶ τὸν σαυτὸν φρόννοντι. Διὰ γὰρ τούτων καὶ κατάδη καὶ διαστῆται τὰς πυρανιδας μάλιστας διώσατο. Et Claudian.

Non sic excubie, non circumstantia pilas,

*Optima
principis
eustodia
que.*

Ut teneatur amor.

Præclarè Agesilaus, cùm rogaretur cur Sparta nō cingeretur
mœnibus, ciues armatos, & inter se consentientes, satis esse
ad urbis præsidium respondit. Dicebat etiam ciuitatem non
saxis, aut vallis, sed incolarum virtute muniri, quos niminū
si fūngat concordia, nullus potest firmior esse murus. Ad id
respexit Cicero i. Philip. Nonne igitur milites perire est me-
lius, quam in sua ciuitate sine armoruni præsidio non posse
viveret? Sed nullum est istuc, mihi crede, præsidium charita-
te & benevolentia septum oportet esse, non armis. Plutarch.
Ἐπιτελοῦσαν τὸν πόλιπον μόνον εἰς τὴν ἀσκεμένων εἶραν, οὐ
μηδέρος σέλαθον διὰ τὴν αὐγάστην, οὐ κονιάς οὐ ποτίσιν καὶ βιβλα-
ρώπος ἀλλὰς δει τοῖς σωμαῖς στίν εριδας δὲ καὶ διχορρούσας
καὶ δυστυχίαν εἰσπειν ἀπαστραν. &c. Nec vero aspernādavox
est Agathocles, qui rogatus, quā ratione Princeps tutus haberi
absque stipitoribus & satellitio posset: Si subditis ita impera-
ret, vt pater liberis. Quid enim Péricadri vel Antigoni præ-
clara hoc responsa cōferam? Horū enim alter dictabat, sum-
ma opere intendū esse iis, qui tutò regnare vellent, vt beneuo-
lētia potius quam armis stiparentur: alter, amicis suadētibus,
vt si Athenas caperet, firmis & validis eam prædiis muniret,
rectissimè dixit, nullum imperij firmius & stabilius esse præ-
sidium, quam ciuium benevolentia. Idemque penè Synesius:
Δύοια μονηὶ μάλιστρα βασιλέως δεῖν ἵχυροι εὐλακτήριον.
Nec vero mihi temperare possum, quin adiiciam istuc ex A-
rato Plutarch. Veram ac stabilem ciuium benevolentiam, op-
timam esse Principis custodiam & dev, οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν
Δύοια φυλακτήριον αἴσθος αἴχνειται. Grassatores enim & la-
trones sese tutantur præcipitiis & rupibus, quantū possunt:
Regi autem nihil fide & benevolentia suorum firmius aut mu-
nitius esse vñquam potest.

desciscat.] discordet, aut factiones concitet.

soluitur.] dissoluitur.

harmonia.] fidium concordia & concentus, ab αἱμόζει,
coaptare Fab.c.10.lib.1.Instit.Orator.& Macrob.i.Saturn.c.
6. Laudatur Iustiniano, Nouella constitutione 8. ἥγλητε καὶ
σύμφωνον τὸντε αἰχνέτων καὶ τὸν αἴχνειτων αἴουρια: qua so-
luta, sequitur ἀταξία & perturbatio omniū Reipubl.ordinū.

Harmonia
vñdedicta.

Appendix.

nil est quod timeas, si tibi cōstat amor.] Pulcher locus apud Plin. Panegyrico, vbi confert securitatem sub Traiano cum Domitianī meticuloſo, & impotenti imperio: Quanto (ait) nunc tutior, quanto ſecurior eadem domus, postquam eius non crudelitatis, ſed amoris excubiis: non ſolitudine & clauſtris, ſed ciuium celebritate defenditur? & quid ergo? diſcimus ex-perimento fidissimam eſſe custodiam principis, ipsius innocentiam. Hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum munimento nō egere. Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit qui ſeptus charitate non fuerit: armis enim arma irritantur. Hęc Plinius grauiſſimè, ut fere omnia. Memineram alioqui ex Volcātio Gallico in Auidio Caſſio, bonos principes illæſos: contrà iure occiſos tyrānos, fermè omnes tradit. Aelian. var. hist. Occurrebat illud principis cordati ex Plutarcho, regum Apophategmatis: deuictis Græcis, cùm quidem ipſi cōſulerent, ut præſidijs vrbes contineret: malim, inquit, diu benignus, quam breui tempore dominus appellari. I. μᾶλλον πολὺ χρόνον ἐθέλειν χειρούς, οὐ δευτέρης οὐδιγον καλεῖσθαι.

Silentium



Silentium.

EMBLEMA IX.



Cum taceret, haud qui quam differt sapientibus amens;
stultitia est index linguaque voxque sua.
Ergo premat labia, digerque silentia signet,
Et sese Pharum verat in Harpocratem.

ID expressum est επι ποδί Πατραῖσα, i. Anthologix Graeco-
rum epigrammatum.

πᾶς περὶ παιδὸν τοὺς φρονιμῶτας Οὐδὲ σωπῶν,
τὸν λόγον εἰγένετον ὡς πάθη Οὐσιού τατον.
Dum taceret in locutus, poterit cordatus haberi:

Is morbos animi namque tacendo regit.

Sic enim ferè non distinguitur imperitus à docto, à circūspe-
cto prudētique homine imprudēs, si lingua cohibuerit. Eum
prudētes
faciēt

ob rem facile est coniucere, cur quos Homerus, ingeniiorum vertex, sapientissimos effinxerit, eosdem & silentes ferè, aut certè paucilo quos esse voluerit Nouerat enim silentium, & parcum sobriumque orationis usum, specimen habere gravitatis: contraque apud sapientes maximè loquacitatem indicem esse stultitiae. Neque enim alio nomine Thersite mortionem vituperatione dignum arguit, quam quod loquax esset, quam quod obstreperus, importunus, garrulus & seditus. Is enim non propriè loquitur, non verba facit, ut alij, sed tumultuantur: θερσίτης μήντος αὐτοῦ γένεταις εἰπειδότα.

*Thersites
Homericus*

*Nestor elo-
qui n.
Menelai
oratio cor-
data.*

*Vlyssis ora-
tio vehe-
mēns.*

*Pythag-
ororum si-
lentiū m.*

*Megabizus
reprehensius
& Leuxide.*

*Iocus in-
tempetiūs.*

*Laus Epa-
minondæ.*

Demaratus.

Nestori cōfultissimo seni tribuit orationem melle dulcius ab ore fluentem: τὸ καὶ ὅτι γλωσσεύεταις γλυκίων φέρειν αὐτὴν. Menelao argutam illam quidem, & nunquam à re discedentem breviloquentiam: παῦες μῆν, ἀλλα μάλα λιγέως, επειδή πλυνθῆς. Vlyssi grandem & vehementem, sed diu tamen cogitatundum facit, antequam loqui incipiat. Rectissimè dictum est à quodam ex veteribus, loquendi magistros nos habere homines, tacendi vero Deos. Proinde ut laudatur εὔχεμυδία Pythagorica: & Spartanus ille Lycurgus, qui suos à pueris silentio initiari voluit. Notum est adagium Græcorum, Tūtum silentij præmium: & illud Simonidis. Locutum fuisse pœnituit, tacuisse vero nunquam. Succurrit Zeuxidis pictoris ad Principem Megabizum sermo. Is enim Princeps cum, animi causa, in pictoris officinam descendisset, & vñā cum suis de arte pingere di disputare ad ostentationem auderet: Cūm primū hoc venisti (inquit Zeuxis) & linguam continuisti, pueri mei nescio quid de te magni sibi pollicebantur, quippe qui tuum cultum tuamque purpuram obseruarent: sed ubi de arte, quā non tenes, loqui cœpisti, te continuò ut ridiculum hominem esse putarunt. Quidam captiuus cum duceretur ad Antiochū regem, qui hominem comitabantur, iubebant esse præsenti animo, expertum fortasse regis clementiam, ubi ad eius oculos peruenisset: Nulla ergo mihi spes, inquit: alludens ad luscum regem, qui iocus intempestiū iactus homini fuit exitiosus. Meātō apud Pindarum celebratur Thebanus Epaminondas, qui quanquam multa sciret, pauca tamen loquebatur. Et certè frequenter usuvenit, ut qui plus habeant pectoris, ut ita dicam, id est, in quibus & eruditio & prudenteria maior, iij minus habeant linguæ. Demaratus cum in confessu quodam silsret, rogatus an id ficeret stultitia, an sermonis inopia? Atqui, inquit, stultus nunquam tacere potest. Non

possam transilire absque piaculo auream Zenonis vocem, qui Athenis exceptus à quodam Principe vna cum regiis oratoribus (quod enim ille sciret eos eruditis sermonibus oblectari, curauit & quosdā Philosophos arcessere) solum nihil dicebat. Itaque comiter à legatis appellatus: De te veto, Zeno (inquiuit illi) quidnam sumus nostro Principi renunciatur? Nihil, inquit, aliud, quam Athenis esse senē, qui tacete sciat inter pōcula. Quod non simpliciter dignum laude habitum est. magnum enim est senem taciturnū esse, cùm ea actas sit admodum garrula: fortasse maius, quod inter pōcula, ubi non uno nomine ad loquendum homines prouocātur: denique quod Athenis, vrbe omnium loquacissima. Itaque olim dictum est in nescio quem, qui quandiu siluit, tamdiu magnus & grauis habitus est: Philosophus hic videri poterat, si tacuisse. Pindarus Isthmiorum i Herodoti Thebani encomio, Sēpēnumero tacuisse, glotiam maiorem asserre dicit: οὐ μάν πολλαχι χρήστω τηρεῖν, οὐδὲν αὐτείχει. Ad eundem omnino sensum occutrit ex Plutarcho id, in quo gloriatur vel in primis Ino Euripidea nimirum se scire στήσαν τε ὅπου δέ, χρεόγενον ἀποτελεῖ. Non desinam prius, quam huc retuleto pulcrum certe Pythagoræ Samij elogium quod scriptum reliquit Apuleius i. Floridorum; quandoquidem de silentij laude mihi verba facienti occurrat, quod aliquis ex veteribus longè antè dixerit, nullos certè fore sapientiæ fructus, nisi qui à radicibus silentij proficiantur. Sic igitur hic noster Apul. Tot ille doctoribus eruditus (Pythagoram intellige ab Ægyptiis, Chaldæis, Pherecide Syro, Anaximandro Milesio, Epimenide Cretensi, aliisque multis edoctus) tot tamenque multi iugis comitibus disciplinarū toto orbe haustis, vir præsettum ingenio ingenti, ac profecto supra caput hominis animi augustior, optimus philosophiæ nūcupator & creditor, nihil prius discipulos suos docuit quam tacere: priusq; apud eum meditatio, sapienti futuro linguam omnē coercere: verbaque quæ volantia poëtæ appellant, ea verba detractis pin- ēπεξπέσαν, nis, intra murum carentium dentium premere. Prorsus in- εγένεται quam hoc erat primum sapientiæ rudimentū, meditari con- επέκειται discere: loquitari, dediscere: &c. Idem fuit Iamblichu Pytha- δόρτων: gorei præceptum, γνώσης τῷ τῷ οὐλῶν κατετι, δροῖς ἐπόμηται, lingua cohibe præ alijs omnibus, ad Deorum exemplū. Sed ad id argumentum copiosè locupletandum, consulto re- pete quæ habet dōctissimè cōgesta Plutarch. commentatio

De garrulitate, & tractatu de Iside & Osiride: quo loco docet quid olim Harpocrates apud Ægyptios mysterij habuerit. De silentij vtilitate Gellius lib. 11. cap. 10. Plin. 3. cap. 5. & 28. cap. 6.

Amens. *Amens.*] qui mente est minuta, vel qui à mente discedit, Varto. hīc, pro stulto, vel eo qui non malè Abderologus dici potest, id est stulta loquens, qui que nihil nisi nārias, nugāsque meras effutiat.

Stultitiae si index, &c.] Stultitiae argumentum manifestissimum est lingua effrenata. interpres est enim mentis & consilij.

Ergo premat labia.] Ad id Iuuenal. Satyr. prima, apparet allusio:

-----*digito compescet labellum.*

Labra *de dicta.* *Labia.*] Plutarchus 8. Symposiacōn, problem. 6. Labra, quod iis cibus capiatur, appellationem sortita esse vult, id est, λαμπάρη τινὶ έργην. Sed id fortè nihil ad rem, ut pluribus disputare, an labia, vel labias sit legendum neque enim me mouet Gellius & Apuleius, qui labias usurpat in voce feminina. Gellius quidem lib. 10. Noctium, cap. 4. bis usurpat labias in feminis. Et Macrob. 2. Saturn. cap. 2. citat quosdam versiculos, in quibus est, Cucurrit ad labias mihi. Sanè Apuleius lib. 3. Asini aurei, dixit labias pendulas: lib. 10. contorta in modum linguæ extremâ labiâ gratissimum calicem uno haustu perhausi. hīc enim labia extrema, est septimus casus. Eodem: labias modicas ambrosio rore purpurantes suaviari. At, quid opus pluribus? certè labias & labia citra differentiam veteres dicebant: quanquam Donatus ad Eunuchum distinxerit non aptè profecto, ut labra superiora, labra inferiora sint; & virorum labra, mulierum labia; & labias asinorum: quodan verum unquam fuerit, ceteris relinquo discutiendum.

digitōq; silentia signet.] Alludit ad illud Ouid. ex Metamor. ix.

Quique premit vocem, digitōque silentia suadet.

Serapidi præpositus Harpocra tes. Maftianus Capella lib. 1. Verum quidā redimitus puer ad os compresso digito salutari, silentium commonebat. Et Apuleius lib. 1. De asin. aur. At ille digitum à pollice proximum ori suo admouens, & in stuporem attonitus: Tace, tace, inquit. &c. Respexit autem ad id quod de simulacro Serapidis auctores referunt, cui præpositus erat silentij Deus Harpocrates, digito labia comprimens, aut Angerona ore sera obsignato. D. Augustin. De ciuit. 18. cap. 5. Gyrald. Syntag. 1.

Digitōque silentia signet, Et sese Pharium vertat in Harpocrate.] Satis iam multa nos haec tenus de ea re, sed nondum tamen satis, studiosorum desiderio volumus obsecundare, addamus itaque nonnulla licet. Harpocratis sigillum in annulis solitum gestari à quibusdam, ex veteribus testes sunt longè multi, suumque auctorem laudant Plinium: in causa autem fuisse putant, ut silentij fides indicaretur. Qua ratione Alexandrum Magnuni existimo cum epistolam quandam matris Olympiadis conuiciis plenam aduersus Antipatri nomē vna cum Hephestione legeret, tractum è dīgito annulum ori illius appressit, tacitè quidem & amicè, sed reapse tamen silentium imperans. Quod mihi vltro reuocat in memoriam Titi Liuij imaginem à Patauinis supra Prætorij fores positam, habet enim ori appressum dīgītū: cuius gestus causas multi multas afferunt, sed qui ex aliis doctiores videri possunt, conjiciunt id ea confictum ratione, quod is scribendo adeo multa sit complexus, ut scriptoribus aliis silentium videatur indixisse. Sed id ego quidem malim ad singularem hoministum sapientiam, tum modestiam conuertere, ut qui multa scribendo, longè plura in hominum animos coganda infuderit, déque Romanorū origine ea non minus prudenter quam scitè & verecundè tradiderit, quæ sine fabularum permīstione dici non poterant: vel quæ si literarum monimentis credita extitissent non parum de dignitate & admiratione huius imperij déque nomine populi retum domini detraxissent. Attigimus nonnulla de Angerona, cuius effigies ore fuit ob signato apud Romanos, ut silendum innueret in cuius tutela vrbs esset, quodque illi proprium nomen: ea nimirum superstitione capti, ne dij tutelares sacris quibusdam auocarentur. Et ea certè causa necatum Valerium Soranum legimus, quod arcanum illud fuisse propalare ausus. Nullus enim est in litteris adeò mediocriter versatus, quin sciat ex veterum scriptis Romæ vrbis duo fuisse nomina, vnū aperatum & vulgare Roma, à p̄w̄n paella Trojana, vel à fortitudine, aut etiam à Romo, quem Romulum postea dixerunt: alterum verò ignotum, sacris abditum, vel paucissimis cognitum, id nomen fuisse Anthusam didici. Plinins sic 3. lib. cap. 5. Cuius nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habebatur. Iam verò quia Romani essent silentij tenacissimi, vtebantur prima huius verbi litera, S, quæ tricliniorū foribus superponi erat solita, nimirū vt criminis silentiū in-

T. Liuij
imago.Romæ
bis nominis
dui.

diceretur, & ne fidos inter amicos esset, qui dicta foras eliminaret, ut Flaccus ad Torquatum cauet, sed haec haftenus.

Reddere,
& facere
Harpocra-
tem, quid.

Pharium vertat in Harpocratem.] Apud Catullū reperitur formula hæc loquendi prouerbialis, Patruum reddidit Harpocratem: pro eo quod est imponere silentium. Idémque dixit, Et factum me esse puta Harpocratem: id est omnino taciturnum & silentem Politian. *Miscel. cap. 83. Proutb. Reddidit Harpocratem.*

vertat in Harpocratem.] Verba Plutarchi sunt ex disputacione de Iside & Osiride: τὸν ἀρποκεφάλιον ἐπειδὴν ἀτελῆ καὶ νηπιόν, ὃ τε χειροπῶν πνὰν νομίσει ον, ἀλλὰ τὸ μὲν τελεῖον εἰς αὐτὸν λόγια γένεται καὶ ἀτελέσι καὶ ἀδιαφθόρωτες προσάπτιον καὶ σωφρονιστιν. Μιὸν τῷ σόματι τὸν δάκτυλον ἐχει προσειμένον, ἐχει μυθίας καὶ σωτῆρος σύμβολον εἰς τῷ μαστοφρήματι τῷ χειροπῶν ἀπρέροντες λέγουσιν, γλώσσα πύχη, γλώσσα δάμασν. id est, Harpocrates non est habendus Deus imperfectus, aut etiam infans, vel certè qui leguminibus præficiatur, sed præses atq[ue] censor aliquis nouæ imperfectæ & incompositæ hominum de Diis sententiæ. Itaque & digitum ori admotum habet, quod signum præ se fert taciturnitatis & silentij: proinde qui mensile Mesore offerunt ei legumina, dicere solent, Lingua fortuna, lingua genius.



Non vulganda consilia.

EMBLEMA XII.



LIMINE quod cæco obscura & caligine monstrum,
Gnostiæ clausit Dædalus in latebris,
Depictum Romana phalanx in pœlia gestat,
Semiuiro que nuent signa superba boue:
Nósque monent, debre Ducum secretâ latere
Consilia: auctori cognita techna no:et.

Minotaure effigiem inter signa militaria Romanis ideo Minotauri
fuisse scribit Festus, quod non minus occulta esse de- effigies in
beat consilia Ducu & Principum, quam fuerit olim domici- signa mil-
lium Minotaure labyrinthus: id, vel maximè in bellicis ex turibus.
peditionibus obseruari debet. Ut enim momenti plurimū ad
victoriam habet taciturnitas, ita sèpenumero ingentes adfert

G. iiiij

Tiberius.

calamitates linguae intemperantia. Dion auctor est, Tiberium Cæsarem, cum aliquando apud eum quispiam percontaretur, quid causæ esset cur sua consilia minimè committeret iis quibus tutò fidere poterat, respondisse aut nulli, aut paucis cognitum esse oportere Principis consilium. Id quod nouerat & Metellus Macedonicus, qui scisitati cuidam ex amicis, qua ratione tam subito consilio vteretur: Si ipsam, ait, vestem scirem consiliorū meorū esse consiciam, eam confessim abijcerem. Etenim σύμβολον ἐπόνηται χεῖμα, Consultor res est sacra: proinde non cuius communicanda. Plutarch. οὐ πολλαπλαγμούντις οἱ τὰ μηδέποντα κακά ζητῶντες, προσανθίσκοντις γνώστες εἰσιτες. Qui poteriorum mala inquirunt, saepe antē seipso pessundant, quām cognoverint quod quererant etenim qui solis radios, & splendorem omnibus aperatum diffusumque nolunt intueri, sed ad ipsum solem cōuentunt oculorum aciem, excēcantur. Itaque Philippides Comicus, cum Lysimachus ipsi dixisset, se velle de suis aliiquid rebus impartiri: Quid vis (inquit) ô Rex, modò ne quidpiam arcani. Quę enim suauissima & visu pulcherrima Reges habēt, ea liberè ostentari volunt, vt splendida coniuia, opes, munificentiam: si quid autem sit arcani, id quidem non est mouendum, neque vel minimum attingendum, &c. Nota est historia de Fuluio, cui pessimè cessit, quod arcinū Principis Augusti Octauij credere vxori nō dubitasset. Scribit. Q. Curtius lib. 4. de Alexandri rebus gestis, Persarum morem esse ut arcana regum mira fide celent: vt non metus neque spes vocem eliciat qua prodantur occulta: vetus enim disciplina Regum silentium vitæ periculo sanxerat linguam grauius castigari, quām ullum probrum: nec magnam rem sustineri posse putat ab eo, cui tacere graue sit, quod homini facillimū natura esse voluerit: hæc ille Huc rēponēda verba Cassiodori ex formula Notariorum, libro sexto Variarum: Non dubium est, ait, ornare subiectos Principis secretum, dum nullis estimantur necessaria posse committi, nisi qui fuerint si de magna solidati. Publicum est quidem omne quod agimus: sed multa non sunt antē scienda, nisi cura fuerint Deo auxiliāte perfecta: quę tanto plus debet oculi, quanto amplius desiderantur agnoscī. Regis consiliū solos decet scire grauissimos. Imitari debent armaria, quæ continent monumenta chartarum, vt quando ab ipsis aliqua instructio queritur, tunc loquantur. Totum autem dissimulare debent, quasi scientes ne-

Metellus
Macedoni-
cus.Philippides
Comicus a-
pud Lysi-
machum.Fuluio male-
cessit ob de-
tectū prin-
cipis. arca-
rum.

sciant. Nam folitis inquisitoribus s̄apē & vultu proditur quod tacetur, &c. Leo Imperator, lib. De bellico apparatu: In rebus (ait) occultis & abditis fideles adhibe tibi & temperantes viros & taciturnos, & qui in sua & non aliorum potestate sunt, cum secretæ res istæ, ut secretiores fiant minimè ad cognoscendum multitudine indigent. Onosander lib. De optimo imperatore, cap. De consilijs non euulgandis, scribit, Stulti inconsideratiq[ue] esse temerè in vulgus consilium promere, & multitudini arcanū intempestiuē committere. Improbī enim, & qui de Republ. malè sentiunt, eiusmodi obseruant occasiones: quas nauci, in hostes confestim transfigunt, eum nuncium allaturi, vnde sibi honores & præmia consequi posse rentur. Nec fuit vñquam ullus exercitus¹, de quo plerasque ob causas tum liberi, tum serui in hostes haud commigrunt: vbi præsertim arcanum aliquod atque serium tractari sentiunt, vel conserendi manum, & præliandi tempus aduentare animaduertunt. Hæc ferè ille. Ceterū acerba certè lex fuit olim apud Ægyptios, qua iubebatur ijs abscondi linguam qui Reipubl. arcana, quæ tecta esse oportet, aliqui detexissent, ut retulit Diodor. Siculus. Laudabile fuit institutum maiorū quo obseruabatur ut si quis de Repub. quidpiam rumore alioùe modo, id ad magistratum deferret anteā, néue cum alio quoquam cōmunicaret, ne inde publicis rebus detrimenti aliquid importaretur. Magistratus quæ accepisset, vel occultaret, si itavideretur, vel multitudini proderet. Eam ob rem Athenis, cum hospes venisset in officinam tonsoris, narrare cœpit viatos esse Athenienses in Sicilia: tonsor statim ad magistratum renunciavit: hospes, quia non sat constanter affirmaret, vel quia urbem totam eo rumore perturbasset, vincetus, tortusq[ue] est, donec certiore nuncio de vero constitisset. Reuera multū refert in rebus tam magni momenti non temerè spargi rumores falsos, vel parum verisimiles, vnde ex summa profusâque lætitia mæror acerbissimus, summâque consternatio: aut contrâ, ex mærore, lætitia nimia & immoderata, quo nihil vel corporum valetudini, vel publicæ securitati perniciosius. Referrem exemplū Val. Maximi de Publio Vatieno, sed obuiū est cuique, lib. 1. cap. 8. cui etiam argumento bellè conuenit, quod idem scribit initio lib. 2. Valerius: singula enim exscribere non vacat. Interea tamen non prætermittā quod scribit Ammian. Marcellina. 21. apud Persas neminem consiliorū fuisse conscient,

Reipub. ar-
cana non
euulgande.

præter optimates taciturnos & fidos, apud quos silentij quoque numē coleretur. Vide Vegetum De re militari cap 6 lib. 3. Frontin. Stratagem. lib 1. cap. 1. Hæc cum essem commen-tatus illud iterum succurrit ex Platonis Theage. Consilium rem esse sacram. id est. Κίμβολον ἴερὸν ἄντα χεῖμα: Cui conuenit quod effertur ē Menandri γράμμα: ἴερὸν ἀληθῶς δέιν ἐ συμβουλία. Reperitur & in Xenophonte ἐ λεγομένη ἴερὴ συμβουλὴ. Ad locupletardum verò pulcherrimum the-ma de non vulgandis principum arcanis, succurrunt ex Corn. Tacito loci duo insignes: Primus est initio ferè Annalium, vbi de nouo Tiberij principatu agit, cuius tacito iu^{Tu} cæsus est Posthumius Agrippa centurionis cuiusdam ministerio: nuncianti enim centurioni ut mos militiæ factum esset quod imperasset, neque imperasse sese, & rationem facti reddendā apud Senatum respondit. Quod postquam Sallustius Cris-pus particeps secretorum comperit, meiuens ne reus subde-retur, iuxta periculoſo, ficta ſeu vera promeret, monuit Li-viam, ne arcana domus, ne consilia amicorum, ministeria, militum vulgarentur, né ve Tiberius vim principatus refol-ueret, cuncta ad Senatum vocando: eam conditio nē esse im- perandi, vt non aliter ratio conſtet, quām si vni reddantur. Sed & lib. 2. vbi de fictio Agrippa(is erat Agrippæ ſeruus, Clemens nomine, qui Augusti audita morte, ſeſe pro demino gessit, variōque apud multos rumore ſparſo, Agrippæ no-men mentitus) is vinctus ad Tiberium dolo trahitur: & per-contanti Imperatori, quomodo Agrippa factus eſſet? fertur respondisse: quomodo tu Caesar. vt ederet ſocios, ſubigi non potuit. nec Tiberius de eo ſupplicium ſumere palam auſſus, in ſecreta palatiſ parte iuſſit interfici, corpusque clam auferri.

Minotau-rus. Minotan-
Dædalus. Dædalus.] Limine quod cæco, ♂/c.] Descriptio periphrastica labyrinthi, in quo reclusus fuit Minotaurus. Plin. 36 cap. 13. Monstrum hoc ex Pasiphaë & tauro procreatum Poëtæ tradunt, idque arte Dædalea, quod ſuperiore parte hominē, inferiore tau-rum referebat. Ouid. 2. De arte:

Dædalus occulit conceptum ſeminis matris

Semibonémque virum ſemimirumque bouem.

Historiam referunt Hygin Palæphat. lib 1. Fabulos. narra-tion. Virgil. in 6. Ouid. 8. Metamorph.

Dædalus.] Dædalus ingeniosissimus faber, cuius inuēta plu-sima narrat Plin lib. 7. cap. 56.

In lazebris Gnoſiacis.] In tenebris labyrinthi Cretensis. Gne-

*Confiliū
eg. sacra.*

*Arcana de-
mūs In p.:
ratoris, non
detegenda.*

*Tiberij cau-
tas animus.*

*Minotau-
rus.*

Dædalus.

Gnoſius.

sed vix Cretæ clarissima fuit Minois regia. Hinc Gnosiacus,
& Gnosius adject.

Romanæ phalanx.] Exercitus Romanus. Phalanx vocabulū Phalax,
Macedonicum, pro cuneo & acie militari, connexione atque
testudine quadrata militum.

Signa superba.] Vexilla militaria.

*Techna.] Τέχνη, pro fraude, cauillatione: alias artem sive Technam
significat.*

Appendix.


Ex Aurelio Victore, in Caligula: Tres sorores suas stupro
maculauit: Incedebat habitu deorum suorum: Iouem ob in-
cestum: in choro Bacchanali Liberum se assertebat; de quo ne-
scio an queri liceat, nisi forte quia iuuat de principibus nosse
omnia, ut improbi saltē famę metu talia declineat, huc spe-
stat Ouidianum illud:

Cur aliquid vidi! cur noxia lumina feci!

Cur imprudenti cognita culpa mihi est?

Inscius Acteon vidit sine ueste Dianam.

Praesula suis canibus non minus ille fuit.



Nec quæstioni quidem cedendum.

EMBLEMA XIII.



CROPIA effictam quam cernis in arce Leænam,
Harmodij (an nescis hospes?) amica fuit.
Sic animum placuit monstrare viraginis acrem
More feræ, nomen vel quia tale tulit.
Quod fidibus contorta, suo non prodidit ullum
Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.

Leæna metrictis patientia iuvenans. PATIENTIA & fortitudo plusquam virilis in muliercula extremis cruciatibus affecta, tenacem fidem, & ad miraculum constantem arguit, Fuit Leæna scortum Harmodij & Aristogitonis, adolescentum in Atheniensi ciuitate nobilium, qui cum inter se consiliū inissent de tollenda Pisistratidarum

tyrannide, & Hipparchum duntaxat, è tyrannis alterum, de
 medio sustulissent: (Hippiam enim fuerant adorsi) successu
 conatus caruit: Hæc capta fuit, & torta fidiculis, vt consilia
 iuuenum proderet sed cruciantibus, quanquam grauissimis,
 non cessit: quin in his post multos cruciatus, animam exhalauit.
 Eam ob rem Athenis, vt uenor ei haberetur (non tamen
 tanquam scorto) animal nominis eius erectum fuit, & veti-
 tum in opere linguam addi ab artifice, vt honoris causa intel-
 ligeretur. Exemplum hoc constatissimum mulieris adfert Ter-
 tullian & in Apologetico, & ad Martyres: quò nostri fierent
 animosiores, & constantiores in tormentis quibusunque per-
 ferendis Christianæ persuasionis nomine: quandoquidem
 leui adeò de causa repette mulieres essent, quæ tam forti ani-
 mo pro amicorem salute ac fama non modo cruciatus intollerabiles parui fecissent, sed & spontaneæ morti sese dediissent.
 Hæc enim ipsa, carnifice iam defesso, postremò linguam suam
 comestam in faciem tyranni seuientis expuit, vt expueret &
 vocem, ne coniuratos proderet, si etiā vieta voluisset, ait idē
 Tertullian. Exempla permulta eadem penè sunt apud Valer.
 Max. lib. 3. cap. 3. ideinq; omnino Plutarch. in vita Hyperidis
 Rhetoris: & hoc memorabile Leæna facinus celebrat, com-
 mentario θεοὶ ἀδελέχειας. Eadem in tormentis patientia, vel
 pertinacia potius, prodita memoriæ fuit de quodā, qui Prin-
 cipem Gonzagam proditurus erat, & in hostium manus tra-
 diturus. quam historiam petas licet ex Cardani 8. cap. 40. De
 rerum varietate. Historiam hāc de Leæna plurimi retulerūt;
 vt Pausanias in Atticis, Athenæus Dipnosoph. 13. cap. 24.
 Plin. lib. 7. cap. 23. ideinque lib. 34. cap. 8. Gellius 9. cap. 2.
 & 17. cap. 21. & Laetantius lib 1. cap. 20. Id & addo studioso-
 rum gratia. Sueton. in Caligula: Quò magis nullius non
 boni exempli fautor videretur, mulieri libertinæ octingen-
 ta donauit, quo i excruciatæ grauissimis tormentis de scelere
 patroni reticuisset. Quas ob res inter reliquos honores decre-
 tus est & clipeus aureus, quem quotannis certo die collegia
 sacerdotum in Capitolium ferrent, senatu prosequente, no-
 bilibusque pueris ac puellis, carmine modulato, laudes virtu-
 tum eius canentibus. Apud Ammianum Marcellinum lib. 14.
 non tam nobilis, quam cruenta narratur quæstio de ijs cru-
 delissimè agitata, qui in Constantium nouas res moliri accu-
 fabantur. Inter cæteros emicuit Eusebius quidam nobilis qui
 ita euisceratus est, vt cruciatibus membra decesserat, implo-
Honos tristis
butus liber-
tina in tor-
mentis fida,
Eusebius em-
isdam cō-
fias animus
in tormentis

trans cælo iustitiam, toruum renidens fundato pectore manu
sit immobilis: nec se incusare, nec quemquam alium passus:
& tandem nec confessus, nec confutatus, cum abiecto con-
 sorte pœnali est morte multatus. Ducebatur intrepidus, tem-
porum iniquitati insultans, imitatus Zenonem illum vete-
rem Stoicum qui ut mentiretur quedam, laceratus diutius;
auulsam sedibus linguam suam cum cruento sputamine in
oculos interrogantis Cyprij regis impegit. hæc Amm. Cor-
nelius vero Tacitus lib. 15. Annal. quo loci de tormentis eo-

**Mulier in-
fracti ani-
mi in tor-
mentis.** rum agit qui in Neronem putabantur coniurasse, de Muliere quadam imperterriti & fracti animi sic: Nero recordatus Volusij Proculi iudicio Epicharmi attineri, ratisque muliebre corpus impardolori tormentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, non ira, eo acerius torquentium ne à foemina spernerentur, peruicere quin obiecta denegaret. Postero die cum ad eosdem cruciatus retraheretur, gestamine sellæ, nam dissolutis membris nequibat insistere, vinclo fasciæ quam pectori in modum laquei ad arcum sellæ restricto, indidit ceruicem & corporis pondere: connixa, tenuem iani spiritum expressit: clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui & viri & equites Rom. senatorésque intacti tormentis charissima quæque suorum pignorum proderent.

Cecropia in arce.] id est, Atheniensis, à Cecrope sic dicta, uti sup. memorauimus ex Plinio.

Virago. **Viraginis.**] Virago αἱ πάνεια, vel αἱ δρίς. Symmachus: αἱ τη κλιδηται αἱ δρίς, ὅπερ τὰ αἱ δρίς εἰλίξθη αἱ τη. hoc est, vocabitur hæc virago, quia ex viro sumpta est. Ouid. Metamorph. 2.

-----hello metuenda virago.

de Pallade loquens, quæ virili sit animo & virtute. Et Martian. Capel. lib 6. de eadem. Consultisque virum præsis, hinc dicta virago. Auson. epigr. 1. Tressæque viraginis arma re-tractat. sic appellatur Iuturna 12. Æneid.

**Fidicula
vel fides.** **Fidibus.**] Fidicula dicuntur chordulæ, non etiam vngulæ. vt putat Isidorus 5. Etym. c 27. quo loco scribit, Vngulas dietas, quod effodian: hæc & fidicula, quia his rei in eculeo torquentur, ut fides inueniatur. At Val Maxim. lib. 3. cap. De patientia, aperte ostendit, fidiculas esse funiculos, seu chordulas: Rupit verbera, ait, fidiculas laxauit, soluit eculeū. Sueton. in Caligula cap. 33. Quin & subinde iactabat exqui-

siurum semel fidiculis de Cæsaria sua, cur eam tantoperè amaret. Idem in Tiberio refert, eum Imperatorem excogitasse genus tormenti, ut repente veretris deligatis fidicularum simul, vrinæque tormento homines distenderet. De his Seneca lib. 3. De ira, cap. 3. Apparatusque illi redditus est suus, eculei, & fidiculae & ergastula. Ammian. Marcell. lib. 19. Intenduntur eculei, expediuntur pondera plumbea cū fidiculis & verberibus, &c. l. 1. C. Theodos. De quæstionib. Nullas omnino ob fidiculas preferendas in consultis ac nesciētibus nobis. &c. &c. l. 2. eod. Decuriones siue ob alienum, siue ob suum debitum exortes omnino earum volumus esse pœnorum, quas fidiculae & tormenta constituunt. Extat in Iure mentio eculei, vngularum, seu fidicularum l. 4. Cod. ad leg. Iul. mai. l. 16. C. de quæstionib. l. 8. Cod. de malef. & Mather. Curtius in 6. de Alexandri gestis, Philotam ait post fidiculas lampadibus ardentibus tortum fuisse. Sed de fidibus, aut fidiculis plus satis.

Iphicrates] Huius meminit Plinius 34. cap. 8.

Appendix.

Iphicrates.

Bonus senex apud Terent. Andria, Scruū laudat fide & taciturnitate. Huc Horatius lepidè,

Est ē fidelitata sil- ntio merces:

Græci dicunt, ἀκριβῶν γέγες τῆς οὐγῆς. Horatius ad scruādam amicitiam sic,

Arcanum nec tu scrutaberis ullius unquam.

Tullius 2. Philip. criminis loco objicit Antonius, quod scriptas ipsius litteras cùm amici essent, postea euulgasset, cùm cœpissent inter se inimicitias exercere. Sed ne quid desideres, vide Senecam epist. 89. & 108.



Consilio & virtute Chimæram superari, id est,
fortiores & deceptores.

EMBLEMA X I I I .



BELLEROPHON ut fortis eques superare Chimæram,
Et Lycis potuit sternere monstra soli:
Sic tu Pegaseis vectus petis aethera pennis,
Consilioque animi monstra superba domas.

*Consilio &
fortitudinis
vis.*

NVlla est adeò maligna & versuta calliditas, nulla insidiosa vis, nullæque præstigia, quas non possit animi magnitudo prudensque consilium sollerter effugere. Quanquam enim nobis interdum sit concertandum cum fortioribus, & fraudum omni genere instructioribus, pugnæ tamen minimè est cedendum, modò instructi simus firma quadam panoplia constantis animi, sanæque iudicij. Notius enim est quām

est quam ut confirmare necesse habeam, nihil tam arduum
tamque inaccessum esse, quod dexteritate ingenij penetrare,
tandemque assequi non possimus: nullas denique tatas vires
aut etiam fraudum iuolutra tam intricata, quæ declinare,
aut etiam auersare nequeat ingenitus benèque consultus
animus. Quæ sententia, certè philosophica hoc lepido figu-
ratur emblemate. Bellerophon eques præstissimus, & ado-
lescens formæ dignitate cōspicuus, ab Antia Prœti Regis Ar-
giuorum vxore sollicitatus ad amorem, idque cum constater
esset auersatus, mulier doloris & odij impatiens ad maritum
detulit, seque ab adolescentे fuisse appellatā mentita est. Ita-
que ex ul factus, & ut quoquo modo de medio tolleretur, ex-
peditionibus aleisq; valde periculis, expositus nō tamē ani-
mū ab jecit. Sed permultis laboribus exatlatis victor euasit; &
denique ad Chimærā delendam nō tam vocatus, quam coa-
ctus Pegaso equo alato vectus, monstrum virtute incredibili
confecit. Fabulam hanc copiosè, & eruditè retulit, & ad hi-
storicam fidem reuocauit Sabellio. s. Enn. 1. Non grauabof
huc attexere mythologiam Plutarchi de Bellerophonte, de-
que Chimera, ex lib. De virtutib. mulierum. Huius hæc est
sententia: Fabulosum est quod in Lycia dicitur euenisse, ta-
met si hoc publica fama receptum sit. Narratur itaque ad eum
modum: Amisodarus seu Isaras, vti nominantur à Lyciorum
colonia, quæ iuxta Zeliam erat, venit vnā cum nauibus pyra-
ticis, Chimaro duce, homine bellicoso, sed crudeli admo-
dum & efferato. Huius nauis in prora Leonis, in puppi Dra-
conis habebat insigne. Cumque noxæ multum Lyciis intu-
lisset, maréque infestum habuisset, vt ne quidem trajici tutò
posset neque vrbes maritimæ proinde habitabiles essent, in
eū expeditionē suscepit Bellerophontes, & ad extremum in-
terfecit, fugientemq; Pegaso insecurus: atque Amazones ex-
pulit, & bellica vittute domuit, &c. Deinde sequitur: Sunt
qui affirment Chimæram illam Poëtarum fragmentis decan-
tata, montem fuisse Soli oppositum, in quem Solis radij
cum retroflecterentur, & vehementer æstum in planicie re-
torquerent, factū esse ut inde fruges marcescerent. Quæ ma-
li causa cum nota esset Bellerophonti, excidi iussit ipse preci-
pitij partem eam, quæ levissima putabatur, & plurimum so-
larem æstum reflectebat. sed quod non ei essent habitæ gra-
tia, iratus ad vlciscendum Lycios se contulit: tandem tamē à
mulieribus placatus est. Eandem historiam complexus est in-

Bellerophōnē
tis historiis;

tegram enarrator Homeriad Iliad. & vt & lib. I. Palæphatus: ἀληντορικῶς autem Fulgentius t. Mythologicōn. Vide Proverb. Bellerophontis literas. Satis de Chimæra hucusque nisi me Lycophronis interpres, ut aliquid adderē reuocaret. Ille itaque Pegasum pro equo fabuloso agnoscit, totiusque fabulae seriem tractat, codem pene quo cæteri modò, sed subdit. ἀληντορικῶς τὸν τετράκινον γνώστεων quæ ad nostrū hoc propositum nihil attinet. Addit etiam nunquam fuisse Pegalum equum: quia nullus se vñquam vidisse alatum equum sit testatus. At quia vir egregius Pegasus nauim concendit, cuius alæ vela essent, locū factū esse fabulae. Adhac Chimeram proiectus quid muliere ponit filiam Amisodari, Lyciae præsidis, cuius fratres duo. Leo & Draco, qui cum Lyciae egressus occupassent, viatores, aliosque multos trucidassent. Quod autem concordes, & vñā in aliorum pernicie conspirantes tricipitem belluā illós plerique nominarunt: vt quia periti bello essent, & insidiari corporis prædicti robore, ignem expirantē dixerunt. Hoc Bellerophon vicit, in icto fauibus plumbo, id est seruitutis feno. In priori parte Leo pugnabat, Draco in posteriore, at in medio Chimera, eo quod esset infirmior. Alij ad hunc penè modum: Chimera (vti colligitur ab Homero) gentem fuisse bellicosam, quam leoni esse similem dicebant. Hæ fuerunt Amañones quæ à facie pugnabant valde strenue & generosi, quas Poëta cum Chimera hoc est capta, confert, quia per præcipitia incederent caprarum in modum & in præruptis locis habitarent.

Bellerophon
vnde di-
clus.

Bellerophon.] à Bellero Corinthiorū Principe à se interempto sic denominatus, quasi malorum occisor. τὰ δέλτεα enim mala dicuntur: vel quasi βεληνόφοντα, sapientem consultorem dixeris, vt apud Homer. βεληνόφον αὐδρα, vt vult Fulgentius.

Chimera
quali &
quid fuit.

Chimera.] Chimæra, monstrum triforme, priore parte leonem, draconem posteriore, media capram referebat, flammis ore euomebat. Homerus: ἄροδε λέων, ὅπερ δὲ δέργαν, μέσην δὲ χίμαιρα, δευτέρα πονείστα πυρός μέρος. Proinde Virgil. in 6. flammis armatam ait. quo loco Seruius asserit reuera montem esse in Lycia, cuius tum cacumen arderet iuxta quod leones essent: media verò pascua, & ima serpentibus plena, quem habitabilem fecisse postmodum Bellerophontem. A qua sententia parum discedit Palæphatus, cum ait, ante planiciem montis Chimæræ leonem fuisse

quendam draconem autem rētrō ex quibus pastores lāde-
rentur. Ad quā loca Bellerophon ubi accessi. set, montem oc-
cupavit, posteaque iniecto igni feræ perierunt. Triformis est
autem Chimæra (qua nōtatur amoris petulantia, id est, νοτία μ' ^{Chimæra}
ἔρωτος) quia voluptas corporis insultu leonino p̄mūl in-^{cur trifos}
uadat, deinde procacitatem & lasciuiam inducat, postea ve-
rō pœnitentiam & venenum. Fulgent. 3. Pierius 1. & 14. Hie-
roglyphic.

Pegasis pennis.] Pegasum nauim fuisse, qua vēstis est Bel-
lerophon, tradit Palæphat. Nauigia enim cūm ex alto cer-
nuntur, si forte remis agi contingat, ob celeritatem, mobilēs
que vtrinque tremorū ordines procul spestantibus, aiato-
rum præbent animalium speciem. Ad allegoriam verò, si re-
feramus, nomine Pegasū (ex Medusę cæde prognati), famam
& immortalitatem nominis intelligimus. Virtus enim cūm
terrem (quā Gorgone figuratur) amputauerit, famam pro-
creat. Fulgent & Pierius lib 4.

petis ethera.] Proverbialis formula, pro laudem consequē-
trī immortalem.

Consilioque animi.] Plus cōsilio & animi dexteritate effici,
quām viribus corporis, exemplis apud autores innumerabi-
libus perspicuum est.

monstra superba.] Διάνυσσικῶς, pro dolosis sycophantis, ob-
rectatoribus, & aliis generis eiusdem, non certè hominibus
(quid enim tam naturæ humanae contrarium) sed porten-<sup>Monstra
hominum
sycophan-</sup>
tis.

H ij



Vigilantia & Custodia.

EMBLEMĀ XV.



INSTANTIS quod signa canens det gallus Eo,
 Et reuocet famulas ad nouia pensa manas:
 Turribus in sacris effingitur ærea peluis,
 Ad superos mentem quod reuocet vigilem,
 Est leo, sed custos oculis quia dormit apertis,
 Templorum idecirco ponitur ante fores.

Duo pasto-
 ris ecclesias-
 tifici mune-
 ra.
DVæ sunt in Episcopo necessariæ dotes, vt eo cui publicæ
 Christianæ cura demandata sit: nimirum vt iis qui-
 bus præsit, continuo studeat, vt nihil eorum eis desit, quod
 spectet ad fidei veræ profectum & incrementum: néve quis
 à recta via desciscat, aut sacræ doctrinæ terminos transiliat.
 Nec verò est satis, vigilantem cum esse, nisi etiam custodem

se se fortissimum præbeat, id est, cum cura & vigilantia, quæ perpetua sit oportet, est etiam necesse habeat, coniunctâ cum motibus doctrinam, qua & suos instituet, & alienos etiam hostes, atque erroneous homines forti animo retundat, veræque & sanctæ institutionis quasi hasta percellat. Quod, duplice symbolo hic ostenditur, sumpto argumento ab iis animalibus, quæ & sacris in turribus, & pro foribus templorum apponi solent, gallo nimirūm, & leone: quorum alter vigilantiam, custodium alter designat. Sanè non citra mysterium veteres gallum editiori sacrorum templorum loco constitui voluerūt, quo pastoris potissimum vigilantia repræsentaretur. Conuenit illud D. Gregorij ex homilia quadam: *Quisquis populi speculator ponitur, inquit, debet in alto stare per vitam ut prodesse possit per prouidentiam, Sunt præterea qui Doctores sacros hieroglyphicè galli nomine, velint intelligi;* propterea quòd illi inter præsentis vitæ tenebras venturā lucem, quasi cantando prænuncient. Ut verò gallus interuallis aliquot noctis modò hos, modò illos excitat, & tempus antelucanum discrimine aliquo partitur: ita p̄ ratione personalium, aliarumque circumstantiarum, doctrinam salutarem animis inferere debet. Quantum autem ad leonem pertinet, *Quid per Aegyptij vigilantem innuere cùm vellent, aut etiam custode, leoninum caput appingebant: leo enim clausis oculis vigilat, dormit apertis. quocirca non ab re ad sacra claustra & fana leones eriguntur, tanquam custodes, ait Orus, & Pierius lib. 1. Hieroglyph. ex quo cetera petas licet, si quid præterea desideres. Non possum illud Plutarehi transfilire, lib. De Pythiæ oraculis: οὐδὲ αἰλεκτρού να ποιήσαις ἐπὶ τῆς χρυσοῦ τοῦ αἰλεκτροῦ, ἐνθάδετε τὸ εὐεργέλωτεν ὥραν, καὶ καρπὸν επιβάσθεν διατελεῖς: 1. qui gallum in manu pinxit Apollinis, matutinum tempus, & solis ortum instantem significare voluit. Apuleius lib. 2. Commodum noctis inducias catus perstrepebat cristaæ cohortis. Ouidius in Fastis gallū Nocti cædiseribit à Romanis:*

Nocte deæ Noctis cristatus cediturales,

Quod tepidum vigili pronocet ore diem.

Et elegantissimè Plinius lib. 10. cap. 21. Proximè, ait, gloriam sentiunt & hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno natura genuit. Norunt sidera, ternas distingunt horas interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigilia ad curas laborēmque reuocant. Nec Solis ortum incantis patiuntur obrepere,

Gallus cur
sacris turri-
bus statua-
tur.

Quid per
Leonem.

diemque venientem nunciant cantu, ipsumverò cantū plausu laterum, &c. Älianuſ 4. animal. historiæ, cap. 29. ὁ ἀλεκτρυὸν τῆς σελήνης αὐγέσσοντα θεοῖ φασι, καὶ σκιρτάντη λίον τὴν αὐγὴν εἰς τὸ πότε αὐτὸν διαλάθοι. ὡδικώτα τοῦ ἐποτε μᾶλλον τῇ τιμῇ γένεται. i. Gallum gallinaceum ex oriente Luna, ut afflatum diuino quodam spiritu bacchari atque exultate ferunt. Omens autem Sol nunquam ipsum fallit, tuum vehementissimè vocem contendens. Lucretius 4. sic:

Quinetiam gallum, noctem explandentibus alis,

Auroram clara consuerum voce vocare.

Poëticam rationem huius antelucani gallorum cantus tradit Lucian. in Somn. siue Gallo:philosophicam Heliodorus Äthiopic. i. his verbis: ἦθ' ὅν γὰρ ἡλεκτρυόνες αἴσουσιν, οἵτε, ὡς λόγῳ, αὐτοὶ τῷ φυσικῷ τῆς τῷ ἡλίῳ καθ' ἥμας πεισθεῖσιν ἐπὶ τῷ τοῦ θεῶν προστονικού μνεύματοι, οἵτε τοὺς θερμότητος, ἄμα καὶ τῆς τοῦ κυνέως καὶ στειρός θεᾶτος ἀπιδυμίας τῆς συμφοράς ντας, ἵδη κηρύγματα ἐπὶ τῷ ἔργον ἐγέροντες. At verò pulcherrimum D Ambrosij locum ex lib. 5. cap. 24. libri, quem Hexaëmeron inscripsit, apponere non grauabor, quod sit huic Emblemati valde accommodus: Galli cantus suauis est in noctibus, nec solùm suavis, sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator & dormientem excitat, & sollicitum admonet, & iter facientem solatur, pressum noctis canora significatione protestans. Hoc canente, latro suas relinquit insidias: hoc ipse Lucifer excitatus oritur, cælumque illuminat: hoc canente, mœstitudinem trepidus nauta deponit, omnisque erebro vespertinis flatibus excitata tempestas & procella miscet. hoc canente, deuotus affectus exilit ad precandum: legendi quoque munus instaurat. hoc postremò canente, ipsa Ecclesiæ petra culpam suam diluit, quam, priusquam gallus, cantaret, negando contraxerat. Istius cantu spes omnibus reddit, ægris leuator incommodum, minuitur dolor vulnerum, febrium flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus tenuentes respicit, errantes corrigit. Hec ille. Quo ex loco facile videmus, quid nobis statuendum sit in vita & studiorum ratione, cum vir ille sanctissimus tam elaboret in eo explanando mysterio.

instantis Eos.] Lucis aduentantis. nōd, aurora Græcis. Auson. in Eidylliis:

— et clar. instantis Eos

Signa canit furus depresso marte satelles.

Ere ruoces famulas.] Ouid. i. Amorum, eleg. ad Aurora.

Tu ne feminis possint cessare lacrimi,

Lanificam renocas ad sua pensa manum.

Idem de Lucretia 2. Fastorum:

Lumen a te exiguum famula data pensa trahebant.

Et in Epistolis:

Neve trahim serua grandia pensa manu.

*area pelues.] acie reges nolę siue tintinnabuli, cuius inuen- Nola scu-
tationem repele ex 6. Polydori cap. 13. De pelui area ipse Alciat. tintinna-
8. Parerg. cap. II. bulum.*

*custos oculis quia dormit Etc.] Sic Orus habet lib. I. έγρηγόρο-
το γερέοντες ἦ καὶ σύλαχοι, λέοντος γερέστοι κεφαλαιοῖ, ε-
πιδήν οὐ λέων ἐν τῷ έγρηγόρει ναι, μέμυκε τὸς οὐραλμύσι, κο-
μάλμῳ Θῆται αἰώνιοι ταῖς τοῖς έχεσι, διόπερ δὲ τὰ φυλάσσεν ση-
μεῖον. διόπερ καὶ συμβολικᾶς; πισταίσθοις τῷ ιερῶν λέοντας
ὡς σύλαχοι πατέλησσοι: Vigilantem & sedulum hominē &
custodē cūm Aegyptij volunt ostendere, leonis caput pin-
gunt, quoniam leo vigilans oculos claudit; eosdem cūm dor-
mit, apertos habet: quod quidem custodiæ atque excubia-
rum signum est. Vnde & non absque significatione, templo-
rum claustris leones, qui sint custodum loco, appinxerunt.
Leonem quidam θάλασσαν, λόγον, à videndo, deductum
volunt. Et Fulgentius gallum Mercurio attribuit ob merca-
torum vigilantiam.*

*Templorum idcirco ponitur ante fores.] Eruditè nō minus quam
diligenter in suo copiæ cornu Pierius leonis faciem illā quæ
prima visa est Ezechielī, initiandorum factorum admonitio- Leonisima-
nem nobis oblatam fuisse tradit: eāmq; à primis visam quod
à vita principum soleat totius populi consensu legem sibi sta-
tuere. Ponuntur itaque ad valvas templorum, vel postibus
sustinendis, vel hyperthyris aliquando etiam pronaīs locorū
vt Deum venerari primo, meminerimus. Addit etiam in pro-
nō taruisinæ Cathedralis draconem alatum vnguibus leo-
num duorum comprimi: draconem retorto collo leonis pe-
ctus remordere cuius Emblematis eam esse sententiam do-
cet prauam quidem cogitationem cor incessere fortem ani-
mum eam protinus elidere, à lœua leonē suo pectori subijce-
re apprehensum leunculum: generosum quippe animum
seipsum vincere.*

Leonisima-
go in valvis
temporum.

νῆρε, καὶ μέμυντ' ἀποστῆν. αἴθεται τὰ ταῦτα
τῷ βρογχενών.

EMBLEMA XVI.



Necredas, ne (Epicharmus ait) non sobrius esto:
Hi nesciunt humanæ membrâque mentis erunt.
Ecce oculata manus credens id quod videt: ecce
Pulegium antiquæ sobrietatis oluo:
Quo turbam ostendo sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem.

Deo hîc Philosophica præcepta traduntur: vnum quidem
de amplexa sobrietate: alterum de credulitate fugiē-
da: quam ad reñi duabus (sug more) notis vtitur, neimpè pu-
legio, & oculata manu: illo quidem, vt sobrietas paruo con-

tenta significetur: hac verò, qua rerum certarum fides intellegatur. Cicero. i. Epistolar. ad Aticum, carmen hoc Græcum citat: Priuatis rebus meis, inquit, propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborū, adhibeam quandam cautionem & diligentiam atque ita Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam:

M. Tullij
locus unde
petita est
Emblema-
tis epigra-
phe.

vñce, καὶ μέμνασσο ἀπεῖχε, αὐθεγ τεῦτα οὐ πρενάν:
ac nostræ quidem rationis ac vitæ quandam formam, vt opinor, vides. Alteram autem partem usurpauit lib. De petitio-
ne Consulatus, Q. Fr. Ciceronis: Quamobrem, ait, Epichar-
mion illud teneto, neruos atque artus esse sapientiæ non te-
merè credere. hæc ille: Relatum est etiam ab Alciato nostro Sobrietatis
lib. Parergon 4. c. 8. Sobrietas virtutum penè omnium semi-
narium est: quam vnam qui habeat, & cæteras etiam facilimè
habuerit. Plato in Charmide, temperantiam, vitę hominū cu-
stodem appellat in Gorgia præcipit, vt qui sanus ac beatus
esse velit, hanc virtutem exerceat. Et Xenophanes nihil in
homine nasci mali posse, qui temperantiam fuerit amplexa-
tus. Itaque quotquót sapientes olim habití sunt, temperatissimi prædicantur: vt Socrates, qui quòd tenui victu esset, ea
peste sœuissima tactus non est, quæ Atticam inuasit. Et Plato,
apud quem cùm nobilis imperator Timorheus cænasset, mo-
deratis cibis exceptus, postridie illi factus obuius, dixit, Qui
apud te, Plato, cænant, sequenti die bene se habent. Nomina-
tur & Pythagoras inter sobrios, cuius hoc celebratur: Ven-
ter pinguis non gignit sensum tenuem: idem cùm offendisset
aliquem insigniter abefsum; Non desines, inquit, tibi mole-
stiorem carcerem struere? Prætermitto. Græcorum veterum
frugalitatem laudatam sapientibus, qui semel tantum inter-
diu epularentur. Ergo Plato delatus in Siciliam. cùm nullā
isthic patriæ frugalitatis vestigium obseruaret, admiratus est
insulte corruptissimæ depravatum morem, quemadmodum
refert ipsem in epistola quadam ad Dionis propinquos. Apud
veteres Ramanos, frequentior pultis usus, quam panis
fuit: & eorum bonæ valetudinis quasi quædam mater erat
frugalitas, inimica luxuriosis epulis & aliena nimia vini a-
bundantiæ, & ab immoderato Veneris usu auersa. Val. Max.
lib. 2. cap. 5. Hæc etiam virtus non modò philosophos, sed
& Imperatores commendauit, vt Fabricium, Curium, Corun-
canium, Catonem, Cæsarem Iulium, aliosque multos. Cre-
ditas, dilitas verò aut mature admittenda, aut statim repellenda,

cum nemō citius fallatur, quām qui temerē credit: nemōq;
rectius iudicat & certius, quām qui rem exploratam habet.
Theocriti laudatur illud:

μη μίσθε τάχιστα πρὶν ἀπεκέκως πέρας οὐτοι.

Ne crede citoſimè, ni prius finem videas.

Inter legendum sese obtulerunt exempla quedam illustria
de credulitate ex Amm. Marcellino, primum quidē lib. 14. de
Constantio sic habet: Arelate hyemen agens Constantius
post theatrales ludos atque circenses ambitioso editos appa-
ratu ad diem vi. id. Octob. qui imperij eius annum trice-
ſum terminabat, insolentia pondera grauius librans, si
quid dubium deferebat, aut falsum, pro liquido accipiens
& comperto, inter alia excarnificatum Herontium Magnen-
tianæ comitem partis exulari, mœrore multauit. Utque æ-
grum corpus quassati etiam leuibus solet offensis, ita animus
eius angustus & tener, quicquid increpuisset, ad salutis suæ
dispendium existimans factum aut cogitatum, insontium ce-
dibus fecit victoriam luctuosam, &c. idem lib. 30. Vbi nar-
rat quibus dolis interceptus & oppressus est Para Rex Arme-
niorum Valentis iussu: qui quod accepisset cum sibi infe-
stum malisque artibus quiduis facere & moliri, agenti in Ar-
menia Traiano, remque militare curanti arcenis literis man-
dauit ut regem cum quoquo modo de medio tolleret. Itaque
illecebris regem Param insidijs primum ambigit, ei Valen-
tis literas egregiae in eum voluntatis testes ostendit, modo se-
ſe conuiuam ei præbuit, ad ultimum composita fraude ad
prandiū verecundius inuitauit. Qui nihil metuens mali, ve-
nit, concessisque loco honoratiore discubuit. Cumque ap-
ponerentur exquisitæ cupidiæ, & q̄des pulsu neruo rum &
articulato flatilique sonitu resultarent, iam vino inca lescente
ipso conuiuij domino, per simulationem naturalis cuiusdam
vrgentis egresso, gladium districtum intentans toruo lumine
ferociens quidam immittitur barbarus, asper, ex ijs quos
Supras appellant, confossurus iuuenem, ne exilire posset etiā
eum præpeditum. Quo viso regulus forte prominens vtr a
torum, expedito dolo assurgens, vt vitam omni ratione de-
fenderet, perforato pectore deformis procubuit victima, icti-
bus multiplicatis fædè concisa. Hocque figmento nefariè de-
cepta credulitate, inter epulas quæ reuerendæ sunt vel in Eu-
xino ponto, hospitali numine contuente, peregrinus crux
in ambitiosa toralia sparsus, & spumas satietati superfuit con-

Conſan-
tius credu-
lus.

Para rex
Armenius
a valente
oppreſſus.

uiuarum horrore maximo dispersorum. Lib. verò ultimo, qui est; i. de Valente: Illud ferri non poterat, quod cùm legibus lites omnes, quæstiones committere veteres vellet, destinatisque velut lectis iudicibus negotia spectanda mandabat, nihil agi contra suam libidinem patiebatur iniustiosus alias & iracundus, & criminantibus sine differentia veri vel falsi facillimè patens. quæ vitiorū labes etiam in his priuatis quotidianisque rationibus impendio est formidanda. Seneca Epist. 3. non minus vitiosum esse credere omnibus, quām nemini disputat. eodem cum Hesiodi carmine sensu *πίστις χρήσιμη ἀμείβει τὸν αὐτόν*. Sialiquem amicum putas esse, cui non tantum habeas fidei quām tibi, vehementer erras, & verę amicitiae vim nondum tenes. Tu omnia cum amico dilibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum diu cogita an tibi in amicitiam aliquis sit recipiendus: cum fieri placuerit, toto illum admittit pectore, tamque ardenter cum illo loquere ac recum. Quid est cur me coram illo non putem solum? Quidam quæ tantum amicis committenda sunt, obuijs narrant, & in quaslibet aures quicquid illos vrit, exonerant: quidam etiam rursus charissimorum conscientiā reformidant, & si possent nec sibi quidam credituri interius premunt omne secretum neutrum faciendum est. Vtrumque enim vitium est, & credere omnibus, & nulli. Citatur de credulitate hoc Menandri.

*Quicunque damnat, remque non plane audiit
Est improbus vir, ideo quod credit male.*

Item illud,

*μὴ πάντα πειρῶ παῖς πέσειν δέι
Credenda cunctis esse cuncta ne putas.*

Retulit etiam id Epicharmium Clemens 4. Stromatum, & ad institutum Christianū ac commodat. De credulitate, quædam mox adiiciam.

Epicharmus.] Siculus, Philosophus & Poëta, Comœdiæ inventor, Suida teste.

ne non sobrius esto.] Duo negata vni affirmationi æquivalent.

nerui, membraque.] μεταφοραι, quibus vim ultissimi precepti illustrat.

Hin erui humanae, &c.] ῥώμην τυχῆς συρροσιών, ut refertали cubi Stob. quo sensu dixit Iustin. genitricem virtutum frugalitatem. Hic neruos & membras umit μεταφοραις: ut

Valentio
nimia
credulitas;

Locus Senecæ
de cre-
dulitate.

Epichar-
mus.

Sobrietas
animiro-
bur.

apud Demost. vdu^εγ^η πολέμου τὰ χείματα: vt M. Tullius, vetigalia, neruos Reipub. dicit. sic Fabius lib. i. mollem educationem netuos omnes animi & corporis frangere. & Dion in Vespasiano, pecunias neruos esse imperij semper dixerunt, id est, vdu^εγ^η τῆς οἰκουμενίας τὰ χείματα ἀτὶ ποτε εἶ λεγον.

Oculata manus.] Adagium, quo rerum certitudo significatur, usurpatum à Plauto:

Cum à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio.

Si es habent, dant, mercem: eadem nos disciplina utimur.

Semper oculata nostræ sunt manus, credunt quod vident.

Vim Proverbij videtur expressisse Terentianus ille leno, cùm dicit Adelphis; Nunquam ego adesto astutus fui, quin quid possem, mallem in præsentia auferre potius. Et sacræ literæ admonent omni spiritui credendum non esse.

Non statim fidendum.] Credens id quod vident.] Herodotus: ἡ τα πνγ χάρις αὐθόποισιν δοντα ἀπιστό τε εγ ὁ φαλμύρ: Aures sunt hominibus magis incredulæ quam oculi. Hesiod. autem i. εργων sub finem:

πισσ δε ερ ο μῶς καὶ ἀπισταντες ταῦθεν.

cuius sententiæ vim tenere debet qui versantur in Rebus pub. & negotiis grauioribus implicantur, sed maxime temporibus periculosis. Si enim propter amicitiam multorum fucatam vix fratri fides interdum sit habēda, perpetuò meminisse debemus Pythagoricæ parœmiæ, Ne cuius dextram. inieceris: quandoquidem hominum ea sit improbitas & versutia, vt nō modò sermo, sed & frons, vultus & oculi ipsi persæpè intentiantur. Apollonius rogatus à rege Babyloniorum, qua ratione quietus in suo principatu perduraret: Si, inquit, paucis fidem habueris. Nulla enim regibus maior pernicies impédet, quam cùm delatoribus facile m ad se aditum præbent. Plato de Repub. magistratum optat, qui sit ταῦτα διατεθρυληνεροῦ, id est, qui aures obtusas habeat ad rumores & fabulas populares. Addam & id Plautinum è Truculento:

Non laudandus est is, qui plus credit quæ audit quam

Quæ videt. non p'acet, cùm illi plus laudant. quæ audiunt

Quæ videt, pluris est oculatus testis unus, quam auritus

Decem. quæ audiunt, audita dicunt: qui videt, planè sciunt.

Quod tamen non probatur Apuleio, initio Floridorum, qui vt inseruat argumento quod tractat, plus fidei aurium quam oculorum esse adhibendum vult. Huius hæc verba: Non iti-

ðem maior meus Socrates: qui cùm decorum adolescentem,
 diuque tacentem conspicatus esset: Vt te videam, inquit, ali-
 quid eloquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non vi-
 debat: etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed men-
Testis oculi
lens.
 tis acie & animi obturu considerandos. Nec ista re cum Plau-
 tino milite congruebat, qui ita ait: Pluris est oculatus testis
 vñus, quam auriti decem. Imò hunc versum ille ad examiná-
 dos homines conuerterat: Pluris est auritus testis vñus, quam
 oculati decem. Atqui si magis polletēt oculorū quam animi
 iudicia, profectō de sapientia fortaquilæ cōcedendū. Homi-
 nes enim neque longè dissita, neque proximè ad sita possu-
 mus cernere, &c. Aupuleius tamen aliò sententiam torquet,
 vt dixi, neque propriè contrarium quid à Plauto statuit, sed
 certè dissimile. Ad rem redeo. M. Tullius in Lælio: Hęc in fa-
 bulis stultissima persona improuidorum & crēdulorum senū.
 Non minimum cōmendarunt *āmiciā* quidam ex veteribus,
 non vt omnino fidem omnibus abrogemus, sed vt nullo
 non loco circunspecti simus, videamūisque quatenus dextra
 sit huic vel illiad mouenda. Demosthenes hanc *āmiciā* vnam
 ait omnibus qui sapiunt concessam à natura custodiam salu-
 tis & fortunarum. Homerus Vlyssem quem sapientissimum
 facit non alio vsum præsidio dicit, neque alia ratione terræ
 marisque periculis euafisse, quam quod nemini se crediderit,
 & callidè consilia sua texerit. Hesiodus non ab re monet, ve
 neque fratri quisquam adeò fidem habeat, aut etiam negoti-
 tum aliquod vel loco transigat, nisi teste adhibito. Nullus
 est qui nesciat ab inimicis nobis importari grauissima incō-
 moda: sed longè perniciosius damnum ab amico creatur sę-
 penumero; quia sit alioqui facile inimici effugere insidias: ab
 amico verò, aut eo qui amici nomen mentiatur, quis ita pro-
 uidè cautéque sibi cauerit quin interdum opprimatur? Nisi
 molestum esset, ostenderē multo plures ab amicis quam in-
 imicis oppressos esse: plures vrbes pröditione captas: quam *vñ*
 expugnatas: plures in veterum libris, ipsaque vita quotidiana
 reperiri amicorū questus, quam inimicorum accusations.
 Verum longior esset oratio ex multis exēplis, quædam satis
 erunt. Dion perīst, quanquam suspicaretur insidias sibi strui
 à Calippo, sed veritus est obseruare amicum & hospitem.
 Antipater Casandri filius, vocato ad cænam Demétrio, illō
 que vicissim sequenti die vocato, veritus ei diffidere, ac cæna

oppressus est. Sed ne longior sim, lege orationem Dionis Chrysost. *τελεσίας.*

Pulegium.

Pulegium.] siti & vinolentia contrarium. cuius vires per multas habet Plin lib. 20. cap. 14. & Apul. De herbar. virtutib. cap. 92. multa.

Heraclitus ut concordiam suam ferit.

Heraclitus.] Heraclitus in seditione quadam rogatus à ciuibus, ut concordiam suadet, suggestum ascendit, calicem frigida compleuit, infusam digito farinam miscuit vna cum pulegio, idque bibit, & hinc discessit: nimirum reipsa loquens, plerumque seditiones ex luxu rerumque superfluarū vnu oriri: inter eos autem facilē constare concordiam, qui modicis ac tantum necessariis essent contenti. Plutarchus De garrulitate.

Magna v's
est oratio
ni, non mo
do, ed
gestus uiri
bons.

Quo turbam ostendo, εἰ τοιούτοις habendus est Heraclitus, ied certè hac ambage, & symbolis aphonis plus forte persuasit, quām alius quispiam oratione prolixissima. siquidē πολλῶν πάντων καὶ μακρῶν τετράδων εἴναι μη καὶ νῦν πάντινον ξεντόντος αὐτῷ πάπα καὶ προτετράδων ἡγεῖται: Plerumque vir, etiū perspecta fides est, vno verbo vel nutu longas aliorum orationes superat. Sic enim fidem fecit Amasidi Pittacus, cùm linguam immolatitiæ victimæ remisit, tāquam membrum omnium vel optimum, vel pessimum. Sic nacharsis, cum apud Solonē repertus est eo gestu dormiens, ut dextram haberet admotam ori, sinistram pudendis: ut significaret maiore studio & cura linguam esse cohibendam, ut pars omniū maximè rebellis, Quid enim vel Sciluri facinus ad concordiam suos liberos adhortantis, vel Tarquinij superbis summa papauerum capita baculo decutientis hoc cōmemorem, cùm hæc iam vulgo trita sint? Olim enim cū nondum Platonis opera, vel Carneadis, aut Chrysippi sapientia loquax esse didicisset, omnia breuibus oraculis, aut symbolis, interdūmque ἀσφάλεια, non minus commodè tradebantur, que pertinerent ad vitæ humanæ cultum & informationem. Sed audiamus Plutarchum ea de re studiosè commētario τελεσίας differenter: οἶδε, inquit, συμβολικῶς αὐτὸν φενῆς, δεῖ φεγγίου τετράπλευρα, καὶ θαυμάζονται διαφερόντως, οἷς ήρεγκλήσος, ἀξιούντων αὐτὸν τὴν πολιτεῖην γνώμην πνεύματι οὐ μοίας, αὐτακὰς ἐπὶ τὸ Κῆμα, καὶ λαβὼν Τυχεῖον κύλικα, καὶ τὴν αἰλούτων ἐπιπάσσας, καὶ τὸ γλύκωνι κινήσας, ἐκπάραντα πλάνην τὸν θεόν τελεσίας Θεοῦ αὐτοῖς ὅπ τοις τυχεῖσι αρκεῖσθ, καὶ μηδεὶς τὴν πολυτελῶν, εὑτερίνη καὶ ὁμοιόδιατη τὰς πλάνας.

Appendix.

vñze.] De frugilitate M. Tullij. Tuscul. Verisimile illud
 est qui sit temperans, quem Græci σωρόνα appellant: eam-
 que virtutem σωροστάλη vocant: quam soleo equidem tun-
 temperantiam, tum moderationem appellare, non nunquam
 etiam modestiam. Sed haud scio an recte ea virtus frugalitas
 appellati possit: quod angustius apud Græcos valet, qui fru-
 gi homines ξενίπποι appellant, id est utiles: At illud est Lat-
 nis abstinentia, omnis innocentia, quæ apud Græcos visitatum
 nomen nullum habet, sed habere potest αβλάβειαν, nam
 est innocentia, affectio talis animi quæ noceat nemini, reli-
 quas etiam virtutes frugalitas continet: quæ nisi tanta esset,
 & si his angustiis quibus plerique putant, teneretur, num-
 quam esset L. Pisonis cognomen tantopere laudatum. Sed
 quia nec qui propter metum præsidium reliquit, quod est igna-
 uiæ: nec qui propter avaritiam clam depositum non reddi-
 dit, quod est iniustitia: nec qui propter temeritatem malè
 rem gessit, quod est stultitia, frugi solet appellari: eo tres
 virtutes, fortitudinem, iusticiam, prudentiam frugalitas cō-
 plexa est: et si hoc quidem commune est virtutum: omnes
 enim inter se nexæ & coniugatae sunt. Reliqua igitur & quar-
 ta virtus, ut sit ipsa frugalitas necesse est: Hactenus ille de vi
 verbi, nos ad rei notionem veniamus. Recte Apuleius, so-
 brietatem dicit esse sapientię omnis primarium fundamen-
 tum: quod in se virtutum omnium semina continet: nam so-
 brietas temperantiae species, prudentia comes est, in perspi-
 cientia veri, falsisque: tum in delectu habendo rerum bonarū
 ac malarum; ea fortis est, quæ voluptatum illecebris non ca-
 piatur, & iustitiam colit, quām in se primum seruat, aliis etiā
 tribuit. A sobrietate itaque suam philosophandi rationem
 Pythagoras orsus est, cum quibus certisque de caussis ab esu
 carnium prohiberet. Quod adeò multis probatum est, ut ple-
 rique inde facti meliores, ac cultiores, sapientię latices imbi-
 berunt: alij superstitiones Pythagoram emulati in totum re-
 pudiarunt esum carnium, & animantia muta, ut impura cre-
 diderunt: quo de numero Eucratitiae, deliri quidam hæreti-
 ci, de quibus Epiphanius. Non est quod sic verbis multis au-
 geamus frugalitatē Caij Fabricij, Coruncani, Curtij, quos ce-
 lebrat Tullius, hæ enim virtutes fuere potius temporum
 quām hominum. Probatur, me quidem iudice, modestia vel
 Agaficlis, de quo Ausonius, & Plutarchus: vel Nerva Coceci,

boni Principis, de quo Valerius Martialis. Solenia olim sue
re niphalia, Iunonis sacra, quæ abstemia à matronis abstemij
celebrabantur ut matronæ memores essent, quam Deam co
lerent, quæ eás moneret sobrietatis, vt quæ sit indiuidua pu
dicitie cōmēs. Non transfilio quod receptum moribus, vt nō
nisi à iejunis iudicia exercearentur reorum capitalium, vt me
minerint se ad rem seriā accedere. & in qua de hominis aga
tur capite: de quo non nisi prudentissimè. & maximè sobriè
cognoscendum Id adiicio: Baccho, Deo temulento, tum pa
pauer, tum ferulam olim tributam legimus, eruditio sanè fig
mento, vt vini vis ob oculos poneretur; papauer somnum
conciliat, & mero plenus sui oblitus, dare se somno debeat,
suam vt infamiam tegat sp̄otaneam: ferulam verò castigatio
nis notam. vt intelligant ebriosi se pœna dignos citius, quām
misericordia, qui se sp̄onte in id discrimen coniecerint. Eadē
prudētia fuit apud sapientes veteres, dum præfigerent annū
luctus matronis, quæ viros amississent. ne scilicet ante annum,

*annus lu
sus.* post mariti mortem, properarent ad secundas nuptias, ne
fieret confusio sanguinis, l. 8. ff. de his qui not. infam. Iul.
Paul 1. receptar. sententiā tit. vlt. Multa huc conferri pos
sent, ex Decretal. Pontificum, de pœnitent & remissionib. sed
hoc studiosis pensum imponimus. Ad symbolum istud cōn
sias, obuius potest esse locus ex l. si virdicari, 20. C. de pœir.
quam extrusit B. Ambrosius à Theodosio, principe nimis
præcipiti ac iracundo. ea si princeps reseruet aliquem puniē
dum, debet iudex ad dies triginta differre, quō videat an rela
xari pœna posse videatur.

*Lex Theed.
de reis.* Occasionem legis huius ferendæ, memorat Sozomen. hist. Eccles. 7. lib. cap. 24. exstatque in
Codice Theodosiano. Bene inquam iustéque prouisum à sa
piente principe, quem facti à se pœnituit, alioqui quod Iusti
nian. ait l. Imperialis, 23. C. de nupt. nihil est tam peculiare Imper
atoris maiestati quam humanitas, per quam solam Dei
seruatur imitatio. Hæc de iudicijs olim sancta. nunc si maio
rum in rebus etiam alijs prudētiā intueamur, licebit aper
tè videre in titulis pupillorum, & curationibus adolescentiū
minorum, ad eos nempe defendendos, qui se propter ætatis
imbecillitatem defendere non possunt. Cūmque intelligeret
pupilos ea esse ætate, vt tutorum ope indigerent ad annum
vsque 14. exactum in masculis, 15. in feminis; nō minorem cu
ram impēndi voluerunt in minoribus, curatorum prudentia
gubernandis, ad annum vsque vigesimum quintum. Est enim
adolescentia

adolescentia maximè feruida, & vitiis indulgens, nisi nitarur & cohibeatur auctoritate prudentum. Eleganter Horat. ad Pisones epist. de adolescentie,

Cereus in usum fl. Et, monitoribus asper:

Venit tardus prouisor, &c.

Plutarc. ἀκούσν, idem complexus, ἀναρχία μὴ τις ἔνιοις τῷ νέων ἐλευθερίᾳ, ἀπαιδευσίᾳ νομίζοντι χαλεπωτέροις ἐκτρεψεῖν παιδίσκοις διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν δευτέροις αἰτισθοῖς τὰς ἀποθυμίας, ἀπερ εἰνδοσμῆς οὐθίοντος. Νῦν minus eruditè Dio Chrysostomus Sophista, χαλεπον ή νεότης, οὐ εὐρίπτον, καὶ εὐόλιστον, καὶ σερδουτέρον δεῖται χαλινή. Proinde Athenis olim adolescentes τὸ ληξων ἴφεον, i. rei hereditariæ, suorumque bonorum haberent potestatem, biennio præficiabatur cura vicinæ regionis, hoc est, anno 18. quo ex ephesis excedere mos illis esset ad vigesimum. tum nominabatur τοιπλοι, vel ἐφεδροι, & ἀπόκουποι τῆς χώρας, post id tres fiebant ληξηάρχοι, & referebantur in eorum numerū, qui suæ omnino essent potestatis. καὶ τινὲς ληξεων, hereditatem regere poterant. De priore articulo Epicharmi, νῆσος, satis: ad aliud accedimus, μεμνοσ ἀπίστην Occurrit adagiū, Ama tanquam osurus, oderis tanquam amaturus: Recte id, quia fallax & lubrica multorum fides: & quod homo sit εὐνετέρος ζῶων, Platonī nempe & Hesiodus præcepit, non nisi testibus adhibitis cum fratre esse iocandum: quia saepe leuibus de causis fratrum iræ acerbiores existunt. Apud Atticum Pomponium queritur Tullius de Cnēo Pompeio, cui præ cæteris fidē habuerat, séque ab eo tamen proditum. Ecce vxorem Terentiam, falsò se putasse ab ijs amari qui inuidebant: eos se non secutum qui purè amici essent. Tacti leuitate animi Athenieses impetum in Macedonas moliri statuebant, falsò accepto nuncio de morte Alexandri; sed eos retraxit Demades orator aculeato verbo: Si Alexander hodie mortuus est, & cras & perendie sic erit. Opportunè vir tatus induxit ἀπιστίαν, cāmque opposuit inconsulto furori hominum, de se suisque rebus non benè cogitantium. Apud poëtam Trojanī nimis creduli, à Sinone proditi, qui suasit equum diuina Palladis arte fabricatum intra Ilij mœnia inducendum. Mirum quantum malorū agmen secum aduehat nimia credulitas. Ea res Pompeium magnum perdidit populari, & optimatum fidentem studio, tandemque desperatis rebus ad Alexandriæ regem miserrimè profugum. Quid M. Brutum, C. Cassium præci-

pites egit quām de altera acie falso accepto nūncio & similem exitum nocti Antonius & Cleopatra , cūm illa de Antonij morte sinistrūm quid, quanquam falso accepisset? Quid mirum si in paruis error dominetur , cū etiam viros magnates opprimere soleat? Quorsum querela Comici, Prò Deūm & que hominum fidem . & illud Ouidij,

Heu ubi puerula fides, ubi quæ iurare solebas?

Tull. item 7. Verr. Vbi fides! vbi execrations ! vbi dextræ complexæ sunt! notum de Brasidæ clypeo quod in eos torqueri solet, qui, cūm maximè opus est, fidem non seruant. Stultum at periculorum cuius fidere: at miserum nemini fidere. Conditio misera tyrannorum, ab omnibus sibi metuentium : sed in primis Dionysij de quo Tull. 5. Tuscul. & Val. Max. Quæ vetera & exterha ut missa faciam (notiora enim sunt quam vt in ijs immoremūr) ad quid tandem oracula diuina nobis *τινὸς ἀποστόλου* suadent? non esse omni spiritui credendum: & tentandi spiritus an ex Deo sint? iteim, cauendum à fermento Phariseorum? Denique illud, *Estote prudentes ut serpentes*? Illud etiam nos non fugiat Ouidij 3. Artis.

Nec citò credideris: quantum citò credere ledat,

Exemplum vobis non leue Procris erit.

Aurel. Victor. in Valentianō: Si ei infidis hominibus, quibus sese quasi fidissimis, prudentissimisque dederat , carere aut probatis , eruditisque vti licuisset, perfectus haud dubie princeps enituisset. Plaut. Trinomo: Nihil est difficile recuperari amicum, itavt nomen cluit, quo rem tuam credideris, sine omni cura dormias. Hieronym ad Celantiam, de ratione piè viuendi, vbi de obtrectatione : Est sanè hoc vitium, quod vel in primis extingui debeat, & ab eis qui se sanctè instituere volunt, prorsus excludi. Nihil enim tam inquietat animum, nihil est quod ita mobilem mentem , ac leuem faciat, quām faciliè totum credere, & obtrectatorum verba temerario mēris assensu sequi. Hinc enim crebræ dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur: hoc est quod sāpe de amicissimis inimicos faciat: & concordes quidem, sed credulas animas dissociat. At contrà, magna animi quies, magnaque est morum grauitas, non temere de quoquam sinistre quid audire beatissime est qui ita contra vitiū hoc se arimauit, vt apud eum detrahere nemo audeat. Hęc ille huius sanè argumenti sententiam facile est in immensum excrescere: sed placet exempli loco, verbum μέμυνας' ἀποστόλου de iudicio hominum

principiti ac temerario intelligere, de quibus nonnūquā pronunciatur citius quām par eset, necdum bene inspectis eorū moribus qui commendantur. Sic Horat. i. epistol. 18.

*Qualem commendes, etiam aique eisam aspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.*

Fallimur, & quondam non dignum tradimus, ergo

Quem sua culpa primit deceptus omittet queri,

Vt potius notum si tentet criminis serues,

Tuterisque tuo fidentem presidio, qui

Dente Theonino qui circumroditur, ecquid

Ad te post pavlo ventura pericula sentis?

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet,

Et neglecta solent incendia sumere vires.

Vt enim qui pro alio fideiubet, sēque solutum constituit, tenetur ex pacti, seu stipulationis nexu pro principali debendi reo, sicuti non fuerit soluendo, aut noxam cōmiserit; ita qui alium commendat non satis sibi perspectū ac cognitum, & cuius mentem, versatilem fortasse, non detexerit, sūi damnum pudoris ferre ac pati cogitur. Grauter. M. Cicero ad Brutum: temerè de altero affirmare est periculōsum, propter occultas hominum voluntates, multiplicēsque naturas. Et Seneca, neminem citò laudaueris; neminem citò vituperaueris. Vitium est omnia credere: vitium est nihil credere. Ne nimis multa; utrumque verbum, ῥῆσε, καὶ μέμνης ἀποστήν, referri mihi videtur posse ad illud Chilonis generalius, μηδὲν άγαν, quo innuebat in hominum consuetudine omni, deberē omnia esse moderata, scilicet amicitiam non effusam aut dissolutam, sed sobriam ac verecundam, cū nimia interdum familiaritas contemptum pariat. Id monitor Valerius Martialis antē cauerat.

Si vitare voles acerba quadam,

Nuli te facias nimis sodalem,

Gaudebis minis, at minus dolabis.

Quæritur non illepide Catullus, sed non sine stomacho tamē de amici læsa fide, his omnino verbis ad Alfenum:

Alfene, immemor atque unatim falsè sodalibus,

Iam te nil miseret, dure, tui dulcis aniculi,

Iam me prodere, iam non dubitas fallere, perfide!

Nec facta impia fallacium hominum cœlicolis plagent,

Que tu negligis, ac me miserum deseris in malis.

Ehen, quid faciant disco homines, cuīve habeant fidem?

Certè tute iubebas animam tradere inique me

Inducens in amorem quasi tuta omnia mihi forent.

Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factaque
Vento*s* irrita ferre, ac nebulas aërem sinis.

Si tu oblitus es ac Dominus meminrist, meminit fides,
Quæ te ut pœnitentia postmodo facti faciet tui.

Idem alio loco à *pi*si*as* vocat, per trans*as* amici alius vetera*tor*is,

Desine de quoquam quicquam bene velle mereri,
Atque aliquem fieri posse putare pium.

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè est,
Immo etiam tradet, tradet, obestque magis.

Veni mihi, quem nemo grauius, vel acerbius urget,
Quàm modo qui me unum, atque unicum amicum habuit.

Exempla isthæc adeò multa nos commouent, sed grauius afficiunt nostra, qui ab ijs audacissimè fallimur, qui nobis, secundum Deum, animam debent: imò nullos naucti sumus hostes capitaliores, magisque desperatos, quàm qui nostris auspicijs, opéque una sunt euecti: ex quo fateti cogimur illud veteris, *Benefacta male locata, pro Male factis arbitranda.*



Πη παρέειν; πί δ' ερεξα; τό μοιδέογ.
ούκετελέσθη;

EMBLEMA XVII.



ITALICÆ Samius sectæ celeberrimus auctor
Ipse suum clausit carmine dogma breui:
Quò pratergressus? quid agis? quid omittis agendum?
Hanc rationem urgens reddere quemque sibi.
Quod didicisse Gruum volitantum ex agmine fertur,
Arreptum gestare qua pedibus lapidem:
Ne cessent, neu transuersas mala flamina raptent.
Qua ratione hominum vita regenda fuit.

H Vnc Pythagoræ versiculum in primis obseruari diligē-
ter, & addisci cuperem, ab iis maximè qui studia libera-
lia sectātur, & ex iis fructum aliquem sperant vberrimū. Per-

Errores
eorum qui
literas ad-
discunt.

Locus Al-
ciati ex
prælectione
quadam..

1. Quid
erat gref-
fatu.

2. Quid
agis.

multi enim ex iis peccant, quod nō satis attēti, septa, vt ita dicam, lectionis transiliunt; & aliis rebus animum applicantes, non vident se abscedere ab eo laudabili & ingenuo instituto, cui nomen dederunt. Quid enim schola? quid auditorium? Vnde nomen & appellationem habet? Alij sunt, qui quanquā laboriosi, non sunt attenti satis, aut minimē adjiciunt animū ad ea quæ agunt: Alij denique, quanquam mūta. & quidem sāpē diuque agant, tamē innumerabilia, aut certe multa p̄f-
termittunt in transcursu, quæ ad instituti laboris perfectionē valde conducerēt. Sed præstat Alciatum magistrum audire cītūs, qui ita sc̄os auditores adhortatus est quadā prælectio-
ne, ab iisdem primū rogatus, qua præcipue methodo in
studiorum cursu esset vtendum: Præeat nobis (inquit ille)
vētustissimus Italicæ Philosophiæ auctor Pythagoras, qui
discipulos suos carmine Græco, quod maximē necessarium
ad p̄scendē disciplinæ esset, admonuit, quodq̄ue quotidie
eos in ore habere iussit. Id est eiusmodi: πῶς παρέβλω; πίστις;
πίστις δέοντες επελέθη; Etenim hæc tria non tam
præcepta, quām oracula vniuersique nostrū semper ante o-
culos esse debent: In primis scilicet, ne qua in re aut excidas
aut transuersus ab instituto tramite feraris. quod iis contin-
git, qui allis in rebus, animi intentione occupata, ad scho-
las tamē accedunt: vt qui vel amore capti, vel armis rixisq; de-
diti, vel alèx lususq; mancipati, vel artibus illicitis addicti,
Scholastici tamen nō nomen seruant. In hos Annæus Seneca ve-
teris Iurecōsulti verbis intēhitur: Etiam magna, inquit, pars
vitæ elabitur male agētibus, maxima nihil agentibus. Qui
enim auribus solis præsentes, mentem aliò intēdunt, ij aliud
agere Latinis dicuntur. Alterū est, vt attendamus ad id quod
agimus: vt cūm quid boni à nobis factum fuerit, magia vo-
luptate afficiamur: si verò quid male vertisse viderimus, in
futurum abstineamus. Etenim præmitum virtutis maximum,
ipsa est animi voluptas. Isce enim iuuenibus, qui in sophi-
sticis equillationibus, vel legū optimarū ambagibus diutiū
immorantur, recte quis dixerit: Vide quid agas. Cuius rei
exemplum in huius anni lectionibus accipi potest. Fuerunt
florente Romano imperio varij in eorum Republ. magi-
stratus: vt Præfecti prætorio, vt Proconsules, vt Præsides
prouinciarum, vt clarissimi, vt spectabiles, vt illustrés: & si
qua alia sunt huiusmodi nomina. Hęc hodie, mutata Reipu-
forma exoleuerunt, nec vlo in vſu permanserunt, sed vnuſ-

quisque iudex eam habet cognominationem, quæ sibi vellege municipij, vel Principis sui diplomate concessa est. Ideo que parum refert diutiū in veterum magistratum muneribus dignoscendis versari. Bartolus certe & veteres non ultra tres aut quatuor lectiones hac in re videntur consumpsisse. Quod si quis maiorem anni partem hoc in argumento transfigere velit, hunc recte præceptum Pythagoricum insurabitur, Vide quid agas. Superest tertium, ne quid agendum omittamus. In quo sane adeò peccant vniuersit studiosi, ut vix ullum supersit remedium. Et haec quidem Alciatus: cuius disputationem, & apertam dilucidamque huius carminis explicationem huic attexere malui, quām quidpiam aliud cōminisci, aut aliunde minus opportunè conquirere. Constat ergo internos omnem humanæ viræ lapsus in tribus esse potissimum; aut cum securus quām oporteat, facimus, quod est plus quām deceat; aut quod omissum oportuit: aut omittimus quod erat faciendum. Priori respondet illud, πή παρέβλω; quō transgressus? alteri verò, πί δ' εἴρεξα; quid feci? tertio πί μοι θέοντον επελέθη, quid feci non conueniens? Solebat itaque suos hortari Pythagoras, ut perpetuo isti carminis in animo versarent. Sic autem ille in Aureis carminibus:

μή δ' οὐ πνον μαλακοῖσιν σ' π' οὐ μαστόφορος δέξαδς,
τῷν τριηγρινοῖς ἐργασίαις εἴρεξα;
πή παρέβλω. πί δ' εἴρεξα; πί μοι θέοντον επελέθη;

Qua interpretatus est auctor epigrammatis de viro bono, Aurea Pythagora carmina.

Non prius in dulcem declinet lumina somnum,

Omnia quām longi reputauerit acta diei:

Quō pretergressus, quid gestum in tempore, quid non?

Curisti factō decus absunt, aut ratio illi?

Lepidissimum hoc Pythagoræ carmen vidit Seneca lib. 3. De ira; c. 36. cuius verba non piget huc adjicere: Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem. Natura patientes sunt, si animus illos desinat corrumperem, qui quotidie ad rationem redendam vocandus est. Faciebat hoc Sextius, ut consummato die cum se ad nocturnā quietem recepisset, interrogaret animū suū, quod hodie malū tuū sanasti? cui vitio obstisti? qua parte meliores? Desinet ira, & erit moderatio, quæ sciet sibi quotidie ad iudicē esse veniēdum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine exerciendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur, quām tranquillus,

altus ac liber, cùm aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui, censorque secretus cognoscet de moribus suis. Vt or hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cùm sublatum è conspectu lumen est, & conticuit vxor, moris iam mei conscientia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior, Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo, quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cùm possim dicere, Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco, &c. Neque est alienum etiam quod relatum est apud Apulciū. Florid. de Gymnosophistis loquens: Vbi, ait, mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex diversis locis & officijs ad dapē conueniunt. Magistri interrogant, quod factum à lucis ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alius se commemorat inter duos, arbitrum delectum sanata simultate, recōciliata gratia, purgata suspicione, amicos ex infensis reddidiſſe. Itidem alius, sese parentibus quidpiam imperantibus obediſſe, & alius aliquid meditatione sua reperire, vel alterius demonstratione didicisse: denique cæteri cōmemorant, Qui nihil habet ad offerre, cur prādeat, imprālus ad opus foras extruditur. Hęc Apul. Confer Hieroclis commentarium ad carmina Pythag. & Arrianum dissertationum Epicteti lib. 4. cap. 6. huc enim trāferre singula, nihil attinet.

Gruis sym-
bolum.

Gruum
volatus.

Cæterū Gruē cū lapillo depictā, prudentiæ symbolū fuisse notū est. Docent enim probatissimi auctores, lapillū Grues ideò ferre, dum in sublime volant, vt illius lapsu explorent, supra terramne an mare volitent: quod ex sono intelligunt, ac proinde considendū, an vltierius progrediendum sit. Maximus Tyrius disputatione 40. lapilli arrepti aliam rationem adfert, nimirū quod propter imbecillitatē corporis, alasque parum fultas, instar nauis fluitent à ventis impulsæ, quod cùm intelligunt, non antē se volatui credunt, quād lapidem apprehenderint, firmamentum videlicet vacillaturi volatus, salutisq; custodiam. Harum prudentiam cùm ignoraret cor-
datus homo Deucalion, à diluuij fluctibus seruatus fertur gruū beneficio: quarū quidē superuolitantium clangore ad-
monitus enatauit, teste Pausania. Non enim huc cōferre alienum, quod scitè & ad hunc locum accōmodatè Plutarch. re-
tulit lib. πότερον τὸ ζώων φρονιμώτερον τὸ χερσαῖαι τὸ ἔνυ-
δερον. sic enim habet: οὐδὲ γέννων μεταβολὴ τῆς πίστεως τῷ πότερον
ἀρέμον, εἰς νόος γέννων οὖτιν, αλλὰ τῷ ποινῇ πάντες ἵχθυες
γονήτες, αἱ τῷ πότερον κύματα καὶ ρους αἴπνη χονται, καὶ οὐδὲ πυλάθη-

τὸν ὁ πως μὴ καὶ βέβαιον προστρέφει τὸ διάματόν, οὐδεὶς
αὐτοπίστας αρθρόντα λυπή τὸ σῶμα γυμνόντερον καὶ διατραχώσ-
μένον. διὸ εἰς αὐτοὺς σωμάτοις ἐμπίπορες φύσιοι τοῦτον τὸν
ἔπων καρυπέλινον δάλαντα, ταῦτα βεγγχίαν φασέλλας, καὶ τοῦ
τοῦ πονητέας φέντα λείον πίζι, καὶ ὃν αὐτὸν τοιούτους.
est. Illa verò gruum ad ventum aciei cōmutatio, non vnius
sed & vniuersi maritimi generis est: siquidem & aestum au-
tusque contrà natando niti, & eadem de causa aquaticis om-
nibus mos est: cauent quippe ne ventus à tergo incumbens,
squamas subrigat cieátque, atq; ita nudatum & exasperatum
corpus vulneret. vnde in ventū, obnixique fluctibus cursum
dirigunt, sic enim à vertice scissi flatus & branhiis cohi-
bent, & per summā delati minus infestant, & horrorem non
incutunt. Hęc ille. Ascriberem aliu-n locum non mihius
commoduni ex eo quem scripsit ipēmet De animal. s. liber ia
libro: sed iudicare duntaxat hęc mihi satis esto. Ammianus
Marcellinus.lib.18.de Barbatione garrulo quodā nebulone, no-
demque proditore: Ignorabat, inquit, notum Aristoteles si-
piens dictum, qui Callisthenem, lectatorem & propinquum
suum, ad regem Alexandrum mittens, ei saepe mandabat, ut
quām rarissimè & iucundè apud hominem loqueretur, vitæ
potestatem & necis in acie linguae portantem. Ne sit hoc mi-
rum homines profutura discernere nonnunquam & decen-
tia, quorum mentes cognatas cælestibus arbitramur: anima-
lia ratione carentia salutem suam interdum alto tueri filētio
soleat, ut exemplum est per quam notum: Linquentes ori-
tentem grues ob calorem, plagamque petentes occiduam, cùm
montem penetrare cœperint Taurum aquilis abundantem,
timentes fortissimas volucres, rostra lapillis occludunt. ne eis
eliciat vel necessitas extrema clangorem: isdemque collibus
agiliore volatu transcurulis projiciunt calculos, atq; ita secu-
rius pergunt, &c. Nescio an huc conferre ausim Virgilij illud-
ex 10. Aeneid.

— quales sub nubibus atris

Strimonie dant signa grues, atque aether atranant

Cum sonitu fugiuntque notos clamore secundo.

Vide Plin.lib.10.cap.23. Pierium Hieroglyph.lib.17. & Pro-
verb. Grues lapidem degluentes. Desino mox cum verba
Senecæ huc ascripsero, quæ mihi quidem certè videntur nō
aliena à Pythagoreis de quibus in commentatione nostra ha-
stenus. Magnam vitæ partem elabi nihil agentibus: maiore

male agentibus: totam aliud agentibus. Certe Artianus dissertationum Epicteti libro, scitè est interpretatus his penè verbis: *τὴν παρέβλησιν, vbi omisit, adulacionem?* Quid reprehendi? num *vt ingenuus?* num *vt generosus?* Si quid autem eiusmodi deprehenderit se ipsum increpat & obiurgat. Quid tua interfuit ista loqui? An mentiri non licebat? Philosophi enim asserunt, nihil prohibere quominus mendaciū efferaatur. Tu itaque si nihil cures aliud, nisi *vt recte de rebus iudicet, vbi manē surrexeris, ita tecū loquere:* Quid mihi deest ad tollendas animi perturbationes? quid ad tranquillitatem animi obtinendam?

Pythagoras. *[Italica Samius secta, &c.]* Pythagoram Italicorum Philosophorum sectæ auctorem fuisse testatur Cic. 1. Tuscul. & D. Augustin. in lib. De ciuit. 8. cap. 2. Venit autem in Italiam Tarquinio Superbo regnante, tenuitque magnā illam Græciam cum honore & disciplina, tum etiam auctoritate. Multaque post saecula sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli docti alij viderentur. Samius autem ab insula Samo denominatus est. Huius vitam pete ex Laërtio, Plutarach. Plin. lib. 2. Gellio lib. 1. & 4. De huius doctrina Ouid. Metam. 15.

Quo prætergressus?] Prouerb. *Quo transgressus?*

Quod didicisse gruum.] Ex volatu gruum prudentiam hanc in rebus agendis nobis proposuit, nimirum ἀλγύνεστ τες λογικους τοιεν οφεοειν α μητ' ο πιθες: ut vereri addiscant homines rationis participes, si deteriores se præstiterint aibus in vita actionibus.

Quod didicisse gruans volitantum.] Quod de anseribus Marcellinus scribit, rostra sua lapillis occludere, Taurum montem aquilis abundantem, quas maximè timent, de gruibus alij malunt. Nostrum non est de hac lite pronunciare, ut qui anseres nunquam ad pastionem duxerimus, neque gruum ordinis ita curiosè inspexerimus.

mala flamina.] aduersi & impetuosi venti.



Prudentes.

EMBLEMA XVIII.



I A N E bifrons, qui iam transacta futuraque calles,
Quique retro sannas, sicut & ante, vides:
Tetot cur oculis, cur singunt vultibus? an quod
Circumpectum hominum forma fuisse docet?

I Anum biformem seu bicipitem veteres quidam plastæ &
pictores effinxerunt, vel quod ferinū & siluestrem cultum
suum hominū in ciuilē mutarit: vel quod pater Græcæ &
Latinæ gentis créderetur: aut quia Solem, quem eundem cū
Iano volebant esse, cœlestis aulæ ianitorem putarent, quippe
qui eam oriens aperire, occidens verò cludere videretur. Sed
tamen id tam celebre, variisque nominibus decantatum Ia-
ni bicipitum, quamplurimi ad sollertia prudenteriamq; re-

*Ianus bi-
ceps car.*

**Prudentis
efficuum.**

gis retulerunt: si quidem prudentis est præterita nosse, futuri vero multo ante prouidere. quod significauit Persius, inquiens:

O Iane, à tergo quem nulla eiconia pinst: Terent. in Adelph.
Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est

**Typus opti-
mi regis.**

Videre, sed etiam illa quæ futura sunt, Prospicere.
Et certè hic regis optimi typus est, qui cùm cæteris præsit, debet etiam prudentia, aliisque virtutibus antecedere. Neque enim alia ratione puto Ægyptios oculum in sceptro regio suis hieroglyphicis posuisse, quam ut in Principibus, summisque Regibus maximè, prudentiam, tanquam Reipub. vigilantem ac prospicientem oculum esse debere significarēt. Hoc de figmento multi Poëtae luserunt, quorum alij ad alia ingeniosè traxerunt. Ouid. 6. Fastor.

**Macrobius
locus.**

— Videt Ianus quæ post sua terga geruntur.
Sed maximè in primo, vbi facie duplicitis rationes alias adfert. Macrobi. i. Saturn. Creditur, inquit, geminam faciem prætulisse, ut quæ ante, quæque post tergū essent, inrueretur. Quod proculdubio ad prudentiam regis, sollertia mque referendū est, qui & præterita nosset, & futuris prospiceret, sicut Anteuorta & Postuorta, diuinitatis scilicet aptissimè comites apud Romanos coluntur. Quò spectat adagium, ἦ οὐ ταχὺ οπίσω, A fronte & à tergo; quod est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Eundem fuisse Ianum cum Noëo (qui post diluvium vitem vinumque adinuenit) auctor est Berossus. (nisi tamen nos fallit Berosi nomen) quamquam dissentiat Lilius Gregorius sub fine Syntag. 4. sed bicipicij huius causam aliam, & eandem penè attulit Plutarch. in quæstion. Romanis Nempe quòd genere Græcus ex Persæbia fuerit, atque in Italiam profectus, sedibus apud barbaros positis, linguam vitæqüe rationem mutauerit. sic enim fama receptum est; vel quòd Italos, qui ferini essent adhuc moribus, quíq; iniustè viuerent, ad aliud vitæ traduxerit & reuocari institutū, ita ut agriculturā & ciuilem cultū eos docuerit. Sic verò ille: διὰ πὶ τὸν Ιάνον διηρόσωπον οἴονται γέγονεναι, καὶ γέραθσιν ἐπος καὶ πλάνησιν; ποτερον δὲ περὶ μὲν γέρει ἔλληνες περὶ τοις λέεισι (οἱ ισορρόποι) διαβάσεις ἢ εἰς ἵπαλιαν καὶ σωμακήσας τοῖς αὐτοῖς βαρβάροις, μετέβαλε καὶ γλώσσαν καὶ διαταν; ἢ μᾶλλον δὲ περὶ τοῦ περὶ τῶν ἵπαλιαν αὐτοῖς ἀγέροις καὶ ἀνομοῖς γεωργίας ἐθεοῖς εἰς ἕτερον εἰς χαῦμα, πετσας καὶ γεωργεῖν καὶ πολιτεῖσθαι, μετέβαλε καὶ μετεκόσμησε;

**Ianus idem
qui Noëus.**

Imago Iani bifrontis, sed corona spicca, in nummis etiam nunc conspicitur, tributa Pompeio ob curā annonæ, de qua Erisius in Nomismatis: qua similitudine deceptus Theodor. Cāterus eandem effigiem Iano tribuit lib. vlt. Variar. lection.

sannas.] irrisione's ab occipitio distorto, & labris contortis. *Sannas;* Pers. i. Satyr. Occipiti cæco, postice occurrite sanne.

Appendix.

Memineram aliàs iam bicipitum eò relatum à pictoribus & poëtis eruditis, quod prouidus, benéque cordatus princeps Græcam gentem cum Latina communione legum, connubiorum, morūmque sociauerit: quod & memorant historiæ veterum. Nos ad virtutem principis egregiè periti duplitem conferre malumus, τὸν εἰρηνικὸν, καὶ τὸν σεγνοπεπλων. studium belli & pacis ut ex vtraque quid sit Reipub. salutare videat, aut præuideat citius, hoc est, sciat quæ in vsu sint, πάποντα εἰδέναι, καὶ τὰ μέλλοντα προγνόσκειν. Verbū εἰδέναι, Græcis, videre & scire significat. Rectè Vegetius lib. 6. de re militari, nullum esse quēm oporteat vel plura, vel meliora scire, quām principem: cuius doctrina debeat prodesse omnibus subditis. Atqui prima illius ratio impendenda in constitutis legibus salutaribus, & moribus emendandis: altera in tutandis subditis ab omni hostiū externo insultu: quod rectè facere non potest, nisi videat, certoque teneat quid temporum varietas postulet, ut & iudicis, seu principis officium est ut res, ita rerum tēpora quærere, quod ait Ouidius. Prudentiæ ciuilis exempla duo ex multis obuia nobis occurserunt: alterum in Romanis ducibus, qui domitis plerisque gentibus, suóque iugo submissis, eas suis moribus viuere permisérunt: alterum imperatoribus Christianæ fidei assertoribus, qui prudenter cum hæreticis summo iure non semper egerunt, id vtrumque seorsim dispiciamus. Cùm à Scipionibus Pœni deuicti essent, eos suis viuere legibus concesserunt: eas enim non posse tolli funditus censebant, quām cum summa eorum quos vicissent desperatione: adde quod intelligerent in ijs non minus æquitatis esse, quām in Romanis: quod & ipse testatur Polybius. Sic cum Flaminius profligasset Macedonem tyrannum, reliquit Græcis instituta vetera, & sicut eos suis viuere legibus. Subacta Macedonia Paullus Æmilius, victor, leges patrias voluit intactas esse, aliásque addidit etiam nouas, planè necessarias, tanto studio, curáque adeò diligenti, ut ne ipse quidem vsus longo tempore exp-

riundo eas arguerit, ait Liuius. Deuicta per Cæsarem Iulium
Gallia, idem accepit victoris beneficium, in cæteris agnoscimus
facile Romanis conuenisse, cum ius barbaris redderent,
ijsque maxime qui feritatem expuerant, & studiosi honestatis
ciuilis viderentur. Habuerunt itaq; in Gallijs semper amicam
ac sociam ciuitatem Massiliensem, quæ tincta erat litteris
humanioribus. Eo nomine semper habuerunt foederatam
Rhodium, insulam, ejusque *au^tro quia^m* probarunt, & nauilem
disciplinam imitari non erubuerunt. Nihil hic de Germanis,
quibus suos mores, quos Corn. Tacitus elegati libro
persecutus est, intactos permiserunt Romani victores: in qui-
bus obseruarent priscae simplicitatis imaginem. Hæc de pru-
dentia veterum Romanorum in viatos populos. Nam vero non
minor sagacitas fuit Cæsarum quorundam veræ sanctæque
pietatis Christianæ cultorum in ferendis aliquando sectariis,
& iis qui alienas ab orthodoxa fide opiniones in orbe Chri-
stiano disseminarent. Quod quam consulo, quam ciuili modo,
quamque utiliter ab iis factum sit, ex eo intelligere est,
quod Theodosius Imp. verè orthodoxus, non sit usus stricto
iure summaque potestate in hæreticos, Socrate teste, hist.
Eccles. lib. 5 cap. 2. neque coegerit eos ad communionē ortho-
doxorū, sed singulis permisit pro suo cuiusq; arbitratu com-
municare. Sozomenus item eccl hist. lib. 7. cap. 1. narrat, Gra-
tianum Imp. omnibus in exsiliū propter religionem sub ini-
perio suo deportatis redditum concessisse, legemque tulisse,
ut quisq; liberè quam vellet, religionem teneret, dæptis tamē
Manicheis, Photinianis, & Eunomianis, quorum peruvicacia
non ferenda putabatur in hominum cœtibus. Hæc quidem ex
bonorum principum institutis. At mirum videri possit quod
Ioannes Papa, i. à Theoderico rege, missus est ad Iustinum
imperatorem, precatur, ut edictum quod aduersus Arianos
proposuerat, reuocaret, ijsque alioqui dānatis hæreticis lice-
ret suo more viuere. Quod factum Ioannis ab Ecclesia proba-
tur, laudatum doctoribus, non sanè quod illi fauerent hære-
ticæ prauitati, quam stropitus auulsa percutiebant, sed quod
ad Ecclesiæ communem pacem condutere id arbitratentur.
Paul. Diacon. & Platin. in Ioanne i. Sulpitius Seuerus in vita
B. Martini. lib. 2. Non definebat B. Martinus Ithacium in-
crepare, accusatorem Priscilliani, ut ab accusatione desiste-
ret, ac Maximum orare imperatorem, ut sanguine infeliciū
abstineret. Verum de his satis ad alia festinat oratio.

Prudens magis quam loquax.

EMBLEMA XIX.



NOCTUA Cecropus insignia præstat Achenis,
Inter aves sani noctua consilijs.

Armiferæ merito obsequis sacrata Minerua,
Garrula quo cornix cesserat antè loco.

Huius Emblematis character ductius videtur ex mīmis a- Pantiloquij
liquot vetustis, in quibus est Mineruæ simulachrum cū sapientia.
ingenti vmbone sub qua est noctua. Sunt & alij quidam mi-
mi, in quibus expressum est Palladis galeatum caput, à eius
altera parte noctua immittitur prostrato carchesio: iuxta qua-
driga, cum victoria, laurea circunducta cum bacca. Verbo-
rum parsimonia sapientes maximè decet, eorumque perspi-
cacia in rebus obscuris & difficilibus agnoscendi versarique de-

bet. Eo enim præcipue differt ab imperito & stulto, prudēs, rerūmq; sciens, quod pauciloquus, quodque oculatus in iis sit. ad quæ alij connuent, vel oculorum mentis obscura caliginine cœcuriunt. Eius quidem rei symbolum est Noctua, olim Atheniensium insigne, ac Mineruæ sacra nimirūm propter oculos casios quod indicat parœmia γλαυξ ιππων: priscis enim Atheniensibus Noctua volatus, victoriae signum censebantur. Iustin.lib.23. rei huiusc causam Hieroni duci ascribit, cui adolescenti prima bella ineunti, Aquilam in clypeo. Noctuam in hasta consedisse refert. Quod ostentum, & in consilio cautum, & manu promptum, Regemque futurum significabat. Alij malunt referre ad nummum aureum & argenteum, in quo insculpta erat Noctua. Vnde fluxit proverb. Noctuas Athenas. Pierius 20. Hieroglyph, Gyrald. Syntagm. 1.

Sed quorsum hoc Emblema, dixerit aliquis, aut quodnam arguimentum habet? Nimirum ciuitatem optimis moribus ac leibus institutam sapientia, consilio maturo, recta prudenter firmari, spreta inani hominum loquacitate. Itidem de singulis magistratibus, quique Remp. administrent, est statuendum. qua ratione Demosthenes, alijque boni oratores auerosos habebant demagogos, blandisque concionatores qui vulgi cupiditatibus inferuiebant: nec minus eos insectabantur quam sophistas obstreperos optimi quique Philosophi. Certè epigraphes argumentum, quod habet instar oraculi, crudens magis quam loquax, possem non incommodè illustrare Fabij Maximi exemplo, qui quo tempore Annibalem inuenit liter exultantem sua patientia fregit, multis conuiciis militari lasciuia impetus, non ponebat rumores ante salutem: nisi occurreret laudatum Eteonici facinus. Is Lacedæmoniis præfectus, cum accepisset suos milites in insula Chio annona laborates tacite coniurasse in insulares Chios: utque se discernerent, arundinem manu pileoue circutulisse: censuit ille non aperta vi (quod fieri commodè non poterat) agendū: sed quindecim delectis comitibus per vibem incedendo, qui primus ei obuiam veniebat arundinem habens, obtruncari iussit. Causam sciscitantibus nihil aliud respondebat, quam id à se factum, quod gestasset arundinem. Itaque cœteri coniurati arundines statim deposuerunt. Imò Eteonitus Chijs conuocatis ne vllum quidem de coniuratione verbum fecit, ne metum aut suspicionem iniiceret, sed pecunias imperauit; quas iussit

*Cave noctua
Minervæ
sacra, &
Atheniæ
symbolum.*

iussit militibus distribui, ne quid noui molirentur. It statim periere. Sic paucorum pœna periclitatis multis occursum est. Retulit Xenoph. 2. rerum Græcar.

Cecropis Athenis.] Athenas Cecropias à Cecrope Rege, & Athenienses Cecropidas appellari, iam in superiorib. attigimus. Athenæ autem anno 745 abglutis (ne iterum adhuc repetere cogamur) hoc est, Minerua, quæ nomen huic ciuitati imposuit. D. August. 18. De ciuit. cap. 9. ex Varrone diuersum ab aliis sentit. Vide Platon. in Cratyllo.

Armifera Minerue.] Minerua ex cerebro Iouis armata pro-
filiit. Mihi succurrerit illud Anacreontis de rosa:

πολεμον λόγων τ' αστύλων

χορυζίς ἐδέικνε Ζεύς, id est, ut cum ē vertice Iouis exiliuit
armata scuto & hasta Minerua: & Ouid. 6. Fastor.

Creditur armifera signum cælesti Minerue. Idem 2. Amorum,
eleg. 6. *Venit & armifera cornix in aīs.* Minerue. Martial. initio
epigramm. *Accipe belligere crudum thoracæ Minerue.*

Meminit & in Olympiis Pindar. Ode 7. Armata autē singi-
tur (ait Phornutus) in ipso orru quod sapientia suis ipsius
præsidiis satis instruta sit ad maximas & difficillimas res
obeundas. Deinde ait omnia & belli Dea, nempe di-
sciplinarum liberalium usum, & bellorum administrationem
sine sapientia mancam, & inanem esse intelligimus. Pindar.
Scholiast.

Arnufere merito, &c.] Noctuam dicatam fuisse Palladi, re-
pudiata cornice, copiosè tradit Ouid. 2 Metamorph. Miner-
ua Erichthodium Cecropis filiabus cistella viminea inclu-
sum, seruandum tradiderat, & ne aperirent, interdixerat.
Quod cum negligissent, Coronis factum Minerue indica-
uit, unde ab eiusdem comitatu repulsa est, & in cornicē mu-
tata. Sic enim conqueritur: — mihi gratia talis

Redditur, ut dicar tutela pulsa Minerue,

Et ponar post noctis auem. mea pœna volvres

Admonuisse potest, ne voce pericula querant.

Cuius postrema verba mythologiam habent. Garruli enim,
qui que nimio linguae vitio laborant, haud unquam possunt
cum sapientibus & cordatis viris habere commercium, quin
vbi apud eos aliquid effutierint, tandem odiosa infamiae labo-
asperguntur, & à coniunctu laudato virorum honestorum, &
virtute insignium abesse coguntur. De noctuæ prudētia Dion
Chrysostomus doctè ac lepidè oratione Olympica, quæ est

Athenæ
Inde no-
minata.

Minerua
cur armata
ē Iouis cere-
bro profilijs.

Armata
cur Pallas.

Noctua cuius
Palladi sa-
cra, reieclæ
cornice.

12. Hoc etiam addere non grauabor, quod Alciatus scribat, Mineruæ noctuam meritò consecratam, nempe ab Eustathio ingeniosè ad I. Iliad. rationem redditam: γλαυκα sacram esse τη̄ θρηπην οὐθωδ, διὰ τούτων τὸ άθρεῖν τὴ̄ γλαυκειν Ιαυτόητα: quia nimirum άθεῖν & γλαυκειν idem significant.

*Cornicium
et vlularū
dissidium.*

Garrula quo cornix.] Memini legere me apud Plutarch. De odio & inuidia, inter cornices & vlulas perpetuum esse dissidium, quarum vel occisarum sanguinem permisceri quidā negant: ut etiam si quis confundat, vtrumque seorsum difluere narrent. Ælian. lib. 3. cap. 9. de anima lib. perspicue idem tradit. επει τὸ γλαυκόν οὐτί (supple κορώνη) πολέμου, καὶ νύκτων ὅπεραλλέται τοῖς ωσι τῆς κορώνης, οὐδὲ μετ' ἕμέραν ἐκείνην ταῦτα δρᾶ ποῦτο εἰδῆται εἴχεν τινὸς οὐτιού τινὸς γλαυκηπονικά άθετον. Reiecta, inquam, est Cornix à Pallade sicuti à Græcis accepimus, quod meditationum sit infesta perwigilio: & mentis agitationem interpellat sua gatrulitate, cuius ipsa signum gerit. Sic enim Græci κροκός dicunt de garrulis, ut cornicari Persius in Satyris. Sed & reperiō cornicem in Palladis manu apud Peloponnesios visitatum hieroglyphicum, longè secus quam Athenis, ubi cornices ad arcē Palladis non aduolabant: cuius rei causam non à fabulis, sed ab ipsa natura repetit Lucretius.



Maturandum.

EMBLEMA XX.



M A T V R A R E iubens propere , & cunctatier omnes,
Ne nimium præceps , non mora longa nimis.
Hoc tibi declareret connexum echenide telum:
Hæc tarda est , volit ant spicula missa manu.

IN rebus arduis , & quibus neglectis aliquid periculi esse
potest, cauendum à nimia celeritate, atque etiam mora: sed
videndum imprimis, ut maturè non modò suscipiamus , sed
& consecutemur quod nobis propositum est, ne hac vel illa hac
abertando parte nos taudem pœnitent. Plutarch. oratione ad
Apollonium: τον δια την αρχην επιτελεσθαις:
Sapientes istud quidem , Ne quid nimis, præter modum ce-
lebrarunt. Laudatus & illud Phocylidis:

Vitanda
nimia cele-
ritas & ni-
mia tardie-
tas.

παύτων ωτέρον δρισον, τῷδε Καῖσαρ δὲ ἀλεῖναι:
 eo enim vel maximè nomine Aristidem vrbe pepulerunt Athenienses, quòd nimis iustus esse videretur. Eodem penè modo Ephesij Hermodorum. At vt modum aliquem exemplis etiam imponamus, hoc vnum addamus ex Liuio: In bello Punico secundo, Terentio Varroñi, homini iuueniliter exultanti & temerario datus est collega Paulus Æmilius, maturus aetate & consilio, vt sua prudētia feruorem alterius tēperaret. Sic Fabium Max. creatū aliquando belli ducem memini, eum quidam cunctatorem & maturum, vt Marcelli celeritateim reprimieret. Id si placet ad nimiam quorundā studiosorū industriam referre, sic statuo. Præceptum hīc est rebus in omnibus agendis validissimum, quo aurea mediocritatis regula commendatur. Sicuti nihil magis expedit quam agrum optimè colere: ita sāpē putatur inutilissimum nimis se labore conficere. Plantæ aqua mediocri aluntur; immo-
ca suffocantur: sic iuuatur ingenium laboribus ac studijs moderatis; contrā obruitur si immoderatē exerceas. Nam vt plerunque luscinijs euénit ob nimium canendi studiū, quo misericē delectantur, vt in eo exspirent, nempe quas, vt ait Plinius, spiritus deficiat citius, quam cantus: Ita nonnulli, studijs intenti plus quam par sit, in ipso conatu interdum emoriuntur. Cæterū in nulla opera, quanqnam ab illustri artifice profecta, commendatur, quæ immoderata sit, sicuti Apelles Protagonis tabulas admirabatur quidem, vt quæ immenso labore confectæ essent in hoc tamen non laudabat, quòd manū ponere de tabula vix vñquam posset. significabat ei nocere nimiam diligentiam; quam etiam in compositione Isocratea reprehendit Fabius: adeò modus in rebus, & certi denique fines spectandi sunt in omni capiendo consilio, labore sustinendo, aggrediendo, perficiendoque negotio, vt quod ait Flaccus,

Insani sapientis nomen ferat, aequus iniquis,

Vlra quām satis est virtutem si petat ipsam.

Quibusdam certè in negotijs celeritate opus est: mora obest. hoc enim citat' ex nescio quo Plutarch. πθευθών δγίνων τρόπος αρετάν εσ απνύν εταιρεια σκότον: Certaminibus iam propositis, cunctatio virtutē profundas in tenebras deiicit. Itaque M. Curius Dentatus Consul, cùm delectum subitum coactus esset educere, nemóque iuniorum respondisset, connectis in sortem tribubus omnibus Pollici, quæ proximi exi-
ce

rat, primum nomen extractum vrna citari iussit. eo nō respō dente, bona hastę subiecit. Quod cùm illi nunciatum esset, accurrit ad tribunal Consulum, collegiūmque tribunorum appellavit. At Consul Dentatus appellationem non recepit, bona eius & ipsum vendidit, non tam festinatione pœnæ, qu' im præueniendi periculi causa, quando res. tumultusque belli moram dilationemque non reciperet, dum interim cognosceretur de excusatione aut immunitate. Retulit Val. Max. lib. 6. Alijs in rebus probatur tardum cōsilium, ut multo præstantius: contrà niiniūm præceps damnatur, ut quod adiunctam penitentiam habeat. Sic Lucian. epigramm.

ν Εγ δύποις έσλη μέγ' αμείνων. ι δὲ ταχεῖα

αἰσθέσληκομβίων τὰ μετάνοιαν εἶχε.

Sed de his iam satis. Virtus ea maturitas appellatur, illa qui- Maturitas.
dein media inter celeritatem nimiam & tarditatē. Nigidius apud Gellium libro 10. cap 11. Maturè, inquit, est quod neque citius est, neque serius, sed medium quiddam & temperatum est. Bene atque propriè Nigidius. Nam & in frugibus & in pomis matura dicuntur, que neque cruda & immitia, neq; caduca & niuum cocta, sed tēpore suo téperatè adulata. Interpretationem hanc Nigidianam duobus verbis ele- ganter expressit Augustus Cæsar: nam & dicere in sermoni- Augusti dā- bus, & scribere in epistolis solitum ferunt σπλέξει βεβαιός. At m. per quod monebat, vt ad rem agendum simul adhiberetur & industria celeritas, & tarditas diligentia: ex quibus duob⁹ contrarijs sit maturitas. Sic Poëta Neptunum inducit discessum ventis imperantem, vt & citò discedant, tanquā fugiant, & tamen standi mediocritatem in regressu teneant, tanquam maturè, id est, temperatè abeuntes. Veretur enim, ne in ipso discessu classi noceant. dum raptu niilio tanquam per fugam redeant. Cæterū id duabus notis Hieroglyphis ob oculos ponitur. Telum enim velocitatis agilitatisque indicium est, Tela quid. vt explicat lib. Hieroglyph. 42. Pierius. Remora autē impe-
dimentum & tarditatem designat, idem libro 30. Alij rem Remora
planè eandem significantes, Delphinum Remoræ adiunxe- quid.
runt, vt Paul. 3. Pontif. Max. Alij anchoram Delphino co-
pularunt, vt Aldus Manutius nobilis typographus. Erasmus Prouerb. Festina lente, id pluribus explanauit: in quod vber-
rimum copiosæ orationis quasi fluum congeslit.

echeneide.] Remora, vel echeneis, à sistendis nauibus sic ap-
pellata, οὐχὶ τῷ εἴχει τὰς ναῦς, νῶν, de qua in sequentibus

opportuniū.

Telum pro signo velocitatis. *telum.] Telum seu sagittam pro signo velocitatis ponī, non est reçens. Itaque Armenij sagittam Tigrim vocant per quādam verbi translationem. Nam velocissimum animal tigris, & fluuius rapidissimus nominis eiusdem, qui ex Armenia defluit in Mesopotamiam.*

Maturare. De verbo Maturandi, quædam adduximus quantum quidem ad nostras notas videbantur conducere. Obiter istud ex dialogo de Oratorib. qui tribuitur Tacito : Maturare huius libri editionem festino, ut dimissa priore cura, nouæ cogitationi toto incumbam pectore. quo ex loco constat, verbum Maturare, non semper ita strictè suni, vt à Gellio, Macrobio, & alijs. Sed de verbo satis, nunc exempla à nobis præmissa, resumam⁹. Tacitus in 2. historiar. vbi de Muciano agit, quem penè imperij socium habuit Vespasianus, maturitatem perbellè describit, & quidem paucis: Mucianus cum expedita manu, non lento itinere ne contari videretur, neque tamē

„ properans, gliscere famam ipso spatio sinebat gnarus modicas vires sibi, & maiora credi de absentibus. Idem historicus lib. 4. ciudem operis in duobus principibus confert cum maturitate, vel tardatione potius, celeritatē nimiam & præcipitem, ad hunc modum: Domitianus Mucianusque accingebantur dispari animo: ille spe ac iuuenta properas: hic moras nectens, queis flagrantem retineret, ne ferocia ætatis, & prauis impulsoribus si exercitū inuasisset, paci belloque male consuleret.

Cunctatio. Cunctationis pulcher est apud Ammianū locus initio 16. vbi de Constatio: Hinc & deinde nec itinera nec fluina trāsire posse sine insidijs putās, erat prouidus & cūstator; quod præcipuum bonū in magnis ductoribus, openi ferre solet; exercitiis & salutem. Sic idem lib. 29. de Theodosio sollerti duce sub Valente Imp. diutius agens, vt antiquus ille cunctator pro negotio consultabat, commentis potius & prudentia quam periculis cōgressibus, hostem pugnacem & impene- trabilem iactu telorum, si fors copiam dēdisset, oppressurus. Non mihi temporo quin exemplum nobile adiungam ex eodem historicō, de duabus quisub Gratiano Cæsare ducibus meruerunt, quos lubens ego confero cum Fabio Maximo & Minutio. Sic itaque Amm. 3. lib. Nannieno negotium dedit virtutis sobriæ duci. Et Mallobandem iunxit pari potesta- ge collegam domesticorum comitem, regēisque Francorū,

virum bellicosum & fortē. Nannieno igitur secum reputante fortunæ casus versatiles, ideoque cunctandum esse cēsente, Mallobandes autem pugnandi cupiditate raptatus, ut consueuerat ire in hostem, differendi impatiens, augebatur. *volitant spicula missa manu.]* Ouid. ferè sic i. de Ponto, eleg. 4.

— *Sarmatica spicula missa manu.*

Nescio an hoc etiam rectè contulero quod de Cymodocæ nymphæ Virgilius in decimo:

— *fugit illa per undas*

Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.

Appendix.

Eruditè Fabius Quintilian.lib.12.cap.6. Agendi initium sine dubio secundum vires cuiusque sumendum est: neque annos definiam, cùm Demosthenem puerum admodum actiones pugillares habuisse manifestum est. Modus mihi videtur quidam tenendus, ut neque præproperè distinguatur immatura frons, & quicquid est, illud acerbum proferatur. Nam & inde contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudentiæ, & quod est vbiique perniciosum præuenit vires fiducia: nec rursus differendum est tyrocinium in senectutem: nam quotidie metus crescit, maiusq; fit semper quod ausuri simus: & dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere iam serum est. Quare fructū studiorum viridem, & adhuc dulcem promidi, dum & venia, & spes est, & paratus favot, & audere non dedecet, & si quid defit operi, supplet ætas: & si qua dicta sunt iuueniliter, pro indole accipiuntur. Hæc Fabius, longo vsu doctus, de conatu studiosorum. Atexo huc cōsilia in rebus arduis non ita maturandum, sed occupandum ex Capitolino, in Maximo & Balbino: Oratione consulis (ait) qui primus sententiam rogatus, post mortem Gordiani, vbi maximus timor omnium animos occupasset, ut qui Maximini scelera, & truculentia horrerent: Scio, P. C. hanc rebus nouis inesse oportere constantiam, ut rapienda sint consilia, non quærenda: verbis quinetiam plurimis abstinendum, atque sententiis, vbi res perurgent.

In deprehensum.

EMBLEMA XXI.



I A M D V D V M quacunque fugis, te persequor: at nunc
 Cassibus in nostris densique captus ades.
 Amplius haud poteris vires cludere nostras:
 Ficulno anguillam strinximus in folio.

A llegorica prosopopeia in quemuis deprehensum, &
 fugacem, qui ob scelera notatus, semel atque iterum è
 manibus iudicum lapsus, & pro temporis occasione subter-
 fugiis vsus, non tamen possit effugere & expedire se, si tan-
 dem correptus arctiori nodo illigetur. Id facile & commodè
 potest illustrari uobilibus historiis, de Perse, Pseudophilip-
 po, Iugurtha, qui Romanorum infestissimi hostes dolis, frau-
 dibus, subterfugijs vti, vt vix capi posse viderentur, tandem

Fugax tan-
 dein depre-
 hensus.

Tamen succubuerunt: sed libri sunt in omnium manibus. E multiis quæ occurunt, vnu sublegere placet ex Iustino: Hannō Carthaginensis adeò diuēs erat, vt ceteros ciues opibus anteiret. is de occupando regno cogitauit, sed imperfecto primū senatu: quod machinatus simulatis filiæ nuptijs, plebi in porticibus publicis, Senatui suas in domo epulas parari mandauit, vt poculis veneno infectis senatorēs tectiūs enecaret, & ita Remp. inuaderet. Quo tamen consilio nefario per ministros detecto, magistratibus placuit scelus declinari, non vindicari; periculū enim erat ne plus negocij exhiberet res cognita, quam cogitata. Itaque decreto cohibuerunt, vt modus nuptiarum sumptibus statueretur. Quo consilio præuentus Hanno, seruitia concitat rursusq; constituta cædibus die, cum iterum se proditum vidisset, munitum castellum cū viginti seruorum millibus occupauit, sed comprehensus est ad extrēmum, dum sibi conatur Afros & Mautitanos conciliare. Virgis cæsus, effossis oculis, & manibus, cruribusq; fractis, necatus est: corpus verberibus lacerum cruci affigitur. Filij quoque cognatiq; quanquam innoxij, ultimo supplicio affecti. Sed ne sim longior, id & opportunè torqueri potest in eos qui fallacis sunt fidei, quique crebro furtim se subducunt ab iis, apud quos verum dicere necesse habent: uti plerosque (heu nimium multos) nostra hac tempestate vidi-
mus, qui aliud in ore promptū habent aliud in pectore clausum tenent, quod de Catilina Sallustius ait; sicque imponere aliis assuevere, ut non vereantur perficta fronte pertinaciūs obſistere iis quos sibi iuste interdum aduersari norunt. Quod & accommodari potest in pertinaces quosdam & refractarios, qui diuinis oraculis demum in nostram sententiam pertrahuntur, cum eos nihil morentur humana. Dueta est similitudo à natura anguillæ; quæ quia sit lubrica, facilè contine-ri nequit, nisi folio fici scabro & aspero. Lege prouerb. Cau-
da tenes anguillam: & Anguilla in strigento, in Erasminis *Anguilla lubrica.*
& Iunij adagiis.

Ficulno anguillā, &c.] Allusio ad Proverb. Folio ficulno an-
guillā, cui potest videri aliud finitū quod refertur ab alijs.
Inter Orci cancros adhædere: pro arcte irretiti, ut nulla pa-
reat effugij ratio.

Custodiendas virgines.

EMBLEMA XXII.



VERA haec effigies innuptæ est Palladis: eius
 Hic Draco, qui dominæ constitit ante pedes.
 Cur Diuæ comes hoc animal? custodia rerum
 Huic data: sic lucos, sacrâque templa colit.
 Innuptas opus est cura affiruare puellas
 Peragili, laqueos undique tendit amor.

Emblema:
opus.

TYpus Emblematis huius mihi ductus videtur ex Atticis
 Pausanîæ lib. i. vbi narrat simulachrum minervæ fuisse
 olim Athenis talari veste, cuius pectus obtegeret Medusæ ca-
 guteburneum, cum victoria cubitorum quatuor & hasta in

minu: ad pedes fuisse cliveum appositum: iuxtaque hastam
obuolutum draconem. Phidias clarissimi nominis statuarius,
Palladi simulachro Draconem apposuit, quem pedibus Dea
comprimeret: quo significabat virgines & puellas (fuit enim
Pallas virginitatis numen) perwigili cura continendas, vt ea
ratione sit optimè muliebri pudicitiae consultum. Nuaquam
est enim committendum, vt otio sese dedant, aut plus quam
satis est, vagentur: quandoquidem eo sexu nihil fragilis sit
aut imbecillius. Certè cùm sit adeò difficilis puellarum cu-
stodia, statim vt sunt, aut esse incipiunt maturæ nuptui, seu
vtiuris auctores loquuntur, viripotentes, sunt elocandæ, &
ijs quærenda conditio. Id & præcepit sapiens Hebræus: Si
tibi filiæ sint, ait, erudi illas, & trade viris cordatis. Quan-
quam enim virgo matura viro nihil dicat, atque quod Naso
ait, *Pulchra verecundo suffundat ora rubore*, tamen intra se multa
loquitur, vel teste Comico veteri Menandro, qui huc affe-
ctum eleganti penicillo adumbravit:

*Δυνατής ἐπιχειρούσας καὶ ἔλασ μηδὲν λέγει,
διὰ τὸ σωπάγην, πολλὰ περὶ αὐτῆς λαλεῖ. i.
Quanquam silenti p̄fissim puella nubilis,
Silendo, multa solita est intra se queri.*

Quare circumspectè iura permittunt ei quæ annum quintū
& vicesimum excesserit, vt possit non exspectata parentum
auctoritate, virum ducere Val. Maximus lib. 6. refert exem-
plum longè præclarum de Publio quodā Mæuio, qui se pu-
dicitiae acerrimum vindicem præstitit. Nam in libertū suū,
quanquam admodum gratum sibi animaduertit, quod fi-
liæ suæ iam nubili osculum dedisset; cùm præsertim non li-
bidine sed errore lapsus videri posset. Et quidem pœnæ gra-
uitate, teneris adhuc puellæ sensibus castitatis disciplinæ in-
generari magni æstimauit: eique tam tristi exéplo præcepit,
vt non modò virginitatem illæsam, sed etiam oscula ad virū
sincera perficeret. Sanè Draco à visu, quem acutissimū habet
nomen apud Græcos habuit, id est *άρχα τὸ δέρκεσθαι*:
nam *δέρκουσα* est, acutissimè video: vt & οὐρα, serpēs, ab οὐρώ;
ideóque Palladi sacer est, quia vocabulum id *άρχα τὸ πάντα*
άρπειν καὶ βλέπειν καὶ τείνειν πάντων νοεῖν, factum plerique tra-
dunt, prudentiāmque hinc interpretātur, quæ omnia perspi-
ciat. & præ cæteris intelligat. Porrò quod hic scribit verā esse
Mineruæ virginis effigiem, nec tamen explicat per partes, sed
Draconem tantum adiungit, vigilantiae veluti ministrum,

*Cur Pal-
ladi, simu-
lachrum
Draconem
permerat?*

*Draco
unde nomē
habet.*

non videtur alienum, si Deus panopliam subjecero. Puella igitur armata, virum sapientem aduersus omnes animi perturbationes se armantem, & vitiis animo fortis resistentem significat: vel quod virtutem suis ipsius presidiis instructam satis esse intelligimus, ut iam dictum est. Galeam habet cristatam in capite, quod referendum est ad iudicium, & constantiam, qua vel maximè sapientis cerebrum, arx & propugnaculum animi, potissimum valeat: hastam vero longam, quod oratione percutiat eminus: Scutum crystallinum viri sapientis magnam sollertiam representat, qua seipsum haud aliter intrus dijudicat; quam si in speculo crystallino ea quæ externa sunt contemplatur. Sed illud scutum Gorgoneo capite terrificum apparet, quod formidinis & terroris imaginem esse volunt: quam alij pectori Palladis appingunt, quia sapiens in pectore terorem habet, quo aduersarios afficiat. Inde enim Tritogeniam dictam esse vult Phornutus, quod malis terrem & metum ingeneret: Pallium triplici colore tintum, quod sapientia sit multiplex, seu quod testa & operta sit, neque cuiilibet seipsum conspiciam præbeat. Candidus in eo color simplicitatem respicit: aureus internitens, vim sapientiae fulgurantem: purpureus fulgorem penetratam, γλωσσας ideo est, καθεστ, καρον, καθειν αυδικη, quod ut illustris est & conspicua, ut quidam volunt, sic & formidabilis. Non enim tam cæsius habet oculos, ut acutè non videat: οὐδὲ γέριμον, unde & οὐθαλμίοις καὶ οπήλετοι dicta tēplūq; habuita Diomede positum, nomine, οὐδερχού αθανάτος. Cæterum alij, & Homerus maximè tradidit eam glaucis esse oculis & cæsiis: qua ratione huic consecrantur Dracones, & Vlulæ, nimis ob similitudinem oculorum: acutissimo enim visu est Draco, & quandam excubandi vigilandiq; vim habet, nec venatione capi posse videtur. Draconi autem similem esse virtutem indagatricē aiunt, quæ diligētissimè omnia perscrutetur, rimeturq; studio indefesso: ideoq; ab acuto visu illi nomen factum, ut iam diximus. Sed placet huc, non præter rem tamē, attexere quod perspicue docuit Ponticus Heraclides in allegorijs Homericis: οὐδεσύν φρονήσει μετάνοια, δικγώσ εἰ τοῖς ποιημασιν αθηναῖον νομίζεται χεδὸν γόνιθεος, εἰ μέλλει πνοής, οὐ σωστῶς ἐπώνυμος ὅτιν, αθηναῖον περίσσα, καὶ πάντα τοῖς λεπτοτάτοις ὄμμασι τὴν λογισμῆς μαθρέσσα διὸ δὴ καὶ παρένον αὐτῶν ἐπίσταται. αὐθεορ γόνιθεος δὲ τὸ φρόνυμα, εἰδεικὰ παλιδεὶ μιαρθῆναι διωδέλφον, εἰ τε τῆς τῆς διο-

Cur armata Pallas.

Galea;

Scutum.

Capas
Gorgonis
in olypo.

Pallium.

Dracones
& Vlula
Palladi
consecran-
tur.

κερατῆς γέγανθε δοκεῖ. τότον μὴν ἡ ἀπεριάμεδα τὸ κέρας
ἰδίως λογισμένη εἶ) μυτίζει. Quæ cōiuncta est cū prudentia
pœnitudo, iure apud Poëtas Athenæ, id est Minerua, vñcup-
patur. Etenim eius nomen non aliunde dicitur, quām ab
intellectu, vt Athena tanquam ἡθενῶν vocetur, hoc est con-
templatrix, & nihil non inspiciens acutissimis mentis oculis.
Itaque virginem eam manere dicunt: quia prudentiæ vis nō
perit, neque illa fœdari macula potest. Adhæc putatur è Io-
uis orta capite: quem locum præcipue rationum esse matrē
ostendimus. Sed hactenus satis Lege Phornutum lib. De na-
tura Deorum, Fulgent. Mytholog. 2. Gyrald. II. Syntag. &
Pierium Valerian. 14. Hieroglyphic.

*innuptæ Palladiæ.] Hinc παιδὲν Θ dicta. eo enim nomine Pallas
cultæ est in Acropoli Atheniensi: vnde & templū Parthenon. virgo.
eius autem virginitas & puri & incorrupti esse symbolum,
Phornutus, ait.*

*Cur Diuæ comes hoc animal?] Huius quidem rei meminit
obiter Plintarchus, commentario De Iside & Osride.*

*Lucos sacrâq; templo colit.] nimirum ut custodiæ symbolum:
eadem enim ratione hortis Hesperidum seruandis præfectus
est Draco peruigil.*

Inuptas opus est, &c.] Phocylidis eadem est sententia:

*Virginum
euphodia.*

παρδεννοῦς ἐγένετο πολυχλείσοις δαλδυοῖς,
μηδέ μιν ἄγριαμνον ὅπο δόμων ὁρθοῦνται εἴσοντι.
καὶ τὸ δυσήπετον ἐγεννήσασι. id est.

*Clausæ tibi virgo thalamis seruetur honestis,
Nec sinis hanc ad connubium foris usque videri.*

Forma puellarum seruata parentibus agrè est.

Quò spectat etymon nominis παιδὲν Θ, quod Grammatici *vnde*
deflectunt à παιδὲν τῷ μητρὶ, quod virgin apud matrem *παιδὲres*
manere debeat. quem morem veterum Hesiodus attigit 2. dicatur.
ἔργων:

Ἐπε δόμων ἐποδεῖ εἰσὶν ἀρχὴ μητέρει μίμνει.

Sed & Homerus in persona Penelopes, vult pudicam mu-
lierem vix solam in medium procedere, sed ancillis comiti-
bus stipatam. sic enim ille:

Ἐκδῖν, ἔματῆγε καὶ ἀμείπολα Θ δύε εποντο. id est.

Hanc sola, ast illam due famula comitabantur.

Val. Maximus exemplum seueritatis memorat in Q. Anti-
stio, qui vxorem repudiauit, quod illam in publico cum qua-
dam libertina vulgari secretò loquentem vidisset. Is enim

maluit occurrere incunabulis & initijs culpx, quām perfetum scelus vindicare. Itidem fecit Sempronius Sophus, non alia de causa, quām quōd vxor, ignorante se, ludos spectare ausa esset.

Opus est cura asseruare puellas.] Non est atx, neque possessio villa quæ tam difficulter asseruetur quām fœmina, ait Alexis Comicus.

οὐκ ἔτιν ἐτέ τεῖχος οὔτε χεῖματα,
οὔτ' ἄλλο δυρύλακτον ἐδὲν ὡς γλωττα..

Tibullus eleganter huius custodiæ difficultatem expressit.

Hæc fecere malas, hinc clauem Ianua sensit

Et caput custos liminis esse canis.

Sed pretium si grande feras, custodia victa est,

Nec prohibent claves, & canis ipse tacet.

Quod mihi reuocat in memoriam Apollodori lepidos senarios, quibus ait occludi fores repagulis, sed nequaquam fabrum ianuam adeò clausam & munitam reddidisse, quin ad eam pateat aditus feli & adultero. Eius Poetæ hæc verba.

καὶ κλείθ' οὐδέ μοχλοῖς ἀλλ' εἰς

τέκτων ἐχρεν ἐτως ἐποίησεν δύρας;

διῆς γαλῆς καὶ ποιγός οὐκ ἐσέρχεται.

laqueos undique tendit amor.] γνῶμη.



Vino prudentiam augeri.

EMBLEMA XXIII.



HÆC Bacchus pater, & Pallas communiter ambo
Templa tenent, siboles utraque vera Iouis.
Hæc caput, ille femur soluit: huic usus olim
Debitus, inuenit primus ac ille merum.
Iunguntur merito: quod si qui abstemius edat
Vina, Deæ nullum sentiet auxilium.

PRO Dijs fuisse veteribus habitos, qui beneficiis huma-
num genus sibi deuinxissent, notius est ex M. Tullij libris
De nat. Deor. Lactantio & Euseb. quam ut confirmare sit ne-
cessè. Tantum obiter admoneo, quosdam Deos iisdem olim

Que Dijs
veteribus
habitii.

Dij multi
ijsdem aris
positi.

tēplis & aris fuisse cultos, vt Cererem & Neptunū, quōd ab
que sale cibi penè omnes insipidi sint, refert Plutarc. Sympo.
4. Vt Herculem & Musas, quia Euādrum literas docuit Her-
cules, idē testis est in quæstion. Rom. Sic denique Mercuriū
iuxta Venerem statuere, vt ostēderent matrimonij voluptatē
maximē orationis indigere: itemq; Suadām & Gratias, vt in-
nuerent coniuges iuicem quæ vellet, persuadendo impe-
trare debere. Certè reperio apud auctores quosdam Græcos,
nomine peculiari Deos nuncupatos esse σωματίς, quibus de-
lubrum cōmune fuit ijetiam dicti οὐμογετάὶ vt apud Thū-
cydide. Vt & metaphoricōs Synesio epist. 1. σωματίς n̄ πιν-
παὶ τῇ εἰλοσοφίᾳ. Romæ etiam in inscriptione privatæ cui-
iusdam domus, teste Fabricio, dñ iñiō μεγάλω σαραπίδι, καὶ
τοῖς σωματίοις θεοῖς. His quæ dixi de dijs σωματίσ, velim ad-
iungi argutam sanè & eruditam non minus Ciceronis opta-
tionem ex 12. ad Attic. de Cæsare vicino: Scripseram ad te,
quia cognoueram ex tuis literis eum σωμύαον Quirino ma-
lo quām Saluti. Tulliana hæc verba teneo, quibusvis non fa-
cilia intellectu: sententiam itaque ænigmaticam interpre-
tor. Optat itaque Cæsarem Iulium (qui extinto Pompeio
Reipub. vetricem faciem immutarat) Quirini σωμύαον, non
rām vt eodem templo ijsdemque atis colatur Cæsar, atque
Quirinus, quām vt similiter pereat, deque medio tollatur
Cæsar, quemadmodum olim Romulus ad capreæ paludem,
aduocata concione. Virgil. deos communes appellat eodem
sensu in 11. Æneid.

In medio que foci, & dij: communibus aras.

Exempla quædam attuli in superioribus, quibus adiungo quod
nūc mihi occurrit apud Ægyptenses Amorem atque Fortu-
nam eodem in delubro coli solitos nempe ad eorum signifi-
candam mutabilitatem. Sribit Hesiodus in Helecone idem
fuisse tēplum Musarum & Cupidinis, quōd ijs scilicet amor
comparetur. Et Phornutus ait Mercurium ducem Gratiarū,
cumque ijs adiungi, quod ratiōne qua grātificari opōret, nō
temerē & imprimis merentibus & dignis. Nam qui est indi-
gnus ad retributionem pigror est & negligens. Locum Sy-
nesij longè pulcrum ex epist. 1. alibi etiam à me obseruatum,
video ad rem facere, quo similitudine venusta Poëticum
æquat Philosophiæ. Huius hæc verba: πᾶσας ἐγώ λόγους
ἐγεννησάμεν τέσ μὲν ἀπὸ τῆς σημνοτάτης φιλοσοφίας, καὶ τῆς
σωματίας τέ τη ποιητικῆς: Ait poëticum esse σώματος Philosophiæ,

phiæ, hoc est contubernalem, & eiusdem quasi templi consortem. Quod dictum ad summam Poëticæ laudem, quæ ijsdem honoribus ac Philosophia donanda videatur. Plinius autem lib. 23. ait, Vino ali vires, sanguinem colorémque hominum & mentem augeri cum nobilioribus partibus ait. *Vini vis.* Gellius lib. 15. cap. 2. ex Platonis sententia, vinum ingenij somitem esse refert, virtutisque incitamentum, si mens & corpus hominis eo flagret. Quod quidem malè à nugatore quodam citatum sic emendat Gellius: Sed enim, inquit in primo & secundo De legibus, non ut ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam, quæ labefacere, & minuere hominū mentes solet, laudauit: sed hanc largiorem paulò, iucundioremq; vini inuitationem, quæ fieret sub quibusdā quasi arbitris, & magistris conuiuiorum sobriis, non improbavit. Nam & modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimauit: redditque eos sensim laxiores atque ad intētiones rursum capiendas fieri habiliores. *hæc Gellius.* Hinc illud vulgò tritum emanasse suspicor, Vinum acuit ingenium. Commodè itaque ἄρχαμα proponit Bacchi, & Palladis, eodē altari erectis, ut nimirum significetur prudentię incrementum esse aliquid, si Bacchi, id est, vini generosi, sed moderati, *Cur Bacchus & Pallas ea demara locarentur.* vsus accesserit. Etenim vinum promptissimum habetur liberè loquendi tanquam calcar: ideo & vino facundiam & inuentionem tribuit Plutarchus. Adhæc

*Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Presiliuit dicenda.*

Et Æschylus, poëta clarissimus, non nisi inter pocula tragœdias scripsisse fertur. Quid plura? Narratur & prisci Catonis saepe mero caluisse virtus. Præterire non possum quod scribit Athenæus Dipnosoph. 10. cap. 13. ex Polybio, vinum mulieribus olim interdictum: causam adiicit; ὡς λαθῆν τοιν ἀδύνατον τὸν γυναικαν πεσεῖν, fieri non posse, ut quæ mulier vinum biberit, lateat. Ea causa maximè puto ab eodem Gellio scriptum lib. 13. cap. 11. Conuiuarū numerum à Gratiis ad Musas desinere. Sic veteres Bacchum Musis adiunxerūt, quia vino non minimum vires ingenij excitentur: quam ob causam laudata sunt hominum veterum symposia: eoqué nomine Homerum puto suos Heroas, ipsumque Ulyssem inter pocula de rebus longè seriis facere differentem. quod Virgil. egregie imitatus est. Scio quid Plutarchus sentiat quo loco

*Plato que
tenus vini
laudet.*

disputat, An sit inter pocula de rebus grauibus disserendum: sed locum indicare mihi satis est ad alia properanti. Videtur Alciati carmen confictum ex agalmate illo θεαύσει καὶ θεά-
ρας lib. 4. Epigram. Græciorum, quod tale est:

εἰπὲ πόσι, κοινὸν καὶ παλλάδι; τῇ γὰρ ἀκοντες
καὶ πόλεμοι, τῷ δὲ σοὶ δέ διαδον εἰλαπίναι.
μη φροπετῶς, αὐτοῖς εἶναι δέοντα πέρι τοῦτα μετάλλας
ἴδιοι δέ οὐσις ἵκελοι δάιμονι τῇδε πέλω.
καὶ γὰρ ἐμοὶ πολέμων φίλιον κλέος οἰδεν ἄπας μοι
ἴσως διμυθεῖς ινδὸς εἰπεῖν ὀκέανος.

καὶ μερόπαν δὲ φύλον ἀγρυπνούμενον εἴρηται,
αὐτῷ δέ γιγνετοι γανκεροῖς οὐρανοῖς οὐμερίδοι.
καὶ μὲν εἰδότε πάρις μάντης αὐτὸν ναὶ οὐδέ τλη,
λύτρα δέ εἰγε μηρὸν πατρίου, οὐ δέ, κέρη.

Quem dialogismum sic Latio donatum reperi:

Di: ito, quid commune tibi est cum Pallade? namque

Spicula sunt illi, sed tibi vina sacra.

Talia ne temerè Diuos spectantia queras,

Aduena, dicturi quin cape verba prius.

*Bella mihi curae, tum belli gloria, & istud
India testatur robore victa meo.*

Prodest illa viris succo frondentis oliue,

Pocula sed nostro manere lata bibis.

Per me nec genitrix ullus est passa dolores:

Femur ego solui, sed caput illa patris.

*Bacchus
cur pater.*

Bacchus pater.] Bacchus, Liber pater, ut Neptunus pater. Apollo pater. Liberum autē patrem nominatum aiunt, quod cūm in India bellasset, multas secum feminas abduxisset, quā Bacchæ dicebantur.

*Bacchus &
Pallas cur
lone patre
nati.*

soboles utraque vera Iouis.] Bacchus Iouis ex Semeli filius, de quo postea. Pallas ex Iouis capite nata, ut superius exposcitum est. Suspicor hoc in loco non temerè Bacchum vna cum Minerua coniungi, & utramque sobolem Iouis dici: ut notet duo præstantissima munera homini à Deo concessa, quorum alterum ad animum, nimirūm prudentia; alterum ad corporis vires instaurandas, nempe vinum, pertineat.

*Olea quid
Minerue
pocula.*

ille femur soluit.] Hoc vberius in sequentibus.

hunc usus oliui.] Olea Minerue tribuitur, quod semper vireat, & alicet semper habeat glaucedinis, & quod oleum nihil contingat nisi admixtum, sed semper sincerum & axineum.

perseuerentia & virginitas, ait Phornutus. Sunt qui fertum
blex assignent, quod arbor haec pacis sit symbolum; ideoque
arma ferri dicuntur, bellaque suscipi, quo tandem commo-
dius in pace viuatur. Gyrald. Syntag. si. aliam habet ratio-
nem.

Huic usus oliui debitus.] Palladi oleam esse dicatam ex vetere-
rum commentarijs dici, candem castitati sacram, quaeque
humanis usibus non pollueretur, immo quae deorum templis
non accederetur nisi consulto. Inter Graecos auctores pleri-
que asseuerant oliuam ab impudicis consumptam, aut non crescere,
aut fructum non ferre: quia opinione imbuti, a castis tan-
tum & virginibus inseri debere putabant.

iuniperi primus at ille merum.] Prater alios quam plurimos, te-
stis est Plin. 7. cap. 56.

Iunguntur merito.] Antiphantes proinde τὸ ζεῦ idem ac τὸ
νέρον, aut πεῖρη significare dicit, id est, viuere esse bibere.

abstemius.] à vino abstinentes temetum, vinum antiquis fuit. Abstes
minus

Gellius lib. 10. Ouid. Metamorphos. 15.
— gaudetque merus abstemius undis. Varro:
Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, &c. Non
huius.



Prudentes vino abstinent.

EMBLEMA XXXIII.



*Q V I D me vexatis, ramu ? sum Palladis arbor,
Auferte hinc botros , virgo fugit Bromium.*

VIdetur hic παλινωδεῖν. Superiori enim dixit epigrammate, eum qui à vino abhorreat, haudquaquam prudentem euadere: quod rationibus aliquot, si non omnino necessariis, saltē tamen probabilibus confirmari potest. Nunc autē prudentes vino abstinere ponit. At hæc inter se sic conciliare est facile, si dicamus prudentis esse vino móderatè vti: secus enim sumptum, rationem obturbare, curas, vigorēmque animi impedire, vt meritò cesserit in proverbiū, Sapientiam vino obumbrari, ait Plinius. Cuius quidem rei non inscius Romulus, vino semper est vsus parcissimo. Capitale fuit Romanis matronis vinum attingere, vnde institutum, vt

cognatis osculum ferrent, reprehendendi causa, quò iudiciū Romulue
odor faceret si bibissent. Sed & M. Cato refert, non solūm *sobrius*.
probro affectas, sed mulieratas quoque à iudice mulieres nō *Matrone*
minùs si vino usq; essent, quām si adulterium admisissent. E- *Rom. vinū*
gnatius Metellus vxorem, quòd vinum bibisset, interemit: *non attin-*
cuius facti nec accusatorem, nec reprehensorē habuit, vno-
quoque existimante optimo exemplo illam violatx sobrietati-
tis poenas pependisse, ait Val. Max. lib. 2. cap. 1. Et sanè, in-
quit, quæcunque femina vini usum immoderatè appetit, & *Quibus vi-*
virtutibus omnibus ianuam claudit, & delectis aperit. Poly-
bius etiam testis est, matronas liberas vino abstinuisse, vt e-
tiam seruos, item & ephebos omnes ad annum vitæ tricesi-
mum. quod & apud Massilienses in usu fuisse nonnulli tra-
dunt. Proditum est ab Æliano, lib. 2. cap. 37. De var. hist.
Zaleuci legem apud Locrenses fuisse, quæ si quis merum bi-
bisset, nisi valetudinis causa medico id iubente, morte mul-
tabatur. Ex quibus perspicuum est, quām olim odio habiti
sint ebriosi, vinoque dediti. Porrò hīc oliua Mineruæ arbor,
vitem increpat, quæ suos ramos implicet, & admoueat oliuis.
Sumptum est distichon ex eo Græco incerti:

Fons Em-
blematis.

τανάδ Οτιμι ευτον, βεροιε τι μεθλικετεκτωρες;
αίρετε τας βόρειας πατέρεν Ο & μεθύων.

Quod Iambicis dimetris sic reddidit Politianus:

Quid me implicatis palmites,

Plantam Mineruæ, non Brōmij?

Procul racemos tollite,

Ne virgo dicar ebria.

Retuli paulò antè monitum Polvbj certè graue, λαθεν δὲν
ἀδύνατον τινα γνωστην πίστον ανθροον, fieri non posse, vt quæ
vinum biberit mulier, lateat. Bellè cōsentit illud Varronis
ex Agathone: Virgo de coniurio abducatur ideo, quod ma-
iores nostri virginis acerbæ latres Veneris vocabulis imbui
noluerunt. Ouid. 3. artis:

Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo,

Digna est concubitus quoslibet illa pati.

An verò etiam conciliabimur ad epigrapham huius distichi
Plautinum istuc? Non vinum moderari, sed vino solent, qui
quidem probi sunt.

sum Palladis arbor.] Plin. lib. 12. cap. 1. & lib. 17. cap. 44. te-
stis est. Phornutus & Martianus Capella lib. 6.

Minerua oliua sacra, Pacifera dicta humanis usibus nō pol-

luebatur, nec temere Deorum aris accendebat. Græci quidam negabant ab impudicis plantatam crescere, fructumque ferre. itaque à virginibus, & castis duntaxat inseri volebant. [boeros.] Cörpus, gemma pro raceino accipitur. συγκεντοχειρῶς.

Bacchus. — *virgo fugit Bromium.*] abhorret à vino.

Bromius. — *Bromius autem Bacchus dicitur:* οὐ τὸ Βρόμιον refertur, id est, tonitru; quod dum nasceretur, cœtaudatum, ut fabulantur: vcl à βρέμω, fremo. Ouid. Metamorph. 4.

— *Bacchumque vocant, Bromiumque Lyæum.*

Iuppenal. 6. Satyr. 6.

— *Bromium committere noli.*

& ad rem appositiè Theogoniæ scriptor non invenustus, Pygades:

A strepitu Bromius, quod vociferetur Iacchus;

Quod curi soluat corda, Lyæus erit.

Reperi citatum ex Ennio Athamante:

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,

illis Lyæus vitis inuentor sacra.

Appendix.

Adiicio illud ad lepi carminis illustrationem. Dionysius hanc legem primùm à Romulo scriptam fuisse testatur lib. 2. De prohibito temere feminis, Proverb. vetus, anima secca sapientissima.

— *quid enim Venus ebria curat?*

Inguinis & capitis que sunt discrimina nescit. ait Iuppenal.

Lepide Quidius:

Nō amor, amor, vinumque nihil moderabile suadens;

Illa pudore vacat, liber, amorque metu.

Alio loco idem non minus eruditè;

Turpe, iacens mulier multo madefacta Lyæo;

Digna est concubitus quoilibet illa pati.

Bromium.] Multa Baccho nomina indita expressit. Ouid. 4.

Metamorph.

Thurāque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque,

Iguiomomque, satumque iterum, solumque bimatem.

Additur his Niseisque, indetonsisque Thyonetus,

Et cum Leneo genialis constitor uxæ,

Nycteliusque, Eleleusque parens; & Iacchus, & Enas,

Et que preterea per Graiae plurima gentes

Nomina, Liber, habes.

In statuam Bacchi.

DIALOGISMVS XXV.



BACCHE pater, quis te mortali lumine nouit,
 Et docta effinxit qui tua membra manus?
 Praxiteles, qui me rapientem Gnossida vidit,
 Atque illo pinxit tempore, qualis eram.
 Cur iuuenis, teneraque etiam lanugine verna?
 Barba, queas Pylum cum superare senem?
 Muneribus quandoque meis si parcere discessi,
 Iunior, & forti pectore semper eris.
 Tympana non manibus, capiti non cornua defuntris;
 Quos nisi demenceis talia signa decens?
 Hec doceo, nostro quod abusus munere sumit

L. iiiij

Cornua, & insanus mollia sistra quatit.
Quid vult ille color membris penè igneus? omen
Absit, an humanis vreris ipse foci?
Cum semeles de ventre parens me fulmine traxit
Igni uomo, infectum puluere mersit aquis.
Hinc sapithic, liquidis qui nos benè diluit undis:
Qui non, ardenti torret ab igne iecur.
Sed nunc me doceas, qui vis miscerier? & qua
Te sanus tutum prendre lege queat?
Quadrantem addat aquæ, calicem sumpfisse falerni
Qui cupit, hoc sumi pocula more iuuat.
Stes intra heminas: nam qui procedere tendit
Vlerà alacer, sed mox ebrius, inde furit.
Res dura hæc nimium. sunt pendula guttura, dulce
Tu fluis. heu facile commoda nulla cadunt!

Vini inco-
moda.

Bacchicæ statu profert emulorū nōtrō per dialogismū, quo demonstrat incommoda quæ temulentiam consequantur: nam ex immo^{da} vini potionē ebrietas, ex ebrietate furo^r, quo nihil vel miserius, vel exitialius videri, ne dum cogitari potest. Deinde sumendi vini legem quandam præscribit omnibus utilem, & planè necessariam. Omnia sⁱgillatim diligenter aperiam, ne quid interturbem. De fugienda ebrietate Plinius fusum orationis riulū exprompsit lib. 14. toto 22. cap. Prouerbiū, Vinum caret clavo: &, Vinum senem, etiam nolentem; saltare impellit. Plato 3. De Repub. & 6. De legib.

Bacchus
Liber pater *Bacche pater.] Cūr Baccho Liberi patris impositum nomē sit, Plutarch. explicat κερατ. φωμακῶν libro: quod nimis rūm bibentibus libertatem ingeneret. Nonnulli enim per vino- lentiam liberi & feroce^s efficiuntur: aut quia libra exhibue- rit, aut quod ille apud Eleutherias urbem Bœotiae, Eleuthērius, i. Liber appellaretur.*

Mortali lumine.] humanis oculis. hæc ad figmentum. Nam nefas olim fuit Deos fuisse homines putare.

Praxiteles. *Praxioeles, qui me, &c.] Id Plinius attigit inter plurima Præ- xitelis opera laudatissima, lib. 34. cap. 8. Oriundus hic cele- bris artifex ex ea Italix parte, quæ quondam magna Græcia*

dicebatur, & ob artis excellentiam ciuitate Romana donatus.
rapientem Gnosida.] Ariadnem intelligit, Minois Cretenſū regis filiam, quæ Thesei amore capta, Minotauri necandi occasionem ei præbuit, ea lege ut se vxorem duceret. Sed eam Theseus in insulai Naxo ſomno ſepultam reliquit, cuius miftus Bacchus eam ſibi connubio iunxit, quam in cœlo raptam, Coronam Grossiam appellant.

Ariadne à
Baccho ra-
ptus.

Cur iuuenis, &c.] Ouid 3. Fastorum ſic:

Cur iuuenis
Bacchus.

*Sive quod ipſe puer ſemper iuuenis que videris,
Et media eſt etas inter utrumque tibi.*

& in Metamorph.

tibi enim inconsumpta iuuentia.

Tu puer eternus, tu formosissimus.—

Iuuenis ideò effingitur, quod ad iuueniles annos molliter transigendos maximè conferat, ſi parcius, ut decet, ſumatur: vel quod hilares & lætos faciat. Gyrald. Syntag. 7.

lanugine.] Barba molli, à lanæ ſimilitudine, ut eſt in cotonis malis. Lanugo.

queas Pylium cum ſuperare ſenem.] Alluſio eſt ad prouerb. proximè citatum, ſenem vel nolentem vinum ſalutare compellit: cui conuenit illud ex Athenæo:

Vinum in-
ſanire facit.

οὐν Θεὸν ταῖς εἰς ἀρροσύνῃς αἴτιον: hoc eſt,

Inſanire facit ſanos quoque copia vini.

Huc ſpectat quod Plato De legib. i. ait: non ſolam ſenē fieri bis puerum, verum etiam temulentum. Per ſenem Pylium σωματοχίκων ſenem quemuis, ſapientem hominem intelligit, qualem Nestorem Homerus celebrat in Iliade. Quę tam locū de Bacchi iuuenta, non de vi, ſed de ætate & repre- re intelligendū eſte mihi facile persuadeo. mirari enim poſſit aliquis Bacchum iuuenem ſemper videri, cum ſit ille Ne- store annosior. Nam & apud Lucianum Iupiter ridet Cupi- nem, qui ſe puerum eſſe iactet, cum ſit ἀρχαιότερος παλὺ τε iεπέτου. Quam ut germanam explicationem lubes admitto, ut eruditam dignamque quæ probetur omnium calculis.

Tympana non manibus, &c.] Tympanum luxuriæ instru- tum dicitur à Iauino, lib. 30. Suspicio Baccho tribui tym- panū, tanquam hilaritatis ſignum notissimum; vel propter strepitum inconditum, quem edere interdum ſolent qui vi- no ſunt onuſti. i

Tympa-
num cur adiun-
giunt Bac-
chos

Plutarchus de Ptolomæo Iuniore, qui temulentus in pa- tio, tympano complodo obambulabat: Graue, inquit, & cala-

mitosum si Cleomenes operiretur otium dissolutum Regis Cybeleij præstigiatoris, vbi primum ille tympanū posuerit, & tripudiantium cætus dimiserit. Græcè ita: Σένον γέ ει Κλεομένης καθηται μητραγύρτου Βασιλέως χολιω αναμβών, δια ποτον απόδηται το τύμπανον, κατατισση τὸν Δίαστον.
capiti non cornua desunt. Ouid. in Epist. Sapphus:

Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

Nam prius ab Orpheo in Hymnis Λυκέρως, καὶ Λυκέρως est appellatus. Diodorus in §. rationem reddit, quod prius boues iugo iunxerit, vel quod Ammonis filius, fuerit, qui capite arietino pingebatur. Cornua pro audacia Phornutus accipit, quod audaces vinum reddat. Veteres cornibus pro poculis vsos, & eam ob causam Bacchum dici cornutum & temulen-
tum Scholiaſtæ quidam tradunt.

Vini usus. *Hoc doceo, nostro, &c.]* Sic Plin. cap. 1. libro 13. Vino modi-
co nerui iuantur, copiosiore læduntur, sic & oculi: stoma-
chus recreatur, appetentia ciborum inuitatur, tristitia cura he-
betatur, vrina & algot expellitur, somnus conciliatur: Con-
tra, si nimius adhibetur vini usus, belluina cornua capessi-
mus, & in furorem intolerabilem nonnunquam ruimus.

*oīvōs
vnde dica-
tur.* *Hoc doceo, nostro quod abusus,* *&c.]* Non me fugiebat, unde
vini, τὸ οἶνον, appellationem Plato in Cratylō deduceret, ne mē-
pè τὸ οῖνος τὸν τοδινὸν εὐμημπλᾶν, quod opinione mē-
tem opplearat: vel, vt etymolog. ἀπὸ τῆς ὀνίστως, eo quod iu-
uet & recreet. Sed ad hunc locum mihi satisfecerit Plutarchi
monitum ex 7. Sympos. Probl. 10. cuius haec est sententia:
Quod vero summum est. vt in consultatione de rebus arduis
imprudens atque imperitus rerum sequatur prudētores, hoc
vinum ebriis adimit. Ideò enim Plato vino nomen ait impo-
situm esse οἴνος, quod efficiat, vt qui biberint, sapere se pu-
tent, οἴεσθε νοῦν εἰχεῖν.

nostro quod abusus munere.] Vini effecta quædam mala quidē
adduximus: cum superiore commentarye adiungo. Menz-
dri celebratur illud: οἱ πολὺς ἀκεργῆσος μίκρης ἀλαζόνεψιν
immoderatum merum nos parum sapere cogit. Plato 2. legū,
censet optimum fore, si quemadmodum Carthaginēses olim,
miles in castris nunquam vinum gustet, sed toto expeditio-
nis tempore aquam bibat: seruis nunquam permittatur: ma-
gistratus abstemij fiant quandiu munere publico funguntur:
iudices iisque qui rebus præsunt publicis, vinum omnino nō
attingant quo tempore causis & negotijs vacant. Ex Eripha-

*Quibus vi-
num probi-
bitum.*

comico citantur hæc:

λόγῳ γένεσιν αρχαῖς, οὐκακῶς εὔχον
οἶνον λέγουσι, τοὺς γέροντας, ὡς πάτερ.
τείθειν χρόδειν οὐ θέλοντας.

Innuit iuxta vetus verbum, certè verum, tantam esse viñi
vim, ut senes vel nolentes saltare faciat.

quod abusus munere sumit cornua.] Athenæus lib. 13. οἶνος κρ-
τιοντος εἰς τὸ σῶμα, ἐπανατλέει κακὸν εἴπειν τὰ μαυνόμενα:
Vino in corpus descendente, ascendunt verba improba & fu-
riosa.

sumit cornua.] in effusam prolabitur audaciā. Ouid. 1. Artis: *Cornua*
— tunc pauper cornua sumit. & 4. Trist. quid.

Iam feror in pugnas, & nondum cornua sumpsi;

Nec mihi sumendi causa sic illa uelim.

Idem 3. Amor. eleg. 10. quo loco significat se resipuisse, & ab
amoris laqueis exticasse se, ait,

Venerunt capiti cornua sera meo.

Plato Dialogo de impositione nominū, οἶνον dictum yult,
quasi οἶνον, nempē διὰ τὸ οἴνοτες ίματις εὑμπηπλάνην quod
Horatius 1. Carm. videtur circumlocutione expressisse:

— *saua tene cum Boreczyntio*

Cornu tympana, quæ subsequitur cœcus amor sui,

Ait pollens vacuum plus nimio gloria verticem,

Addis cornua paupers.

Quid. 4. Fastrorum:

Mitte pater caput hoc, placataque cornua vertas.

Quo loco admonendi mihi sunt Phitologi. Bacchum veteribus *κερασόφον* depictum, id est cornutum, aut cornigerū: vel quod primus rationem boum copulandorum ad agriculturam inuenisse credatur: vel quod eius pater Ammon cornutus colebatur. Plato aliam causam historicā retulit. 2. Legum, & post eum Athenæus Dipnosoph. 2. Olim soliti erant in capiendo potu cornib' ut pro poculis hinc verbū *κερασού*, pro vinum fundere: & *κερατη*, quasi *κεράτη*, quod à nomine *κέρας* defluxum est. Pompeius Festus ad moralem sententiā accedit, quod qui temulentii sunt, adeò interdum truces apparent, ut cornua habere videantur. & Scholiastes Horatij ad Odam 19. secundi Carm. ibi,

T' e' vidit insons Cerberus aureo cornu decorum —

aut cornua Baccho tribui solita, quia ebrietas arrogantiam &
audaciam gignat.

*Corneis vſi
poculis ve-
ceres.*

*Sumere
cornua.*

Sistrum.

*Nudus
Bacchus.*

*Igneus
Bacchus.*

*Fabula de
ortu Bacchi
et quid.*

sumis cornua.] Cur Bacchus cornutus, deque primo vſu poe-
litorum, qui ē cornibus erant, quedam attigimus. Certe ap-
pud Xenophontem legimus Græcos non nisi corneis vſos
poculis, & Nicandri interpretēs non ignorarunt, cum non-
dum apud gentes vasa excoigitata essent. Noster hic suo mo-
re ad mores & Philosophiam referre, quāth ad historiā ma-
luit. Sumere vero cornua, pro insolenter se gerere; & arro-
gantem se præbere, præter alios Amm. Marcellinus vſurpa-
uit initio lib. 20. vbi de Lupicino, quem Iulianus miserat ad
Britannos tumultuantes: supercilia erigentem vt cornua, in-
quit &c.

mollia sistra.] Ebrius ad musicam, vt asinus ad lyram. Sistro dulci & sonoro instrumento in sacris Isidis vtebantur veteres.

Martial *Hec quatiet tenera garrula sistrā manus.*

Ouid. de morte Tibulli, *Quid nos sacra iuuant, quid nunc Ægyptia prosunt Sistra?* De sistro, Pierium Hieroglyph. 48. dili-
genter euolute. Instrumentum hoc æneum fuit, curuum ad
lebetis formam, vt Plutar. commentario de Iside retulit: cir-
cum erant parua quedam cymbala seu tintinnabula, & in eius
parte superiore sculpta erat felis humana facie: in ima verò,
figura Isidis & Nephthys.

Quid vult ille color membris, &c.] Nuda siebant Bacchi simu-
lacra, inquit Phornutus, vt naturā vini ostenderent quod ar-
cana detegat. Horat. 1. epist. *Quid non ebrietas designat & opera
recludit.* Rubedo autem colorē satis indicat, hincque cognō-
men Ignigenæ habuit. Strabo lib. 13.

Cum Semelē de ventrē parens, &c.] Notissima est fabula,
quam fusē tractat Ouid. 3. Metamorph. dicitur opera matris
Bacchus vtero prodiisse, fabula nimirū calorem eius & fer-
uorem innuente, ait Phornutus: tali enim natura est vinum,
vim obtinens igni parem. Sed apud Poëtas est: Femori Totis
infūtum ad perfectionem venisse, quod secundò femoribus
vinum maturescat ac perficiatur. cum primū enim maturū
est, vīi prorsus est imperfectum: sed pedibus calcatum, fit
perfectius. Nam prima illa generatio fit in autumni maturi-
tate, quā est etiam tūm æstu vigente. At cum calcatur, & pe-
dibus exteritur, id femoribus confici videtur. Et hæc quidē
φυσικῶς. Alij modo alio enarrant. In proverb. Perdidisti vi-
num infusa aqua, fabulæ huius origo affertur. Veteres me-
rum bibeant, non sine noxa, donec Staphilius Sirrheni fi-
lius docuisset vini diluendi rationē. Plato etiam admonebat,

Bacchum temulentum Deum sobriis Nymphis temperandū esse, id est, vinum aqua miscendum, quod Epigrammate Meleagri compertius est:

*Aινύματα τὸν Κάνχην ὅτε ἐπιπόρος ἥλαθ' οὐ κέρδος
νίσταν, οὐτέρ τε φρεσκάς αἴρει παλιόμαρον,
τὸν καὶ τὸν νύμφας βρόμι θρίλα θεῖναν εἰργυνός
μισγετάζει, δέξει πᾶρα παχεῖα μάρον.*

Bacchus
Nymphae
temperan-
dus.

Id ego ita olim conabar reddere:

*Prosternit rapido cùm Bacchus ab igne puellus,
Est Nympha lotus puluerulentus adhuc.
Cum Nympha idē gratus sit Bacchus: at illum
Ni miscere sinas, igneus ardor erit.*

Ponticus Heraclides lib. De allegoriis Homeris, id perspicue docuit, citans illud ex Iliad. Ζ. ὡς ποτὲ μανούμφοιο διανύσσοι πεζῆναι, &c. ait enim Bacchū, seu Dionysiū μανούμφον appellatum à Poëta, id est, insanum & furentem, quod nūmio vino insani homines fiant. Bacchi nutricibus, vires intelliguntur, quas Lycurgus pepulit per montem Nyseron: quia consuetudo fuit asseruandi vini causa admiscere marinam aquam. Idem videtur sengere Athenaeus Dipnosophist. II. cap. 3. quo loco rationem reddit, cur Nymphæ dicantur Bacchi nutrices, nempe quod aqua immista vinum augeat, & temperet. Prisci autem illi Ioui duas nutrices, Iunoni ynam, Apollini duas, Baccho plures attribuerunt, quod oporteat trices.

Nymphæ
Bacchi nu-
trices.

Ardentis Semeles audens puer excidit alvo,

Ardebatque una mater & ille rogo.

Et spes nulla super miser & succurrere matris,

At puer in flammis non tamen usus erat.

Ogygius occurrit, sed non prius attigit illum.

Succubuit multe quam Iouis ignis aqua.

Ignis abit, sed non abiit vis ignea prorsus,

Quique cuti summe parcit, in ima furit.

Nympha igitur procul: O puerum ne tangito, clamæ,

Quisquis es; ignis enim est, ni prius imbre laues.

Huc facit illud Plutarch. disputatione, An seni regenda Respub. Aquam mero miscemus, quo Deum furentem (ut cum Platone istuc) sobrio altero castigatum temperemus, ὡς οὐσιν πλάκων ἐπι τοι μηδεμής τρόπος ὑδρεύεται, μανούμφος

θεον εἰς τέρω θεῶν γίγενη σωφρονίζεις κολαζόμενον. Idem de philosophis, qui non minus literatis sermonibus condunt apparatum conuiuij, quam vinum aqua diffusa diluit & χίπην ταις Μέσαις τὸν Διονύσεαν οὐ ταῖς Νύμφαις κεχρυνύτες: non minus Bacchū Musis, quam Nymphis permiscēentes. Huc pertinet Cnemonis verba ad Nausicæm, lib. 5. Ἀθιοπ. hist, apud Heliodor. καὶ μοι δοκεῖ καὶ τῷ δαιμονίῳ μάλιστα σωμέναι, τὸν ἐρυθρὸν τῷ Διονύσῳ συγκαθιδρύων, καὶ λόγων οὐδυσμα τῷ πότῳ σωματέων. Videris mihi sacræ rei tenere optimè rationem, qui coniungis Baccho Mercurium, & orationis condimentum poculis admisces. Eiusdem lege quæstionem primam Sympos. 3.

Hinc sapit hic, liquidi, &c.] Idem est illud Antinoi, nō fallor, apud Homerum Odiss. φ.

-----οῖν Θ σε τράψι μελιδήσις, οἵς τε καὶ αἴλλοι
ελάπτεσσιν μν χανδὸν ἔλη, μηδὲ αἴσημα πάγη.

Vinum ludit dulce, quod & alios

Ludit, quicunque ipsum abundanter capit, neque decenter bibit.

At quæ causa incusandi vini, si quis damnum inde consequatur? καὶ οἶν Θ ταῦτα καὶ δὲ οἱ διόνυσοι Θ ποιεῖ. τὸ δὲ αἴμερον τῆς πότεως καὶ τὸ πέρη τῷ καλαῖς ἔχοντ Θ οὐ μορογένεστο. τῷ ἀκρέτῳ δὲ δὲ οὐ μετεργάπνῃ, ίλαρντερ Θ μέρι, καὶ οὐδὲν γένοιτο. d. v. Theocritus Eidyllio 13. à Baccho dari hominib[us] lætitiam & dolorem ait:

οῖα διώνυσος Θ δῶκεν αὐδεῖσον χάρμα καὶ αὐχθόθ Θ.

Fabulam hanc scio à variis accommodari variè. Referam, si commodè possim, quæ Philo Iudæus habet lib. Quod omnis probus liber de Theodoro & Lysimacho loquens: Cùm: ait, Lysimachus præterea rogasset, num & è patria fugatus esset propter suorum inuidiam ciuium: respondisse, Nequam, sed propter excellentiam ingenij, quod patria minime capiebat. Sicut enim Semele Baccho grauida cùm non potuisse perferrre vterum, Iupiter eam miseratus, abortuum ambussit, & inter Deos rētulit: sic cùm patria mea minor esset, quam ut caperet Philosophum, bonus quispiam, siue Deus, siue Genius, Athenas in locum fortunatiorem commodiorēmque me transtulit, &c.

Hinc sapit hic.] Apud Euripidem Bacchi verba sunt interiū minitantis Pentheo, à quo se contemni senserat. Agnoscere Dionysium filium Iouis, qui si eius auctoritatē spectes, Deus est vehementissimus, idemque hominibus mitissimus.

id est, γνῶσται τὸν Διός δίδυμον, ὃς πέπυκεν εἰς θελαγθεός
δεῖνον τοτος αὐθεωποιος διπλάτατος, quod dictū est pro mo-
tibus vtentium: qui enim sapiunt eo moderatē vtuntur: qui
secus, furorem Bacchi suo non leui malo experiuntur. Et id
explicant duo verba, κρέμα καὶ ἀνθος, ex versu Theocriti à
nobis adducto: quorum prioris à Marone vis explicatur ad fi-
nem 1. Æneid. vbi dieitur lætitiae Bacchus dator. vt Hesiod.
2 operum δύες Διονύσον πλανηθέος; Horat. oda 14.2.

—mero

*Tinget pavimentum superbo**Pontificum potiore cænis.*

Tristi autem homini & mœsto Plautus bibendum monet, vt
bilem diluat. Et M. Tull. 3. disputatione Tusc. Calicem mu-
si intingendū esse dicit nescio cui, vt plorare desinat: hæc qui-
dem de altero verbo κρέμα: alterum verò ἀνθος nempè dici-
tur de anxietate animi déque mœstitia. Est enim compertū
eos qui meraco vtuntur fieri melancholicos & obliuiosos at-
que interdum furiosos, Virgil.

*Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes**Centauros leo domuit, Rhachumque Pholumque**Et magno Hyleum lapithis craterem minantem.*

Cæterum quod vinum linguam impediat, balbutiēmque in-
ducat, Romæ olim Mercurio non vino, sed lacte sacrificaba-
tur, quo volebant intelligere ipsam facundiæ quasi lactea
dulcedinem minimēque impeditam: quod ipsum non vbiuis,
sed in vico quem sobrium nuncupabant siefi solempne fuit.

*corret ab igne decur.] Horat. 4. Carmin.**Comeſſabere maximi,**Si torrere iecur queris idoneum. Idemque.*

-----meum

Feruens difficile bile trumet iecur.

Vide Athenæum 10. Dipnosoph. cap. 9. Plin. lib. 14. cap. 15. De
Alexandri vinolentia.

Sed nunc me doceas, &c. Non sat fuit ostendisse incommoda,
& ægritudines, nisi remedia quædam adhiberentur. Præce-
ptum itaque est de vino temperatē sumendo, nimiriū ut
quarta pars aquæ semper immisceatur. quod tamen præce-
ptum pro ratione locorum, temporum & personarum ad
ēmeritæ reuocandū est. Proverb. Episcythisare. Athenæum
10. cap. 8. & lib. 15. cap. 15. Quæ etiam pertinet illud ex Græ-
cis epigrammatis:

Mercurio
non vino,
sed lacte ſe-
cificabi-
tur.

Vino que-
modo uera-
dum.

Βάκχος μέτερον ἀρίστον, οὐ μὴ πολὺ μηδὲ ἐλάχιστον,
ὅτι γάρ τι λύπτε αἴποτε, οὐ μαίνεται.
Χαίρε καὶ νέανθρωπος τεῖχος νῦμας τέτερος τοῖς
τῆμοις καὶ δαλαμοῖς ὅτινι εἰ τοιμότατο.
Ἄδει πολὺς παλιστέν, ἀπέσχεται μὲν ἔρωτας,
βασιλίστας δ' ὑπνῷ γείτοι τῷ θανάτῳ. id est,
Nec minor esto modus Bacchi, nec largior aequo,
Hinc meror mentes occupat, inde furor,
Quartus tres secum Nymphas admittere gaudet;
Sic thalamis aptus, coniugioq; venit.
Namque solet teneros contemnere multus amores,
Et somnum mortis conciliare parem.

*Qui vino
abstine-
runt.*

Permulti è veteribus vino in totum abstinuerunt, sed imprimis Ægyptij sacerdotes, qui ijdem reges fuere: reperio tamen viros fuisse vino in deorum cæremonijs, vt tradit Hecanæus, non rem quidem gratam dijs cœlestibus oblaturi: sed gigantum cruorem, qui in Deos pugnassent propinaturi, sibi enim persuaserant vitem ex fuso in terrâ Gigantum sanguine primum pullulasse, vnde & amentiam & furorē inesse vino credebant. Primus Psammetrosus rex Ægyptius mensis vinū adhibuit, sed certa mensura: quò pertinet illud Hesiodi,

τέσσερας ύδατος φονέψ, τόστε τέτερον ἕμψον.

Tres miscibis aquæ partes sit quarta Lyæj.

*Tyrides
cur Bacchi
curruiun-
cta.*

Haec ego putem ratione Tigrides Bacchi currui iunctas à veteribus, vt indicarent moderatum vini usum ferientis animis sequitiam cohibere. Sic enim Zeno Citticus hilarior in conuiuio factus, quām vt eius natura ferret seuera illa quidem & philosophica, eius rei causam querentibus dixit, lupinum quamquam amarum, aqua tamen moderatū dulcescere. Sed placet Eubuli comici legem conuiualem huc apponere. Hic loquitur Bacchus vt συμποσίους.

intra heminas.] Significat ultra mediocres mēsuras nihil adiiciendum, vel sobrijs mensuris utendum. Neque enim Græcorum veterum, bibacitate insignium, aut Germanorū nostri huius temporis consuetudo probanda, qui inter conuiandum potando certent.

mox ebrius, inde furit.] Gallis veteribus non ebrietas modò, sed ebrietatis comes rixa & concertatio à Platone, alijsque quibusdam notatur. In cuius culpæ societatem Germani à Cornelio Tacito vocantur, parique & vinolentiæ & contentionis appellantur nomine: sic enim ille: Aduersus sitim nō eadē

eadem temperantia diem noctemque contingere potando nulli probrum, si indulseris ebrietati suggestendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitijs; quam armis vincentur. Crebræ, ut inter vinolentos, rixæ; raro conuicij, saepius cæde & vulneribus transfiguntur. Hæc Tacit. Obiter adijcam quod memini legere me apud Firmicum Maternum, auctorem non postremi nominis, libello quo Paganorum effores conuelli: Lycurgum Thraciū ideo vites excidi iussisse, quia vinum in Thracia insaniam furorēmque pararet: quod pertinere puto initium Odes lib. i. Carm. Horat.

Natus in usum lexit ita scyphus

Pugnare, Thracum est, tollite barbarum

Morem, verecundumque Bacchum

Sanguineis prohibete vixis.

Qua ratione etiani Astyages apud Xenophontem, cum Cyzum rogasset, quam ob causam a vino abstinuissest inter conuiandum: quia metuerem, inquit, ne in cratera mixta venena essent. cum enim tu ad natalitia amicos adsciuisti, facile obseruaui venena mero mixta. Sed quo tandem modo, inquit ille? videbam enim vos, ait, neque mentis neque corporis esse compotes.

Ultra alacer, sed mox ebrius, inde furit] Historiarum monimentis proditum accepimus Cleomenem Spartanum apud Scythas vino in insaniam versum, quod cum eis voluissest contedere largiore vijni potionē. Huc referrem proverbiū, Nemo cantat sobrius, nisi esset omnium in ore, vimque eius tenerent vel mediocriter eruditī. Certè ut quæ supra sunt à me adnotata, hoc qualicunque auctario locupletem, reperio Thracibus in more positum fuisse in conuiijs præliari seq; inuicem vulneribus deformare, teste Marcellino Amm. Quæ verò adduximus de Trace Lycurgo lumen capient ab Epigrammatario Græco anonymo: cuius hoc carmen ex lib. i. avgor. oīas.

*Thracum
mos barbarus.
Thrax Ly-
cagus vi-
tem fecerit,*

*πίσ πολ' ἀκινθέσως οἰνοτρόπος οὐκαρα βόνεγον
αἴρε οὐκετίνου κλίματος εἶξε ταῦτα.*

*χείλεα δὲ συεθεῖσ, χαμάδις βάλεν, οὐδὲν οὐδὲ ταῖς
εἴην νηστεύσασ εἴμισθες οὐκίβαλον.*

εἴην δὲν νυσταὶνδρότοσ οἴα λυκέγγω

οὐ πίε μην αἰξομήναν ἔσθεσεν διφοσώδαι

*τούς δὲ γάρ ταχατις διὰ πώματος οὐδὲνς αἰσθάνεται,
ηλυθεν, οὐ γερεσθείδε οὐχε λύσις.*

Quærit poëta qua ratione quis adeò inconsideratè viuā vīti
altricem immaturam Bacchi ex vītis palmite absciderit: labra
autem constrictus (sic enim quæ sunt immatura, sunt eadem
acerba, proindéque labra hebetant, & constringunt) humili
proiecit, adeò ut esset viatoribus semicomestum putamen.
Imprecatur itaque illi Dionysium hostem, sicuti olim fuit Ly-
curo, quod ipsam crescentem extinxerit lætitiam (is est Ly-
curgus Thraex, qui quod vites abscondi curasset, dicitur à Bac-
cho hostili odio persecutus, ut est apud Hyginum) nam hunc
forte per polum aut ad cantum venisset, aut curæ luctuosæ
solutionem habuisset. Si quis carmine idē malit, huc appono:

Qui temere hanc vuam teneræ de corpore matris

Ausus væfana est dissecuisse manu:

Semisamq; via media proiecit, acerbus

Quod tristi sensu strinxerit ora sapor?

Infestus sit Bacchus ei, velut ante Lycurgo,

Vt qui nascentem sustulit Euphrosynem.

Hanc quilibasset quondam, vel ludere versu,

Vel poterat cura soluere corda graui.

Cui poëta nō bene fano respōdit vit multi scius Pierius Va-
lerianus hoc limato hexastico.

*κεῖν Θαρις δίστας κ' οἰνοβόφον οὐμφαργ μισῶν,
οὐς βάλε τὸν σκόβαλον ιημιδεῖς χαμάδε,
χλιματα τ' εἴξε ταμέν καὶ δλους βλασούς απὸ φίξης,
οὐς τινὶ αὐξομέναν ἐσβεσεν ἀφροσιώματα,
τοῦδε τὶς οἰνοβαρης διὰ πώματ Θ, οὐ πρὸς αἴρει
ηλυθ' ἀντὶ γ' αὐτοῦ τὰ χαλέληθε πρέ πων.*

Macte animis quisquis vinum hoc immite perosus,

Allisit pueri vile putamen humo,

Ramisque Ζ/ plantam totam ab radice recidit.

Atque ita gliscentem sustulit Aphrosynen.

Namque aliquis, poto hoc vino grauis iisset ad arma,

Aut decoris poterat non meminiss. sui.

Huc pertinet historia quam Hyginus retulit de Icaro à pa-
storibus imperfecto, qui vinum sibi à Baccho datum cùm iisdem
dedisset, eoque facti ebrij cecidissent, & sibi venenum
propinatum fuisse putassent, eum fustibus interfecerunt.
Reperio apud Tranquillum in Domitiano, edixisse Impera-
torem, ne quis in Italia nouellaret, quod enim summā quan-
dam vini libertatem, frumenti verò inopiam vidéret, existi-
mans nimio vinearum studio arua negligi, cohibuit nimiam

citca vites vel curā vel libidinem; iussit etiam vineta in prouinciis succidi, relicta vbi plurium parte dimidia. hæc ille. Sed Philostratus in Apollonij vita causam eam disertè tradit, quam supra posui, nimurum edicti causam eam fuisse, quod in Asia, præcipue homines vino nimium indulgētes, seditiones excitarent.

Appendix.

Muneribus quandoque meis.] Virgil. ad finem. 1. Aeneid.

Munera letitiamq; Dei. Scio ab aliis legi, die, pro diei; sed sed hic scrupus me nihil moratur. In appendicib. Virgilianis,

Compedibus Venerem, vincis constringe Lyæum;

Ne te muneribus ledat ut erque sis.

Tympana non manibus.] Ouid. 4. Metamorph.

Quacunque ingredenis, clamor iuuenilis, & una

Femineæ voces, impulsaque tympana pennis,

Concauaque æra sonant, longoque foramine buxus.

*Igneus est.] Suidas refert ex Eratosthene, Vinum igni vim
habet æqualem: vbi hominem subierit, conturbat eum, cœi
Lybicum mare Aquilo vel Auster, vnde quoque prodit ea que
latent in mentis recessu: & vitiorum animum in vniuersum
concutit. id est, οἵ τοι πυρές εἰσιν ἔχειν δόσεις, δύθ' ἀντεῖς δύσπαι
ἔλθη κακά δὲ οἰα λι Κύεσταν. ἀλλα ζορῆς, καὶ νέτοι. τὰ δὲ καὶ
κακηγονίδια φαῖν, εὐ αεθεὶς ἐκ δέ αἰσθαντι πάντι σπουδεῖς.*

M ij



Gramen.

EMBLEMA XXVI.



GRAMINEA M Fabio patres tribuere corollam,
 Fregerat ut penos, Hannibal emque mora.
 Occulit infexo nidum sibi gramine alauda,
 Vulgo aiant, pullos sic fouet illa suos.
 Saturno Martique sacrum, quo Glancus adeso
 Polybides, factus creditur esse Deus.
 His merito arguitur nodis tutela salusque:
 Herbaque tot vires haec digitalis habet.

Gramen
 quid signi.
 fsec.

Gramen herbam, quæ alijs est sanguinaria, celebrat, vt
 tutelæ; præsidij, salutisque symbolū. Ex ea enim corona

graminea siebat apud Romanos maximo in pretio habita. Sed & proprias quasdam in ea vires esse exemplo est Alauda, Martis avis, quæ nidum gramineis ramulis vallare soleat. Adhæc Saturno & Marti gramen est consecratum, ne quis eam in minimis habendam putet. Postremò comeso gramine Glaucus, Deus marinus est habitus. His omnibus tanquam notis defensionem, salutemque intelligimus. Emblematis huius veram sententiam repeto ex Festo Pompeio, cuius hæc ^{Herbam} verba: Herbam do, cùm ait Plautus, victum me fateor signi- ^{dare.}

ficat: quod est antiquæ & pastoralis vitæ indicium: nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cùm superati erant, ex eo solo in quo certainen erat, decerptam herbam aduersario tradebant. Citatur ex Attio,

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt.

Plinius de obsidionali corona, dari solitam è gramine testatur, quod gramen decerptum erat quo loco oblessos seruasset aliquis. Summum enim apud veteres victoriae signum fuit herbam porrigerere victori, hoc est terra & altrice humo & humatione etiam cedere. Idem Plin. de elephante lib. 8. Mirus pudor est, vi^tusq^{ue} e vocem fugit victoris, terrā ac verbenas porrigit. Itaque herbam dare, siue porrigerere gramen, est sese fateri victum, agnoscere victorem, præsidij & salutis auctore reuereri.

Gramineam Fabio, &c.] Corona graminea (quæ & obsidionalis) duci dabatur ab iis quos obsidione liberarant, ait Gelius: eaque siebat è gramine quod eo loco natum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. Hanc coronam s. P. Q. R. Fabio Maximo dedit bello Poenorū secundo, quod urbem Romam obsidione hostiū liberasset. Hac nullam aliam fuisse nobiliorem, quæ nunquam nisi summa desperatione datur, Plinius 22. lib. cap. 3. 4. & 5. memorat.

patres.] Romani Senatores, quod erga Rempubl. paterno esse animo deberent, sic nominati. Sallust. in Catil. hi vel ætate, vel curæ similitudine, patres appellabantur. ^{Patres} ^{Senatores.}

Pœnos Hannibalemq.] id est, Hannibalem Carthaginem ^{Pœni.} Ducem. Pœni, quasi Phœni, quia duxerunt originem à Phœnicibus. quam tamen deriuationem ab alijs usurpatam refellit Pompon. Sabinus ad principium Æneid.

mora.] cunctatione, Hinc Fabius cunctator appellatus, de ^{Fab. Maxi-} quo Poëta 6. Æneid. Ennium imitatus, sic:

Vnas qui nobis cunctando restituit rem.

[*Animalium quoquandam solertia.*
Alauda in gramine vidificatur.] *Oculis in flexo nidum, etc.*] Quibusdam aubus & belluis herbarum quarundam cognitio est à natura insita, ut quod arte maxima & diligent obseruatione homines ipsi sciunt, hæ naturæ beneficio sentiant. Quòd autem alauda siue galerita nidum sibi ex gramine conficiat, in veteri prouerbio sic expressum est à Cassiano Basso scholastico, lib. De agricultura: Galeritæ, inquit, in gramine nidificant. vnde etiam proverbum, εὐ κορυδάς κοίτα σκολινή κέκρυψαι ἔγεωσις:

Ramosum gramen nido occultatur alauda.

Solet enim alauda peculiari quodam amuleto suum lustrare nidum, impositis quibusdam ramulis graminis, sicuti aquila eallitricho, cornix verbenaca supina, turdus myrto, palumbes lauro, ut ex Zoroastræ magi 15. γενονικῶν retulit literatissimus vir Belgij decus Iunius, adagio,

Alauda in nido gramen latet.

[*Glaucus.* *quo Glaucus adeso, etc.*] Id variis modis ab Athenæo libro 7. cap. 16. & aliis narratur. Hic pescator fuit Anthenodius, natus peritissimus, qui vel cunctos sui temporis natatores in vndis exuperabat, ait Palæphatus: nam solebat è portu spectatibus, donec iam extra eorum esset prospectus, enatare. Cum rediret, persuadebat se in marinis fluctibus vixisse; hincq; marinus Deus primùm est nominatus. Tradunt alij eum aliquando obnimiam piscium, quos ceperat, multitudinē fuisse defessū, onusque in media via abiecisse: vnu ex piscibus moribundum herba gustata reuixisse, & in fluuiū prosiliisse, quod cum Glaucus obseruasset, eadem herba comes, immortalitate adeptus putatur. Proverb. Glaucus comesa herba habitat in mari. Plinius lib. 9. cap. 19. & lib. 32. cap. 11. Ausoniuss:

Sic Anthenodius Bœotia per frera Glaucus,

Gramini gustatæ postquam exitialia Circes

Expertus carptas moribundis piscibus herbas

Sumpsit, Carpathium subiit nouus accola pontum.

Ille hamis & rete potens scrutator operi

Nereos equoream solitus conuertens Tethym

Inter captivas fluitavit prædo caternas.

Ad id respexit Franc. Picus Mirandulan. in Voto pro salute coniugis (mihi enim aliud agenti pridem locus ille occurrit)

Num mihi firmari possent mea vota maligno

Impetu depulsa morbi? nam pallida tabes?

Num tristis pelli poserit mors improba succis?

Gramine vel Glauci vel prissa Pæg. iis erit?

De Glauco quædam commentatus est ad Cassandram Lyco-
phronis Isaci Crammaticus, ijs omnino similia quæ supra
sunt à nobis allata. Quia verò ad finem huius Emblematis in-
genue sum fassus hærere me in verbo, Polybides, nescio an
mihi videor nactus huius scrupi tollendi rationem perlecto
Isaci commentario, quo loco ait Glauco vitam restitutam à
Polydo yate (in cuius vocis locum suffecit Polybidem Alcia-
tus nisi me coniectura fallit) Glaucus, inquit ille, murem per-
sequens, cum cecidisset in cadum melle plenum, exanimatus
est. Huic vitam restitutam ferunt à vate quodam Polydo, Ce-
rami filio, qui eum casum ante prædixerat Nam cum Minos
filium quæreret accepit oraculum, id intellecturum se, & ei
vitam adéptam restitutum iri ab eo qui diceret, cui similis es-
set vacca Minois, quæ in agris pascebatur. Dixit Polydus illā
similem esse rubi fructui quo dato responso, Minos vatem
detinuit, & vbinam Glaucus esset coēgit dicere: ille vaticinā-
di arte dixit in cado suffocatum Hoc itaque mortuo reperto
inclusus est Polydus vna cum Glauco, vt ei vitam restitueret,
Cæterum viso Dracone ad cadauer Glauci accedente, vita-
tædio Polydus in eum irruit, vt ab eo interfici se pateretur:
sed contra euenit, nam casu illum persecuti exanimauit. Et
statim draco alius accessit, & herbam quandam admouit dra-
coni mortuo, cuius herbæ vi, illum excitauit. Id diligē-
ter Polydus obseruauit, herbāque eadem arrepta, & mortuo
Glauco admota, illum viuis restituit. Idem narratur à Clear-
cho Solensi vitarum 7. lib. Quod dixit gramen Saturno &
Marti sacrum, Aischyrion Samius in quodam Iambo ait, Sa-
turnum seminasse gramen, quod vocat gramen Deorum:
Marti autem, quod in campo Martio Romæ cresceret, &
Martiali donaretur præmio. Horat. principi⁹. 4. Carmi-
num:

Te per gramina Martij

Campi te per aquas, dure, volubiles.

Horatius 3. Carm. Od. 7.

Quamvis non aliis flectere equum sciens

Aequè conspicitur gramine Martio.

Seruius nititur causam reddere, cur gramen Martis sacrum sit:
& Ouid. etiam in Fastis. Reuera gramen & in nominis ratio-
ne, & te ipsa, cum Marte aliquam habere similitudinē vide-
tur: nam Gramē & Gradius (quod Martis cognomen) à gra-
diendo & serpendo dici videntur: & cùm sit castrametatio-

Glauco vi-
ta restituta
à Polydo
vate.

Gramen
cur Satur.
no & Mar-
ti sacrum.

focuſ commodus, id eſt planities campi deligitur ab Imperatorum ministris, quo loci ſolet eſſe gramen, cuius omni tollendi vel auellendi nulla ratio eſſe potest; ideoque puto ab Ouidio, epitheto ad rem accommodato, inexpugnabile gramen appellatum eſſe, s. Transformat.

Polybides.] Polybi filius. In eo patronymico fateor me haſſiſe: ſed hunc, quanquam leuem, ſcrupulum exemerunt proſopographi ex Argonautic. Apollonij ſcholiaſte. Plerique noſtræ Academiæ Parifiensis viri eruditissimi mihi pridem ſigniſcarant, Polybidem Glacum διὰ τὸ πολὺν Κίον χὶ ἴδεῖν, eſſe forte de nominatum, quod iſum non videretur abhorre à Glauci viuaciſ fabula: Sed huic tamen coniectaneo ut non planè ſum aſſuſus, ſic neque omnino repugnaui.

nqdis.] notis symbolis.

digitalis.] δακτύλιο, vt Aristolochia μάκρη δακτυλίns diſta: à digitorum forma, qui interſecti ſunt. q.d. herba hęc vires tantas habet, & ſi digitum non excedat. Plin. 24. cnp. 19. Sunt & qui aculeatum grammen vocant trium generum, cum in cacumine aculei ſint plurimum quini, dactylon vo- cant, &c.

Appendix.

Satis quidem multa de gramine, quæ tamen nescio an conſerre auſim cum ijs quæ traduntur à veteribus de sagmine, herba vulgo nota, vbiue, vel non ſata, crescente, quæ verbenā Plinio 22. cap. 2. ſacra olim habita, quia ex loco ſacro, hoc eſt, arce Capitoline à conſule vel prætore cum ſua terra euelleretur, ideo ſagmen seu ſagminea nominata, quoniam ē ſacro agebatur, eaque legati, ſeu caduceatores cum ad hoſtes clarigatum accederent, Hoc eſt ad ea repetenda quæ ad ius populi Rom. pertinerent, ad feriendum fœdus, bellumque indicendum mitterentur, clara voce verba conciperent, eam gestare, eaque redimiri conſuescerent. Ex ijs legatis vñus verbenarius dicebatur, vt Plin. idem retulit 25. cap. 9. Qua de re Liuius lib. 1. Feciales cum in Africam ad fœdus percutiendum ire iuberetur, ſenatus consultum in hęc verba factum eſt vt priuos lapides ſilices, priuásque verbenas ſecū ferrent, vt prætor Romanus his imperaret, vt fœdus ferirent. illi prætorem ſagmina poſcerent: herbæ id genus ex arce ſumptum dari fecialibus ſolitum. inde illud Nēuij poëtæ, Yus ſacratum Iouis iurandum ſagmine: hęc herba ideo ma- gno in honore habita, quia in ſummis reip. negociis vſum

quendā præstare videretur. Circa hanc herbam scribit Plin,
magos insanire cap. 9. lib. 25. credunt etiam si ea sub canis or-
tum, neque luna, neque sole cōspiciente, effatis solemnibus
collecta fuerit, se posse quæ velint impetrare, amicitias con-
ciliare, & quoscumque morbos abigere. Hactenus ille de
verbena. Quibus ex verbis facile est colligere quād delira &
ociosa veterum hominum opinio nescio quid præter naturā
de herbula somniantium. Nos tamen veniam hanc damus
antiquitati, quæ in medijs tenebris veri lucem videre non
potuerit. Minus ferenda nostrorum quorundam superstitione
circa eam herbā, quam D. Ioannis appellant, quamque ante
solis ortum eo die lectam, rituque solemnī lātam, putant ha-
bēre vim incredibilem, quam ob caussam non mulierculæ
modo & deliræ anus, sed & viri quidam boni, hac sanè parte
nihilò mulierculis meliores, eam gestant, ex ea quasi zonas,
& corollaria concinnant, quam omnium noxarum, & infor-
tuniorum amuletum certè fore sibi persuadent. Nos alijs re-
bus pietatem colendam esse ducimus, & eos qui nenias cre-
dunt eiusmodi, suo more viuere permittimus. Non ergo plu-
ra de his, ad alia maturamus iter.

Sic meminimus veteres querna corona usos ad seruato-
rem ciuium celebrandum, quod & ad finem libri huius no-
stri dicemus. Et cupressi folijs in procerum ac magnatum
funeribus: Item myrti folijs ad amoris illecebras significan-
das, myrtus enim Veneri sacra: & populi arboribus fron-
dibus ad diei, noctisque designandas vices: & lauro ad va-
ticinia, virginitatem, Poëtarum famam semper virescen-
tem: & pampino ad lātitiam, qualem Bacchi munus præ-
stat; adhæc pomis ad amorem: nam τὰ μῆλα, poma Veneri
tributa; item nucibus ad pueritiae ludos: persico ad silentium
cordatum, quia linguae folium gerat simile, pomum cordi:
moro ad prudentiam in negotijs adhibendam: amygdalo ad
fætinationem: lactucis, quia frigidæ naturæ sunt, ut innue-
rent fistendos, aut' cohibendos Venereos impetus: Denique
gasturio, ad calorem internum excitandum.

Nec verbo, nec facto quenquam lădendum,

EMBLEMA XXVII.



ASSEQVITVR Nemesisque virum vestigia seruat,

Continet et cubitum, duraque frena manu.

Ne male quid facias, néve improba verba loquaris:

Et iubet in cunctis rebus adesse modum.

Nemeleo nomen, ut hinc ducam initium, à ποτε τοῖς νεμέσαις, indignari, succēdere, iustè accusare. νέμεσις verò apud Latinos nomen non habet, Plinius testatur lib. 18. cap. 2. & Ausonius eidyllio de Mosella:

— Latia Nemesis non cognita lingue.

Adrastia etiam dicta vtrix superborum & arrogantium verborū, πυμερὸς ὑπερ ὄγκων καὶ χαλίνων λόγων: ait Suidas. Pausanias Adrastiā ἀπὸ τοῦ μηδὲν αὐτὴν ἀποδιδράσκειν: οἵτι γέ

τὸν δὲ τὸν δύκανον ἀνέχει καὶ τὸν πόλεμον: quod
nimis ipam nihil effugiat: nam diuina vltio est ineuitabi-
lis, quæque non potest effugi. Quo sensu puto dictum à Ca-
tullo,

---- precesq; nostras

Oramus caue despudas ocello,

Nepænas Nemesis reposcat à te,

Est vehemens dea, lēdere hanc cauetō.

Idem Pausanias in Atticis, auctor est, Nemesis, siue Rham- Nemesis
nusiam scelerum vindicem habitam, potissimumque con- vindex.
meliosis & elatæ mentis hominibus succensere, illosque iustè
persequi & punire. Macrobius 1. Saturn. 17. eam contra su-
perbiam coli fuisse solitam scribit: nec defuere qui apud He-
siodium Nemesis Iustitiam interpretetur, cùm cecinit, αἰδὼς
καὶ νέμετος, Pudor &c Nemesis homines reliquere, & ad im-
mortarium cœtus euolarunt. Sæpenumerò pingebatur cubi-
tum sistens, & frenum manu tenens. De qua illud est in Græ-
corum collectaneis lib. 4.

Ἄντε μετοις προλέγει εἰς τῷ πίστει τῷ τε χαλινῶ,

μήτ' ἄμετρον ποιεῖν, μήτ' οὐ χαλινα λέγειν.

Vna manus cubitum ostentat, gerit altera frenum:

Illa modum serua: hæc admonet, os cohibe.

Et aliud eiusdem fermè argumenti:

Ἄντε μετοις πᾶχαν κατέχω. πόνος γένεται; λέξεις,

πάσαν δέ παχύνεται μηδὲν θερπεῖ τὸ μέρον.

Contineo Nemesis cubitum. que causa, requiri?

Principio cunctis rebus adesse modum.

Plato Dialogo 4. De legibus, Nemesim iudicij angelum ap-
pellat. cuius sententia proximè accedit ad nostram religio-
nem: Nobis enim ex diuinis oraculis verè persuademos su-
prenum rerum omnium opificem nihil latere, nihilque om-
nino impunè relinquere: quippe qui, ut cecinit Orpheus,

πάντες φοβεῖ, καὶ πάντες ἀκούσι, καὶ πάντα βεβαδίσι.

Idem Trag. Seneca,

Dominare sumidus, spiritus altos gere;

Sequitur superbos ultor à tergo Deus.

Prouida itaque fuit admodum veterum in moribus com-
ponendis cura, diligentiaque, qui ut ostenderent superbiam
Deo præ alijs vitijs inuisam esse, dixerunt eos qui hac corre-
pti essent, non modo censura diuina, sed etiam indignatio-
ne puniri: ideoque proprium ad hanc vltionem numen

*Deus omni-
nia viles,*

adhibuere, Nemeseos nomine nuncupatum. Colligere est enim è multis, quatuor potissimum (ait Ficinus) nempè legem, iudicium, iustitiam, Nemesis. Horum exemplum quisque nostrum in se habet, in mente legem quid agendum sit, quid non, communis norma dictantem, & honestum quidem sequendum, eius verò contrarium fugiendum. Habet in ratione iudicium distinctiori quadam serie argumentationum discernens, quod in hac vel illa actione positum est, honestum esse velturpe. In voluntate est iustitia, quæ eligat aut perseguatur, quod ratio per mentis leges sequendum vel fugiendum dictauerit. Est & in imaginatione Nemesis, quæ turpibus actionibus verbisque succenseat ac legitimè indignetur. Aristot. 1. de arte dicendi, *vēμετη* pro animi commotione accipit, & pro virtute, 2. Moralium ad Nicomach. medium illam quidem inter *εθονον καὶ πνηγών*, id est inuidiam & peruersam lātitiam; definitur itaque in Rheticis, *λύπη καὶ τὸ παρουσόν αὐταξίας διαρρέειν*, dolor ob eius felicitatem qui ea sit indignus, quod ita velim apertius explicari. opponitur misericordia Nemesis, id est indignatio: sunt igitur quodammodo inter se contraria: sed nomen tamen propter se, at propter res subiectas: bonum. enim bono nunquam contrarium est. Misericordia, est ægritudo ex alterius miseria, iniuria laborantis. & is quidem affectus nascitur ex opinione mali, non cuiusuis, sed eius tantum quod vel dolorem, vel interitum afferat. dolorem quidem, ut si quis vir minimè malus pellatur in exilium, & ab amicis destituatur, aut aduersa fortunæ casu aliquo concutiat: interitum, ut si quem innocentem torqueri, vexarive videamus. At Nemesis prospera fortuna improborum excitat: In vtraque dolor quidam est: nam misericordia dolemus innocentis afficti infortunio: Nemesi dolemus felicitate hominis improbi. Qua in re plerique falluntur qui eandem esse Nemesis atque inuidiam putant propter aliquam motuum similitudinem. Nam inuidia nullum inter bonos & malos discriminem ponit, sed bonis alienis cruciat, seu illa dignè, seu indignè accidunt: & inter æquales ac similes præcipue regnat. At Nemesis ægrè fert tantum indigos & improbos opibus, & honoribus florere: qua ratione laudabilis animi commotio est, ut virtus existimetur, & in probis tantum viris est. Cum enim æquitas postulet, ut malis male, bonis eueniat bene; certè vit probus & iustus maximè gaudet, cùm

In mensa
lx.

In ratione
iudicium.

In voluntate
se iustitia.

In imaginacione Ne-
mesis.

iustitia seruatur: ut cùm sceleratos homines, sicarios, grassatores, prædatores aliósque id genus de medio tolli videt: sic neq; minus gaudet quādo viris bene meritis aliquid optimè succedit. Quæ omnia paulo pòst exemplis illustrabimus. De Nemesi sic Ammian. Marcellin. lib. 14. ad finē. Hæc & huiusmodi innumerabilia vtrix facinorum impiorū bonorūmq; præmiatrix aliquoties operatur Adraстia, atq; vtinam semper, *Locus ex Ammiano.*

quā vocabulo dupli etiā Nemesis appellamus. Ius quodam sublime numinis efficacis, humanarum mentium opinione lunari circulo superpositum, vel (ut definiunt alij) substantialis tutela generali potentia partilibus præsidens fatis: quam Theologi veteres fingentes Iustitiae filiam, ex abdita quadam æternitate tradunt omnia despctare terrena. Hæc vt regina causarum, & arbitra rerum, hæc disceptatrix, vrna sortium temperat, accidentium vices alternans, voluntatumque nostrarum exorsa interdū aliò quām quò contendebant exitu terminans, multiplices actus permutando conuoluit. Eadēque necessitatis insolubili retinaculo mortalitatis vienens, fastus tumentes incassum, & incrementotum detrimētorumque momenta versans, vt nouit, nunc erectas mentiu ceruices opprimit & eneruat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendum extollit. Pinnas autem ideo illi fabulosas aptauit, vt adesse velocitate volucri cunctis existimetur: & prætendere gubernaculū dedit, eiique subdidit rotam, vt universitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur. Sic ille qui etiam lib. 22. Quem ab ima sorte adusque iubendum Imperatori penè elatum, ideoque intolerabilem, humanorum spectatrix Adraстia, aurem (quod dicitur) vel-lens, monēnsque vt castigatiūs vijeret, reluctantem præcipitem tanquam è rupe quadam egit excelsa. Audiamus etiam Artemidorum, qui lib. 1. Nemesis, ait, semper bona est viue-tibus secundum legem, & moderatis hominibus, & philolo-gis: at verò contra leges delinquentibus, & his qui aliquibus insidias struunt, & magnas res auspicantur. Nam impedimento esse, & obstatre his quæ inconciliè & præter animi nostri sententiam fiunt, Nemesis vocamus. Quidam produnt, quòd Dea hæc bona quidem in peius vertat, mala autem in melius. De eadem Nemesi Plutarch. disputatione De iis qui serò corripiuntur à numine, multa eruditè collegit, vt Gyrald. Syntag. 15. & Erasin. in prouerb. Adraстia Nemesis. vestigia seruat. Epigrammatum Græcor. 1. ix. in eam ob

rem dicta, id est, vestigiaria, quæ vestigia hominum insequuntur. est & quædam ad proverbum allusio, ἵχθυ ματελθεῖν, & ἵχνη διάκειν: id est vestigis insistere, & vestigia persequi: quod Platonis familiare est.

Continet et cubitum, duraque frena.] Hæc temperantiae symbola diligenter annotat Pierius Hieroglyphicon 36. & 48.

Cubitus pro Mensura. *Continet et cubitum.]* Cubitus hic ingeniosè accipi non significatio primaria, pro cubito manus, sed pro vlna sex palmorum mensura, tum primum animaduerti, cū aliud agès incidi in Iulium Pollucem, quo pro eodem accipit μίχλω καὶ ολένιλω. i.e. cubitum & vlnam. Non patiar hic de differentijs vlnarum & cubitorum apud auctores controvercis aliquid commisceri, sed ad rem dico μίχλω à similitudine cubili, cū ad rectos angulos brachium flectitur, accipi pro instrumento architectorum, quod ex regulis duabus ad angulum rectum coagmentatis conficitur, γώμονα Græci nominant, vt Latini normam. Quam̄ esse verissimam catminis Græci (ἢ θέμεσις μίχλω καπίκω) & huius nostri Emblematis sententiam philologi omnes facilè iudicabunt. Cæterum qui cubitū duobus cōstare palmis dicunt, digitos omnino quatuor & viginti cōmemorant, dicunt enim cubiti spatium id esse, quod ab extremitis vnguis in medium brachij angulum protensum est, illud quidem sesquipedale. Pictores cubitum quartam corporis humani partem volunt esse. Didici etiam ab architectis regium cubitum (id mensuræ nomen) maiorem cōmuni tribus digitis.

Nemalē quid facias.] Sic tandem Nero post multa impia & scelerata facinorosa perpessus est suā Nemesis. Is enim matre imperfecta, iudicium non effugit eorum qui prehendi non potuerunt, cui enim senatus coactus fuerat assentiri, huius statuꝝ populus noctu culeum suspendit, palam etiam voces audiebantur, his conceptæ verbis: Nero matrem interfecit: quas multi ad Neronē deferebant, non tam vt afferrent interitū delatis, quam̄ vt Neronē apud Neronem accusarent. Tandem post miseram, impiam, & indignam omnino vitā, hostis à senatu iudicatus est, vt nudus per publicū duceretur, furca eius inserta capiti, virgis ad mortem usq; cæsus, atque ita præceps de saxo daretur, vt retulit Xiphilinus, & Eutropius. Passus est etiam suam, certe vt atrocissimam sic iustissimam Nemesis-Scianus, magno quidē, sed fallaci honore sub-

Tiberio lactatus, adeò ut imperatori pro collega haberetur. Sed & Liuia Drusi, filij Tiberij, ab eodem stuprata, & Druso veneni potionē per Eudemum medicum extincto, quod deinde Praetorianos, militésque alios multis ac magnis largitionibus sibi deuinixisset, eoquē in principem coniurasset, Tiberius hominem non aperta vi, sed paulatim depresso irrestituit, eumquē in senatu accusauit. Crimine patefacto Patres ita censuerunt; ut Seianus capite multaretur, eius corpus in Gemonias projiceretur, in liberos etiam animaduerteretur: qua de re multa Dio lib. 58. Corn. Tacit. in 5. Val. Max. 9. cap. De improbè dictis & sceleratè factis, aliquique multi.

nēve improba verba loquaris.] Demadi pessimè cessit, qui dum funeribus necessaria venderet, optasse dicebatur ut in hac arte sua grande maiusque solito lucrum obueniret itaque damnatus est, quia id votū nisi ex mala mente, pessimoquē in Rempub. animo proficisci iudicatum est: adeò id lucrum non posse sine multorum morte contingere. Retulit Seneca de benefic. 6. Sic Theodoto præceptorī Ptolomæi Ægyptiorum regis sua lingua fuit exitio: nam cum Pompeium interfici persuasisset, quia mortuos non mordere dixisset, imò verò secessasset Cæsare Julio fortiorem: in Asia tandem à M. Bruto deprehensus, meritas pœnas luit, ut est apud Plutarch.



Tandem tandem iustitia obtinet

EMBLEMA XXVIII.



ÆACIDÆ Hectoreo per fusum sanguine scutum,
 Quod Græcorum Ibraco concio iniqua dedit:
 Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum
 Naufragio, ut dominum posset adire suum:
 Littoreo Aiacis tumulo namque intulit vnda,
 Quæ boat, & tali voce sepulchra ferit:
 Fucisti Telamoniade, tu dignior armis.
 Affectus fas est cedere iusticie.

Apparet id sumptum ex duobus Epigrammatib. Græcis
 lib. i. titulo eis δικλω: primum sic habet:

scatid;

ἀποίδει χιλιῶν οὐ τούτος οὐδέ μάταιος;
λαρυγνὸς δάκρων εἴλε γηραιότερον.
ιαστήνθη θάλασσα κατέσπασε, καὶ πέρι τούτου
αἰσχυντος γηραιότερον εἴδακη.

Pelide clypeum non aequo cessit Vlysses,
In dicio, plenum sanguinis Hectoris.

Sed mare naufragio derraxit; namque natando

Id tumulum Aiacis, non Ithacam petiit.

Quod sequitur, Alciatus ipse expressit, sed Musa paulum fuisse addiditque postremo ἐπιμύθιον.

καλὰ ποσιδάνει δικαστεν πολὺ μᾶλλον ἀδύντες,
καὶ κρίσιν ἐλλίνων συγκρίνει πέριξ θάλασσα.
ἀστοῖς τοι αἰγαλεοῖσι θοῖ, καὶ σῆμα πνάστη,
αὐτὸν σ' ἐνεγλένσα τὸν αἰγάλεον ἀστιδιότελος,
ἔγεοπα τελαμῆς, ἔχεις σάκος αἰακίδαν.

Ceterum de Achillis armis inter Aiacem & Vlyssem coorta De armis
est nobilis illa, Poëtisque decantata controuersia, quę sanè Achillis
Aiaci concedere coactus esset astutus & vafer Vlysses, nisi sua contentio.

eloquentia tanquam fascino aliquo iudices Græcos in suam sententiam pertraxisset. His tamen armis iniuria & dolo partis, non diu potius est malæ fidei possessor. Retulit enim Pausanias, non postremi nominis scriptor, se audisse ab Æolensib[us], qui Ilium post eius euersionem tenuerunt, de armorum eiusmodi prodidisse iudicio, illudque in primis: Post

Vlyssis naufragia, arma de quibus certamen fuerat, ad Aiacis tumulum tempestate delata. Id D[e]o volente factum colligit hic Emblematigraphus, ut alludat ad vulgatum miserorum & affistorum quæstum, Iustitia verūmque laborat, sed tandem eluctatur: & quanquam premiatur, non opprimitur tamen. Cicero pro Cuentio: Multorum improbitate depressa ius premi-

veritas emergit, & innocentie defensio interclusa respirat. Et tur, non op[er]o pro Cœlio exclamat magnam esse vim veritatis, quæ contra primi: tur: Veritas &

hominum ingenia, calliditatem, solertiamque, contraque f[ac]etas omnium insidias facile se per seipsum defendat. Idem in

Sextiana defensione: Alia quedam ciuem egregium iniqui iudicij procella peruerit, ceteri aut repentina vi perclusi, ac tempestate populari, per populum tamē ipsum recreati sunt atque reuocati, aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. At vero qui si natus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta maiorum neglexerunt, & imperitæ aut cōcitate multiitudini iucundi esse voluerunt, omnes ferè Reip.

Pausanias
locus p[re]clarus.

pænas aut præsenti morte, aut turpi exilio pependerunt. Per multiis sanè exemplis confirmari potest, pleròque iudicium iniquitate, aut etiam populari rumore, vel alio modo damnos, de honoris gradu decessisse, qui tandem vita functi, certissimis cōiecturis insontes, & ab omni obiecto crimine alieni comprehensi, concitatam de se opinionem nō modò absterrerunt sed immortali gloria tandem donati sunt. Opportunè ergo dictum est à Liuio: Veritatem laborare sèpè, extingui nunquam. Vt enim quæ falsa sunt, vel nullo certè laborante delentur temporis aliquo tractu: vera autem & iusta violentis hominum iniuriis interdum cedūt, sed tandem emergunt.

Rectè Menander:

εἰ πάντι δῆκηρῷ τὸ δίκαιον ἀποκεχτεῖν,

εἰς τοι δικαὶος μυριῶν καὶ σύδικων

κεχτεῖ, το θεῖον τῶν δίκαιων τε συλλαβέον.

Tempore omni quod iustum est vincere par est:

Vnus vir iustus infinitis non iustis

Præstat, Deo δι iustitia adiuuantibus.

Quamvis monumenta pæclarorū hominum sitū squalleāt, eorū tamen virtus nullis vñquam seculis obscurari omnino potest. Huc fortè non incommodè illud Pindarī ex Od. 8. Olymp. κατερύπει δ' εὐνόισι συγσόνων κεδρῶν χάριν, id est, Nec pulueris situm occulit co[n]genitorum inclytam gratiā. Historian de armis Achillis lubens è Quinto Calabro, qui paralipomena scripsit ad Homericā Iliadā, mutuatus essem, nisi me aliò properantem breuitas reuocasset. Sententiam verò Alciatini carminis cum hoc Menandri monosticho comparo,

ἀγει δέ τοπος εἴσ τών ἀλιθειῶν χρόνον.

Omnia tē-
pus apert.
Tempus in lucem tandem veritatem trahit. Sed occurrit in terea Senecæ cordatus sermo ex epistola 80. vbi de vittute, quæ suos honores suumque precium non obtinet, nisi apud posteros disputat, Quandiu, inquit, videbatur furere Democritus? vix recepit Socratem fama? Quandiu Catonem ciuitas ignorauit, respuit, nec intellexit nisi cum perdidit. Retulij innocentia ac virtus lateret, nisi accepisset iniuriam Dum violatur, effuslit. Nunquid non sorti suæ gratias egit, & exilium suum complexus est? de his loquor, quos illustravit fortuna, dum vexat. Quām multorum profectus in notitiam euasere post ipsos! quām multos fama nō excepit! sed eruit? nulla virtus latet, & latuisse non ipsius est damnum, veniet qui condi-

Viri excel-
lentes nullo
in hinc ore
in quādū vi-
xerint, ha-
bisi.

tam & seculi sui malignitate cōpressam dies publicet: paucis
natus est qui populū ætatis suæ cogitat multa annosum mil-
lia multa populorum superuenient. Ad illa respice, etiam si
omnibus tecum viuentibus, silentiū liuor indixerit, verient
qui sine offensa, sine gratia iudicent. Et hæc quidem Seneca
verba de veritate iniuria vel ignavia hominum quodam oc-
clusa tempore, sed tandem tamen suum decus obtinent. De
iustitia vero numinis certissima initio lib. i. in Rufinum Clau-
dianus, quo loco prouidentiam diuinam fatetur ex eo quod
tandem Rufinus sceleris pœnas dignissimas tulisset: Cic. pro
Sextio: hunc ergo redditum repudiare in? qui ita florens fuit,
vt verear, ne quis me studio gloriae putet idcirco exisse, ut ita
redirem. Vide commentaria, Manutij fol. 139. b.

Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumulum

Absoluítque Deos, iam non ad culmina reium

Iniustos creuisse queror: tolluntur in altum

Vt lapsu grauiore ruant.

Æacide.] Achillis: ab Æaco Telamoniis & Pelei patre.

perfusum sanguine Hectoro scutum.] Id dicit, propterea quod
Achilles Hectorem interfecit.

concio iniqua.] iniustum iudicium Græcotium procerum: vel
iniqua cōcio Vlyssis: quam repece ex Ouidij Mētamorphos. 13.
Concio, tria significare Gellius lib. 18. cap. 7. notat ex Verrio
Flacco: locum, suggestumque vnde verba fierent: item cētū
populi: & orationem ipsam quæ diceretur ad populum.

Itacho.] Vlyssi, ab Itacha patria.

Iustior arripuit Neptunus.] aqua marina fuit æquior Aiaci,
quam scutum & arma illi arrepta reddiderit. Tacite videtur al-
ludere ad id quod postea dicet, plus inesse piseibus marinis
humanitatis & fidei, quam hominibus. Seneca Declamat. i.
Cōtrouersiarum 7. O maria iustiora iudicijs! ô mitiores pro-
cellæ patre! Sic Ouid. i. Tristium eleg. 4. vbi poëta suos labo-
res cum Vlyssis laboribus comparat:

Cūmque minor Ioue sit tumidis qui regnat in undis:

Illum Neptani, me Iouis ira premit.

Idem 3. eiusdem operis, elegia vndecima:

Neptuni que minor quam Iouis ira fuit.

Apud eundem, Dido Æneæ.

Iustior est animo ventus, & unda tuo.

In quibus ergo comparationibus video Hyperboleum: & qui-
dem mari nihil est implacabilius, de quo nos alio loco,

dominum suum.] Aiacem, qui dominum quidem iure, post Achillem mortuum, animo retinuerat: possessionem vero minime, quam Ulysses eloquentiae viribus obtinuerat.

boat.] clamat translate à bobus.

voce.] catachresis, pro sôno.

Vicisti, &c.] νικησαντος.

Telamoniade.] Ajax, Telamonis filius.

Affectus fas est, &c.] εἰ ξύνοις & ἐπιμύθιοι, ad quod illustrandum succurrat Aelianus exemplum nobile ex lib. 13. var. hist. de Macareo quodam sacerdote Mitylenensi. sed quia liber est in omnium manibus non ascribam. Affectus inquam fas est cedere iustitiae, hoc est τὰ πάθη τῷ δικαιοσύνῃ: ut hic iustitiae nomen accipiat etiam pro veritate, quæ perpetuam se iustitiae comitem praestare debet. Alluditur autem, nisi fallor, ad orationis affectus, qui saepe veritatem rerum opprimunt, aut pervertunt adeo nihil tam horridum, aut etiam tetur, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur, ut olim dixit artis huius mirus artifex. Sed tamen ad iuris peritorum placitum revocanda sunt omnia hominum iudicia, imò & consilia, Veritati opinionem preponere: & plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur. Quod & Tull. i. offic. non minus generaliter videtur dixisse: Efficiendum est ut appetitus rationi obediant, cāmque nequæ præcurrant.



Etiā ferocissimos domari.

EMBLEMA XXIX.



ROMANVM postquam eloquium, Cicerone perempto,
Perdiderat patria pestis acerba sua:
Inscendit currus vīctor, iunxitque leones,
Compulit & durum colla subire iugum.
Magnanimos cēsisse suis Antonius armis,
Ambage hac cupiens significare duces.

Epigraphen huius Emblematis, etiam ferocissimos domari,
Evidetur mutatus Alciatus à primo Annal. Cornel. Tacit.
vbi facta Augusti prēclara paucis complectitur, deqūe mu-
tatione reip. Romanæ agit: posito Triumviri nomine, Con-
sulem se ferens: vbi militem donis, populum annona, cun-

N iiij

Emblema
traditum ex
Plinio &
Cicerone 2.
Antonie-
ya.

Etos ocij dulcedine pellexit:insurgere paulatim, munia senatus, magistratum legum in se trahere, nullo aduersante: cū ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent. Testis huius historiæ potest videri Plinius, qui sic lib.8.cap. 16. Primus Romæ leones ad currum iunxit M. Antonius, & quidem ciuili bello, cūm dimicatum esset in Pharsalicis campis, non sine quodam ostento temporum, generosos spiritus iugum subire illo prodigio significante. Plutarchus autem in Ciceronis vita copiosa oratione recenset interitus eiusdem causas, quibus M. Antonius eum ad necem postulauit. Nulla tamen potior fuit, quam quod Cicero, cum sibi (è re sua) maxime esset opus seruire tempori non potuerit. Actionibus enim Philippicis in Senatu habitis sic excanduit Antonius, vt inde omnem, quod aiunt, lapideum mouerit, quod Cicero de medio tolleretur. Cūm itaque ex vrbe discedens primò in Tusculanum venisset, indéque transuersis itineribus in Formianum, vt nauim concenderet, in altum prouectus esset, ventisque aduersis agitatus, & vitæ & fugæ eum cepit tædiū. Tandem reuersus in Formianum ab Antonij militibus petitus est, inter quos Popilius Lænas (quem aliquando reum Cicero defenderat patronus) prominenti ex lectica, præbenigne immotam cervicem caput amputauit, & ab Antonio inter duas manus in rostris positum fuit: quo loco orationes in Antonium Cicero habuerat. Valer. Max. 5. cap. 3. multa Señeca 7. Controuers. 2. & Suasoriarum 6. capite. Seuerus Capnelius fatum hoc planè funestum ita deflet:

*Abstulit una dies æui deus, ista que luctu
Conticuit Latiae tristis facundia lingue,
Vnca sollicitis quondam tutela salisque
Egregium semper patriæ caput: ille Senatus
Vindex, ille fori, legum, ritusque, togæque:
Publica vox senis æternum obmutuit armis;
In formæ vultus sparsaque crux n'fando
Canitatem, sacrâque manus, operumque ministræ
Tantorum, pedibus cuius proiecta superbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata; deosque
Respexit, nullo luet hæc Antonius ævo, &c.*

Meminere alij quidam facinoris huiuscæ Antoniani, vel potius insolentiae plusquam nefariae insanii hominis iugatos leones ad curru iungentes. Et hoc quidem certè insolenti & barbaro flagitiu nobis intelligi datur, nullæ esse tantæ vim, aut firmæ

animi propositum, nullius tam præfractam vocem & sententiam, quæ nō coërceri aut edomari queat. Quām enim s̄epe durum vel libertas vel virtus oppressa, & quasi sopita est tyrannorum violentia? Ultrò sese mihi offerunt exempla longè multa de ijs qui indigna & immerita extinti nece à multis iam anteactis annis, desiderium sui nobis reliquerunt, ut eorum non possimus vel sine lacrymis, vel iusto dolore meminisse.

Sed vt ad Ciceronem reuertamur: Cæsarem in curia Pōpeij confossum accipimus à ciuitatis Romanæ principibus, qui tyrrannidem perferre non poterant; qui tamen cūm aleam periculosisimi & funestissimi consilij subijssent, longè aliud cecidit quām putassent; tyrannum enim de medio sustulerunt, at ipsam tyrrannidē tollere non potuerunt. Statim enim perturbatis rēbus, & omnium conſternatis animis eandem potētiam nescio quo fato M. Antonius occupauit quanquam mortibus & vitæ instituto dissimilis, multisque partibus Cæsare inferior; cui apertè omni contentione animi restitit M. Tullius, & plerique alij nobiles Romani: quos (inito foedere cruentissimo Triumviratus) proscripsit Antonius, ex iisque multos interfecit. Fam quidem quam non modò antè præsentiebat, sed planè experiebatur insanam M. Antonij rabiem, non dissimulat ipse Cicero 2. Philipp. cūm ait: Doletis tres exercitus populi Romani imperfectos? interfecit Antonius: auctoritas huius ordinis afflcta est? afflixit Antonius: desideratis clarissimos ciues? eos quoque eripuit vobis Antonius: omnia denique quæ postea vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Et deinde subiecit: Versatus in bello est, saturauit se sanguine dissimillorū sui ciuium. Itēmque 3. Philip. ait, eū in hospitis tectis Brundusij fortissimos viros, ciues optimos, iugulari iussisse, quorum ante pedes eius moriētum sanguine os vxoris respersum fuisse constabat. Certè Plinius lib. 14. cap. 22. Antonium vt sanguine ciuum ebrium, & eum sitientem notat. Et hæc quidem fortè satis. Quanquā enim ad Emblematis explanationem videamus adduxisse quæ studioso cuique satisfaciant: tamen adiiciemus, quod non parū fortasse conducat ad materiam seu fontē carminis huius explanandum. Si enim locus est conjecturæ nostræ dandus (in quo tamen nihil cuiquā velim preiudicatu) videtur id Alciatus du- Fons Em- zisse potius ex Antonianæ 2. M. Tullij loco, sed (vt plerisque blematicæ.

doctis videtur) corrupto, qui sic habet: Vehebatur in effedo Tribunus, &c. sequebatur eum rheda cum lenonibus, comites nequissimi. Non nulli hic legunt, lenonibus, quod non probatur criticis, & iis qui maiorem probabilitatem sectantur, quique censoriam virgulam in scriptis auctorum meliorum subinde adferunt. Quo ex loco suum videtur Emblema confinxisse Alciat. & Leonibus, leguisse pro, lenonibus: adhæc non recte temporum ratione habuisse. Si quos moueat Plinianus locus quem initio attuli, nihil certe moror, cum nihil præfracte hac in parte ausim affirmare.

M. Tullij
faus.

Romanum eloquium.] ΧΤΠ τιμὴ ἐξοχὴ Romanæ princeps elo- quetiæ vocatur Cicero, ut etiam disertus artifex Reipubl. ad ministrandæ à D. Augustin. Plinius senior eum sic lib. 7. c. 30. salutat: Salve, inquit, primus in toga triumphum, linguaque lauream merite, &c.

Pestis pa-
tria.

patriæ pestis acerba sue.] Allegorica nefarij hominis. Reisque pub. perniciosi hostis, descriptio, quam sæpe orationibus v- surpat, ut Catilinariis, Post redditum, pro Sextio idem orator: ut cum Clodium aliquando terram & immanem belluam, sæpe furiam, sæpius pestem appellat. Sed & Gabinium atque Pisonem, duas imperij Romani pestes memini nominatos eadem oratione Sextiana. Sic in Politic. Plutarchus Reipubl. hostes Aristiona, Nabim, Catilinam. pestes, morbum & vomicam patriæ appellat, id est, νόσους καὶ απόστολα πάλεως. sic Virgil. Æneid. 3. Narpyias pestem & iram Deorum: & 12.

— Turni se pestis ad ora

Fertq; refertq; sonans.

Non mihi temporo, quin & hæc adjiciam, in eorum maximè gratiam, quos in politioribus literis instituimus: quicquid lethale, noxiū & damnosum est, id pestis nomine solere appellari. verbum enim, pestis θάνατος πετεῖν: vnde ducta vox antiqua, pessum pernicies etiant à pernecando dicta. Sallustius: Et si certa pestis adesset, mansurum potius, &c. Cætullus seipsum alloquens, ita de amore suo,

Me miserum aspicite: Καὶ si vitam puriter egī,

Eripite hanc pestem, perniciemque mihi.

Idem ad Rufum.

Eripuisti heu heu nostræ crudelæ venenum

Vite, heu heu nostræ pestis amicitie.

M. Tullius in Catilin. Hoc autem uno imperfecto, intelligo hanc Reip. pestem paulisper reptimi. & ibidem: Atque

delebitur non modò hæc tam adulta Reipubl. pestis, verùm etiam stirps ac semen malorum. Idem 2. in Anton. vt Helena Troianis, sic iste Reipubl. causa belli, causa pestis atque exitij fuit. & Philip. 7. Tetram & pestiferam belluam ne inclusam & constrictam dimittatis cauere. Apuleius 5. Asini aurei; de sororibus Psychæ: Sed iam ait pestes illæ, teterrimæque furiæ anhelantes vipereum virus nauigabant. Idem lib. 7. Verùm fortuna meis cruciatibus insatiabilis aliam denuo mihi pestis instruxit. Eodem schemate dixit idem Apuleius 9. Asini, De muliere quadam: Sed omnia prorsus ut in quandam cœnosam latrinam in eius animum confluxerant flagitia. Et Arnobius lib. 5. contra gentes, de Ioue loquens; Ut esset, ait, criminum sedes, maledictorum materia, locus quidam expostus, in quem spurcitiæ se omnes scenarum colluusionibus deriuarent, &c.

Iunxitque leones.] Præter ea quæ de iunctis leonibus adducta sunt à nobis superiore commentario, legimus apud Plutarchum hanc pompam non fuisse tum primùm ab Antonio usurpatā. constat enim iam olim Annoni duci Carthaginēsium male cessisse, quod leone pro iumento usus fuerit ad ferendas sarcinas, pulsusque in exilium eo nomine, quia ad tyrannidem portendere videretur. Quod obiter mihi reuocat in memoriam Hieroglyphicum **EMOLLITÆ FEROCIAE**, vbi Bacchus curru trahitur à tygridum pari: cuius animalis effigies indomitam & efferatam sœvitiam arguit. sed ad rem. In Antiochi numo videre est leonem ferè humi procumbentem & superuolantem noctuam: quo significatur vires cedere sapientiæ. leo enim roboris habet Hieroglyphicum: noctua vero Mineruæ. Referrem & leones subiici magnæ deæ vehiculo fuisse solitos, eosque solis trahere currum. sed hæc non sunt huius classis. Certè in Faustinæ vetere numo, Cybele turrita sellæ leoninæ insidet, quæ orbem intra manum & genu teneat, cum inscriptione, **MATRIMAGNAE**. Reperio apud Herodianum in vita Seueri, Julianum elephantos quos habebat ad pompam institutos, conatum assuefacere, vt scissorem paterentur: quod & ab alijs tentatum non raro acceperimus. Sed de Antonij leonibus iam satis, si tamen admonuero id ostentum à Cicerone ipsomet præuisum, epist. ad Atticū: Tu Antonij leones pertimescas caue: nihil est illo homine iucundius, &c.

ingum.] Nolim prætermissum quod notat Pierius 48. Hiero-

*Annon leone
vitus pro
iumento.*

*Bacchi cur-
rus trahitus
à tigribus.*

*Leones ma-
gnæ deæ
currum ve-
hentes.*

Iugum
q̄nd.

glyph. iugo seruitutem significari, & fatigationem. vnde vulgatum illud, Subdere colla iugo, pro eo quod dicimus, in seruitutem trahere, à bobus sumpta meta phora.

Leo quid.

Ambage hac.] signis & mutis demonstrationibus eiusmodi. Leones enim iunxit, ut significaret se fortissimos quosque sub iugum misisse. Leo in Hieroglyph. fortitudinem, robur, & alia multa signat: qua de re Pier. Valerianus lib. 1. Ambages autem primaria significatione pro verborum circuitu, & sententiarum tortarū aliorsum ductu accipi solet: at hīc, quantā conijcio, schema vel pompam, aut fastum insolentem arguit, quo tacitē quid sibi vellet, innueret Antonius. Scio quidem apud auctores frequenter sumi μεταφορικῶς pro verborum circuitu, qualis in criminibus excusandis aut velandis adhiberi nonnunquam solet. Liuius 2. Per ambages tegens ingenii sui effigiem. & 9. Vix pueris dignas ambages, senes & cōfulares fallendae fidei exquirere. & id quidē trāslatitiē. propriè verò ambages sunt flexus & mæandri fluminum. Claudianus itaque Æquoris ambages dixit. sic s̄ape apud Cornel. Tacitum Annalib.

Appendix.

Patrie pestis acerba sue.] Tranquil. Nerone: Domitij patris vox inter gratulationes amicorum, negantis quicquam ex se de Agrippina nisi detestabile, & malo publico nasci potuisse. Ouidius,

O mihi perpetuum nata puella malum.

Seneç. 1. de Clementia, cap. 18. Quantò non nasci melius fuit, quam numerari inter publico malo natos!



EMBLEMA XXX.



AERIO insignis pietate Ciconia nido,
Inuestes pullos, pignor a grata fouet.
Taliaque exspectat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egibit anus.
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

O Mnibus ijs qui humanitatis iura colunt, ab ipsa omniū magistra natura persuasum debet esse quantum parētibus debeant, nisi tamen omnem humanitatem sibi detrahi patiantur. Siquidem non homines modò arcano aliquo sensu pietatis in parentes, sed & animantium quædam, à quibus abest ratio, admonentur. Ciconiæ enim, ut est apud Parentibus quantum debet esse.

Solin.c.43. Polyhist. quantum temporis impenderint fætibus educandis, tantum & ipsæ à pullis suis inuicem aluntur. Quamobrem Ægyptij cum significanteret hominem, qui patris curā gereret, Ciconiam & Cucuphā depingebant, quod hæ soleant genitoribus senio confectis eodem modo gratiā rependere, quo ipse fuerint educatae. Iis enim nidum parant, pennas vellicant inutiles, & pabulum suppeditant: idque quo ad resumptis pennis sibi ipsis queant sufficere. Itaque he & pietatis, & grati animi symbola gerunt; ut videre est apud Pierium lib.17. Hieroglyph. Pudeat nos hac in re inferiores, aut etiam deteriores auibus esse. Atqui par est eo lubentius, & alacrius naturæ nos reddere quod accepimus, nimirum vitæ eorum seruare tutarique, qui nobis auctores vitæ fuerunt: & quo nobilior est nostra conditio, eo affectus debet esse parator ad humanæ vitæ officia obeunda, & pietatem omnem exercendam. Nobis enim ætate iam affectis, & imbecillioribus factis, itidem liberi facient: eamque rependent pietatem quam primū in parentes exhibuerimus. Nec verò est quod pluribus has naturæ leges commonstremus, quando quidem omnes norint post tria illa, quæ ad diuinum cultum spectant præcepta, primum rerum humanarū decretum esse, ut parentes ipsos in honore habeamus: cui & spem certumq; præmium vitæ longioris adiecit supremus ille legis auctor Deus, ad excitandam hominum tarditatem. Hesiodus huc alludēs, i. εργαν seculum impium describit ab effectis hominum scelerorum, qui probo contumeliaque affident, eosque senio affectos non sustentabunt. Iupiter, inquit perdet hoc genus hominū, Ζδις ὁλέσει καὶ τότο γένος θράπων οἱ γηράσκοντες απόμνυσσοι τοκῆς.

μέμφονται δὲ ἀρχή τοὺς χαλεποῖς βάζουτ' ἐπέεσθι
σχέτλιοι, εἰ δὲ θεῶν σπίνει δότες, εἰ δὲ μὴ διηγεῖται
γηράντεοι τοκεῦσιν ἀπὸ θρηπτῆς πατεῖσθαι
χειροδίκης.

Sed ubi est illa naturæ vis (ait Cassiodor. variar. epist.14.lib.2.) quæ amplexu copulæ destinatur ad posteros? ferarum catuli sequuntur parentes: à cespite suo virgulta non discrepant: propago vitis propriæ seruit origini, & discrepat homo à suo fusus initio! Quid dicamus illa beneficia, quæ vel extranea personæ possunt obligare? Nutriuntur à paruulis: ipsis laboratur: ipsis diuitiæ conquiruntur: & cum sibi unusquisque credat abundare quod possidet cum à patribus

adhuc quæritur, pro altera potius ætate peccatur. Proh dolor? non mærebimus eorum affectum, pro quibus subire non recusamus exitium? Maria ipsa sœuis tempestatibus excitata genitoris cura non refugit, ut peregrinis mercibus acquirat quod propriæ soboli relinquat. Aues ipsæ, quarum vita semper in escis est, naturam suam extranea sorde non maculant. Ciconia, redeuntis anni iugiter nunciatrix, ejusciens tristiciam hyemis, lætitiam verni temporis introducens, magnum tradit exemplum pietatis. Nam cùm parentes eorum pennas senio coquente laxauerint, nec ad proprios cibos quærendos idonei potuerint inueniri, plumis suis genitorum membra frigida refouentes, escis corpora lassa reficiunt: donec in pristinū vigorem alis grandæua redierit, pia vicissitudine iuuenies reddunt quod à parentibus partuli acceperunt. Ideoque non immerito vita longa seruantur, qui pietatis officia non relinquunt. Hactenus. Cassiod. Hanc naturæ legem, quod plerumque à sceleratis quibusdam naturæ monstros violaretur, iura ciuilia confirmarunt, vt l.5. Si quis à liberis, D. de liberis agnoscendis: & de alendis liberis à parentib. Cod. vbi responsum hoc legitur Antonini Pij: **P A R E N T V M N E C E S S I T A T I B V S L I B E R O S S V C C V R R E R E I V S T V M E S T .** ea tamen alimenta præstari debent pro modo facultatum: & si non præstentur, captis pignoribus & distractis cogetur: quis fatisfare sententiaz. Tractauit hoc argumentum Basilius Magnus orationibus eis εξανημερον. Nonnulla ex Platone r. Alcibiad. petas licet, Aristotel. De animal. historia, Plin. 10. cap. 23. & Val. Max. lib. 5. cap. 4. Prouerb. αἰππελαργῆν.

Aëri nido.] alto, ex subiecto adiunctum μετωνυμικᾶς. vt apud Virg. 1. ecloga:

Nec gemere aëria cessabit turris ab ulmo.

& 3. Palumbes eadem ratione dicuntur aëriæ.

Insignis pietate.] Petronius Arbitr. Ciconiam pietatis cultri- *Effigies C*
cem appellauit, hinc in numis Adriani sculpta est, cum inscri- *conicæ in*
ptione, **P I E T A S A V G V S T A.** Reges enim antiquitùs sum- *scepis.*
mo in sceptrō Ciconiæ gestabant effigiem, in imo Hippopo-
tami, ait Suidas: vt admonerentur, pietatem plurimi esse fa-
ciendam: sœ uitiam & credulitatem cohendam atque com-
primendam.

Inuestes.] impuberes, & quibus propter teneram ætatem *Ina:βις;*
nulla pars corporis pilat, ait Nonius. de hoc verbo multa do-

Etè Fornerius noster Selection. i. cap. 29.

*pullos pignora.] Appositio Liberi inter vitum & vxorem
tanquam vinculi & charitatis mutuae habentur pignora.
Ouid. 3. Fastorum:*

*Liberi pi-
gnora.*

*Inque sinu natos pignora chara tenent.
Sic Nouella Valentianii de libertis: Itaque libertus, qui ci-
uis Romani priuilegium fuerit consequutus, siue vnicum pi-
gnus, siue plures cuiuslibet sexus habeat filios, cum mori coe-
perit, soboli suæ omnes proprias si maluerit facultates supre-
mo securus dimittat arbitrio. Claudian. i. De raptu Proser-
pinæ, vbi Pluto queritur se priuari spe sobolis:*

Ast ego deserta mierens inglorius aula

Implacidas nullo solabor pignore curas?

Et paulo post de Cerere:

Commendat Siculis furtim sua pignora terris.

Idem 3. eiusdem operis,

*—.reuocat tandem custodia chari
Pignoris.—*


Appendix.

*In signis pietate.] Hoc elogium tribuit Aeneæ suo poëta prin-
ceps initio 1. Aeneid. quod reperitur ab hoc nostro, in em-
blem. cuius inscriptio, Pietas filiorum in parentes. Verbū,
pietatis, quod obiter, inde dictum, quod quæ in ea simul,
quasi penitus, & in penetralibus recondantur. Tullius usur-
pat id vocabulum sape, sed ad Lentulum, per quem fuerat ab
exilio reuocatus. Sic enim 1. epistolar. initio Ego omni officio,
ac potius pietate satisfacio, &c. Idem epist. 9. lib. 1. eiusd.
Periucundę mihi tuæ litterę, quib. intellexi te perspicere
meam in te pietatem: quid enim dicam benevolentiam, cum
illud ipsum grauissimum, & sanctissimum nomen pietatis, le-
uius mihi videatur?*



Abstinentia.

EMBLEMA XXXI.



M A R M O R E Æ in tumulis una stat parte columnæ
Urceus, ex alia cernere malluuum est.
Ius hec forma monet dictum sine sordibus esse,
Defunctum puras atque habuisse manus.

HÆc Epigraphe non plena satis esse, & argumento car- Aristeæ
minis accommodata mihi videtur. Velim itaque reponi locus de Ius
sic, Abstinentia à muneribus capiundis. Ceterùm cùm nuper for- deorum ri-
tu in mani-
bus abinen-
dis,
est De lege diuina, commodè sese locus obtulit huic Emble-
mati non parum accommodus. Ille sic: ἐπιγράφεται δέ καὶ το
τὸν Θράσιν ἀπογιόμενος τὰς χεῖρας, τὸ πλυνθεῖται διχείρας.

*Igris &
aqua in
shuribulo
& phiala.*

διερδουσιν, ὅπη μαρτύριον δέ το μηδέν εἰργάμενον. πάσαι
γένεντα διὰ τὸ χρεῶν γίνεται, καλέσ καὶ οὐδες μεταρέφον-
ται ἐπὶ τῷ σιγεοστίῳ καὶ τῷ ἀλιγθεῖαν πάντα. id est, Inter-
rogarunt (Iudæos intelligit) cuius rei causa manus abluerent
vota facturi. significarunt illi id fieri in testimonium & argu-
mentum nullius sceleris perpetrati. Nam quod per manus
omnes actiones soleant expedizi, ita pulchrè & sanctè ad iu-
stitiam omnia referebant. Apud Ægyptios per ignem & a-
quam, ut quæ continerentur turibulo & phiala, maculas, la-
bésve detersas et tásque optimè didicimus significari. Apud
quasdam gentes suffitio erat in v̄su, qua qui prosequabantur
funus, quia polluti haberentur, aqua sparsi solebant ignem
supergredi, ut qui sibi persuaderent purgationem ita fieri.
In aqua puritatem hanc intellexit Catullus, cum ait :

Aut quilibet qui puriter lauit dentes.

Nonnulla sunt apud Cassiodorum præclara monita, quæ ad
id maximè faciant. ex eo petat qui volet lib. 9. epist. 19. & lib.
11. epist. 8. variarum.

*equalis
& mallu-
uum.*

*Virtutes
iudicis.*

*Manus ab-
luere quid
olim.*

Marmoreæ in tumulis.] Hæ sunt iudicis equissimi notæ, qui-
bus post mortem vel maximè celebretur. Siquidem vrceolus
vel aequalis vna tumuli parte; malluuium cùm mantili in alte-
ra depictū, arguit sepulti hominis in iustitiæ obeundo mu-
nere æquitatem & Innocentiam. Quæ virtutes ut iudicem
quemque maximè commendant; sic ab ijs si abscedant, non
iudex, sed impius & inhūmanus carnifex habendus. est. Re-
clamant enim aduersus iniqulos iudices & diuinæ & huma-
næ constitutiones, quia in Republ. bene liberalitéque in-
stituta nihil debeat incorruptius obseruari quam iudicium,
quod lingua sapientis, quam nummis peruersti solet. Quamob-
rem non iniuria Cicero dicebat se non intelligere, cur qui
sententiam pecunia corrumpt, pœna dignus sit: qui autem
oratione, laudem ferat. At præcipue iudicis est nec muneribus,
nec affectibus priuatis ab æquitate dimoueri: debet enim
ipse perpetuò meminisse Deum habere se iudicē, cuius ocu-
lum nihil effugere aut præterire possit. Adhæc, quantum ad
symbola proposita spectat, malluuium & vrceus integritatem
iudicis, & à muneribus capiundis abstinentiam repræsentat.
Manuum squidem abluendarum gestus olim fuit innocen-
tiæ quædam aperta demonstratio. Cùm enim quis se inson-
tem & immunem à crimine aliquo vellet indicare, sed nec vi-
lam in eo admittendo assensum præbuisse, præsentibus qui-
busdam

busdam manus abluebat, ut ex ea manuum munditie puritatem animi declararet. Huc quidem spectat illud regij Psaltis, Lauabo inter innocentes manus meas: idemque est intellectum à peruerso nostri Redemptoris iudice Pilato, cùm accepta aqua manus abluit, innocentiam professus, criménque in Iudeos reijcens. Quod annotauit Pierius Hieroglyph. 35.

Vrceus.] vás terreum aut æneum ad aquam excipiendam aut hauriendam. Malluuum, siue pollubrum, vas est, siue lebes ad manus abluendas, quasi manulauium.

Ius dictum.] Iudex, ut vult Varro, iuncto verbo dicitur, qui *Ius dicere* ius dicit. Ius dicere ipsorum est magistratum. Cicero pro Flacco: Qui anno antè ius dixerat. Idem ad Atticum: Quippe ius Laodiceæ me dicere cùm Romæ Plötius dicat. & 10. Antoniana: Qui cùm Prætor urbatus esset, vrbe caruit, ius non dixit.

Sed id paulò distinctius est explicandum, ne mihi diem dicant iuris studiosi. Didicimus itaque ex Vlpiano, l. I. *Ius dicere*, D. de iurisdic. omn. iudic. Ius dicentis, hoc est Prætoris officium esse latissimum. At non modò Prætorem intelligimus iuris dicentis nomine, sed & Praefectum vrbi, ut D. de off. præf. vrbi. l. 1. & De in ius voc. l. 2. Præsidem prouinciarum, l. cùm hi. §. sed nec mandare, D. de transact. & Aedilem curulem, qui certis de causis ius dicebat, l. 1. de ædilit. edict. fuit tamen magis visitatum, ut ius dicentis verbo Prætor appellaretur, velut iuri dicundo præ aliis constitutus, l. 2. §. populo, D. de orig. iur. At de vrbis Prætore id modò intelligimus: alij enim qui creati sunt Repub. augescente ius non dicebant, sed tantum de capitalibus quæstionib. cognoscabant, quæ ipsis obuenerat sorte, vnde *Quæsitores* appellati. Ne longior sim, ita statuo, alium fuisse à Prætore iudicem, & à ius dicente: *index non* quod planum est ex M. Tullio, 2. in Verr. & pro Rabir. Post. *idem.* Itaque distinguimus officium Prætoris, & ius dicentis: ut stipulationem etiam prætoriam à judiciali: tametsi aliquando *Prætorissim* iudicis & prætoris nomina confundantur. Etenim tempofib. *& in distinctione* Imperatorum (quo antiqua penè omnia obsoleuerunt vñà *rentia.* cum lingua Romanæ puritate) iudicium nomine quicunque magistratus etiam maiores appellari cœperunt.

puras habuisse manus.] Hi puris manibus viuere dicuntur, qui *Pura res* purè atque integrè vitam transfigunt: qui neque dolo neque nus. astu alijs negotium facessunt: qui denique sunt (ut hic Alciatus intelligit) *ἀποστολοι*, id est, à muneribus accipiendo

alieni Horatius paulò deflexit:

— bene si quis, inquit,

Et viuat puris manibus. Sic dicuntur in Nouell. 8. καὶ θεραπεῖ
χεῖρες.

*puras atque habuisse manus.] Ne quid tamen hīc nota dignum
transfiliā, verba Iustiniani quæ integra reperiuntur in primo
Codicis, titulo de mandatis principum , huc adscribam, di-
gna quidem illa quæ literis aureis passim consignentur: οὐδὲ
τοινὶς σε καθηρᾶς ὁρματιβαίνοντα τὰς ἀρχὰς, καὶ δόσεως
ἀπάντων χειρίς, πρὸ τῆς ἀλλων ἀπάντων καὶ δαχτύλων
φυλακήσιν δέω τε καὶ στῦν καὶ τῷ νόμῳ τὰς χεῖρας, καὶ μηδενὸς ἀποστελε-
χεῖσθαι. μὴ τε μείζον Θεόν, μὴ τε ἐλάπιον Θεόν, αλλ' αὐτοῖς μόνον
τοῖς ὅρμασσοις τοις χρειγουμένοις. καὶ διάτεσσαν διάτε-
σθαι σε καὶ δαχτύλων αὐτοῖς πανταχόδεν φυλακήσιν τὸ δίκαιον.
Oportet igitur te purè suscipientem hoc administrationis
munus, procul ab omni largitione, præ alijs omnibus, mun-
das seruare Deo, nobisque, & legi, manus, nullum lucrum cō-
tingere, neque maius, neque minus, neque captiosum quid-
dam contra subiectos facere negotiando, sed contentum esse
solis à fisco tibi ministratis, & tam per te quam per eos qui
circa te sunt, purū eis vndique seruare ius. Suetonius in Ti-
to ait, Pontificatum maximum ideò se professus accipere, ut
puras seruaret manus, fidem præstítit.*



Bonis à diuitibus nihil timendum.

EMBLEMA XXXII.



IVNCTVS contiguo Marius mihi pariete, nec non
subbardus, nostru nomina nota fort.

Aedificant bene n immati, sat: gunt que vel vltò
Obstruere heu nostris. undeque luminibus.

Memiserim! geminæ quem tanquam Phivea raptans
Harpyæ ut propriis sedibus cyclant.

Integritas nostra, atque animus quæsitor honesti,
Hus nisi sint Zetes, his nisi sint Calais.

S Ignificat sibi rem esse cum quibusdam tabulis forensibus;
Smalis vicinis, suas èdes ita altè extruentibus, vt officerent
luminibus suarum ædium: à quibus sicque ab illis importu-

O ij

nè fatigaretur, vt olim Phineus ab Harpyiis, vt parum abesser
quin propriis ædibus expelleretur, nisi succurisset animi
probitas & integritas. Sic enim viri boni sæpenumero ab im-
portunis dominis deturbantur à suis possessionibus sine vlla
legū & honesti ratione, nisi æquanimitate, vel poti⁹ numinis
aliquo præsidio, & quasi ariete vindicentur. Demosthenes in
Calliclem: τὸ χαλεπώτερον εἰδὲν, οὐ γένος καὶ
πλεονέκτης πυχεῖν: id est, Nihil molestius esse potest, quam in
vicinum malum & auarum incidere. Quò illud Pindari nō
malè quadrabit ex Nemeor. 10. Καλεπάδ' ἐρισθίωποισιν
οὐ μετίν κρεατον των: Periculum est contendere cum poten-
tioribus.

*pariete.] Procelesmaticus, dactyli vice.
bene nummati.] Horatius 1. Epist.*

At bene nummatum decorat suadela, Venusque.

Cic. 2. in Rullum: non minus bene nummatus, quam egregie
capillatus. Ammian. Marcellin. lib. 14. Si ad aliquem bene
nummatum, tumentemque loculis honestus aduenia saluta-
tum introieris.

*satagentq; vel ultro, &c.] Arguitur iniustus & violentus diui-
tum animus, à quibus in primis est timendum, quippe qui ne-
que ius, neque bonum, sed nec æquum colunt. Qua ratione
puto dictum a Platone 5. legum valde diuites homines non
esse bonos, Refert Plutarc. ita quendā dixisse Syllæ glorian-
ti: Quomodo vir bonus esse potes, qui tam magnas opes pos-
sideas, cùm nihil à patre acceperis?*

*Obstruere nostris luminibus.] Obstruere luminibus vicini⁹ μ-
ποδίζει τὴν ἀπόφυγην, est structuram aliquam iuxta eius ædificiū
facere, quę lumen eidem eripiat. Obstruere enim luminibus,
verbum antiquum iuris. Vnde Cicero pro domo sua: Cùm
ille negaret, inquit, primò se luminibus eius obstructurum
minabatur: Idem in Bruto: Ut horum concisis sententiis (de
Philisto & Thucydide loquitur) interdum etiam non satis
apertis, cum breuitate, tum nimio acumine officit Theo-
pompus elatione atque altitudine orationis suæ: quod idem
Lysia & Demosthenes: sic Catonis luminibus obstruxit hæc pos-
teriorum quasi exaggerata altius oratio. Quod dictum à
Cicerone per metaphoram nemo non videt, pro eo quod di-
xisset sine tropo; impedimento fuit ne orationis Catonianæ
lumina viderentur. Rectè Thucydides: προς τὰς δισυγένειας
πᾶσι τὸ ἀγτί παλον γέλασθε γεγίσαται. Ex vicinis ma-*

Indivites.

*Obstruere
luminibus
quid.*

*Vicinorum
comoditas
vel incom-
moditas.*

Ium bonūm ue proficiscitur. Harpyiarum verò fabulam Plutarch. lib. De vñsura vitanda, torquet in debitores, qui graueatur ære alieno: tolerant enim ac sustinent tanquam Phineus Harpyias illas pennatas pascentes, &c. ὡς ὁ εἰνδικός αὐτοῖς *Harpyia.* πνὺς ὑποπτεύεται οὐκοντες. Referam Alciati verba ex Commentario ad tit. De verb. signific. l. 139. Finge, inquit: Concedit lex volenti lautè ædificare, ut vicinum ad proximæ rei venditionem cogere possit, an eum quoque adiuuabit, qui lautum ædificium perfecit, sed addere illi aliquid desiderat, puta hortum ampliare, vel impluuiū? qua in re cùm ego impeterer ne gābam adiuuari. Cùm enim ornatus, vrbis ratione ita constitutum esset & qui ciues ad expolienda ædificia incitarentur, in eo qui iam perfecisset, hæc ratio locum non habebat. Paulo pōst ita: Verùm cùm non tam iuri meo quām iudicibus diffiderem, transagi, ut verissimum sit illud Hesiodi, μὴ δ' ἀνέστησαντο τοι μὴ γείτων ράκος εἴη. quod, ut ait Columella, non solū de boue dicitur, sed etiam de omnibus partibus rei familiaris; adeò refert non habere malum vicinum. hæc Alciat.

geminæ quam tanquam Phinea raptant Harpyie.] Hesiodum *Harpyie* secutus, duas tantum Harpyias statuit. Virgil. trium meminit, *quot, &* quarum nomina Aëllo, Ocypte, & Celæno. Finguntur volucres monstrosæ, facie virginea, vnguis vultures referentes, ἀπὸ τῆς αἴραζεν, à diripiendo dictæ. vnde Suidas ait, *vnde dicitæ.* αἴραπηκες δαίμονας ἔτι. Sic autem habet fabula. Phineum uxorem duxisse Cleopatram, Boreæ & Orithyiae filiam tradunt; cùmque alteram nomine Idēam Dardani filiam superinduxisset, eius nefario suasu filios ex Cleopatra susceptos excæcauit: qua de causa dicitur & ipse à Diis excæcatus, in cùmque missæ Harpyiæ, quæ cibos & mensam eius diriperent. & turpissimè fœdarent. Quòd verò Zetes & Calais cum *Zetes &* Argonautis Colchos proficiscentes à rege Phineo suscepti *Calais.* fuissent honorificè, ut eum hac intolerabili molestia liberarent, Harpyias magna dexteritate pepulerunt, & in Plotas vñque insulas persecuti sunt. Cetera ex 3. Æneid. Virgilianæ, 6. & 7. Metamorph. Ouid. petes. Vide etiam Valer. Flaccum 4. Argonautic. Sed quoniam nobis proposuimus fabulis ipsi allegoricas enarrationes adjicere, non videbitur à re alienum, si explanemus quid Harpyiarum nomine intelligatur. Sanè ut vis nominis indicat, Harpyia rapacitatem notat: vñ- *Harpyie* de Harpax, & harpagare verbum apud Plautum. Fulgentius quid.

ait, ideo virginēs singi, quod rapina omnis stirilescat, nul-
liusque sit frugis: volucres propter celeritatem qua feruntur
qui rapiunt: plumis opertæ, quod latiter quicquid ab ijs eruf-
catum est. Tres verò, quoniam primò aliena expertuntur, cui
succedit inuasio, & postremò absconduntur. Hinc enim no-
mina è re facta, Aëllo, tanquam Ἀλλώ Ἀλλώ, tollens alienū:
Ocypete, citius auferens: Celenum verò nigrum. Sunt qui
per tres Harpyias, avaritiam, inuidiam & superbiam intelli-
gi velint. Opinor autem hīc Alciatum de industria duatum
tantum meminisse, vt ad rem suam, id est, duos vicinos ac-
commodaret. Ille quidem 2. Prætermissorum ait, Harpyias
ira tonantis aduersus Phineum impulsas à Poëta singi, quod
quæcunque maxima oriantur mala, iræ diuinæ soleant ascri-
bi: & Theophrastus hasce tempestates, sterilitates, & alia ge-
neris eiusdem, quæ non vitio terræ, sed cælitùs proueniunt,
ἀπὸ τῆς δάιου Θεοῦ αἰνίαν appellat, id est, causam Deorum nu-
mine vrgentem. Si plura de Harpyiis requiras, consule Syn-
tagma 6. Historię Deorum Gyraldi.

Integritas nostra. [H.c.] Accommodat fabulam. Propriis edi-
bus cedere cogar, & his expellar, nisi mentis integritate &
honestate vindicer, méque tuter. vt olim Phineus, Zete &
Calai adolescentibus fortissimis. Vitæ innocentis conscientia
(vt hoc vel obiter adijcam) est instar muri alieni, qua nimis
quis sustentatus, non eget Mauri iaculis, nec arcu ad retundē-
das insidias iniquorum & violentorum hominum. Itaque
rogatus Bias quę vita metu careret? innocens, inquit, & eius
qui sit sibi behe conscius: nam omnes animum innocentem
amant & charum habent, vt est apud Pindar. adeò vt innoce-
cōtem damnare pro grauissimo crimine sit iam olim habitū;
ergò malè cessit Archiq; quod Archilochum interfecisset: Ce-
cilio Metello de Dalmatis citra causam triumphanti: Attalo
regi Asiæ, quod insontes amicos occidisset. Sed hæc satis;
longius enim oratio euagatur.

His nisi sint Zetes, &c.] Pindarus Pythior. 4.

Δυμῶν γελαστῶν δᾶσον εἴη —

πενθαστεύεις ἀρέμων

ζεταν γελαστὸν τε πατήρ βορέας

ἀνδρας πλεοῖσιν νᾶτα πε —

φείκοντας ἀμφωπορρυγέοις. id est:

Ridenti animo velociter ornabat rex ventorum Zeten Ca-
laimque pater Boreas viros, qui alis in tergo mouebātur am-

bo purpureis. Boream autem ventum esse Septentrionalem
nemo nescit, cuius filij dicuntur Zetes & Calais, fictis inge-
niōsē vocabulis. Ex nominum etymo non est dubium quin longē multa peti possint, quae quasi nos manu ducant ad cognitionem rerum vberiorem, & quidem magis apertam. Certe mihi placet scholiastis Pindari acumen, qui eo loco *ζητεῖς* ὁ *Ζεύς*, nempē *ἄγαρ* *ἀρων*, quod nimium flet, interpretatur: *κέλασιν* verò, ut qui *κελῶς* *ἀρων*, quia leniter flet. At ad rationem physicam non usurpat Alciatus, sed ad mores convertit, quod facilius ingeniosis hominibus suum id carmen ostentet.

Zete: ag
Calai: ad
quid relata
nomina.

Integritas nostra, atque animus quæsitor honesti.

Nam *κελαῖς* fortasse *ἀπὸ τῆς κελεᾶς*, quo animi designatur integritas: animus autem quæsitor honesti, est ille *ζητεῖς* à *ζητεῖν* nomen habens, quod quærere significat. Idem video posse obseruari facile in Homericis nominibus permultis, & ijs personis quæ à Platone inducuntur: quæ nomina interdotius disputationis argumentum implicant.

O iiiij



Signa fortium.

DIALOGISMVS XXXIV.



Quæ te causa mouet volucris saturnia, magni
Ut tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo, quantum inter aues ego robore presto,
Tantum semideos inter Aristomenes.
Insideas timidæ timidorum busta columbae,
Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Aquila pro sumptuoso libro, sumptum, pulchra est simulacrum: quo sub nomine Aristomenis Imperatorem Carolum V. celebrat, alluditque aperte ad aquilam, quam in scuto habuit, & imperiali stemate, quæ fortitudinis

notam præ se ferat. Ea enim ut dignitate cæteris auibus antecellit ita ille Princeps alios & fortitudine & splendore nominis longè antecedit. Epigramma est Antipatri, quod huc adscribere non piget:

Ἐργὸς διός κρονίδαι διάκτορε, τελέαρινές σας
γοργὸς νέστηρ μεγάλε πύμεον αριστομόνες;
ἄγγελος μερόπωντιν, οὐθ' ἐνεκεν οὐσον αριστον.
οἰωνῶν γενόματ, πόσον δοδούμιδεσσαν.
δεῖλα τοι δειλοῖστιν ερεδρίσσοι πέλεσαι.
ἄμφες δ' ἀργέσοις ἀνδρέσσοι περπόμεναι. hoc est:
Nuncia fare Iouis præpésq; volatibus ales,
Cur magni ad tumulum fidis Aristomenis?
Hechomines moneo, volucrum quantum optima viuo,
Tantum hic heroas optimus inter erat.
Stiparini pauide timidorum busta columba,
Ast ego delector fortibus usque viris.

Antipatri exstat Epigramma certè nobile in Platonis, diuini hominis, tumulū, cuius animam ad sepulchrum è cœlo allapsam in speciem aquilæ dicit:

Διετε, πήπε Κέκυρας νέστηρ τάρον, οὐ πνος, εἰπε
ἀσερόντα δεῦτον οἴκον ἀποσκοπεῖσι:
Ἄντοχος εἷμι πλατιών Θεός, ἀποπλεμόνες εἰς ὅλυμπον
οἴκον σῶμα δὲ γῆ γηγενεῖς ἀτθίς εἶχε.

Cur aquila ad tumulum hunc volitas dic: nunquid ab astris
Hic habitare Deum fortè aliquem intuita es?

Imò anima extinti sum diua Platonis, Olympum

Que colo, sed corpus terrigenum Attica habet.

volucris Saturnia.] quasi dixeris Iouiana: nam & Iupiter diciatur Saturnius. Virgil. in 4. Jupiter Sa-
turnius.

Nec Saturnius hec oculis pater accipit equis.

Sic apud Homerum multis in locis κρονίδαι.

magni Aristomenis.] ἀριστομόνες, optimæ mentis hominem Aristomenes sonat, ait Pindari Scholiastes, & Pausan. in Messenic. eum nes. Græcorum omnium optimum Apollinis oraculo iudicatum refert: quod & alicubi confirmat D. Hieronymus. Vir fuit admirandæ planèque stupendæ dexteritatis, qui de Lacedæmoniis victorias nobiles retulerit, à quibus bis atque iterum captus, mirabiliter euaserit. sed tandem ab eisdem occisus, excepto eius corpore (videndi causa) cor hirsutum est repertum. Plin lib. 11. cap. 37. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. meminit Dion Chrysostom. oratione 35. initio ferè.

quantum inter aues.] Collatio parium.

Semideos inter.] Semidei sunt Heroës illustres, & nobiles viri qui quoniam ad Deorum immortalium naturam quam proxime accesserunt, ab imperita plebecula, & Poëtis ipsis (qui vulgarem opinionem velis remisque consecutati sunt) in numerum Deorum relati creduntur. Hesiodus:

*Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἀρετον
ἀνθρώπων ἡγεμόνων θεῖον γένος, οἱ κελεύονται
νῦν θεοι.* — Ouid. i. Metamorph.

Sunt mihi semidei sylvestria numina Fauni.

& Statius in 2. Reges semideos appellat. Lucianus in mortuorum dialogis sub Trophonij persona, Ηρως, inquit, οὐαὶ τὸν ἄνθρωπον δῆτι, μέτε θεὸς, δίλλε καὶ σωματότερον δῆτι. Mitto que Plutarch. de oraculorum defectu disputat, quæque D. August. 10. de ciuit. Dei cap. 21. alijque certè multi retulerunt de heroibus.

Colombæ pro trepidatione, &c.] Columbā pro trepidatione, & timiditatis symbolo ponere vulgatissimum fuit antiquis. nam & nomen illi apud Græcos τρυγων hoc idem significat: deducitur enim à τρυγε, quod est trepidare. Homerus enim sic, αἰδεῖ βάτην τρυγωστι πλειάστην θμαδ' οὐοῖς. hoc est, *Ha pavidæ gressu similes abierte colum.* Ouid. i. artis, *Vt fugiunt aquilas timidissima turba columbe.*

Pierius Hieroglyph. lib. 22. id scitè perspicueque declarat.
busta.] sepulchra. Iuuenal. Satyr. 3.

— portandum ad busta cadaver.

Ouidius Fastorum 5.

Compositique non pos busta piabat avi. Et Virgilius:
— *semiuultaque seruant Busta.*

Cicero in Pisonem: Quorum ego furori nisi cessarem, in Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem. Mortuorum cadavera olim cremabant, & cineres, quæ religiosè asserabant, busta dicebantur, quasi combusta. Cicero tamen 3. De legib. bustum pro monumento accipit, vt & Suetonius prose pulchro.


Aquila, in signe Ro- manorum. *Nos aquile.]* Aquilam Romanorum (rerum dominorum) insigne fuisse quamplurimi auctores referunt. Neque verò id sine causa factū conjicio. nam vetusti quique aquilam auium principem vocitabant: vt Horatius proinde dixerit ei Iouem permisisse regnum in aues vagas. Observabant enim eius avis præstantiam virium, eam politam, concinnam, intrepidam,

Aquila præstantia.

strenuam, liberalem: quæ adiuncta perpetuè fortē debent
 Principem comitari. Sed & aquilino nāso homines regios Aquilino
 appellarunt, testibus Platone & Plurarchō: ita vt Persē ad re-
 gnum nemini aditum liberum concederent, nisi qui ea nota
 insignitus esset: atquē Cyrus ille, quem aquilino nāso fuisse Pyrrhus,
 memorabant: Pyrrhus etiam Epirotarum Imperatorū, Aquilē Aquila dī-
 cognomen sibi datum à suis lubens admisit. Cūm enim mili-
 tes eum Aquilam appellasset: *πί γδ, inquit, ε μέλω τοῖς υμε-*
τέροις ὃ πλαισ, ωσσερ ἀκυπέροις, αἱρό μεθ Ο; Quid verò non Aquile sa-
 Imò verò apud Thebanos Aquilæ vt sacrę aues colebantur, *creas aues*
 vt apud Ægyptios Crocodili, Ibes, Cynocephali. Non ausim quibus.
 equidem transilire, Aquilam olim rerū successum prospera-
 rum portendisse. sic enim Iupiter omen optimum cepit, cūm
 sibi aduersus Titanas proficisci enti apparuit Aquila. Certè Aquila
 alijs referunt Gordij, pauperis alioqui viri, in curru per
 totum diem sessitasse: vnde regnum Phrygiæ filio Midæ præ-
 monstratum volunt. Cūm Hiero admodum adolescens esset,
 & mediocrium homo fortunarum, primo bello quod vñquā
 inijsset, Aquila sedite eius clypeo, quod præfigiū regni fuisse
 creditur. Tarquinio Romam migrati Aquila pileum è capite abstulit: vnde Tanaquil vxor vaticiniorum perita regnū Aquila
 illi portendi coniecit. C. Marius puer Aquilæ nidum cum se-
 ptem pullis in agro reperit: cuius ominis ratio fuit septē Cō-
 sulatibus ostensa. Celebratur & Octauij Cæsaris principatus
 primū Aquilæ ostento notatus. Cūm enim aliquando in
 via Campana pranderet, Aquila ex improviso panē ei de manib[us] eripuit, & leniter deinde reddidit. Nec prætermittē-
 dum quod legitur de Alexandro Macedone, quo recens nato,
 Aquilē duæ in culmine domus per totum diem sedisse dicū-
 tur: quod omen tum primū captum fuit duplicis Imperij,
 neimpè Asiatici & Europæi. Sed hæc dum colligo, ferè non
 sentio mihi ad reliqua pergendum.

A'vēχx̄x̄ d'm̄x̄.

EMBLEMA XXXIIII.



Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est,
 Et nimium felix s̄apē timenda fuit.
 Sustine (Epictetus dicebat) et abstine. oportet
 Multa pati, illicitis absque tenere manus.
 Sic ducis imperium vincit⁹ fert poplite taurus
 In dextro: sic se continet à grauidis.

Philosophia
 Epicteti
 duobus cō-
 prehensa
 verbis.

Dobus his verbis, a'vēχx̄x̄ d'm̄x̄, Philosopho Epi-
 cteto familiaribus, tota bene viuendi ratio comprehen-
 di potest. Primo siquidem ad patientiam adhortabatur, qua
 quisque disceret tum aduersos fortunæ casus, tum etiam la-
 borem æquo animo preferendum: altero, esse ab omni luxu,
 potissimumque venereo præcipiebat abstinendum. Quæ duo
 præcepta duobus hisce verbis comprehensa, sic Horatius v-

detur illustrasse:

*Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multæ, tulit fecitq; puer, sudavit & alſit,
Abſtinuit Venere & Baccho,*

In tolerantia confans hominis animus agnoscitur, quando *Patientia* scilicet malis non cedit: sed contrà audentior exsurgit. Vnica siquidem constantia hominē ab hominū communi fece differentem maximè, & longè nobilitatem facit: quandoquidē, ut doctè cecinit Prudentius omnibus aliis virtutibus, & societatem & auxilium suum fortis patiētia misceat; virtusque omnis vidua sit, quam non patientia firmet. At quantum cōducat abstinentia quantasque habeat vires, pleni sunt auctorum libri, plena antiquorum monumenta tam enim latè patet, ut per omnia omnium virtutum domicilia ferè locum sibi suo iure vendicet. Hinc apud Lactantium triplex statuitur virtutis gradus: primus est à malis operibus abstinere: alter, à verbis malis: tertius, à rerum malarū cogitatione. Sed ut paucis, quemadmodū Patientia & Abstinentia dux virtutes sunt præ ceteris viles, sic iis opposita duo vitia, Intolerantia nempe & Incontinentia, multò omnium grauissimæ & exitiosæ maximè dicebantur Epicteto (teste Gellio lib. 17. cap. 19.) nēpe cùm aut iniurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus, neque ferimus: aut à quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque obseruando curet, is erit plerunque impeccabilis, vitamque viuet tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat, ἀνέχει καὶ ἀπέχει. Haec tenus Gellius. Alciatus, uti hoc oculos ponatur, συμβολικὸν adiecit, nempè taurum roboris excelsi patientissimum & abstinentissimum animal. Ægyptij enim sacerdotes cùm fortem & temperantem significare vellent, taurum valetudinis integræ pingebant, ait Orus: onerum enim & laborum omnium patientissimus est, ærumnas nullas detrectat, instatque operi herili quantum libet. sed & abstinenſis est; quippe qui post vaccae conceptum, cum illa non coeat, ut idem Orus lib. 2. literarum Hieroglyph. & Plin. lib. 8. cap. 45. Vide Pierium Valerian. lib. 3. Hieroglyphicōn. De aduersis æquo perforendi animo, quædam Lactantius 6. cap. 18. & Plutarchus Consolatione ad Apollonium. De abstinentia verò exempla longæ multa sunt apud Val. Max. lib. 4. cap. 3.

Et toleranda homini, &c.] Huic respōdet verbum ἀνέχου. Ad-

Tauri sym-
bolum.

hortatio est ad patientiam: cui simile Virgil. illud:

Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Et nimium felix, &c.] Publij mimus estis:

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

tum enim maximè timenda est, cum valde prospera putatur.
ergò idem Publius verò:

Fortuna virea est, quæ cum splendet, frangitur.

Horatianum hoc etiam vulgo tritum: *Sepius ventis agitatutus
ingens Pintus.* quo videtur respexisse ad illa Herodoti, in Polymnia: *οὐρανὸς τὸν ταχὺν ταχὺν ταχὺν ταχὺν ταχὺν ταχύτερον τοῦ θεοῦ, οὐδὲ εἴη φαντασία,* τὰ δέ σπουδαῖς οὐδεμινὶ κνίζει. *οὐρανὸς τὸν ταχύτερον τοῦ θεοῦ εἰς οὐκ πατεῖται ταχύτερον τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ θεοῦ ταχύτερον τοῦ θεοῦ.*

Et nimium felix sibi timenda fuit.] Alexidis hoc laudatur:

*καὶ γένης τυχὴ περισσότερη, προσδοκήν
αἴτιον, καὶ μάτι περιενειν τῷ Φεβ.*

Fortuna quamvis sit tibi prosperrima,

Semper aliquid timeto, diffidens ei.

Epicetus.] Stoicus fuit natus Hierapoli Phrygiae, cuius quidem morum & vitae tata fuit admiratio, ut lucerna eius ficitur tribus drachmarum milibus pederetur. Circunfertur eius nomine Enchiridion multis paradoxis refertissimum, quod eius auditori Arriano tribuitur: continet libellus ille quasdam disputationes admodum utiles & succinctas ad perturbationes animi cohibendas.

illicitis absq[ue] tenere manus.] id est tenere manus abs illicitis: nō absque. hic non est vna dictio, sed dux, conslatæ ex præpositione abs, & copulatiua, que, ne quis fallatur. Suadet itaque continendas esse manus ab illicitis. notum hoc,

Est virtus, placitis abstinuisse bonis.

cui non male cōuenit Ciceronis illud Offic. i. Bene Pericles, cum haheret collegam in prætura Sophoclem poëtam, hiq[ue] de communi officio conuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles: O puerū pulcrum, Pericles sat enim prætorem, Sophocles, decet nō solum manus, sed etiā oculos abstinentes habere.

Continētia gestu. Anacharsis Scytha eo gestu repertus est apud Solonem dormiens, ut altera manu pudenda, altera os obsignaret, cōtinētiæ & silentij signa exprimens. Duo enim sunt in homine membra, quæ nisi admodum difficulter edomati possunt, lingua nempe & genitalia. Itaque quod Anacharsis toto æta-

tis suæ tempore bellum voluptatibus indixerit, statuisse eius inscriptū fuisse legitimus, γλωσσε καὶ γασπός, καὶ αἰδοίων καὶ τετ-
γένει. Quare cum Sacerdotes Ægyptij frenum libidinibus imponendum esse suaderent, viri genitale manu cohibitum & repressum pingebant. Referrem quæ de Alexandri Macedonis continentia ab historicis memorantur, qui nuptam mulierem attingere, neque Darij filias captiuas videre sustinuit. Sed hæc sunt in ore omnium.

Sic ducis imperium, &c.] Ægyptij cùm indicarent hominē modestum, & qui facile posset à malè factis auerti, taurum genu dextro ligatum pingebant. Si enim dextro genu constrain-
gatur, mansuetum se præbet, & vincula consequentem. Pie-
rius eodem lib. 3.

poplite.] poples, genu est curuatura, pars genu opposita. Lu-
canus: — nisi poplite lapso.

Vltima curuati procederet ungula tauri.

Sic se continet à grauidis.] Huc pertinet egregium Aristotelis verbum ἀπναγράψει de tauro dictū, qui seorsum à vaccarum consortio & grege pascitur, id est, abarmentatur. Quæ laudatur hic continentia, fuit in Druso, qui se vxori seruauit integrum, quandiu versatus est in expeditione Germanica. Et Λεῖ. Pescenius Niger ignarus rei venereæ fuisse dicitur, nisi quantum liberis procreandis impéderetur. Claudianus 2. de laudibus Stiliconis, quo loci laudat pudicitiam Theodosij:

Hinc fuit ut primos in coniuge disceret ignes
Ordisque virum non luxurianti evuenta,
Sed cum lege thori casto cum faedere velle.

Appendix.

ἀρέγγει.] grauite ad hunc sensum Horat. 1. Carm. 3.

Æquum memento rebus in arduis

Seruare mentem, non secus in bonis

Ab insolenti temperatam

Letitia — Exemplo est Socrates, qui ea fuit æquanimitate ut abeunte domo, & redeente eodem semper vultu fuisse dicebat Xantippe, morosa vxor. Stoici ergo ὁπο's τίνῳ διηγήσει inducebant suis disputationibus, τίνῳ αὐταγράφει, καὶ τίνῳ αἴταθιαν, & hoc spectant Senecæ consolationes, & ferè omnes epistolæ, quibus tolerantia, & sobrietas, eruditis aculeis instillantur. Vtriusque verbi vim expressit idem Horatius 4. Carm. II.

Vindex amare fraudis, & abstinenſe.

Tauri lym-
bolo quid
significetur,

Ducentis ad se canela pecuniae,
 Consulij non unius anni,
 Sed quoties bonus atque rectus
 Iudex honestum pretulit utili, &
 Reiecit alto donat nocentium

Vultus —

At verbum, à vē χς, sic,
 Non possidentes multa vocaueris
 Recte beatum : rectius occupat
 Nomen beati qui Deorum
 Muneribus sapienter vī,
 Durāmque calleat pauperiem patī,
 Peiusque leto flagitium timet:
 Non ille pro caris amicis,
 Aut patria timidus perire.

At illud, à πέ χς, sic

— Ε/ per obstantes ceteras
 Explicit sua victor armæ.

Nisi id primum conferre mauis cùm illo ; Carm. 3.

Iustum & tenacem propositi virum
 Non ciuium ardor prava inbentium
 Non vultus instantis tyranni
 Mente quatit solida —

Sie se continet à grauidis.] Obuius sese locus offert. D. Hieronymi aduersus Iouinian. Inconcessum maritis post conceptū
 fœtum mulierib. iungi, tum quod venter tumidus non subi-
 gatur sine periculo: tum quod non suscipienda prolis causa
 coēatur.

In adulari

In adulari nescientem.

EMBLEMA XXXV.



SCI R E cupis dominos toties cur Thessalis ora
 Muret, & ut varios quārat habere duces?
 Nescit adulari, cuiquāmūe obtrudere palpum:
 Regia quem morem Principis omnis habet.
 Sed veluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem,
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.
 Nec saurē tamen domino fas: vltio sola est,
 Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.

EX Vlpiano Demosthenis interprete, historiam prīmi hu- Ictius ē
 Eius distichi peritam suspicor. Verba eius nō piger adséri. Demosthe-
 bēre: ἀλλ' ας ἄπο γρόσης τε ἡγεμάτες διδαλοίς, επεγγυος nus inter-
 press;

DETHEALON EIT TA KJ OI TETE PADMES. MIQ CEPONTES OMNIS TUA TUGAR
VIDA OI DETHEALOI, KJ APOROMATES NI DED PIKEIN, METEPEM FARTO
EIS SUMMACHIAS TON CILIPPOU. EITA ELAGHON ENENQ. EKSE CALAE
TOS ALDOSAS EK TIS TUGANVIDQ. KJ TOTER TETE XERIN AUTQ
OMOLQYTES OI DETHEALOI, DEHNKATON AUTQ NEMEADZ PAGASAS KJ
TA XEYMATA TA EK THALIYHON KJ TOS AYORAS AMPSONS DETHEALOI
ENOKIETHGAV, NI DIA TO TON ICOSONA DETHEALON ONITA, AMPSONS OPHY-
YAI TEI TUA KOIV DEIAT NI DIP EN TAPELONVYNTAEN POLEMU, CO
AUTQ TM QD. TAUZ ET APQ ABLWAIWON TPO'S LAKEDAMONIES METE-
RAZ AVTO, AS ENSYN O THUKUDIDHS. ID EST, Aleuas, quidem ex Her-
culis, familia Thessalus, tyrannide in Thessalia potitus est:
deinde huius etiæ liberi. Quam cum Thessali nec ferre pos-
sent, & quod se verterent, non haberent, Philippi opem petie-
runt Is cum venisset, Aleuadas tyranos expulit. Cuius be-
neficij nomine gratu suum animu declaraturi, vsumfructum
Pagasarum, portiorum item ac mercatuum vectigalia illi
cocesserunt. Perfidia autem existimati sunt, vel propter. Tessa-
lum Iasonem, quem Medeæ fregisse fidem constat; vel quia
bello Peloponnesiaco, cum utraque acios iam staret in pro-
cinctu, ab Atheniensibus ad Lacedemonios defecerunt, vt ait
Thucydides. Hactenus Vlpian. Innascitur autem plerunque
popularis rebellio, vel ob iniqum magistratus administratio-
nem, vel intolerabilem Principum tyrannidem. Accidit
enim aliquando principi rerum gerendarum imperito, quod
equisoni, qui dum equum alioqui violentum moderari ne-
sciat, nec cum sit opus aut freno, vt sistat, aut calcaribus, vt in-
citet ad cursum, aut modum teneat, excutitur facillime, se-
que ex eius manu equus eximit: Eodem modo Princeps im-
portunus, & in suos plus æquo saeuens, vel etiam regniad-
ministrandi prorsus ignarus, vulgi animos in se commouet.

*Equitandi
periti: qua
ratione in
principibus
esse debet.* Eam ob causam dicebat Aristippus bene cessurum Regi &
Principi, si equitandi artem primùm teneret: etenim si alias
disciplinas disceret, id quidem hominu opera & vigiliis effici,
qui sapienter verum dicere ne quidem audent, vt quod
sciunt odiosum esse principibus, qui cum deliquerint, argui
nolunt: a equitandi peritiam Princeps non modo ex homi-
nibus, sed ex equo didicerit, qui adulari nesciat, vt homo, nec
certe blandiri, vt parasitus aut scurra. Si enim vel ipse Princeps equum, vt decet, non rexerit, erratum statim equus vindicab, suumque sessorē quicunque sit, dejicit. Seriò itaque
prius ait hec addiscenda principi, aut se se indignum reputet,

qui in tanto dignitatis gradu sedeat. Quod præceptū alicubi à Plutarchio literis consignatum memini ad hunc fermè sensam: Qui eqūos domāt, ijs prīmūm ab blandiūtur, ac mollissim è tractant, vt assuescant freno: sic populatis multitudo lenitate retinēda & excipiēda ei qui diu in pace regere cupiat. Huc respicit grauiter dictū à Scipione Africano maiore, quo, rēgi Antiocho pacem cum Romanis inire cupiente exprobavit, non esse tempus, cum rex ipse perpessus esset lupatum & hippocoronenm. Quò etiam Stobæi ea pertinet, quæ re-tulit ex Epicteto, sér. 44. Quemadmodū, ait, bonus equorum domitor non bonos tantūm pullos alit, neque feroces & famelicos valere iubet, sed ambos ex æquo nutrit, magis vero castigat alterū, & cogit similē fieri meliori: sic vir prouidus, & ciuilis facultatis péritus, bonos ciues beneficijs demereri, malos autem non continuo perdere conatur: sed de alimento quidem minus ei prōspiciet; instituet verò, & urget cum vehementiū qui tationi & legi obstiterit. Plutarch. initio De institutione liberali: Qui équi à primis bene domiti annis, suis non obsequuntur sessōribus? Qui autem indomiti perstant, nonne ceruice durissimi, & atimis feroceſ euaserunt? Idem De discrimine adulatoris & amici, ex Carneade ait, Diuitum & regum filios nihil recte neque bene discete, præterquā equitare: quod his assentetur præceptor in exercitatione literarū, sēpē ea probās quę puer admiserit, cedēs ac subinittens sese plus quam par est. Certissimum enim est, sēpē ab equo sessorem deiici, qui equitandi fuerit ignatus. Hęc ferè Plutarch. Græca studiosis penè omnibus ad manū esse scio: itaque h̄ic consisto. Nec verò h̄ic transilire possum, equum recte cum populo, non quo quis sed ferocienti, & qui nisi difficulter freno pareat, sessorem cum principe comparari. Didici enim frenato equo hieroglyphicè hominē designari ferocem quidem & animo inuicto, sed qui tameu obsequatur rationi. Est enim equus, animal ferox & superbum, sed quod hominis leges subeat, & quas non egrediatur, ybi paulum assuerit; vt quod ait Horatius,

*Non equit: m dorso, aut frenum depellat ab ore.
Sic Virgilius in Georgic.*

Sed tamen ijdem olim curru succedere suet;

Quadrupedes, & frenaingo concordia ferre.

Idipsum & obseruatur in Carthaginis historia: cùm enim vrbis fundamenta iacerentur, caput acris equi repertū, & hinc

gentem fore bello egregiam præmonstratum est: cuius ostēti ea significatio fuit, facilem victu per secula gētem. Addam & hoc, apud Onitocritas & somniorum coniectores, caput equi, asini, canis, si in somnis apparuerit, seruitūtem signifi- cari. De quibus iam satis. Nunc ad historiam redeo, quam me non statim esse nactum fateor, sed penē aliud agens tandem reperisse. Cūm enim iam horum comītentiorum, nō qui- dem perpoliendorum, sed scribendorum me satietas aliqua tandem caperet, quippe qui ad studia grauiora! festinarem, mihique permulta nōdum satisfacerent, quod omnino, sicuti mihi proposueram initio, consilium auctoris detexisse non videret, maximēque trium vel quatuor Emblematōn, & hu- ius ipsius in primis, opportunē de ijs verba facienti mihi, & studia humanitatis recolenti (tres ante annos, ni fallor, vna- cum viro doctissimo R O B E R T O V V I D I O , Tornodo- rēnsi, Glareani Loriti quondam auditore, qui per septennium hac in Academia Parisiensi diligenter & eruditē dōcuit) mihi venit in mentem, quod aliud agens ab homine amico acce- peram, huius Emblematis originem videri haustam ex Diod. Sicuti lib. 16. ad annum Philippi 4. Sic enim penē Diodo- rus : Alexandrum Phereum tyrannum interfecerunt Thebe vxor eiūsque fratres Lycophron & Tisiphon: qua ex re sibi gratiam popularem pepelerunt. Hi tamen in apertam tyran- nidem prolapſi, ſæuitiam tantam exercuerunt, ut Principes Aleuadæ in Thessalia nobilissimi in eos coniurarint. Quod verò id per se non possent, Philippum Macedonium in sui auxilium aduocarunt: qui profectus in Thessaliam, tyranni- deuictis libertatem huic populo restituit.

Thessalis ora.] Regio Thessalica, id est, ipsa Thessalia.

obtrudere palpum.] Prouerb. Plautinum, pro eo quod est, arte dolōque faſlere, ſiue adulari. Hinc Palpones dicuntur adulatores. Translatio ab equisonibus, qui refractarijs equis vel manuum plausu, vel linguaꝝ palpo blandiri solent. Lege Chi- Kad.

dominostoties cur Thessalis ora mutet.] Flauius Vopiscus in Sa- turnino de Gallis nescio quid tale scripsit : Saturnin⁹, ait ille, oriundus fuit Gallis, gente omnium inquietissima, & audita semper vel faciendi principis, vel imperij.

obtrudere palpum.] Grauissimam offensam tulit Vespasianus, quod Neroni cantanti aut discederet, aut obdormiceret, vt eſta apud Sueton. in Vespasiano.

Iocus à
Diodoro
Siculo.

Obtrudere
palpum.

Regia quem morem Principis.] Occurrit exemplum Constan- Principes
ab assen-
toribus per-
diti.
*tini Manassis, de Imperator Michaële ab assentatoribus mis-
erè perditō: In fabulis est (inquit ille) venatorem illū Acteo-
nem à rabidis canibus pro fera dilaniatum: sic certè cùm Mi-
chaëlem stipassent assentatores quidam improbi, effeminati,
omninoque male feriati, in quod exitium miserum, in quā
malorum lernam eum non coniecerunt! Curtius lib. 8. Non
deerrat talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum
malum Regum, quorum opes sæpius assentatio, quām ho-
stis euertit. Patereulus 2. historiæ Rom. De nepote Augusti
Caio: Nec defuit conuersatio hominum virtutia eius assen-
tatione alentium, etenim semper magnæ fortunæ comes adeſt
adulatio.*

Tacitus lib. 1. Historiarum, in oratione Galbae Pisonem Adulatio
in aulis
*Licinianum adoptantis: irrumper adulatio blanditiæ pessi-
mum veri affectus venenum. Suadere principi quod oportet principum.*
*multi laboris. Hæc ille. Marcell. verò Amm. passim de assen-
tatoribus Constantij Imperatoris, Iuliani virtuti laudique
detrahentibus, sed maximè ad finem lib. 16. ita scribit: His
tot ac talibus prospero peractis euentu, in palatio Constantij
quidam Iulianum culpantes, ut princeps ille delectaretur, Vi-
ctorium siue Victorinum ideo nominabant, quod verecunde
referens quoties imperaret, superatos indicabat sæpe Germanos.
Intérque exaggerationem inaniū laudum, ostenta-
tionemque aperte lucentium, inflabant ex vsu imperatoreni
suopte ingenio nimium, quicquid per omnem terræ ambi-
tum agebatur, felicibus auspicij seius assignantes. Quocirca
magniloquentia elatus adulatorum, tunc & deinde edictis
propositis, arroganter satis multa mentiebatur, se solum, cum
gestis non affuisset, & dimicasse & viciisse, & supplices reges
gentium erexisse aliquoties scribens: et si, verbi gratia, eo a-
gente tunc in Italia dux quidam egisset fortiter contra Per-
fas, &c.*

Sonipes.] equus velox & superbus, à sonitu pedum sic dictus. Sonipes.

Hippocomon.] ab equis ornandis seu componendis, ut etiam Hippoco-
men.
Hippocomius ab equis instruēdis fucato colore, robur inani mon.
*sagina mentientibus, ait Quintilian. & Alcia. noster Com-
ment. in tres posteriores libr. Codic.*

Nec seuire tamen domino fas.] Clementia principem maximè Clementia
principis.
*decet, nihilque debet esse ab eo tam alienū, quām nimia cen-
sura seueritas. quod si cogant iura & leges in facinorosum*

aliquando sœuire, id efficere debent, non quidem personæ sed vitij odio.

Eupata. Lupata.] frena asperima, quibus equus ferocior coërcetur, à ludinis dentibus ita nominata, qui dentes inæquales sunt. Ouid. i. Amorum:

Asper equus duris contunditur ora lupatis.

Claudian. 2. de raptu Proserpinæ:

Terruit orbis equos pressis parere lupatis.

& Panegyrico de Probinī & Olybrij consulatu:

—iuga ferrea neclit

Cornipedes, rigidisq; docet seruire lupatis.

Appendix.

Plutarchus scribit difficile esse consilium dare regibus: non enim regium putant ad rationis præscriptum viuere, qui regiam maiestate in velint in effrenata licentia: alieno sese arbitrio permettere, seruile arbitrantur. quare suis morib. viuunt, seu verius pro sua libidine faciunt omnia. Si vero sint paullò moderatores, ne ij quidem interpellatorē æquo ferunt animo: adeò Regibus insita est quasi perpetuum, ac vernaculū malum, ignorantia. Si bene atque ex officio administrarent, id totum sibi acceptum referri volunt: extraneos consultores societatem laudis admittere dignantur. Vnde illud, Magno constare regum amicis bona consilia. Eodem ferè sensu, nisi me fallit animus, sugillat Galliarum populos Lampridius in Alexandro Seu ero, quò loci ait, Yerùm Gallicanæ gentes, vt se habent duræ ac retrogradæ, & saepe imperatoribus graues. Idem dici par est de Belgis; quod periculax, & superbum hominum genus, & vix unquam suis principibus morigerum. hæc verus scriptor de Belgis, fortasse verè pro suo tempore: sed nunc nostro æuo excusandi, ni fallor, qui nimis imperiosos ac truculentos Hispanos ferre non potuerunt.



Obdurandum aduersus vrgentia.

EMBLEMA XXXVI.



NI TITIVR in pondus palma, & consurgit in arcum;
 Quò magis & premitur, hoc mage tollit onus:
 Fert & odoratas, bellaria dulcia, glandes,
 Queis mensas inter primus habetur honos.
 I puer, & reptans ramis has collige: mentis "
 Qui constantis erit, præmia digna feret. "

H Vius Emblematis primarius typus mihi videtur, nisi
 coniectura fallor, petitus è Quintio auctore Græco, qui
 editum quendam locum & admodum asperum, difficilem-
 que ascensu tradit, cuius in summitate palma consurgat, il-
 licque virtus insidet, nimirum ex montis asperitate varios &
Emblema-
tis prototy-
pus.

difficiles labores: ex palma vero temporis diuturnitatem intelligens. Nullus enim est qui virtutē aliquam possit assequi nisi multis laboribus, diuque perpessus. At temporis diuturnitas nullo signo figurari melius potest, quam id quod anni & mensis habetur symbolum. Huc facit illud Quintilianus: Desinit, in aduersa niti qui peruenit ad summum, scandenti circa ima, labor est. Occasione palmæ arboris, quæ pondere pressa non flectitur, sed attollitur, & cuius suauissimi fructus, nempe dactyli, cum voluptate secundis mensis apponuntur: ad laborum & difficultatum perpessionem fit adhortatio, ex qua nempe simus utilitatem aliquam non minimam capturi. Locus sese mihi offert Phornuti Græci scriptoris, qui ait, Musas ex veterum sententia coronari palma, ob nominis similitudinem, eò quod Phœnices primi credantur literas inuenisse. Probabilior autem ratio est, quæ ab eo sumitur, quod planta hæc tenella sit, quod benefica, quod perpetuò virens. Arbor hæc difficulter scanditur, fructusque refert suaves admodum, ut non ab re Musæ coronis utantur è palma confestis. Græca si quis malit, apponam: σερανωται ḥ φοίνικι, ὡς μὲν πνευματικοὶ, διὰ τὸν ὄμονον αὐτῷ, ἀπὸ τῆς φοίνικαν δοκεῖν ἀρισταῖς τὰ γέρματα: ὡς ḥ διλογότερόν ἐστι, διὰ τὸ τευχεόν καὶ διεγέρεις καὶ δεῖχων καὶ δυσταύβατον καὶ γλυκύκαρπον τοῦ φυτοῦ. Nullus est certè, qui eruditiois auctoritatem laudem maximam assequi possit, nisi primū graues & molestos labores pertulerit. Id velim symbolum bene natis adolescentibus proponi, qui aliquando studiorum liberalium difficultate non minimum deterrentur. Si enim fructū maximum literarum, cogitatione intimoque sensu degustaret, hac vna grata boni spe, molestias quantumuis acerbias deuarent. Sanè rebus in agendis proposita semper debet esse constantia, quæ sit ærumnæ cuiusvis firmissimum condimentum.

Studioſi de-
terrentur
laborū dī-
ficiūtati-
bus.

Palmæ na-
tura.

Ad id explicandum palmam proponit; cui si pondera magna imponas, ac tam grauiter vrgeas & oneres, ut oneris magnitudo sustineri nequeat, non deorsum illa cedit, nec inflectitur, sed aduersus pondus sursum surgit, & sursum nititur. Id circò in certaminibus suis victoriæ signum quamplurimi prodidere. hinc vulgatum adagium, Palmam ferre. Vide Gellium lib. 3. cap. 6. ex Plutarch. 8. Symposiac. & Plin. 16. cap. 41. Constantiæ exempla Val. Maxim. habet lib. 3.

c. 8.

odoratas glandes.] odoriferos dactyles.

bellaria dulcia.] πέμπατα vel τρεχινατα: suntque omnia Bellaria;
ea quæ secundis mensis apponi solent. Gellius lib. 13. cap. 11.
Locus est elegans apud Ioann. Salisberensem (auctorem
quidem non ineptum, & quem non ægrè inter optimos for-
tasse haberemus, si meliore sæculo floruisse) in Polycratico
lib. 8. cap. 7. Significant bellaria, ait, omne genus mensæ se-
cundæ, quoniam ibi solent apponi quæ pulchriora sunt &
delicatiora. Utitur autem hoc nomine M. Varro: Bellaria,
inquit, ea maximè mellita sunt, quæ mellita non sunt. Quod
fortè eò referri potest, quòd utēti gratiora sunt ea quæ ne-
cessitas appetit, quā quæ irritario gulæ inuenit. hæc ille. Additæ
& locū Arnobij aduers. gētes lib. 7. nam & his verbis bellaria
significat. Pulmentorū varietatibus, ait, afficiuntur, Dij cæli-
tes, ut fieri mos est post cœnarum ditium & locupletum sagi-
nas frustilla hæc paruula pro suaibüs mateolis sumunt, nō
quibus famen sedent, sed ut palatis admoueant otium, séque
ipsos plenæ appetitu voracitatiis instigent. Sed veretur ne quis
hæc præter rem congesta dicat.

Mensas inter.] ἀναστοῖ, pro, inter mensas.

reptans.] nitens & concordans, μεταρροεῖ.

mentis qui constantis erit, Φ/ε.] γνῶμη, quæ comple&tum
totius Emblematis sententiam. Eam illustremus licet exem-
pli nobili, ut Emblema per se quidem lepidum, accessione
quadam fiat illustrius. Admirabilis Q. Fabij Maximi con-
stantia omni laudatione superior venit in mentem. Is cùm
pecuniam pro captiuis Annibali numerasset, fraudatus ea pu-
blicè, tacuit: ut enim parentibus, sic neque patriæ communi
parenti putabat esse aliqua occasione succensendum. Cùm
sibi dictatori magistrum equitum Minutium iure imperij se-
natus æquauit, quanquam queri posset, siluit tamen. Multis
iniurijs, contumelijs, probris lacestitus, in eodem animi
habitu permanxit. In bello gerendo prouidus, rumores
qui de se temerè à suis spargebantur, quòd cum Annibale
iuueniliter exultante non cōsereret manus, aut contempserit,
aut elusit, adeò ut se inuictum aduersus iram, spem metum-
que præstiterit. Dignus ergo non vna palma Fabius; qui nisi
se imprimis suosque fortitudine inuictoque robore animi
vicisset, Annibalem potentissimum hostem vix etiam pugnā-
do tetudisset.

Bellè postremò ad hunc locum conuenit hoc Senecæ 2. de ^{Patientia} _{constantia} que pra-
ira: Mille sunt in quibus pertinacia impedimentam omne trans- mīum.

22 cendit, ostenditque nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens patientiam
 22 indixerit. Et deinde: Nos non aduocabimus patientiam, quo stantum
 22 premium expectat?


Appendix.

Palmæ symbolum potest tribui ecclesiæ victoriæ , quæ ad-
 versus tot tyrannos, paganicas se & tæ, & Iudaïce superstitionis
 æmulos tandem aliquando triumpharit. Sic Hilarius de Tri-
 nitate lib. 4. Habet hoc proprium ecclesia , dum exerceatur,
 gloriatur: dum opprimitur, crescit: dum contemnitur , proficit:
 dum cæditur, vincit: dum arguitur, intelligitur.



Omnia mea mecum porto.

EMBLEMA XXXVII.



HVNNS inops, scythicique miserrimus accola Ponti,
Vstus perpetuo liuida membra gelu:
Qui Cereris non nouit opes, nec dona Lyei,
Et pretiosa tamen stragula semper habet.
Nam murinæ illum perstringunt undique pelles:
Lumina sola patent, cætera opertus agit.
sic furem haud metuit, sic ventos temnit & imbres;
Tunc apudque viros, tutus apudque Deos.

Cornel. Tacit. extremo de moribus Germanorū. Fennos
ita describit. Fenni⁹ mira feritas, fæda paupertas, non ar-
ma, non equi, non penates, vieti⁹ herba, vestiti⁹ pelles, et

bile humus. Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant, idemque venatus viros pariter ac foeminas alit. Passim enim comitantur, partemque praedæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbricumque suffugium, quam ut in aliquo

Type Em-
blemati.

rainorum nexus contegantur. Huc redeunt iuvenes, hoc se-
men receptaculum. Id beatius arbitrantur, quam ingemere
agris, illaborare domibus suas alienasque fortunas spe metu-
que versare. securi aduersus homines, securi aduersus deos.
Hæc Tacit. Quibus ex verbis facile colligo ab Alciato sum-
ptum Emblemati exemplar. Eadem pene descriptio extat
accollarum ad Nilum apud Ammian. Marcell.lib.14.non lo-
ge à principio. Emblema hoc à Iustino historico petitum es-
se, facile quiuis intelliget, qui Scytharum descriptionem, quā
retulit ille lib.2.euoluerit, Sic enim: Scythis inter se fines nul-
li: neque enim agrum colunt, nec domus illis vlla, aut tectū,
aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per
incultas solitudines ertare solitis. Vxores liberisque secum
in plaustris vehunt: quibus, corijs imbrium hyemisque cau-
sa tectis, pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingenij culta,
non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe
sine tecto munito que pecora & armenta habentibus,
quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perin-
de aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle,
vescuntur. Lanæ ijs vsus ac vestiu ignotus: Et quanquam con-
tinuis frigoribus urantur, pellibus tamē ferinis aut murinis vestiuntur.
Hæc continentia illis morum quoque iustitiam dedit, nihil
alienum concupiscentibus. Quippe diuitiarum cupidio ibi
est, vbi & vsus. Atque vtinam reliquis mortalibus similis mo-
detatio & abstinentia alieni foret. Profectò non belloru tan-
tem per omnia sœcula terris omnibus continuaretur: neque
plus hominum ferrum & arma, quam naturalis fatorum cō-
ditio raperet. Prorsus vt admirabile videatur hoc illis natura-
dare, quod Græci longa sapientum doctrina, præceptisque
Philosophorum consequi nequeunt, cultosque mores incul-
cæ barbaræ collatione superari: tanto plus in illis proficit vi-
torum ignoratio, quanto in ijs cognitio virtutis. Et hæc
quidem Iustinus. Quem locū integrum, quia pulcherrimus
est, ascribere malui, quam mūlum & truncatum. Hinc enim
Alciatus, vt opinor, materiam traxit Emblemati, vti iam dixi:
cuius epigraphe, Omnia mea mecum porto, ex apophthegmate
Biantis, sententiam complectitur & quasi animam ingeniose

Biantis
epophtheg-
mati.

picturæ quam subiecit oculis. Ea verò significatur, animum hominis pēdere non debere ex his quæ eaduca sunt & fortuita, vt potè quæ sollicitudines & cruciatus innumerabiles pariant, sed ea tantum debere esse satis, quæ facilis & benigna natura sit clarḡia, vel quæ ab animo proficiscuntur. Vel intellicit paupertatem vbiunque terrarum (etiamsi ab omnibus pene miserrima censeatur) esse tutam & securam. Quam ad rem describit Hunni Scythici hominis cæterorum iudicio pauperrimi conditionem, vt ex eo concludat, tutiores esse opes & facultates quæ nobis insunt, quam quæ petuntur aliud. Genus hoc hominum sic describi ab historicis recentioribus animaduerto, ne vel minimum studiosi hæreant. Pannones initio eam terram tenterunt. Pæones olim dicti: inde Hunni habuere, gen's Scythica. Mox Gotthi ex, insulis Oceani Germanici profecti, post Gothos Longobardi, nouissimè Hungari ex alia Hungaria Scythica egressi, quæ non longè à Tanais ortu extat, & Imbra hodie dicitur: misera adhuc regio, vt pote quæ sit sub cælo frigidissimo, Duci Moscouiae tributaria: non tamen aurum argentumque, quibus omnino carent, sed pretiosas animalium pelles fabellorum scismorū que pendunt homines. Non arant, non serunt, neque panes conficiunt: ferarum carnibus & piscibus vescuntur: aquam potant. sub rugiis ex virgultis contextis inter densas sylvas humiles habitant: unde fit, vt homines syluestribus feris cōmorantes, vestimentis se non laneis neque lineis induant, sed pellibus nuper aut lupo, aut ceruo, vrsōve detractis. Nullius ipsiis aut argenti usus: lac & mel in cibatu frequens: cōtra frigora & rigores ferinis pellibus murinisque corpora cōmuñiant. Facilè huc possem aggerere nobilem eiusdem gentis descriptionem ex i. Ammiani Marcellini, ab initio fere, sed studiosos admonuisse sat est.

*Animus ē
externis
minime pē-
dens.*

*Pauperes
vbi quis es-
ta.*

*Descrip̄io
Hunnorū.*

. *accola.] incola, qui aduentius terram colat.*

. *Vstus perpetuo gelu.] Vrere etiam frigoris est. Virg. i. Georg.*

— *Boreæ penetrabile frigus aduris.*

& Lucanus:

— *Vrebant montana viues.*

Sic Ouidius 3. Tristium, eleg. 2.

— *Plerima me pelligo seraq; pericula passum*

— *Vstus ab aſſiduo frigore pontus habet.*

— *eodem lib. eleg. 4. — aſſticto sera perusta gelo.*

— *Sed & Faſtor. i.*

Vos date perpetuos teneris semenibus auctus,

Ne noua per gelidas terra sit vsta nubes.

quanquam tamē verbum istud, Vtere, pro Molestiā exhibere accipi metaphoricōs, & quidem non farō, palam est. Cornel. Tacitus lib. 13. Ambūsti multorum artus vi frigoris. & Festus & Pompeius lib. 14. ait, p̄timum nōmēn inde accepisse frigus, quōd fructus nempē ac virgulta perurat.

Vtere,
verbum.
Locus Pompeij Festi, vbi pruinam deriuat à perurendo, quia virgulta & fruges perurat, suppeditauit etiam mihi, curae verbum, quod à cot vrendo deflectunt: & illud Ennianum, Cutramē leuassō, quæ nunc te coquit. Amm. Marcell. initio ferē lib. 17. accipit vt hīc noster: Et quoniam aēris vrente sæuitia, cum discriminibus vltimis laborabatur. At μεταφορῶς s̄pē reperias, vt apud poētam aliōsque non raro: qualia sunt hæc:

Vritur insælix Dido, totaque vagatur

Vrbefurens. Et vrit atrox Iuno.

Sueton. in Tiberio: vrebant insuper anxiam mentem variā vndique conuicia. Seneca epist. 3. quidam obuijs narrant, & in quaslibet aures quicquid illos vrit exonerant. Marcell. lib. 20. perfugæ vrebant Iuliani virtutes quas per ora gentiū diuersarum fama celebrior effundebat. Idem ad finem eiusdem libri: super his vrebat eius anxiam mentem quod velut patefacta ianua diuitis domus, irritus propositi retuerteretur. loquitur de Constantio ab expeditione Persica incassum reuertente lib. 22. vbi de Iuliano bellum in Persas īeditante: vrebatur bellandi gemino desiderio.

Qui Cereris non nouit opes.] qui vsum panis atque vini non habet. Sic Marcellinus: In suo vita visu sunt asperi, vt neque igni, neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicruda cuiusvis pecoris carne vescantur.

Lyci.] Bacchi, id est, viñi; απὸ τῆς λύχνης sic dicti, quōd hominum membra & animos dissoluat, vti norunt omnes.

Stragula.] vestimenta pallia. pro lectorum operoriis aliás. murinæ pelles.] è murium pellibus. Ammian. Mrccell. sic: Indumentis operiuntur linteis, vel ex pellibus sylvestriū murium consarcinatis. Nec alia illis domestica vestis est, alia forensis: sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non antē deponitur aut mutatur, quād diuturna carie in pannulos defluxit defructata. Hæc ille. Seneca in epistolis meminit pellicularum vulpium & murium, quæ ad arcendum frigus cō-

paratæ essent. Has Armelinos atque Zibellinos quidam putant, sed nondum scio an rectè.

Sic furem haud metuit, &c.] Sic sanè nemo potest non beatissimus esse, qui est totus apud ex sese, quique in se uno ponit omnia: cui autem spes omnis & ratio & cogitatio penderet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilque quod exploratum habeat permansurum sibi ne viuum quidem diem, ait M. Tullius. Huc pertinent quæ Seneca disputat epist. 14. quo loci comparat fortunæ & doctrinæ bona. Circunspiciendum nobis est quomodo à vulgo tuti esse possimus. Primum nihil inde concupiscamus: rixæ est inter competitores. Deinde nihil habeamus quod eum magno emolumento insidianis eripi possit; quam minimum sit in tuo corpore spoliorum. Nemo ad humanum sanguiné propter ipsum venit, aut admodum pauci: plures computant quam oderint. Nudum latronem transmittit: etiam ipobessa via pauperi pax est. Ad philosophiam ergo configiendum: Hæ literæ non dico apud bone, sed apud mediocriter malos, insularum loco sunt, &c.

Appendix.

Adiçio ex fragmentis Petronij Arbitri:

Consonuere tubæ, iugalo stat diusse ferrum

Barbara contemptu.

sic lege, contemptu, pro contemptui, non ut in vulgatis, contemni. Idem in carmine, cuius initium,

Otbem iam totum rictor Remanus habebat:

Legitur eiusdem argumenti γνῶμη,

Arma placent miseris, detritaq; commoda luxu

Vulnerib. reparantur: inops audacia tuta est.

Sallust. Quoniam egestas facile habetur sine damno. Quis autem nudo vestimenta detraxerit? Non abludit Iuuenalis, quanquam non sine sale satyrico,

iures licet, & Samothracum,

Et Diuorum aras, contempnere fulmina pauper

Creditur, atque Deos, Diis signoscentibus ipsis.

Concordiæ symbolum.

EMBLEMA XXXVIII.



CORNICVM mira inter se concordia vita est,
Mutua stantque illis intemerata fides.
Hinc volucres hæc sceptrâ gerunt, quod scilicet omnes
Consensu populi stantque caduntque duces:
Quem si de medio tollas, discordia præcepit
Aduolat; & secum regia fata trahit.

*P*rincipium summorum status non aliunde stabilimen-
tum capit quam à populi consensu, concordia, & bene-
uolētia. Itaque prudenter & prouidè faciunt qui stabile ac fir-
mum in subditos imperium tutari volūt, cùm motuum om-
nium & seditionum causas præcidūt, maluntq; à suis amari,
quam timeri. Eam populi concordiam & consensum, regiæ
potestatis

potestatis conservatricem, hic proponit συμβολικῶς, adhibita cornu cum quæ sceptrum sustinent, imagine. Ex quo meminisse debent imperium suum penderet à populari consensu. Quod ne sit molestem exemplis hinc inde conquisitis confirmare, tantummodo repetam quæ auctor ipsem in Locus ex Alciato, l. 15. Comment. De verbis signific. articulit. Principio rerū omnium, inquit, non diuina iussione, sed ex populi consensu reges assumpti sunt: quod & post Romanū imperij occasum seruatum fuit, cùm Carolus Magnus à populo Romanō Augustus electus est, & à Pontifice Leone sacro oleo inunctus: quod ius populi hodie Gregoriana lege in septē Germaniæ Primates translatum est. Sic & Franci Chilperico electo, quod regno non esset ideonēus, Pipinum, πανχελπηκων consilio substituerunt. Et cùm Pipini proles à maioribus degenerasset, rursus Odonem, mox eius fratrem Robertum, & deinde Roberti nepotem Hugonem ad summum fastigium euexerunt. Is Hugo est, qui vulgo Capetus Hugo Cœd dicebatur, vnde oriundi sunt qui etiam Fracorum rebus magnis defantur. Et quod de maximis hisce Regibus, nimirum Romano & Franco, dictum est, idem & in inferioribus obseruatum fuisse, qui historicos legerit deprehendet, ut meritò cœseam diuina legè eum iustum Principem esse, qui ex populi consensu regnet; quod Aristoteles tradit: qui verò inuitis dominetur, eum tyrannum esse. Vnde cùm magna regna non ex subitorum consensu, sed per violentiam primò constituta sint, meritò D. August. De ciuit. Dei 4. magna latrocinia esse dixit, adducto etiam piratæ cuiusdam exemplo, qui comprehensus, & ante Alexandrum Magnum adductus, cùm interrogaretur qua causa mare haberet infestum: Quid tibi, inquit, ut orbem terrarum habeas infestum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor: tu quia magna classe, Imperator. Haec tenus Alciatus. Quoties autem veterum monumenta percurrimus, facile, obseruamus quām fluxa, & precaria sit Principum potentia, quamquam sublimis & altis nixa radicibus putetur. Hi enim nisi subditorum assensu, & quasi populari suffragio imperant, nempe quorum nisi moderatum sit imperium, quām citissimè corruit. Alciatus refert Thrysum, insignem tyrannum, suos adeò torsisse, ut legem tulerit, qua nemo neque priuatim neque publicè inuicem colloqui aut miscere sermones auderet. Quod cùm subditis molestissimum & odiosissimum esset, qui nutu oculorum, ma-

Magna se-
gna magna
latrocina,

Historie
Thryt ty-
ranni, ex
Alciato,

numquaque gestu animi sensa cogebantur exprimere, id etiam voluit esse prohibitum, ut molestiae dolorem adijceret intolerabilem. Itaque quispiam ex ijs locum publicum petiit, qui multis lacrymis effusis, alios etiam ad fletum prouocauit. Id cum rescisset tyrannus, in forum statim venit, quod etiam id si posset, populo eriperet, flendi nempe libertatem; ciues commoti arma regiis satellitibus extorserunt, & suum tyrannum de medio sustulerunt. Eandem fortunae mutationem sensit Amasis Ægyptiorum Rex. Cum enim plerosque ex suis extremo suppicio affecisset, alios fortunis spoliasset, & in omnes insolentior atque superior existeret, imperium eius aliquantò toleratum est, donec Actisanes, Æthiopum Rex, in eum irrupisset: tum enim odia occulta erupere. cumq; multi ab eo descivissent, regno tandem pulsus est, teste Diodoro lib. 2 Cæterum Cornices haberi pro concordia symbolo tradunt Orus & Pierius lib. 20. Hieroglyph. Iuuenalis Satyra prima:

*Vt colitur pax, atque fides, victoria, virtus,
Quæq; salutato crepitat concordia nido.*

quem Satyrici locum scio à plerisque non de cornice (quod pro concordia nota hic statuimus) sed de ciconia intelligi. Solent enim ad id Ouidianum istud adducere:

Iosa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.

sed cornicis imago videtur in Faustinæ Augustæ nūmis cuna inscriptione C O N C O R D I A. Sceptrum autem virgam regiam Hieroglyphicum regni esse, ex literis sacris tradit idem Pierius lib. 41.

*Mutua statque illis.] Priores editiones habent,
In que vicem nunquam contaminata fides.*

Quam autem sequimur, correxit Barth. Anulus, ut alios quosdam locos postea indicabimus.

quod scilicet omnes, &c.] Huc, ni fallor, videtur pertinere Horatianum illud, Ode 35.lib.1.

Iniurioso ne pede proruas

Stantem columnam: nec' populus frequens

Ad arma cessantes ad arma

Concitet, imperiumque frangat.

hic columnæ nomine, sceptrum Principis, ipsumque adeo statum regium, populi, omniumque Reipubl. ordinum concordia fundatum significat: quæ nisi seruetur cōcordia, omnia pessum eunt. Proinde Nazarius panegyristes: concor-

*Amasis
fitam.*

*Cornix
quid.*

ūiam,fundamentum ac radicem otij,bonorum ciuium semi-narium,quietis publicæ segetem & almam pacis altricē, ap-pellat.

discordia præceps aduolat.] Discordiam Deam coluere pagani *Discordie*, homines,quam eandem cum Ate (de qua postea) plerique *Dea*, volunt. Vide Gyrald. Syntag...

regia fata.] Regis aut Principis mortem.

Appendix.

Elegans locus Nazarij panegyrico ad Constantiām: Per-pendit secum excellens prudentia tua eiōque semper pietas tua applicata omnes concordiæ cōmoditates, illam esse fun-damentum,ac radicem otij,bonorū ciuium seminarīu quie-tis publicæ segetem, & almam pacis altricem. Videtur iste panegyristes non obscurè alludere ad nomē Σαστιλέας, quòd inditum,quia rex sit Σάστιλεας.de quo ita lusimus pueri,

Cur docti βαστιλίνη olim dixerit Pelasgi?

Nempe βασιστιλεας rex bonus haud dubiè est.

stantque,caduntque] multiplex verbi stare, significatus ex Nonio:stare,i. consistere,erigi,prominere,fidem habere,va-lere, constare,fixum esse.Sic, *cadere*, apud eundem , ruere; occidere,euenire. In panegyrico Maximiano & Constanti-no AA. dicto: Dij immortales probare voluerunt tibi inni-zam stetisse Rempub.cūm sine te stare non posset.

Q ij



Concordia.

EMBLEMA XXXIX.



IN bellum ciuile duces cum Roma pararet,
 Viribus & caderet Martia terra suis:
 Mos fuit in partes turmis coëuntibus easdem,
 Coniunctas dextras mutua dona dare.
 Fœderis hæc species: id habet Concordia signum,
 Ut quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

Origo huins
Emb'ema-
tis.

Dextra
symbolum
ſdei.

ME docuit Alciatus ipfem et Annotationibus, quas in Cornelium Tacitum edidit, vndénam materiam sumpterit Emblematis, ne impè ex eodem Tacito, lib. 2 & 18. quibus ostenditur, dextras concordia signa vltrò citroqué destinari ab exercitibus solitas. Tacitus in lib. 2. Annalium. vbi de morte Germanici agit: Iurauere amici, dextram morientis

contingentes, hic gestus est datæ fidei Germanico, qua pollicebantur familiares . eius se mortem vlturos. Idem paulò antè: Ab rege Parthoru Artabano legati venere, miserat amicitiam ac fidem, & cupere renouari dextras. Hic fædus renouatum inter principes Germanicum & Artabanum significatur. Occurrit exemplum Valerij Max. ex lib. 6. cap. 4. de Caio Popilio, qui legatus ad Antiochum missus, isque cùm prompto animo & amicissimo vultu dextram Popilio porrexisset, inuicem ei suam porrigeret noluit, sed tabellas senatus consultum continentes tradidit, cui cùm post aliquam breuem moram satisfecisset, Popilius manum eius tanquam socij apprehendit. Cæsar 2. De bello Gallico , tendere manus, petendæ pacis signum fuisse Gallicum memorat, vbi de Bellouacis: item 7. Gergouiorum mulieribus, quæ pectori nude prominentes, è muro passis manibus Romanos obtestabantur. Signum item fuisse deditioñis eodem lib. traditur, vbi de Heduis, qui manus tendere , deditioñem significare, & projectis armis mortem deprecari dicuntur Ferè transilierā quæ Iustin de Dario moribundo retulit 11. lib. Is enim rex porrecta manu exspirauit, quam vnicum pignus fidei regie dexteram se ferendam Alexandro dare dixit. Sic conqueritur Aeneas Virgilian. 1. Aeneid.

— cur dextre iungere dextram

Non datur? quò pertinet & illud ex vndecimo Aeneid.

Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.

Cicero etiam pro Deiotaro: Per dextram ipsam quam hospes hospiti porrexiſti. Fuit enim & hospitij symbolum apud Syros & Persas. Hinc & Romani Principum bene de Republ. meritorum statuas pedestres & equestres ita effinxerunt , ut dextra porrecta, fidem in Rempubl. ostenderent. Itaq. in ipso belli, seu tumultus ciuilis classico , ne amici cū inimicis absque discrimine premerentur , interpositum est eiusmodi fidei sacramentum. Hoc de symbolo Pierius lib. 35.

Cum ijs quæ adduxiē: Cornelio Tacito locis, velini addi hęc *Dextre* ex eodem lib 2. histor. Centurionem Sisenem, dextras, *concordia pro cordiæ insignia*, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos fermentem, varijs artibus aggressus est. Dextras hic pro quodam visitato fidei symbolo depicto in auro, argento, aut alio quo quis metallo accipi nō repugno. quo sensu hic locus aliis Taciti sumitur libro historiarum primo, vbi de initio principatus Vitellij: miserat (ait) ciuitas Lingonum vetere instituto

dona legionibus, dextras hospitij insigne. In permultis veteribus numis duę manus iniunctae ostenduntur additis inscriptionibus fides exercituum: nonnunquam etiam fides Romanorum. Fortasse huc pertinet illud Pythagoræ, Ne cuius dextram porrexeris, ne scilicet quempiam temerè in interiorem nostri amicitiam admittamus. Et verò poëta nullius antiquitatis ignarus, ex dextra fidèque, ait nimirum frēdus & concordiam per dextram significari. Viderat hoc longè ante Xenophon lib. 5. De institutione Cyri. καὶ Τραχίοις, οἵ τε οὐρανοὶ τὰς δέξιας ἐδωκαν, εἰπεδάστων. Scholia stes Aristophanis hunc morem attigit, εἴθε δὲ πίστει καὶ στρατηγούς θεούς τὰς δέξιας διδόναι αλλήλοις. Mos ille solemnis olim fuit apud Parthos, ut qui dextris complexis, tanquā diis praesentibus & arbitris, pacta sancirent. Idem Medi obseruarunt & Persæ qui dextræ fideique pignore confirmabant, si quid ratum esse vellent. Id uno verbo Græci eleganter dicunt δέξιον ὄψ.

Bellum ci-
uile.

Viribus & caderet, etc.] Significat bellum ciuale, idque videatur ex Horatij Epop. 16. Oda imitatus:

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Itaque consultor ille apud Antiochum Annibal rebus omnibus maturo iudicio perpensis, ait, Romanos nunquam nisi armis suis vinci posse: nec Italiam aliter quam Italicas viribus subigi.

Romater.
et Martia.

Martia terra.] Roma, vel quod fuerit studiis asperima belli, vel propter Romulum Martis filium, ut fama tulit, sic appellata. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.

Dumque suis victrix septem de montibus orbem

Prospiciens, dominum Martia Roma, legar.

Martial. 5. lib. epigr.

Pulcrior, & maior quo sub dace Martia Roma.
alio quodam loco Martiam turbam, pro Romano populo dicit:

Crede mihi, nimium Martia turba sapit.

Sic Symmachus lib. 1. epistolar. Ab exortu pene urbis Martię,
&c.

Concordia insuperabilis.

EMBLEMA XL.



TER GEMINOS inter fuerat concordia fratres,
Tanta simul pietas mutua, & unus amor;
In iuncti humanis ut viribus ampla tenerent
Regna, uno dicti comine Geryonis.

Concordia, vinculum incolumitatis & pacis, tot tantaf-
que vires habet, vt vix ferè Vinci aut domari queat, etiā-
si præ se ferat nescio quid pusillum aut debile, nempe vbi sin-
gulorum habetur ratio. Ut enim lapides quidam insulæ Cy-
cladicæ teste Plinio integrinatant in aqua, fracti concidunt
in fundū: ita Republicæ discordiis pessū eunt, & quām ocy-
simè collabūtur: cōcordi verò pace ligatae manent & perdu-
rāt. Quod apertè docuit Scilurus ille Scytha cùm moribūdus

*Vit con-
cordie.*

Sciluri fa- ex telorū fasciculo colligato, & postea soluto in uictam con-
dam. cordiam filijs commendauit. Eam ob rem etiam finxerūt ve-
teres, Geryonem fuisse tricorporem, aut tricipitem, quod vna
Geryon cur- cum fratribus, quos duos habebat, tanto amore tantāq; fide,
princeps & æcum traduxit, ut iij vno nomine Geryones dicerentur; adeō
ericorpor. que vnicam regi animam & voluntatem inesse, quanquam
tres essent, communis iactabat opinio. quod sanè idē omnī
nō videtur Iustino sub finem lib. 44. Nec enim moror, quod
alij id referant ad tres insulas Hispaniæ, duas nempē Baleari-
des, & Ebusin, quibus imperauit Geryon: sed neque quod
Palæphatus, ad Trinacriam, id est, tricipitiam ciuitatem in
Euxino ponto malit conuertere, cùm hoc nihil ad nostrum
institutum pertineat. Cæterū aiunt Geryones ab Hercule
vinci nunquam potuisse, nisi separatos & à se disiunctos. ex
quo perspicuum sit, quām firmus & inuictus sit vnamis il-
le animorum & voluntatum quasi nexus atque consensus.
Vniuersi quippe concordes inuicti, qui singuli debiles, &
nullius sunt roboris. Sic enim, vt Philosophi loquuntur, vni-
ta virtus valentior est seipsa dispersa. Lege Pierium lib. Hie-
rogliph. 32. c. De tricipitio. Tales fuisse, Moliones, aut Mo-
lionides obseruo, siquidem D. Gregorius Nazianzenus, vt
hoc obiter adijcam, pro concordi fratrum amore, verbum
Molianides usurpauit. non sine aliqua prouerbij facie: οἱ Μο-
λιονίδαι τῆς ὁμηρικῆς δέλτου τὸ θαύμα, ἐς κοινωνία συμφο-
ρᾶν εγνώσθε: Molionidæ Homerici poëmatis miraculum,
quos periculorum societas coniunxit. Plutarch. Σὲ πιλασθε-
ῖας, Θωμάζον. 8. δὲν ἔπον ἦ τὰς Μολιονίδας ἐμένεις συμ-
φεύεις τοῖς οὐρανοῖς γεννέας δρκοῦτας: Non aliter quā Mo-
lionidas illos admirātur, quos coaliō corpore cōcretos fuisse
existimarunt. Hi vasta corporis mole Augiæ regi Elidis
auxiliares, oppressi sunt ab Hercule atque interficti, ait Pin-
darus. Interpres Homeriad Iliad. λ. quaternas manus toti-
demq; oculos illis tribui à veteribus adnotat. Horum nomi-
na Eurytus & Creatus.

Tergeminos.] Lucretius lib. 5.

Quidve tripecta tergemini quoque Geryone vis.
Virgil. 8. Aeneid. — Maximus ulti-

Tergemininece Geryonis spolijsq; superbus
Alcides aderat.

Geryon un- uno nomine Geryonis.] Geryon, vocabulum priscum à ger-
de dicto. deriuatū, quod est aduena, vt interpretatur Hieronymus. Nā

filius Prisci Hiarbæ Numidæ fuit: ergo adueniens classe in Hispaniam , Geryone , id est, aduenæ nomen habuit. Non possum hoc loco subticere quod mihi occurrit ex Politicis Plutarchi: quo loco monet, eum qui sit infirmo corporis habitu, industrium sibi pro socio debere sumere, ut quondam Nicias Lamachum. Siquidem proditum est memoriae his artibus Geryonem admirabilem fuisse, qui multa crura, pluresque manus atque oculos habere dicebatur, vnico ramen animo atque consilio regni sui fines moderaretur. hæc ferè Plutarchi. Permulti meminere huius pugnatis, vt Ennapius Sardianus auctor Græcus, vita Sophistarum : Lucianus in Toxari, ipso extremo penè: Arrianus de Alexandri gestis lib.2. quo loco sententiam retulit Hecatei Abderitæ de Hercule & Gerione.

Appendix.


Quintilian. declam. 31. De vñanimi fratrum amore: membra herclè inter se citius pugnauerint, & si qua in nobis natura germinauit, diuersos cœperint effectus. nam quid aliud est fraternitas, quam diuisus spiritus, & quæ ad tuendos nos concessa sunt, multiplicata eō quidem felicius, quod diuersis etiam consistētibus locis esse idem, ac plura simul obire possumus. Horat. lib.1 epist.

— noti, tenerique columbi,

Fraternis animis quicquid negat alter &/ alter.
Idem eod.lib.ad Iulium Florum:

— ubicumque locorum

Vixitis, indigni fraternum rumpere fædus.
Vide Plutarch. ὡςὶ φιλαδελφίας.



Vnum nihil, duos plurimum posse.

EMBLEMA XL.



Z A E R T Æ genitum, genitum quoque Tydeos vnà,
 Hac cera expressit Zenalis apta manus.
 Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
 Nec tamen alterius non eget alter ope,
 Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa est.
 solum mens hominem, dextrâve destituit.

Fons Em-
blematis.

E Mblematis huius typum obserua apud Homerum Iliad.
 Ex. quo loco vnà cum Agamemnone & Menelao Nestor
 consultat de mittendis exploratibus in Troianorum castra.
 Hanc insc prouinciam recipit Diomedes, animi magni vir,

tamen ei socius aliquis vñà prefecturus adiungatur. Eius hęc verba:

νέσορ, εῖμι ὁ πρύνης κερδίης καὶ θυμὸς σγύνωρ,
αὐτράν δυσμένεων δύναι σπατον εγγύεσσόντα
πρώων ἀλλ' εἴπις μὴ τὸν τρόπον εἶποι το καὶ ἀλλ. Θ.,
μᾶλλον θελπωτή, καὶ θαρσαλεώτεον εἰσαι.
σωτέρει ερχομένων, καί τε πρὸ τοῦ φόνου,
δύππως κέρδος Θ. εἰν μοδύ Θ. εἰπερ τε νοίση,
ἀλλά τε οἱ βεβασῶν τε νόοι, λεπτή δὲ τε μῆτις. id est,
Neſtor, me mouet cor, generosusque animus,
Fortium hostium subire castra, que propè sunt,
Troianorum sed si sit aliquis vir qui me sequatur,
Maior erit mihiſi lucia, & audacius erit
Eunibus vñà duobus: namque hic ante illum cogitat
Qualiter utile sit: solus verò quanquam intelligat,
Tamen eitardior animus, & consilium imbecillius.

Plutarchi disputatio, qua ciuilem hominē informat, huc facit, cūm ita dicit: αἱ δὲ περιέργωδης, ἐπιφανῆς ἡ καὶ μεγάλη περιέξεις, αὐτὸν ὅπι ταῦτη ταξιδεύει τοντον, εἴτα προστελέσθαι τον εἰλον ὡς διομήδης.

εἰπὼ δὲ εἰπαρχόν γε κελδετ' ἐμαυτὸν ελέέδη,
πῶς δὲ εἰπετ' Οὐδυσσῆ Θ. εγγόντιοι λαθοῖμεν;

Cūm res aliqua proponitur, magna quidē illa atque illustris, sed ardua & difficilis, laborum & operis socium tibi amicum assumito, vt Diomedes: Quòd si mihi alterū adiungi iubetis, inquit, qui tandem possim obliuisci diui Vlyssis? &c. Eundem Homeri locum Apuleius de dæmonio Socratis usurpauit, & breuibus verbis explicuit: Nōnne Vlisses, ait ille, cum Diomedē diliguntur, veluti cōſilium & auxiliū, mens & manus, animus & gladius? Nihil egregium, nihilque magnificū perfici bellè potest, in his potissimum quæ bellica negotia respiciunt, nisi maturo consilio cōiungantur corporis vires, id est, nisi iuuenum robustiorum viuacitas, senum & eorum qui valent experientia, ductu regatur. Non enim solū viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporū res magnæ gerūtur, sed consilio, ratione, sententia. Proinde Sophocles:

γνῶμαι μηδὲ εἴργων τῷ εἰ αὐθεώποις θεοῖς
βελαὶ τὰ δὲ εἴξεπερεξειν, οὐ χρεῶν δέν Θ.

Hominum quidem rationibus opera fiunt ac enutriuntur: sed eas res consilia effeccrunt, non manū robur. Proponitur

Vlyssis &
Diomedis
effigies
duncta,
quid.

Mercurius
geminius,

autem, *άγαλμα*, in quo sint expressæ & mutuò *coniunctæ* ef-
figies Vlyssis & Diomedis, quorum alter prudentia & cōsilio,
alter verò firmitate virium commendabilis. Itaque quantū
profuerit vtriusque industria & laudata strenuitas in bello
Troiano, notum est ex Homero & historicis. Huc Proverbiū
της ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνὴρ, Vnus vir, vir nullus : quo intelligitur
quantum conferat *mutuum auxilium* in rebus arduis, & alio-
qui difficilibus. Huc etiam referendum illud, *σωτήρ δύ' ερχό-*
μένω, ex Iliad. Homericæ n. Quam ob causam apud Ægy-
ptios Mercurij gemini simulachrū sic effectum cōspicieba-
tur, vt alterum senili esset vultu venerandum; alterū, florente
iuvanta: vt significarent eum, qui Reipub. munia obire titè
velit, cum animi prudentia vires habere debere coniunctas,
quòd alterum alterius egeat ad miniculō.

Aristoteles 8. Moral. Nicomach. *σωτήρ δύ' ερχόμενος καὶ*
τὸν σωτῆρα καὶ περίξα διατάπεραι, &c. quod perspicuè decla-
rat Sallustius initio Catilinarij belli: Diu magnū inter morta-
les certamen fuit, vīne corporis, an virtute animi, res milita-
ris magis procederet. Nam & priusquam incipias, i. cōsulitō,
& vbi consulueris, maturè factō est opus. ita utrumque per se
indigens, alterum alterius auxilio eget. Lege Plutarch. dispu-
tationem pulcherrimam, An seni gerenda Respubl. sit. Sed
occurrit mihi Hesiodi istud.

πλείων γά τακτούν των μελέτη, μείζων δ' ὅπλοντα. id est,

Plus augere potest multorum industria vires.

idemque Homericum ex Iliad. p.

— πλεόνων δέ πί εργον αἴμεινον,

Quid verò Euripideum hoc sciens præteream ex Phœnissis?

— εἰς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' οὐδὲ. vel illud ex Hieraclidis,
μᾶς γά χειρός δοθεντὸς μάχη.

In id quadrat elogium de Fauno Aboriginum rege, quod in
i. retulit. Dionysius Halicarn. *ἀνὴρ μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ*
σωτήρ Θεος: vir & impiger & consultus. De Mithridate sic Pater-
culus: Consilijs dux, miles manu. Idem Pacatus panegyrico
Theodosij, dux consilio, miles exéplo. Sed placet admodum
quod fuit memoriæ proditum de Lælio & Scipione; quorū
amicitia non minus quam consilium de rebus magnis cele-
brabatur. Itaque qui gloriæ Scipionis inuidebant, dicebant
eum esse egregiorum facinorum histrionem; nempe Læliū
illius collegam gestorum: Scipionem præclara quædā gera-
re, sed Lælij consilijs. Tradit Iul. Capitolin. Antoniū piūm,

zec in bellicis, nec in ciuibus negotijs aliquid statuisse; quā sumpto cum viris graibus consilio; dicebant enim æquius esse ut tot & talium virorum consilium sequeretur ipse, quām ut tot præclari homines ab virtus consilio penderent. De cō- Imperatoris filio deque viribus ad res maximas vñā gerendas coniunctis, & militis mutera. adduxit nonnullā: sed addo isthæc ex declamatione Quintiliāni 317. inter præcipuas vires est, imperatorem non pugnare aliquando. Sic extrahitur hostis: sic impetus subitos adversæ partis mora frangit: sic interclusos commeatibus, in deditonem venire, fame cogimus. Itaque hercule legimus militem robustum, legimus iuuenem: Imperatorem facimus senem. In illis enim vis corporum, & manus sola spectatur: in his consilium, & ratio, quæ bona procedentis ætatis, in locum virium subeunt. Ipsum præterea nomen Imperatoris satis significat, non exigere manūm ipsius. Imperator enim debet præcipere.

Laertæ genitum.] id est, Vlyssem Laertæ & Anticleæ filium. *Vlysses.* Hic Rex fuit Ithacæ & Dulichij insularum, vir multiscius, & astutus admodum, cuius nomine Odysea tota Homerî conscripta est.

genitum quoque Tydeos.] Diomedem, Tydei & Deiphiles si- *Diomedes.* lium, inter Græcorum duces fortissimos insignem.

Zenalis.] Quis ille fuerit, adhuc clam me esse fateor inge- *Zenalis.* ñuē. puto equidem nomen esse cuiusdā egregij pictoris, qui ètate Alciati non minus celebris fuit, quām Alexandri tempore Apelles, aut Lysippus, alter pictor, alter statuarius: nisi aliquis malit esse nomen quoddam fictitium.

Solum mens hominem, &c.] Consilium viribus destitutum parū conductit: contrà verò corporis robur consilij expers, facilimè in præceps ruit. Isocrates Parænesi ad Demotic. σώμα δὲ μῆτρα ερονίστεις ἀρέληπτεν, ἀνδρὸς ταύτης πλείω τούς εἴχοντας εἴλατε καὶ τὰ μέτρα σώματα τῷ οἰκουμένῳ ἐκόμιστε, ταῖς δὲ τῆς φυγῆς επιμελεῖσας εἴπεσκότιστεν.

Appendix.

Vicem duoru sustinere difficile esse dixit Iurise. in l. si plures §. nam difficile, D. de past. Difficile est, ait, unus duorum vicem sustineat. In hanc sententiā pulchre Aristot. 2. Politic. Tamen Ausonius in Tumulis hoc elogio donat Antilochum:

Consilij bellorum bonus, que copula rara est.

& nos ea de re aliás pluribus. Quo ex nomine celebratur Traianus apud Plinium panegyricō, ciuitas Atheniensis à Pericle, idemque Pericles à Thucydide.

Firmissima conuelli non posse.

EMBLEMA XLII.



OCEANVS quamuis fluctus pater excitet omnes,
Danubiūmque omnem barbare Turca bibas:
Non tamen irrumpes perfracto limite, Cæsar
Dum Carolus populis bellica signa dabit.
Sic sacræ quercus firmis radicibus adstant,
sic calice venti concutiant folia.

Inuit ea vix confici, aut labefactari posse, quæ firmis ha-
rent radicibus, quæque vel longo temporis decursu, vel
in signi aliqua virtute famam sibi pepererunt immortalem. Id
autem fermè totum mutuatū est ex Epigrammate quodam
Crinagori eis P' o'pus.

Ost̄ tuō kearo's pātorū πλημμύρας εγένετο,
οὐδὲ λίθομάνιν φίνον ἀκατατόν.

P' op̄tus εδ' ὁσον θλάψεων θέν Θεός οὐχεὶ κερίμων,
διξιὰ σπουδίσειν καίσαρι θαυμαλέν.

Oὐτώς καὶ ιεραι ζωῆς δρῦες εἴμπεδα φίλαις
ἔστον. τούλων δ' αὐταὶ χέστ' ἀνεμοι,

Oceanus moneat licet omnes undique fluetus,

Et poter Rhenum Teutona terra suum;

Non cadet imperium Romæ, quo tempore Cesar

Præterit, atque salus publica facta reget.

Sacra Ioui quercus nam sic radicibus hæret,

Et tamen aridulas huic capit aura comas.

Id conuertitur ingeniosè ad celebres illas victorias, quas Germani
Principes de Turcarū exercitu retulerunt. Cūm enim Solymannus rūm Princ-
trecētis millibus armatorū, Vngaria maiori ex cipum vi-
parte occupata, Austria, ipsamque Germaniam totu[m] conatu toria de
inuadere statuisset, de Vienna, clarissima Austriae vrbe, ob-
sidera cogitauit, quod immenso apparatu circiter Idus Se-
ptemb. anno 1529. aggredi conatus est. cuius atrocissimas mi-
nas & impetum, quanquam maximum, cūm Germani non
ita putarent esse metuendū, vrbe vndique obsessa, tanta for-
titudine restiterunt, ut Turcæ multoties reiecti, vix ad oppu-
gnationem vel fustibus adagi possent. Sic Turca per mensem
integrum continuis oppugnationibus Viennam frustra teta-
uit, postridie Id. Octob. re infecta inglorius discessit, & fugiē-
ti similis in Thraciam rediit, multis millibus ex suis amissis.
Obseruaui nō raro apud auctores literatos, vitæ huius nostræ Marc pro
perturbationes, tumultus, clades, marinis fluctibus cōparari, inuuln. ;
vt apud Græcos & Latinos s̄epe, in sacris verò s̄epissime. Sic
poëta, Diluui ex illo tot vasta per equora vecto. idem Nubera
belli dixitalio quadam loco. Siquis autem caussam requirat,
curaqua pro ærumnis vehementioribus accipiatur, prompta
ratio est, quia pericula, casusque reliqui corpus soleant ex una
parte aliqua labefactare: sed aqua vniuerso statim circumfusa
cōpori, ipsum obruit, eique se se tuendi consilium omnē
adimit.

Oceanus quamvis, &c.] Citatur ex Lucilio:

—pater op̄tus diuīm,

Vt Neptunus pater.

Patrem Neptunum, vt hīc Oceanum patrem, qui aquam si-
gnificet, à qua cuncta oriuntur, dici palam est. quæ doctrina

fit Thaletis. Homerus: ὥκεαρος τὸ ὕδωρ γένεσις πάντεσσι τίτανται. Idem, ὥκεαρον τὸ θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθαῖς. mater Tethys, inquam, id est mare dicitur: ut Platonis prima illa rerum omnium materia: qua ratione Pindarus, ἀριστερὴ ὡδῷρε cecinit Simile Virgilianum hoc,

Oceanūmque patrem rerum.

Cicero Academ. 2. Princeps Thales unus ex septem, cui sex reliquos consensisse ferunt, ex aqua dicit constare omnia. Quod pertinent etiam Homericā isthac à multis decantata, quibus Oceanī patris virtus longè latèque patens ostenditur.

Ἐξ οὐ καὶ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα δάλασσα

καὶ πᾶσαι κρήναι καὶ φρεάτα πάντα νάενται.

Sed & Catull. Argonauticis:

Oceanūsque pater totum qui amplectitur orbem.

Oceanus Quid si per Oceanū patrem ἀληγορικῶς intelligamus Turpater, quid cicum Imperatorem sua celeritate, suoque (ut ita loquar) hominum, vel potius mancipiorum examine & inaudita multitudine, toti Europæ, orbique Christiano, ut magnum, & immensum mare cæteris fluuiis bellum indicentem, dudum quæ minitantem? Oceanus denique απὸ αὐτῆς, à celeritate. Videtur hic alludere ad illud ex 1. Metamorph. Ouid. ubi loquitur de diluvio in terras misso: — *illum*

Coruleus frater iuuat auxiliaribus undis,

Conuocat hic amnes. —

Intelligit itaque nosfer hic auctor innumerabiles Turcarum copias in alto mari nauigantes, Danubiūmque Germaniæ fluuium nobilissimum numero suo exercitu exhaustientes. Alludit ad exercitum Xerxis, quem Græci ut numerosissimum facerent, flumina exhausisse finxerunt.

Sic *sacrae quercus*, &c.] Comparatio appositissima. Licet ventis hinc & hinc perplantibus ē quercu frondes decidat aridæ, ipsa tamen immota sedet arbor: sic imperium firmis hæret fundamentis augustum & stabile, tametsi plerique hinc auocentur, aut pereant in bellis Turcicis. Quod pertinet illa Virgiliana collatio:

— *veluti annosam valido cum mrobore quercunt*

Alpini Boreæ nunc huc, nunc flatibus illuc

Eruere inter se certant, &c.

Aduerte interea quercus nomine significari in Hieroglyph. fortitudinem, diuturnitatem, imperium firmum & principatum, ut docet lib. 51. Pierius Valerian.

firmum

firmis radicibus adstant.] Huc fortè non omnino malè illud referam Senecæ è lib. De prouidentia: In id quoque, ait, solidissimum est quod exercuit. Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens viētus concursat. Ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Et id ex Epistola 2⁴⁵. Libanij Rhétoris (quem librum Græcè si habérem, eò libetius uterer:) Ea, inquit, me ne minimè quidem commouerūt. Neque enim vetusta, & iam firmis radicibus arbor ad terram alecti, vento etiam maximè surenti facilè potest.

furens.¹³

Appendix.

Eadem quæ hoc emblemate comparatio allegorica legitur apud Lucanum lib. 2.

Pronior in Magnum populus, pugnatque minaci

Cum terrore fides, ut cum mare possidet Auster,

Flatibus horrisonis, hunc & quora tota sequuntur;

Si rursum tellus pulsus, laxata tridentis

Aëlii, tumidis immittat fluctibus, Eurum,

Quamuis ista novo ventum tenuere priorim

& quora, nubiferosque polus concesserit Euro,

Vendicat unda Notum.—

*Sicca folia.] Homines folijs similes, iisque Homero dicti
μυρωδάστοι, citò perituri, sicuti Iliad. 6. ijdem cum folijs
conferuntur, quorum alia ventus humili sternit, alia virescunt
tempore verno Apud Plutarch. Euripides,*

οὐδὲ οὔλει, οὐδὲ λέπαι, οὐδὲ ταῦτα εἰπεῖν οὐ,

καὶ μέγα μέτα τὰ μέτρα γετείλειν θόβειν;

*τὰ δὲ οὐρανώ---- Sophocles Aiace, ἀνθρώποις δὲ πειθα,
καὶ σκληρόν. Nempe & in sacrī libris homo dicitur umbra,
puluis, ventus, cinis, ad inconstantiam & breuitatem vitæ
designandam,*

*Est bene cum nequeat dicere, dūit, erit.] De fortuna in melius
mutata, II. Eneid. Virgil.*

Malta dies, variisque labor mortalibus ægris

Retulit in melius multos, alternare uisus

Lusit, & in solio rursum fortuna locauit.

Sed ad rem proprius, ex historiis ecclesiasticis meminimus, Athanasium, virū sanctū, à paganis suggilatum, quasi magicis artibus deditū. illū ergo excipiētes ludibrio, audita cornicula, poscebant quod omen illud esset, respōdit: auis dicit, cras, cras, pronunciat enim vobis triste de Iuliano infortunium. Quod verum constitit, nam paucis post diebus relatū est de
eō de Iuliani nuncium.

Spes proxima.

EMBLEMA XLIII.



IN N U M E R I S agitur Res publica nostra procellis.

Et spes venturæ sola salutis adest:

Non secus ac nauis medio circum æquore, venti

Quam rapiunt; salsis iamque fatiscit aquis.

Quod si Helenæ adueniant lucentia sidera fratres:

Amissos animos spes bona restituit.

Tempus
Nicei col-
loqui.

Siquid nostræ coniecturæ dandum, suspicamur id ab Alciato scriptum fuisse, quo tempore ad Niceum colloquiū, magna omniū spe & votis expectabantur Reipubl. Christianæ Principes potentissimi, Carolus V. Imperator, & Franciscus r. Galliarum Rex: quò loci nonnulli in certam spem ve-

niebant fœdus aliquod firmum & stabile, pacemque inter eos compositum tandem aliquando & sanctum iri: vt eo trāsacto negotio rixarum omnium & contentionum, tum denique falsarum opinionum in religione Christiana tam longè latèque gravissimam omnis occasiō tolleretur, aut certè magna parte lues ista sanaretur. Comparat ergo Christianam Rēpublicam cum nauī ventis & fluctibus hinc & illinc agitata, sic vt parum absit, quin insanis & furentibus aquis obruiatur, omniumque spes penitus cadat, nisi tam crassæ caligini & tempestati Deus Opt. Max. aliquid lucis immiserit, quò bonorum virorum totiusque populi consternati animi recreentur. Sunt verò qui hic per Castorem & Pollucē intelligi ve- Cōparatio
Repub. cū
nauī vētis
agitata.
lint summum Pontific. & Imperatorem, à quibus vnamini Pollux quid votō ad metam eandem collimantibus bellorū cessatio, turbationūque optata fuit quies. M. Tullius Epist. ad Cornificium 12. lib. recte nauis nominē Rēpub. designauit. Conscende inquit, nobiscum, & quidē ad puppim. Vna nauis est iam bonoru omnium: quam quidem nos damus operam vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu. Idem in Pisonem non sine gratia vsus est eadem allegoria: Non tam fuit iniidus vt qui maximis turbinibus ac fluctibus Reipub. nauem gubernasse, saluāmque in portu collocasse, frontis tuæ nubeculam pertimescerem. Alios ego vidi ventos, &c. Et pro Sextio eandem translationem mire variat. Si mihi in aliqua naue cum meis amicis nauiganti hoc accidisset, vt multi ex multis locis prædonies classibus eam nauē se oppresuros minitarentur, nisi me vnum sibi dedidissent, &c. Cūm verò in hanc Reipubl. nauem erexit senatus gubernaculis, fluitantē in alto tempestatis seditionum ac discordiarum, armatae rot classes, nisi ego vnius deditus essem, incursuræ viderentur, depugnarem potius cum summo, non dicam exitio, sed periculo certè vestro, quam non id vnu pro omnibus susciperet. Horat. 1. Carmin. eodem sensu & schemate:

O nauis, referent in mare te nous Fluctus. Et c.

Præter Stobæi locum cap. 44. & alium quendam è Plutarchi Bruto, quibus Rēpublicam nauī cōparant, succurrunt duo alii è Panegyricis Maximianō dictis. Prior is est Pacati: Statim igitur præcipitanter Rēpub. refrenasti, & gubernacula fluitantia recepisti, omnibus spes salutis illuxit, posuere venti, fugere nubes, fluctus resederunt: & sicubi adhuc in longioribus terris aliqua obuerſatur obscuritas, aut residuus

vndarum pulsus immurmurat, necesse est tamen ante tuos
nutus dilucescat & sileat. Alter verò est Maimertini: Neque,
inquit, cùm Reipùl. nauem secundus à puppi flatusimple-
ret salutarem mantum gubernaculis addidisti, &c. alia enim
longiora sunt, quām ut huc transferri commode possint. De
naui quædam Pierius doctè collegit libro 47. quæ hic com-
memorare nihil attinet.

De eo regum conuentu quem attigì supra, exstat Epigram-
ma Iani Lascaris, quod sese mihi alia atque alia lectitanti vl-
tro obtulit.

Num Martis castra, an Veneris tentoria fulgent

Argento atque auro? ast ære micant proceres,

Et Marti grata ¶ Veneri, Venus aurea; ferrum

Mars amat: in precio est tempore quodque suo

Littora ad Oceani summi cum coniuge, uterque

Conueniunt Reges, Regia tecta vides.

Conueniant alacres ad publica commoda: Turca

Europæ excedent finibus atque Asie.

Eximij Heroium, Lædea ut sydera nautæ,

Vos seruatores terra fretumque colit.

circum.] Circum hic aduerbij naturam induit.

fatiscit.] deficit, & pænè obruitur vi tempestatis & fluctuum.

Virgil. i. Aeneid.

Accipiunt inimicum imbre, rimisque fatiscunt.

Quod si Helenæ adueniant, ¶ c.] weī georis est Geminorum;
qui Castor & Pollux à Poëtis dicuntur, & Iouis ex Leda fi-
lij. Hi vbi adoleuissent, mare pyratis liberarunt, eaq; de cau-
sa propitijs nautis olim credebantur. Ferunt, si horum alter
appareat, tempestatem portendere; si ambo, serenitatem. De
his sic Plinius: Vidi nocturnis militum vigiliis inhærere pi-
lis pro vallo fulgorem effigie ea, & antennis nauigantium,
aliisque nauium partibus, ceu vocali quodam sono insistunt,
vt volucres sedem ex sede mutantates: graues cùm solitarię ve-
nere, mergentesque nauigia: & si in carinæ ima deciderint,
exurentes: geminæ autē salutares, & prosperi cursus prenū-
ciæ, quarum aduentu fugari dirā illam ac minacem, appell-
latamque Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Castori id nu-
men assignant, eosque in mari Deos inuocant. Hominum
quoque capita vespertinis horis magno præfigio circumful-
gent. Omnia incerta ratione, & in naturæ maiestate abditæ.
De stellis, quæ Dioscuri appellantur, Plutarch. 2. Decreta-

Castor &
Pollux.

rum philosophicorum, cap. 18. Ouid sub finem §. Fastorū. Diodor. Sicul. sub finem etiam cap. §. lib. §. Lactant. lib. 2. cap. 2. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. & alij quam multi. Sed obiter memini legere me apud Festum stellam significare lætum ac prosperum, idque ex Ateio Capitone, auctoritatē secuto Seruilius anguris. Lucem etiam seu lumen, id est cōs pro spē accipi sollempne fuit, ut apud M. Tull. i. Philippica: Lux quēdam videbatur oblata, &c. Euripid. item, cōs ἡλίου μοις κακοῖς, lux venit meis malis. Nam & Varro de lingua Latina 2. testatur lumen profausto omine veteribus fuisse. Ex quo illud Virgilij:

—Inbitoquefragore


*Intonuit læsum, & de celo lapsa per umbras
Stella faciem ducens multa eam lacet currit.*

R. ilj



In simulacrum Spei.

EMBLEMA XLIV.



Q V Æ Dea tam lato suspectans sidera vultus?
 Cuius peniculis reddit a imago fuit?
 Elpidij fecere manus. Ego nominor illa,
 Quæ misericors promptam spes bona præstat opem.
 Cur viridis tibi palla? quod omnia me dace vernent.
 Quid manibus mortis tela refracta geris?
 Quod viuos sperare decet, præcido sepultis.
 Cur in doliorum regmine pigra sedes?
 Tela domi mansi volitantibus undique noxis,
 Ascrii ut docuit musa verenda senis.
 Quæ tibi adest volacris? Cornix fidissimus oscen;

Est benecum nequeat dicere, dicit, erit.

Qui comites? bonus Euentus, præcepseque Cupido.

Qui præunt? Vigilum somnia vana vocant.

*Quæ tibi iuncta astat? scelerum Rhamnusia vindex,
scilicet ut spores nib, nisi quod liceat.*

Elegans est Spei descriptio per dialogismum, cuius nemspē effēctū
pè vires & adiuncta cōuenientissimis symbolis explicat.
Ea enim hominem luctum reddit, & semper meliora expectā-
tem ad mortem usque comitatur. Ea tamen si importuna sit
& immoderata, ultricem Rhamnusiam secum aduocat; quæ
vota plus æquo ambitiosa faciat irrita. Alia sigillatim enarra-
bo, si prius huc adscripsero doctissimi viri B. Dardanij epi-
gramma in Spem, ut si fieri possit, cum Alciati Emblematō
conferam. Est autem eiusmodi:

Tu quæ sustentas tereti vestigia ligno,

Esne Dea? an nostro sanguine creta? Dea.

Vnde sata? è cæca rerum caligine. & ecque

Admonuit nutrix ubera? Credulitas.

Equinam à tergo plaudent tibi gaudia. dic quis

Pallidulo semper te preit ore? Timor.

Suspicio intento cur cælum lumine? tandem

Hinc dabitur votis meta suprema meis.

Fare, age, quæ vultus deturpet causa serenos?

Excrucier quoties irrita vota cadunt.

Cur baculo innixa es? dum pascit opinio mentem

Cæca meam, irrepit curua senecta mihi.

Quid titubas pedibus; verum spes lubrica: sepè

Quod puto complecti: labitur è manibus.

Obiter adnoto Spem Deam à Romanis cultam ædes habuif- *Spes Dea.*
se in foro olitorio. Gyraldus ait, eam se vidisse pictam in A-
driani Imperatoris aureo numismate. Femina stans, inquit,
iustitiæ laciniam sinistra manu non nihil attollens: dextra in
cubitum elata patera proferebat, in qua repositu erat veluti
ciboriū, id est. vas in floris similitudine, cū hac inscriptione
S P E S P. R. Quidam etiam Spem Deam viridi indutam pal-
la effinxerunt, & sedentem supra dolium cum cornice: qui-
dam etiam eum Nemesi, &c. hæc ille vide Syntag. I.

Suspectans sidera vultu.] Hic aduertendum alicuius expedita-
tionis signum, quod notauit regius Psaltes, 120. psalmo, quid.
Spes habeat fiducia

η̄ε τὸς ὁρθαλμούς με εἰς τὰ ὅρη, ὁ θεός νέξιος οὐδὲ μόνος. & 122.
τῷος σε η̄ε τὸς ὁρθαλμούς με τὸν καποκοῦντα εἰ πολὺς φρανῶ.

peniculus redditia imago.] id est, penicillo depicta & expressa.

Peniculus. Peniculus vel penicillus, siue peniculum, pictorū est instrumentum, ex caudarum extremitatibus cōfectum. Plin. 35. lib. Arrepto peniculo lineā ex colore duxit summię tenuitatis per tabulam.

Elpidius. Elpidij fecere manus.] Nomen est ē re fictitium, nam ē λαπίδος απὸ τῆς ē λαπίδος, hoc est, à Spe, quam depinxit, nomen habet.

Spes bona præstat opem.] Alludit ad proverb. Spes seruat afflitos: &c, Spes alunt exules. Ouidius:

Spes bona dat vires, animum quoque spes bona firmat:

Vinere spē vidi qui moriturus erat.

Sed & memini legere me apud Plutarchum, olim Romæ aram fuisse bonæ Spei. Cui conuenit & versiculus ē Comœdia quapiam.

αὐνὴ ἀπὸ χῶν σώσεται ταῖς εἰλαπίοις.

Spes viridi vesti induit. Cur viridis tibi palla?] Palla vestimenti genus est ad terram usque promissum. Viridis color eorum est proprius, qui spe lactantur aliqua. dicet enim postea,

Nos sperare docet viridis spes: dicitur esse

In viridi, quoties irrita retrorsum cadit.

Fraga tela mortis. Quid manibus mortis tela, &c.] Refracta mortis tela non temerè Spei tribuntur, quod viuos etiam in extremas miseras adactos soletur & recreet. vt enim habet adagium, Ægrotio dum anima est, spes est. & Theocritus:

Δογοῖν χεὶς φίλε βασίλε, τάχ' αὔριον εἴσεται δύνον, εἰλαπίδες εἰ σωσίον, διελαπίδες θαρόγυτες.

χεὶς διλαπίδες πέλει αἱ δύπις, διλαπίδες διδύμη. hoc est.

Fidere, Batte, decet, melius cras forsitan habebitis;

Sperandum est viuis, non est spes villa sepultis.

Nunc pluit, & claro nunc Iupiter aethere fulget.

Quidam Rhodius ob intempestiuam libertatem à tyranno iniectus in caueam, in qua more feræ alebatur, ad cruciatum ignominiamque amputatis naribus, ac fedata vulneribus facie, cum à quibusdam admoneretur, vt inedia sibi dolorū finem aliquem quereret, dixit, At cuncta homini, quoad viuit, speranda sunt. Repete pulcherrimā Spei descriptionem apud Ouidium 1. De Pont. Eleg. 7. Quæ dum commentor, lubens adiçjam Fornerij mei, præclari certe hominis distichon

quod ille mihi vtraque lingua, eademq; sententia suggestit:

ελπίς γηροτερός φθονόων τρέψει εὐθεῖα θύσει,
ης ἀτάνατος θαυμάν ηδονής, ηὲ ζευκτός.

Intus alit peccatus nostrum spes viuida: qua si
Destinuar, durum est vivere, malo mori.

Quid manibus mortis tela refracta geris.] Ammian. Marcell. lib. Spes etiam
31. quo loci de bello planè cruento & misero aduersus Ger- in morib;
manos agit: & cum omnia cæsorum corporibus oppleretur,
iacebant inter eos quidam semianimes spem vitæ inaniter
vsurpando Ita planè Tibullus:

Iam mela finissimæ letho, sed credula vitam

Spes fones, & melius cras fore semper ass

Apollodorus Comicus hoc respexit, cum ait non oportere
animum ab iucere eum cui aliquid aduersi ceciderit, sed sem-
per exspectandum esse melius.

εὐθέποτ' ἀθυμεῖν τὸν κακῶν περίσσουτα δεῖ

- αὐτὸς τὰ Κελπίων δὲ πάρος δοκεῖν δεῖ.

præcido sepultis] Præcidere hinc amputare vel denegare signi- Precedere.
ficat: & dicimus, spem alicuius rei præcidere, id est, auferre, si-
ue præcludere, ut apud Ciceron. 2. Verr.

Cur in dolio, &c.] Ignauia hæc nota esse potest. Nam ferè Locne ex
dum speramus; desidemus: sed malim hoc ad fabulam refer- Hesiodo.
ri, quam tradit Hesiodus de Pandora, principio fermè libri,
qui οὐρανὴ μητρὶ inscribitur. Hæc enim pyxidē omnibus
malis refertam cùm aperuisset, innumerabilia calamitatum
genera tum primū homines inuaserunt, vna tantum spe in
dolij labris remanente, id est, in ipsius ore pyxidis consisten-
te. Sic enim Hesiodus:

ἀλλὰ γανὴ χειρεσι πίθεοι μέγα πῶμ' ἀρελῆσαι
εἰσκέδασ', αὐθρώποισι δ' εὑπιστατο κῆδεα λυγέδαι
μύνη δ' αὐτοῖς εἴλπις εὐ αργίκητοισ δόμοισι
εὐδὼν εἱμνε πίθεοις δεῖχεισιν, εἰδὲ θύεσι
ἔξεπη. hoc est, — tegmen ab urna

Dum Pandora leuat, totum exiliere per orbem

Curarunt infeste effigies; Spes sola remansit

Intus, & è labris imæ sub parte resedit.

Origenes aduersus Celsum lib. 4. hanc ridet fabulam. Ridicu-
lum, inquit, est quod de dolio dicitur, quod olim viuerent
homines absque malis, & graui dolore, & morbis molestiori-
bus, quæ Parcae mortalibus dederant: sed femina manibus
magnum dolij operculum auferens, diffudit hominibus, &

curas atroces partita est. sola autem ibi Spes in tutissimis dominibus intus relicta est sub dolij labris, nec extra euolauit.

Pandora.

Hæc Origen. Mythologi tamen, Pandoram ad humanum corpus referunt, feminine nomine expressum, quod carnis imbecillitas minimo exsolui potest.

Aſcrei ut docuit, &c.] Hefiodus ab Aſcrea Bœotiax vico. Virgil. 6. Ecloga:

— hostibidant calamos, en accipe, Musa,

Aſcreo quos antē seni. —

Quæ tibi adest volucris? cornix.] Quod vocem edat Cras, Cras, cornix Spei adiungitur.

Oſci.

Oſcen.] Oſcen auis dicebatur olim ab Auguribus, quod ore auspiciū faceret, ait Varro.

Locus ex
Suetonio.

Eſt bene cùm nequeat, &c.] Videtur hoc imitatus, & quidem mutuatus ex Suetonij Domitiano, vbi agitur de Cornice, quæ paucis ante Imperatoris mortem diebus dicitur edidisse illud: ἐσαι πάντα κλάδος. quod ostentum sic est aliquis interpretatus, ait ipse Suetonius:

Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix,

Eſt bene, non potuſt dicere, dixit, erit.

Bonis Ene-

tis.

Qui comites? bonus Euentus, &c.] Duo hi Spei comites vana quadam phantasmatu ingerunt, ne plus tardij adferat expectatio, quam ferre queant miseri mortales. Boni Euentus simulachrum dexterâ pateram, sinistrâ spicam ac papauer tenens, sculptum Romæ fuisse scribit Plin. libro 34. cap. 8. & 36. cap. 5. Boni Euentus, & Bonæ fortunæ simulachra in Capitolio ex Praxitelis operibus. Gyrald. Syntagm. I.

Bonis Euen-

tus imago.

Bonus euentus.] Legi de veteri numismate Imperatoris Titi vbi quoddam simulachrum fuit B O N I E V E N T U S A V G U S T I, dextra paterâ, sinistra papauera tenens ut apud Plin. Et in Seueri numo eadem boni euentus spectatur effigies, figura stolata, stante dextra pateram cum frugibus, sinistra spicam & papauer tenente.

Spes vigiliis
ſomnia.

Vigilium ſomnia vana vocant.] Plato dicebat τὰς εἰλπίδας εἴχεν- γόρο των αὐθέωπων οὐτί ποιεῖν ας. quod videtur aliusſe Maro in Bucolic.

— an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Non enim est qui verbis poſſit facile consequi, quam varias in animo patientur imaginationes, qui vehementer aliiquid ſperant. Atque his inanibus simulachris perinde afficiuntur, ac ſemet oblectant, ut ſi iam tenerent quæ ſibi pollicentur.

Vigilum somnia vana.] Pindarus Olymp. 12.

— αἴγε μὲν αὐδρῶν
πόλλα δύω, τὰ δ' αὖτε το
φέδη μεταμένια τέμνοι-
σαι, ωλίνθοντ' ἐλπίδες. id est.


Spes etenim mortalium, multa sursum, deinde vero deorsum
vana mendacia secantes voluntant.

scelerum Rhamnusia vindex, &c.] Quælibet enim sperare, nō
est cuiuslibet. Itaque præcipuè illud animo fixum hæreat, Ne
quid nimis. Fortunæ, ut naturæ noscenda est mensura suæ.
nec verò sapiunt qui altius spirant, plusque animi gerunt,
quam virium habeant.



In dies meliora.

EMBLEMA XLV.



RO S T R A nouo mihi setigeri suis obtulit anno,
 Hacque cliens ventri xenia, dixit, habe.
 Progreditur semper nec retrò respicit unquam,
 Gramina cùm pando proruit ore vorax.
 Cura viris eadem est, ne spes sublapsa retrorsum
 Cedat; & ut melius sit, quod & ulterius.

RVsticus quidam Alciati vicinus Kalendis Ianuariis por-
 cinum caput pro strenis obtulit. Hinc sibi Emblematis
 argumentum nactus Alciatus, ex natura suis (qui dum si ali-
 quas ore reflexo colligit, semper ulterius progrediēs, nunquā
 retrò aspicit) nempè ut nihil procrastinando meliora sequam-
 mur, neque temporis aliquam particulam sinamus effue-

Natura
porci.

te, quod non pertineat ad aliquem progressum, & rei melius gerendæ occasionem. Altudit autem ad extremum (vt ne in minutulis etiam otiosum deprehendas) ad symbolum Caroli V. Imperatoris, quod est V L T E R I V S. Quid si hoc referamus ad studij Philosophici assiduitatem, vt Plutarchus facit disputatione de profectu morum? Sic enim ille: *εστι τηλο-Ιμπ.*
συζητην οὐκέστι λαγχάνεις διάλειμμα προκοπῆς, εἰδὲ συριγμός:
 In philosophando & virtutis itinere nulla est cessatio, nulla perpetui progressus intermissio. Contrà, miserè & nonnunquam improbè desipiunt qui suis ita malè rebus prospiciunt, vt quo magis ætate prouehuntur, peiores euadunt, sicuti Menedemus permultos Athenas, studiorum causa, proficisci dicebat, principio sapientes, deinde philosophos', postea rhe- teres, tandem idiots. Qui itaque se meliorem in dies facit, quasi seipsum vincit: qui in deterius abit, vinci se ignauè permittit: quod Plato 1. De legib. ait esse turpissimum: *ιδίᾳ αὐτῷ εἴαντος πάντων αὐχεῖσον περίμενε καὶ γέγονον.*

Symbolum
Carolii
Quinti
Imp.

In varijs Cassiodori formulis multa sunt quibus hic locus *Incepta* commode potest exornari. Alacriter, ait, iucumbendum est *confanter* inchoatis, eum iam exspectataliquid quo nos profecisse *perficienda* gaudeamus. Spes enim efficiendi laboris tedium adimit: ma- " gnūmque illicum ac incitamentum, si nobis persuadeamus " id perfectum iri quod percupimus. Idem 8. lib. Natura ipsa, " boni adhibita perseverantia præliatur: quia minus est si que laude digna indicantur incipiamus, quam quod consultò est incepturn persequamur.

Rostra noua.] Rostrum non modò de auibus, sed & de alijs animantibus dicitur.

cliens.] litigator, qui patronum sequitur, vt ab eo defendatur iudicio.

Appendix.

Sententiam hanc, In dies meliora, videtur attigisse Tullius 2. de legib. Ego animi pendere soleo, ait, cùm quid orsus traducor alio; neque tam facile interrupta contexo, quam absoluo instituta. Non abludit Corn. Tacitus initio libri de Oratorib. Huius libri editionem maturaui, vt dimissa priore cura huic nouæ cogitationi toto pectore incumbam. Hæc ille. Pertinet hoc præceptum ad sedulos & diligentes, qui semper in melius proficiunt, non procrastinantur, nō differunt, neque moras necunt, & diutiùs consultando sibi *mera somnia fingunt*: desident interea, spéque vana fese 12-

stant, vt ille apud Martialem qui se nunc caussidicum, nunc se Rhetora fingeret, aut speraret nescio quid, nunquā tamen se proueheret: inani certē ac supina cogitatione, imò vae cordia planè delira. Nam, quod Seneca epist. 3. Inter cætera mala hoc habet proprium stultitia, semper incipit viuere. Ad id tradueci potest quod Senec. disputat de Benefic. lib. 2. c. 16. quod loci ait, vitam semper inchoare, molestum: Idem ad fin. epist. 69. & pulcrè paulo antè epist. 63. Non inconcinné illud Horatij,

viviendi reclē qui prorogat horam

Rusticus exspectat dum defluat amnis —

Certè ne pluribus, puto generali sententia emblematis, intelligi τινῶ δημερίαν, hoc est felicem diei successum, qua voce Cicero vsus ad Atticum 9. Contrarium est adagium Mandrabuli in morem res succedit: cui conuenit illud Maronis 1. Georgic.

Omnia satis in peius ruere.

Xenia dixit, habe.] de voce xeniorum, dicetur in sequentib. melius. Hic intellige strenas, amicorum donaria, quæ Kalend. Ianuarij ultro, citróque exhiberi solita. Ex L. Pomponio: pictoribus asside, si qua ventura est alia strena strenuè. Quo loco aduertimus strenam à strenuitate dici, vt apud Nonium. Iam quidem Kalendas anni auspices antiquitas sacravit, quibus & strenæ donarentur. Qui mos à Tutilo rege posteris transmissus, cùm verbenas felicis arboris ex luco strenas noui anni auspices primū accepisset, vt videre est apud Symmachum. quod argumentum iam indefuit viris strenuis eas deperi, & ob virtutem elargiendas. Ex eo colligimus occasione munusculi à rustico cliete dati, artificem ingeniosum Alciatum, egregiam sententiam captasse, & ratione in arripuisse philosophandi.

Illicitum non sperandum.

EMBLEMA XLVI.



S P E S simul & Nemesis nostris altaribus adfans,
scilicet ut spes non nisi quod liceat.

R Eftè & verè Pindarus Nem.8.

κενάν δ' ελπίς διον καύρον τέλος:
vanæ spei imbellis euentus. quod spectat Horatianum illud ex
4. Carmin.

*Terret ambustus Phaëton anatas
Spes, &c.*

Meminimus in superiori Spem cum Nemesi vulnus expressam *spes cuius*
fuisse; ex quo intelligi licet, nihil nisi quod fas & iustum sit, Nemesis
quodque fieri facile possit, expectandum, sibiique singendum

Cæsar
Borgia.

esse. Nam valdē est insolens & temerarium ambire quæ nēqueas assequi, aut si assequaris, non tamen tueri aut seruare possis. Occurrit exemplum Cæsarī Borgiæ Valentinorum Ducis, qui audaciūs quām aliquis alius eiusdem cōditionis, Imperij maiestatem sibi pollicitus, militaribus aliquot vexillis appingi curārat illud vulgo Italico, O Cæsar, ô nūlio, id est, Aut Cæsar, aut nullus: qui tandem morte misera interceptus, vaticinij locum inuenit; sed nō quē spe magnifica sibi prō posuerat. Itaque de eo sic lusit Sannazariūs:

Aut nihil, aut Cæsar vult dici Borgia: quidvi,

Cūm simul et Cæsar possit, & esse nihil?

Idemque in eundem:

Omnia vinceras, sperabas omnia Cæsar:

Omnia deficiunt, incipis esse nihil.

Obiter aduertendum distichon Alciati vidéri è quōpiam Græco expressum, sed ad imitationem effictum:

Ἐλπίδα καὶ νέμεσιν δύνεται οὐδὲν εἶτεν,

τίλιον μὲν ἵνα ἐλπίζης, τίλιον δὲν μηδὲν εἶχες.

Quod sic eleganter reddidit Politianus:

Spem simul & Nemesim posita dicat Eurus in aro,

Scilicet ut speres omnia, nil habeas.

Scripsit & in eandem sententiam lepidè ac doctè Marullus: qui quia proximè videtur accedere ad Alciati Emblema, huc apponam:


Quanam hæc tam semper tam lata est? optima rerum

Spes bona. quæ latè iuncta? potens Nemesis.

Dux magis, an comes est? vindicta magis. unde duabus

Templa eadem? speres nemisi quod liceat.

Pudi-



Pudicitia.

EMBLEMA XLVII.



PORPHYRIO, domini si incester in ædibus uxori,
Despondetque animum, præque dolore perit.
Abdita in arcanis naturæ est causa: sit index
Sincera hæc volucris certa pudicitia.

A Elianus lib. 3. c. 43. de animalib. ait, Porphyronem *Porphyrio*-
muliæ adulterium suspendio suo indicate. Quod Athenæus *tura mira*
etiam commemorat Dipnosoph. libro 9. cap. 12. ex Polemo-
nis lib. 5. eorum quæ ad Antigonom & Adæum scripsit, re-
tulitque Leonicus in Var. hist. lib. 3. cap. 17. Aiunt itaque
Porphyronem domi educatum, mulieres quæ sunt sub viri

imperio, diligenter obseruare, cumque habere sensum ut ab adulterij actu praesens abhorreat. id enim si facinus perceperit, domino indicat non alio modo quam sibi vitam suffocatione, vel ut alij volunt suspendio adimendo. quam esse certissimam commissi adulterij notam aiunt. Huius rei caussa est in abditis naturae arcanis: tantumque licet hinc colligere, quam turpe, quamque flagitiosum sit adulterium, cuius actu vel clanculario auicula se sponte vita priuet. Itaque quantu ad id argumentum pertinet, haec adhiberi ausi potest pro certae & illibata pudicitiae symbolo. Huius etiam naturae miraculi mentio est apud alios quosdam, sed neotericos, quorum studium & industria laudo: sed veteres in primis habeo. Firmicus Maternus (quem ego alias citavi, auctore certe pium & doctum) scribit, à leone castissimo animali leænam feminam iugulari, quæ cum pardo coierit. Apud Aristotelem & Plinium exempla quedam alia leguntur, quibus eadem naturæ verecundia ostenditur. Non est alienum quod Nouella 12. Iustinian. scribit, eos qui se polluant nefario coitu, ea facere quæ bruta rationis expertia detestantur. οὐαὶ τοι ἀσεβῖτε καὶ αἰσθατά γε ἀποδυμέν, οἵποι πολλὰ καὶ τοῦ ἀλόγων ἀποστέται ζώαν.

Incestus. incestet.] polluat se adulterio. Incestus, vel incestum, est flagitium in affines admissum. Non. Marcel. sed & pro quacumque libidinosa pollutione Seruius accepit. κέσθη, pudoris cingulum, quo sponsæ ornabantur, per translationem sumitur pro pudore ac legibus connubij. Hinc ἀνίσεον, pro turpi flagitio Cræci accipiunt. Iurisconsulti incestum sumunt pro impudico, & turpitudinis flagitio in propinquos admissos, 1. vit. D de ritu. nupt.

Despondere animum. deponetque animum.] animum despondere, apud Ciceronem nusquam legi Budæus opinatur: ipsis tamen eius loquendi formulæ apud Varronem, Liuium, Columellam notat. apponit Plautin. id è Menæch. Paser eius postquam perdidit puerum, animum despondit.

Causa occulta. Abdita in arcanis.] Caussam occultam philosophi appellat. vt cum queritur, cur magnes ferrum? cur succinum palcam trahit? id in naturæ arcanis esse dicunt.

n victriam dolopartam.

EMBLEMA XLVIII.



A I A C I S tumulum lacrymis ego perluo Virtus,
 Heu misera albentes dilacerata comas!
 scilicet hoc restabat adhuc, ut indice Græco
 Vinceret: & causa flet potiore dolus.

Explicatur id agalma ab Eustathio ad Iliados Homeericæ Fons Em-
 blematis.
 C. citaturque à Porphyrio alicubi. Quod epigramma tri-
 butum Virtuti, conditionem suam deploranti, mutatum fuis-
 se à Mnæsalca Sicyonio, & in Voluptatem conuersum, ex al-
 tero factum de Aiace, me admonuit doctissimus Camera-
 riæ. Hoc ex 3. Epigrammaton Græcorū sumptum. est enim
 tetrastichon Asclepiadis,

ἀ δ' ἐγώ ἀ τλάματος αρετῆς τῷ κρίθινοι
 θιαστὸς τύμβῳ πλευμόνα πλοκάνας,

Συμὸν ἀχει μεγάλῳ βεβολημένῳ, εἰρεν' ἀχαυσίς
ἀδολοφεων ἀπάτᾳ, κρεοσον εὑρεκέριται. id est,

Dilacerata com.us, visu miserabilis eheu

Confideo ad cineres hic Telamoniada,

Illa dolore graui mihi quod frāus callida quondam.

Iudicibus Grauis antē locat i fuit:

Virtutens lugere quid. Prosopopœia est Virtutis ad Aiakis tumulum insidentis , & magna lachrymarum copia eiulantis, propterea quod iniustè lata sit à Græcis iudicibus sententia de armis Achillis Vlyssi, non autem Aiaci , cui debebantur, adjudicatis. Quo intelligi datur, quosdam viros bonos plerūmque iniquorum iudicūm decretis angī, & iniustè de suo iure deturbari ; nullis tamen condolentibus aut opem vel consilium præstantibus. Eiusdē omnino argumenti sequitur eodem 3.lib. Epigrāmma nomine Antipatri , ex quo liquet Aiakis tumulum fuisse in littore Rhetæo , ut etiam Q. Calaber : sed fuisse prope Sigæum Troiæ promontorium ponit Plinius lib.5. cap. 30. & Sozomen. histor. tripart.cap.18.lib.2.

[*dilacerata comas.*] Signum doloris grauissimi. Sic Ouid. de Tibulli morte: *Venti inornatas dilacerata comas.* Aeschili scholastes ēr πέρ ταύς: συνίδες γδ τοῖς δρυνύσι τί λέγεται ταῦς. Porro Alciat. imitatus est Ouidian.hoc 4. de Ponto, 13. *Venit ad albentes illabefacta comas.*

Agamenon. [id est, Agamemnone, quem prauum Atridem vocat Auson. in Epitaphio Aiakis, quod etiam huic non male referri potuisset. Vide num alludat ad Proverb. Græca fides. Sed is postremò locus mihi videtur altiore quadam consideratione indigere. nam cùm dicit, *hoc restabat adhuc, ut in dice Greco Vincerer*, rem exaggerat ipsa Virtus lachrymarū plena, à iudicis persona. Est enim indignissimū, virtutum à Græcis ipsis, à quibus id omnium minimè fuit exspectadum, eius etiam, oppressam ac desertam fuisse. sunt enim Græci sapientię nomine commendati, quo etiam cæteris aliis nationibus preluecant. Atqui si id à Barbaris profectum esset, ferendum quidem aut ridendū denique fuerat. E multis quæ occurruit locis ad id illustrandum, appónam vnum aut alterum ex M. Tullio: quibus clarorum virorum beuēque de repub. meritorum casus miserōs & indignam fortunam cōqueritur. Sic pro Sextio: Hæc audiuiimus de clarissimorum virorum consilijs & factis: hæc accepimus, hæc legimus. neque eos in laude positos videmus, qui incitarunt aliquando populi animos ad

seditionem, aut qui largitione cœcarunt mentes imperitorū, aut qui fortes & claros viros, & bene de Repub. meritos in inuidiam aliquām vocauerunt: leues hoc semper nostri homines, & audaces, & malos, & perniciosos ciues putauerunt. At verò qui horum impetus & conatus represserunt, qui auctoritate, qui fidē, qui constantia, qui magnitudine animi cōfilijs audacium restiterunt: iij graues, iij principes, iij duces, iij auctores, huius dignitatis atq; imperij semper habiti sunt. At ne quis ex nostro, aut aliquorum præterea casu hanc vitæ viam pertimescat; vnuis in hac ciuitate, quem quidem ego possum dicere, præclarè vir de Republ. meritus, L. Opimius indignissimè concidit, cuius monumentum celeberrimum in foro, sepulchrum desertum in littore Dyrrachino. relictum est, &c. Idem 1. de Oratore, vbi agit de Rutilij causa, qui C. Marij Proconsul à publicanorum iniurijs Asiam defenderat, inuisus equestri ordini, penes quem iudicia tūc erant, in exilium pulsus est damnatus repetundarum. Sic itaque Cicero: Cūm esset ille vir exemplum, vt scitis, innocentiae, cumque illo nemo neque integrior esset in ciuitate neque sanctior, non modò supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam, quam simplex ratio veritatis ferebat. Et pōst: nunc talis vir amissus est, dumq; causa ita dicitur, vt si in illa commētitia Platonis ciuitate res ageretur, nemo ingemuit, neque inclamauit patronorum; nihil cuiquam doluit: nemo est questus: nemo Rempub. implorauit; nemo supplicauit. Cæterū. nescio an conferre huic possim opportunè adag. quo dicitur bonos viros esse lachrymabiles; faciles enim sunt ad misericordiā viri boni pijque: vt de Heraclito, palam est. sic Æneas Virgil. fatur lachrymans. Dido, contrā duritiem eidem exprobrans in 4.

Num flets ingemuit nostro? num lâmina flexit?

Et Horat. in Odis Plutonem illachrymabilem facit:

Non si trecenis quotquot eunt dies.

Amice, places illachrymabilem Plutona.

Nolim prætermissum quod notatur à scholiaстis quibusdam, Aiarem (de quo hic) nominatum ab āī, āī, heu, heu, nota dolentis, seu lamentantis particula, & āī āī laimentari est.

Appendix.

Ex ea certè per pulchra thesi possumus & alias quasdam à re non alienas subjicere id primum ex D. Hieronymo, ad Iulianum: Difficile est pressam in malis innocentiam non dolere,

& in hoc ipso, fide non periclitari, quia videat se iniustè sustinere quod patiatur. Sed hoc grauius, quod putetur indignū, iniurias proficiisci, vnde nasci iura debeant, ut in L. meminissent, C. vnde vi. Illud adijcendum putamus, ne quid ad illustrandam materiam præteruoleat. Gestum lamentantis expressit Lucan. lib. 2. in Martia matrona,

— postquam condidit unā

*Supremos cineres, miserando concita vultu,
Effusas laniata comas, concussaq; pectus,
Verberibus crebris, cinerisq; ingestæ sepulchri,
Non aliter placitura viro.*

Cùm hac statua Virtutis ciulantis confero illud Horatij ad Augustum, i. epist. lib. 2.

*Romulus & Liber pater, Et cum Castore Pollux,
Post ingentia facta, Deorum in templareceptis:
Plorauere suis non respondere fauorem
Optatum meritus.*

Placet illud Petronij satyrico,

*Pellitur à populo vietus Cato, tristior ille
Qui vicit, fascisque pudet rapuisse Catoni:
Namque hoc dedecus est populi, morumq; ruina:
Non homo pulsus erat, sed in uno victa potestas,
Romanumq; decus, quare iam perdita Roma,
Ipsa sui merces erat, et sine vindice preda.*



In' fraudulentos.

EMBLEMA XLIX.



PARVA lacerta atris stellatus corpora guttis
 Stellio, qui latebras, et cauabusta colit,
 Inuidia, prainque doli fert symbola pictus.
 Heu nimium nuribus cognita Zelotypis!
 Nam turpi obtegitur faciem lentigine quisquis,
 sit quibus immersus stellio, vina bibat.
 Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
 Quam formæ amissæ flore relinquit amans.

PLinius lib. 29. cap. 4. tradit è stellionibus malum medi- Stellio.
 camentum fieri. Nam, inquit, cum stellio immortuus est
 vino, eorum qui biberint, faciem lentigine obducit. Ob hoc in

Crimen stellionatus. vngnento necant eum, insidiantes pellicum formæ. Alciatus lib. i. Parergon, cap. 46. Crimen stellionatus nomen sumpsit à stellione lacerta stellata: quod animal malè apud veteres audijt siue quia inuidum (cūm enim codem, quo anguis modo pellē exuat, eam confessim deuorat; tanquā utile esse pro comitialis morbi remedio notit, idcircoq; hominibus præripiat, vt Plinius lib. 8. cap. 31. attestatur) siue quod ex eo malum medicamentū fiat, quo mulieres decipiuntur. Nā cūm mortuus est in vino, faciem eorum qui biberint lentigine obducit: ob hoc in vnguento eum necant, si que mulieres pellicum formæ insidiantur. quā ex causa verisimile est primò proditum id iudicium: an quia in id animal versus sit, vt canit Guid. Metamorph. 5. — *duri puer oris, & audax?* vnde & impudentiae est symbolum, Græcæque dicitur *άσκητας*, quia sit *άσκητης άρνης*, cōtactu asper & durus. Hæc Alciat. noster. Sanè idem Plinius lib. 30. cap. 10. nullum esse animal dicit ex opinione communi, quod fraudulentius inuidet homini: indéque stellionum nomen in maledictum translatum ferunt. Plerique volunt stelliones eosdem esse ac tarantulas, quos Græci *άραλας* nominant. Quia verò ex proximò Alciati loco meminerimus criminis stellionatus, de eo hæc pauca obiter: Stellionatus ijs obijcitur qui aliquid dolo fecerint: & vbiunque nomen proprium deficit criminis, stellionatus obijcitur, ait Vlpian. Locum autem præcipue habet in eo qui rem fortè alij obligatam dissimulata obligatione per calliditatem distraxerit: sed & in eo qui merces supposuerit, vel corruperit, quique imposta ram fecerit, p̄ ea stellionatus nulla est à legibus constituta, quia nec legitimum crimen est. Cæterum & hoc aduertendum, vt auatoris mentem apertiūs aperiamus, in plerisque animantibus certas quasdam notas esse malignitatis à natura inditas, vt caueamus ne quid inde noxæ damnive contrahamus. Vulgo enim fertur cauendum esse ab ijs qui notis quibusdam insignesunt. Diciturque non ratò eum qui pedibus claudicat, & animi quadam claudicare parte; quique gibbo sit deformatus aut struma, aut aliquo generis eiusdem vitio, cæteris infestiorē esse, & magis versipellellem; si quid tamen vulgari hominum opinioni dandum: Vitiosum corpus vitiosæ naturæ imaginem esse. Quod Homerus in suo Therite cōfirmauit, qui vt deformat erat, ita etiam turpior, loquacior, & seditiosior describitur.

Nota malignitatis.

Sic Cicero pro Roscio Comœda cauillatur Fannium Chæream ex habitu corporis. Nónne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? nónne ab imis vnguisbus usque ad verticem sumnum (si quam coniecturam affert homini tacita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus videtur? qui idcirco capit & supercilijs semper est rasis, ne pilum vulnus viri boni habere dicatur. Lusit eodē penè scheme Marialis in Zoilum:

Crisus ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus;

Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

stellatus corpora guttis Stellio.] Virg. 4. Georg.

— *sepe ignotus adedit*

Stellio lucifugis congesta cubilia blattis.

Ouid. 5. Metamorph.

— *latebrásque petit, aptumque colori*

Nomen habet varij; stellatus corpora guttis.

Huc referam nō inuitus doctissimi viri Turnebi carmina de Stellionis eadem animaduersione, ex Epithalamio Francisci Valesij: hæc enim:

Sic que pellicibus nuptæ insidiantur auaris,

Quas forma plus esse dolent, medicata propinant

Pocula, guttata lentigine stellio quæ tu

Infici, ut vario signetur tergore vultus

Discolor & maculis lineascane ora subortis.

& cœa busta colit.] Ouid. 3. Amor. 8. eleg.

Mors tamen à templis in cœa busta trahet.

prauis que doli.] doli mali, quem Seruius definit machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud simulatur; aliud agitur. Labeo autem omnem fallaciam, calliditatem, machinationem ad circumueniendum & decipiendum alterum adhibitani, censetque sine dolo malo aliud agi posse, aliud simulari.

Dolus
malus.

Zelotypus.] ζελοτύπη, æmulatio seu inuidentia; ποντόπη, forma, Zelotypus. Hinc mulier zelotypa, quæ formæ alienæ inuidet. Ea zelotypæ opinio permultis mulieribus animum dedit viros quoquo modo tollendi de medio, ut hoc etiam adjiciam præter rem. Nam Cic. 2. de offic. refert Alexandrum Phereum ab uxore imperfectum propter pellicatus suspicionem. Sic Antoninum Verum Lucilla: Lemniæ viros omnes una excepta interfecerunt: & Demetrius Antigoni filius, Nicanor, alijque

à suis feminis interempti. Deniq; cùm omnia peruestigaris,
collige tecum, quòd vindicta nemo magis gaudet quam fe-
mina. Guid.2.artis,

Sed neque fulvus aper media tam seuis in ira est,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes,
Femina quām socij deprensa pellice leti
Ardes, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammamq; ruit, positoq; decore
Ferrur, ut Aonij cornibus icta dei.

Lentigo.

lentigine.] Lentigo, macula subrufa, aut nigricans in facie
aut manibus ad lentis similitudinem.

Pellex.

Pellex, quasi παλλάξ ή παλλαχίς, ait Gell.lib.4.
cap. 3. vel à pellendo, quòd vxorem legitimam è thalamo
pellat, vel quòd virum pelliciat. Paulus in l.144.de verb. si-
gnif. Digestis, ex Maserij Sabini sententia, pellicem pro ea
sumit quæ citra matrimonium cum aliquo cōsuescat, domi-
que retineatur: additque vulgò sic accipi, quæ cum eo se mis-
ceat cui sit vxor. Cæterum an admittere ausim distinctionem
Iurisconsulti in dicta lege, inter pellicem, amicam, coñcu-
binam nondum satis liquet. Sed præstat audire Demosthe-
nem oratione aduersus Neāram, egregiè nomina τῆς παλ-
λαχῆς, τῆς ἐταῖρας, καὶ τῆς γυναικὸς distinguentem: ait
enim τὰς μὲν ἐταῖρας οὐδοῦντις ἐνεκ' ἐχεῖν, τὰς δὲ παλλαχῆς
τῆς καθ' οὐμέραν δεργητιας τῷ σώματι, τὰς δὲ γυναικας ποσ-
παλλοποιεῖς γυνοῖς, καὶ τῶν εὐδον φύλακας πίστιν. Ami-
cas habemus voluptatis causa: pellices seu concubinas fami-
litij & curæ quotidianæ gratia corporis utimur: vxores autē
ducimus ut legitimos tollamus liberos, fidamque rei fami-
liaris custodiam habeamus.

Appendix.

In fraudulentos multa θστικῶς congeri possint, vt illud
Tullianum pro Comœdo Roscio: Aequè perfidiosum ac ne-
farium est fidem frangere, quæ vitam continet, & pupillum
fraudare, qui in tutelam peruenit: & socium fallere, qui in
negotio se coniunxit Plin. Secundus: fides improborum le-
uis: & tam infida quām ipsi. In anthologia Græcorum hoc
circum fertur:

Oὐκ ἔτως Κλαύδιος μοτῖν ὁ λέγων αἰαφανῆς,
αἰτερός τινα κρατερέν τιδεμέλον φιλίου.
Τὸν μὲν γδ μισῶντα προειδότες διτρεπόμενα,
τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν, & προφυλασσόμενα.

Ἐκθρὸν ἐγὼ καῖνον κρίνω Καρλὺς ὁ ποτε λάθος
τινὶ ἀπὸ τῆς φιλίας τισιγέχων ἀδικεῖ.

scilicet amicum simulatum declinare non possumus : cum qui apertè nobiscum exercet inimicitias vitare non ita ægrè possumus. Et quid homine subdolo & duplaci potest esse perniciosius? Seneca Tragic. Hypolito in fallaces, & simula-
tores,

*Vbi vultus ille, & facta maiestas viri,
Atque habitus horrens, præsa, & antiqua appetens,
Morumq; senium triste, & aspectu gravis?
O vita fallax, abditos sensus geris,
Animisq; pulcram turbidū faciem induis,
Pudor impudentem celat, audacem quies:
Pietas nefandum vera, fallaces probans,
Simulantq; molles dura —*

Potes hoc adiucere exempli causa, quod Marcellin. Ammian.
lib. 15. initio, & de Mercurio, perfidissimo assentatore, ibi-
dem,



Dolus in suos.

EMBLEMA L.



ALTILIS allector anas, & cœrula pennis,
 Assueta ad dominos ire redire suos,
 Congeneres cernens volitare per aerat turmas,
 Garrit, in illarum se recipit que gregem,
 Prætensa incautas donec sub retia ducat:
 Obstrepitant captæ, conscia ac ipsa filet.
 Perfida cognato se sanguine polluit ales,
 Officiosa alius, exitiosa suis.

Hac similitudine (cuius facile subintelligitur apodosis)
 Proditoris
 fraude. proditorum animū fraudulentū apertè arguit: qui cùm
 animo esse amico ac beneuolo sese profiteantur, vt incautis &

Improuidis facilius imponant, eò sanè nocentiores, quò ver-sutiores, habendi sunt. Sic enim plerumque insontes & mini-mè malos homines in ignota discrimina, vel ad extremum usque vitæ periculum adducant, sed potissimum cum vel vite consuetudine, & familiaritate, aut etiam obsequij aliqua specie fucata eos tenent irretitos, nodisque tam tenacibus illigatos, ut sese hinc nequeant extricare. quo de genere sunt vesperilio[n]es quidam, & sceleratissimi sycophantæ (quorum numerus quantum his temporibus accreuerit, dici non possest) qui viros inculpatæ vite, simplices planè, & ab omnifuso alienos, in discriminem & præcipitum trahunt; nullumque non mouent lapidē, ut quod est in prouerbio, in laqueos induant: quam ad rem cuniculis quibusdam vtuntur, cum impingunt nomen detestandi sortilegij, vel etiam hereseos, aut sectæ alicuius, ut securius magisque impunè oticulam, id est hominem simplicem, ab omni criminе tam scelestō, tamque abominando alienissimū mactent, vel vertè quounque tandem modo exterminent; sic ut insons ille misellus hac aspersus labe (tametsi toto vitæ tempore virtuti pietatiq[ue] nomē dederit) humanæ societatis pernicies, & pestis habeatur ab imperita multitudine, quæ ut in vitium plus quam liceat, credula, ita ob inconstantiam maximam, quæ illi familiaris est, ad virtutes ipsas inuertendum prompta & parata sit, ut quod ait Flaccus, sincerum audiē cupiat vas incrustare. Sed ut paucis contraham, hoc genus hominum ut exitialius & magis auersandum, sic & præter ceteros alios in quos leges solent animaduertere, dignissimum qui in exteris terras ablegetur, aut certè ut calumniatores merita poena afficiantur. Quod enim vnicè docuit optima illa omnium magistra natura, hi tollunt, & improbitate iniquiore labefactant, nimisq[ue] ubi contra suum sanguinem insidianter, & in animas suas fraudē moliuntur, ut loquitur Solomon. Id totum tamen torqueri melius fortasse potest in patriæ proditores, quales fuere ei etiam apud Græcos, apud Olynthios Lasthenes. Talis fuit Metius ille Suffetius dux Albanorum, pugnæ deser-tor in bello Romanorum aduersus Albanos, qui suæ proditionis pœnas dedit, ab equis disceptus, ut lib. i. Liuius memorat.

Atilius allector anas. Anatem à natandi assiduitate dictam ~~Anæ~~, vult Varro, s. De ling. Lat. Atilius, quod alatur domi, vel ruri, ut gallinæ, &c. Allector porro ab alliciendo. Legi alicubi

morem esse aucupibus exoculatam columbam in reti colligare, quæ strepitu ceteras columbas ad se pelliciat. ea dicitur παλδ' ρεια à παλδ' ιν, quod est decipere, seducere, in laqueum allicere. Sed audiamus ipsum Alciatum, qui ea de re sic lib. Parerg. 9. cap. II. Plaut. in Milite, Paleutrio nomen veteratori impostorique seruo conueniens. vnde & παλδί-
ρειας, quasi allectatrices aues Aristoteli lib. De hist. animal. 9. turtures vel columbae, quæ aluntur, ut aucupes alias allicant, eosque ad congeneres capiendos adiuvent. quod & in coturnicibus fieri consuevit, itemque anatibus, de quibus (est enim aucupij genus valde iucundum) nos quandoque carmine sic Iusimus:

Altilis allector anas, & cœrula pennas, &c. Hæc Alciatus.

ire redire.] ire, pro abire, ut alludat ad verba Iustiniani in §. Ceruorum quoque, De rer. diuisione, in Institut. in syluam ire & redire solent. & paulopòst: In ijs animalib. que ex consuetudine abire & redire solent. Martialis 12. lib. epigramm.

Atque inter mensas ire, redire suas.

garrit.] Garrire, quasi ineptè strepere, Nonius. & proprium esse auium quidam putant.

Garrire.



Maledicentia.

EMBLEMA LI.



ARCHILOCHI tumulo insculptas de marmore vespas
· Esse ferunt, linguae certa, sigilla malæ.

Vespæ tumulo affixæ Archilochi, linguae malæ petulan-
tiam effrenè arguunt: hæ enim rauçæ sunt & mordaces,
sed nullam ab ijs neque oblectationem, neque fructum cō-
parare possis, vt nec à maledicis aut mordacibus expectare
quicquam præter aculeum debeas. Sub Archilochi nomine, Scriptor
intelligitur scriptor quiuis, insolita quadam verborum pe- maledicasi.
tulantia & mordacitate alios insectans: in quo tamen neque
curam, neque eruditioñ possis deprehendere: sed hoc tantū
notus, quod audaciā in obrectādo maluerit ostentare, tamq;
prauè innotescere, quā stare gratis, & cum silentio, vt loquitur
Martialis. Fuit vero hic Archilochus Poëta Lacedæmonius,

Maledicē-
tia nra.

vel Parius, ut alij volunt, qui Lycamben sacerorum tam atrocibus & virulentis carminibus insectatus est, ut eum adegerit ad laqueum. Hinc proverb. Archilochia edicta pro contumeliosis & mordacibus. &, Archilochi patria, pro maledicis: &, Archilochum terere, pro eo quod est, in aledicentia delectari. Quò pertinet Archilochi epitaphium ex 3. Epigramm. Græcorum lib.

Σῆμα τόδ' ἀρχιλόχος οὐδεπόνπον, δέ ποτε πηγειά
μεσαν εἰχίδναιω πρώτη Θέβας χόλω.
αἷμαξας ἐλικῶντα τὸν θύμερον, οἴδε λυκόμηνε
μυροῦμεν Θερισῶν ἀμματα θυματέρων.
νήρεμα δὴ οὐδέμιστον οδοπόρε, μήπτε τέσσε
κυνίσης πύμεω σεπῆκας ερεζομέρος.

Archilochus iacet hoc in littore tectus, amara

Cuius viperco carmina felle madent.

Sanguine fœdauit Musarum Helicona, Lycambes.

Luget natarum turpia lora trium.

Hospes abi tacitè, irritus ne forte crabrones,

Illiū in tumulo quos habitare vides.

Pindar. 2. Pyth. ait se nolle conuicio aliquo Ixionem afficeret, quod Archilocho conuicia non bene cesserint. Sic ille:

— εὐθὲ δὲ χρεών
φεύγειν δάκον Θάσινον, γαγαρρίαν.
εἰδον γὰς εἴδεν, τὰ πολ-
λάντα μαχαίρια
φογερὸν ἀρχιλόχον βαρυλό-
γηις εἴχεστι πανόλιθον. id est,

Me autem oportet effugere morsum imbellem & impotenter, maledicentiam nempe. Vidi enim iam olim multa in egestate positum conuiciatorem Archilochum, infensis obtricationibus enutritum, & quasi pinguem factum. Antisthenes dicebat Diogenem vespis esse similem. Vespis enim non magnum esse alarum strepitum, aculeum autem acutissimum. Dion oratione 8. & Stobæus Sermon. II.

*Vespe ob-
iectatores.* certa sigilla.] quæ sunt symbola certæque nota hominis in-temperanter lingua abutentis, ut qui maledicentissimus fuerit.

Appendix.

Lubet attexere cenotaphium Laurentij Vallæ, mordaci effectum stilo, ut mordax ille fuit in scriptis penè omnibus à se editis,

Venit

Venit ad infernas postquam Laurentius edes:

Si queris quid agat nunc quoque mordet hamus.

Mordacius fuit Aretini virulenti ac pestiferi scriptoris Italæ epicedium, lingua Etrusca primò cōscriptum, hoc fere sensu: Iacere Aretini mortiferum virus summis Monarchis, & Pontificibus oblocutum: De Deo nihil, quia non nosset Deū. Et videmus, ferréque ac pati cogimur moriones quosdam ineptulos in hac nostra vniuersi schola, qui nihil aliud pensi habere videantur, quām ut stilo, confodiant quoscumque vel rei literariæ principes, séque ex ea obtrectandi licentia palmarium quærere. Infelix hominum genus qui grunitu porcos, latratu canes, ruditu asellos malunt æmulari, suāmque pruriginem, ac scabiem prodere, quām intra fores Musarum tās ἀρθόντες se continere.

At quis labores notus esse tam prauè,


Qui stare gratis cum silentio possit?
ait ille.

T



In receptatores fiscariorum.

EMBLEMA LII.



LATRONVM, furumque manus tibi, Scæua, per urbē
 It comes, & diris cincta cohors gladijs:
 Atque ita te mentis generosum prodige, censes,
 Quòd tua complures allicit olla malos.
 En nouus Actæon, qui postquam cornua sumpfit,
 In prædam canibus se dedit ipse suis.

In receptatores.] Hæc epigraphæ mihi statim reuocauit in
 menté quod de receptoribus, seu receptatorib⁹ iura edixerūt
 in quos népe voluerunt acerrimè animaduerti, l.3. §. cognos-
 cit, D. de off. præf. vigil. quia sine his diu maleficia latere non

possint. I. i. de recept. Sic Vlpian. in l. Congruit, de off. præs. vult à præside animaduerti in sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, prout eorum quisque deliquerit: receptoresque eorum coërcere, sine quibus latro diutius latere non potest. Cui simile illud Quintiliani ex declamatione 255. vbi ait, proximos eos esse træfugis à quibus transfugæ recipiuntur: quia natura simile sit, facere scelus & probare.

Stobæo citatur illud ex Phauorino, ni fallor: ὥπερ δὲ οὐδὲ Fons Emblematum
κταιῶν τὸν τὴν πρεξομόσων ἀπ' αἰτίαν κυανὸν ἀπέθανεν, ἔπος blematis à
οἱ κόλακες τὰς τείχους καταλύσαν: Quemadmodum A- Stobæo.
ctæon à canibus, quos alebat, discerptus est: ita parasiti & af-
sentatores eos à quibus enutriuntur, miserè perdūt. Sunt ve-
ro nonnulli Actæones qui sibi videntur nobiliores, si quo-
uis sicarios, nulliusque frugis homines & ganeones inertes,
domi & mensæ suscipiant, haud sano mentis oculo præuidé-
tesse vñā cum patrimonij cominutu damno, nominis &
plerūque vitæ iacturam facere. Tutissimos enim se fore cre-
dunt eo, vt putant, generoso satellitio stipati; & tamen non
aduertunt, quanti constat, quamque noxia sit ea familiaritas.
Anulus in picta poësi sic:

Cornibus in ceruum mutatum Actæona sumptis

Membratim proprij diripuere canes.

Næ, miser est dominus, parasitos quisquis edaces

Pascit adulantum præda parata canum:

Se quibus irridendum suggerit & comedendum,

Seruus et ex domino corniger efficitur.

Qui mythologica tractarunt, hoc de Actæone figmentum
venatores referunt, qui suas opes miserè dilapidant in venan- Venatores
di luxu inutili admodum & sumptuoso: etenim à canibus,
quos aluère, tandem vltione diuina quasi membratim dila- Actæones.
niantur. Nam tametsi nihil aliud sceleris admitterent, nisi in
eo quod erogent in victimum canum quod commodiùs posset
egenis & pauperie pressis conferri: ea tamen culpa satis ha-
bet grauitatis ad prouocandam iustum Dei præpotentis iram,
qui tot bona nobis non est elargitus, vt iis tam malè vtamur.
Eoque grauius illi peccant, quod rebus necessariis animum
nō applicēt, vt agriculturæ, vt Reip. vt aliis honestis actioni-
bus, sed omnē téporis vsurā collocat in venatu: quo fit, vt in
vrgentē minusq; sibi notā penuriam præcipites ruant. Itaq;
dici non ab re potest, eos non à canibus modò, sed avibus &
equis absumptos ac dilaceratos. Palæphatus ait Poëtas hoc

Veterum
industria.

Otiosi ve-
natores.

Locus
Dionis
Chrysost.

De Acteo-
ne varia.

figmēto nihil aliud docuisse quām homines cauere maximē debere, ne quid agant quod dijs inuisum sit, aut quod eos in iram prouocet. Adhēc olim omnes labori fuisse intētissimos, & manibus victum quæsiuisse: non seruis aut exteris sua negotia, sed sibi tantūm commisisse: ideōque qui laboriosi es- sent, opibus & facultatibus præ cæteris abundasse: contrà qui sese otio dedebant, voluptates consecabantur, venationi & aleæ dabāt operam, in extremam rerum penuriam decidisse, & opibus exhaustos esse, quemadmodum & ipsi Acteoni contigit. Sed id speciatim in prodigos adolescentes non ab re licet conuertere, qui promi magis quām condi, vt Phryges serò sapiunt, & tum fortè, sed frustrè resipiscunt, cùm nihil est amplius in loculis. Sibi quidem mirè placent, cùm secun- dis fortunæ ventis opes suppetunt, quibus impudentes & ignauos ganeones (qui nullum aliud sibi pensum relicturn ha- bent, quām vt lautas culinas assectentur, alienāque quadra vi- uant) pascunt & enutriant. At exhaustis patrimonijs, quid il- lis superest nisi vt aliena cōpilent, tandemque in malam cru- cem adigantur, ab ijs relicti, longūmq; valere iussi, à quibus in conditionem tam miseram, tamque abiectam coacti sunt? Non piget huc traducere, quæ Dion Chrysost. orat. 10. De seruis, appositè scribit, se non putare damna à malis canibus plures accepisse, quām à malis hominibus. Etenim à canibus perniciosis vnum Acteonem aiunt (inquit ille) perditum, & his quidem in rabiem cùm acti essent: à perniciiosis verò hominibus dici non posse, quot perierint & plebeij & reges, quot etiam ciuitates; hi quidem à seruis, illi autem à militibus & eorum sequacibus; alij ab amicis quibusdam nomine tenus amicis: alij à filijs & fratribus, vxoribúsque damna capiunt innumera. Retulimus suprà ex Constantino Manasse memorabile Michaëlis Imperatoris exemplum, quem cum Actone discerpto à canibus comparat: siquidem inconsulto illi Principi, quòd ab assentatoribus obfessus esset, misere omnino cessit. Quod narratur de Actone in ceruum trans- formato, sunt qui fabulam putant, plerique historiam malūt, auctore maximē Plinio, qui Acteonem & Cippum cornu- totos editos memorat. Quin & Maximus Tyrius à veris cani- bus, Acteonem laceratum fuisse dicit apud Corinthios, hu- iusque facinoris auctores Bacchiades appellat. At quod apud Homerum legitur, Dianam per montium errantem iu- ga telis delectari, capreas & ceruos fugaces venando perse-

qui, sunt qui referant ad fabulam Acteonis; alij veterum sequi Philosophiam sagittas eas quæ ceruum assequuntur, solares radios indicare volunt *ἱερογλυφικῶς*, quorum nempe radiorum percussu, cornua ipsa pro conditione loci, ubi lumen est, & apparent & obducuntur. Sed in hoc carmine Alcias illustrando, placet mythologia quam acceptam ferut Anaximenes, nimirum quod Acteon periculis quæ multa venando pertulerat tandem expensis, ætate iam affecta timidior factus, in ceruum dicatur mutatus, cumque canes nihilo se ciusaleret, suum omne periculū absumpfit, hincque à canibus laceratum. Sed de his plus satis. Maluit Alciatus, & quidem ingeiosè torquere in eos qui latrones furesque recipiunt: aut etiam (ut verbis utar Marcellini de depravatis Romanis populi moribus agentis lib. 14.) qui familiariū agmina, tanquam prædatorios globos post terga trahunt, ne Sannione quidem domi relicto, ut ait Comicus.

Scœua.] proprium quoddam nomen, aut fictitium non temere suspicetur aliquis. plerique, scœua, legunt, pro, dira, crudeli, terrifica, &c. sed malim scœuam accipi, vt Symmachus, pro improbo, sinistræ famæ homine, rerum imperito. Quæ sub obtenu tuo à quibusdam scœuis designata dicuntur, ait ille. Et Græci, eum qui sit ingenio tardo σταυρόν appellant. οὐδὲ σταυρόν, οὐδὲ ἐπιλήσμονα, dicit Aristophan. I. neque scœua, neque consilio inopem.

manus.] multitudo, ut maxima militum manus apud Ciceronem in Philipp. & sœpè alijs.

prodige.] Cicero 3. Offic. Prodigii, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sunt omnino relicturi.

allicit olla malos.] Ea est ollæ amicitia, ut habet Proverbiū ad quod respexit Martialis lib. 2.

Hunc quem vina tibi, quem mensa parauit amicum,

Esse putas fidæ pectus amicitie?

Vinum amat *et* cyathos, & sumina, *et* ostrea, non te.

Sublato vino nullus amicus erit.

En nouus Acteon, &c.] Tangit Acteonis fabulam, quam fusè narrat Ouid. 3. Metamorph. Hanc lubens prætereo, ut vel pueris notissimam.

Appendix.

Cic. lib. 4. in Verrem: Tua Messana, tuorum adiutrix sce-

T 11

Ierum, libidinum testis, prædarum ac furtorum receptrix, aliquantò post, fuisse Messanam omnium istius furtorum, ac prædarum receptricem negare non potuerunt. Idem lib. 5. in eundem: Nam, ut antè docui, hanc sibi iste urbem delegerat, quam haberet adiutricem scelerum, furtorum receptricē, flagitiorum omnium sociam.

Latronum furūmque manus. Jeruditus vir Alciatus verba hæc non accipit ut synonyma, vel promiscuè, quia quod Horat. ait 1. Sermonum, furtæ latrocinijs est magnis parua comparare. At vox latronum apud veteres usurpata pro stipatoribus, & custodiæ corporis protectoribus. Senec. 1. de clementia, cap. 12. Ita sumit Capitolinus, Marcellin. Spartan. & Herodian. lib. 5. οὐμαπούλακες dicti, seu lateris custodes, θρυσσοροι, spiculatores Tacito lib. 17. 18. Senecæ 3. de Benefic. cap. 25. & lib. 1. de ira Sueton. Claudio, cap. 35. In Galba, cap. 18. Tacit. 1. & 13. Annal. refert Germanos custodes imperatori Romano, & principi feminæ adfuisse. Sic olim latrones pro stipatoribus, à stipe nuncupati, quam mercedis nomine accipiebant corporis custodes, qui cum ferro circundabant Regū corpora. Latrones ergo, ἀπό τῆς λάρνας, à mercede, Varro lib. 6. Latinæ lingue.



In adulatores.

EMBLEMA LIII.



SEMPER hiat, semper tenuem, qua vescitur, auram
 Reciprocat Chamæleon:
 Et mutat faciem, varios sumitque colores,
 Præter rubrum vel candidum.
 Sic & adulator populari vescitur aura,
 Hiansque cuncta deuorat:
 Et solium mores imitatur principis atros.
 Albi & pudici nescius.

Expressum id è Plutarchi libello, De discrimine adulato-
 ris & amici. hæc verba. Οὐλαξ ἀτεχνῶς τὸ τῷ χα-
 μαλέοντος πέπυθεν ἐκτινός τε γῳ ὀπάσῃ χοιᾶ πλιν τῷ ισχειτι.
 T. iiiij

Emblema

λαδησ σωματομοις ταις καὶ ὁ κόλαξ εὐτοῖς ἀξίοις παραδῆσις θεοῖς εἰναι τὸν ἐξ αἰδημάτων παρέχειν, εἰδὲν ἀπολεῖται τὴν αἰχμὴν ἀμύντον. Adulatori quidem omnino id accedit ut Chamæleonti: siquidem ut ille colorum omnium similitudinem exprimit præterquam albi: sic assentator, cum se similē præstare non possit in his quæ digna sunt studio, turpia quæque imitatur quantum potest. Ut enim nonnulli pictores impingunt, quia nequeant assequi quæ pulchra sunt & difficilia; in natus quibusdam ac verrucis aut rugis depingendis toti sunt, & quælibet representant, præter ea quæ pulchra sunt, quæque ingeniosi artificij laudem mereantur: Sic & assentator, ut principi viro, cui assidet, aliquid gratum faciat, eius diligenter imitatur intemperantiam, iracundiam, supercilium, acerbatem in seruos, dissidentiam in domesticos, & cognitione iumentos. Nam præterquam quod sponte, naturæque propensione ad deteriora affectus est, videtur eo modo sibi longè abesse à vitio reprehensionis, si turpia imitetur. Quem morrem ut barbaricis moribus conuenientissimum, meritò perstrinxerunt auctores grauissimi: hoc enim vitio quod laboravit Alcibiades, ut qui ingenio esset versatili, & ad quidvis comparato, naturam Chamæleontis habuisse dictus est. Sed mirum est sanè quod narrant de Arabum quibusdam populis, apud quos inualuit consuetudo, ut illorum Rege aliqua corporis parte affecto, aut decurtato, populus eius regionis ægritudinem imitetur Principis, illóque membro fasciis lanâque conuoluto, sic in medium vulgus hominum prodit. Quod idem de scurra quadam Philippi Macedonis memoriæ proditum accepimus. Cum enim in oppugnatione cuiusdam oppidi Arguorum, unus Philippo fuisse erutus oculus, postridie scurra fascia similem oculū circumligatus processisse fertur. Idemque cum crus in quadam pugna Regi fractum esset, in eius conspectum venire non erat solitus, nisi claudicans, eodemque crure colligato. Ea itaque est assentatorum mens, hoc unum studium, ut initentur omnia, omnibus assensu præbeant, præterquam ijs quæ sunt à natura sua longissimè remota, nimisq; quæ à niueo simplicitatis & innocentiae decore, ac pudoris & verecundiæ quasi rubori omnino sit aliena. Nam quod Antisthenes dictabat, ut metrices omnia bona præter prudentiam, sanctumque iudiciū suis amatoribus imprecantur: sic assentatores iis quibus cum agunt. Vide Pierium in Chamæleonem, lib. 27. Hieroglyph.

*Adulator
ut Chamæ-
leon.*

*Alcibia-
des.*

*Arabum
assentatio.*

*Scurra
Philippi
Macedonis.*

Chama-
leontem nō
solo vesci
aere.

Quæ de' Chamæleonte adducta sunt à nobis ex Plinio, non probantur omnibus, & ijs quidem eruditis. Linguam enim hoc animal, inquiunt, sesquipalmum longam habet, quam porrà in insecta, quibus maximè vescitur, exerit ac vibrat, eiisque mucore scarabeos, locustas, formicas, muscas ad se adducit. Fatentur tamen ad multos menses famen tolerare.

Semper hiat, &c.] De Chamæleonte sic Plin. cap. 33. libro 8. *Chamælon;*
 Ipse celsus, inquit, hianti semper ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quām aëris alimento: & coloris natura mutabilior: mutat namque eum subinde, & oculis, & cauda, & toto corpore, redditque semper quemcumque proximè attingit, præter rubrum, candidumque. Cassiodorus Variat. *formularum lib. 5. epist. 34.* naturam Chamæleontis ad frustratorem debitorem non minùs ingeniosè traducit. Fugere nescius, sed suæ sponsionis ignarus: obliuiosus cùm relinquitur: trepidus, cùm tenetur. Mutat verba, variat cōstituta: nec in vna dicti sui qualitate contentus, diuersis imaginibus immutatur. Meritò Chamæleonti bestiæ conferendus, quæ paruorum serpentum formæ consimilis, aureo tātum capite, & reliquis membris subalbentis prasini colore distinguitur. Hæc quoties hominum aspectus incurrit, dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimia timiditate, colores suos variè commutat, vt modò veneta, modo blattea, modo prasina, modò possit cyana reperiri. Proverb. *Chamæleonte in utabilius.*

Reciprocata.] repetit, retroflectitur, vel recipit. *procare,* pētere est; vnde *procax*, & proci dicti. Reciprocum verò à recipiendo dici ait Varro, quia eò redeat vnde profectum est. Hinc maris & animæ reciprocatio. Hoc loco verò reciprocare propriè estauram resorbere, subindéque retrahere: sic enim Liuius reciprocare pro respirare usurpauit.

vescitur aura.] Allusio ad proverb. Vento viuere. Populari aura vesci, est populi nugis assentiri, vulgi mores insequi.

Albi & pudici nescius.] Color albus mentis integratatem, vt *Color albus* rubeus pudorem signat, vt dicemus postea. *& rubens.*

Appendix.

Affentatorum mores eleganti & acuto mucrone percussit Satyra 3. Iuuenal is:

Natio conoeda est, rides? maiore cachinno

Concutitur, flet, si lacrymas aspergit amici.

Nec dolet igniculum brume si tempore pastus,

*Accipit endromidem: si dixerit, astuo, sudar.
Non sumus ergo pares: melior qui semper ei omni
Nocte, dieque potest alienum sumere vultum,
Afacie iactare manus, laudare paratur,
Si benè ructauit, si rectum minxit amicus,
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo,*

Bene Isocrat.ad Demonicum, μωσῆς τοὺς κολακέυοντας, ὥστερ
ξεπατατύντας, ἀμφότεροι γὰρ πεδίτεροι τοὺς πεδόντες α-
πλάναν. Ammian. Marcellin.lib. 15. Quām sit assentatio infe-
sta principi nondum apud Noricum, exuto penitus Gallo,
Apodemius assentatur, turbarumque incitor, raptos eius
calceos vehens, equorum permutatione veloci, Mediolanum
aduenit, ingressus regiam, Constantij ante pedes proiecit,
velut spolia regis occisi Parthorum, & perlato nuntio repen-
tino docente rem insperatam & arduam, hi qui summam au-
lam tenebant, omni placendi studio in adulationem ex more
collato, virtutem, felicitatemque Imperatoris in cœlum
extollebant: cuius mutu duo exautorati principes essent in
modum militum gregariorum. Quo ille studio blanditiarū
exquisito sublati, immunemque se deinde fore ab omni
mortalitatis incommodo fidenter existimans, confessim à
iustitia declinavit, ita intemperanter, ut æternitatem eam ali-
quoties assereret, & ipse dictando, scribendoque propria
manu, orbis se totius dominum appellaret. Q Curtius lib. 6.
de Alexandro: non deerat talia concupiscenti adulatio perni-
ciosa: perpetuum malum regum, quorum opes sæpius assen-
tatio quām hostis euertit.



Ei qui semel sua prodegerit , aliena credi
non oportere.

EMBLEMA LIVI.



COLCHIDOS in gremio nidum quid congeris ? ehen
Nescia cur pullos tam male credis aus?
Dira parens Medea suos saevisima natos
Perdidit ; & speras parcat ut illa tuis?

CVm Epigrapha huius Emblematis conuenit illud Sene-
cæ de beneficijs 4.cap.27. Quomodo malè filiæ consu-
lit, qui illam cōtumelioso & s̄æpe repudiato collocauit: quo-
modo malus paterfamilias habebitur, qui negotiorū gesto-
rum damnato patrimonij sui curam mandauerit: quomodo
dementissime testabitur qui tutorem filio reliquerit pupillo-
rum spoliatorem: sic pessimè beneficia dare dicetur quicum-

que ingratos elegit in quos peritura conferat. Hoc ex Greco
Archiae:

*Typus Em-
blematum.* οὐαὶ ὁ ἀλιν νίστες τε διπναμένη σὺ χελιδών,
μηδεῖν γραπτὴ πυκνή νοσογροφεῖς,
ἔλπι δ' ὁ ῥατλίχων πίσιν σέστης ἢ φυλάξειν
κολχίδα, μηδ' ἵδιων φεισαμόλικα τοκεώνες

Sic Matullus exposuit 3. Epigrammaton:

*Quid vaga tot terras urbēsque emensa volucris,
Colchidos in seuo nidificas gremio?
Pignoribūsque tuis credis malēsanā fidelem,
Ipſa ſuos partus quælaniauit atrox?
Ni fetuſ exoſa tuos Pandione nata
Phasiaca querit perdere ſauitia.*

Brèuius reddidit Politianus, nimirūm tribus hendecasyllabis:

*Medea statuta eſt miſella hirundo,
Sub qua niſificas; tu oſne credas
Huic natos, rogo, que ſuos necauit?*

Sed breuissimè Borbonius noster, uno disticho,
Medea statua eſt: natos cui credis, hirundo? |
Fer alio: viden' hac mactet ut ipſa ſuos?

*Fides non
habenda ei
qui fidem
violarit.* Apostrophe eſt ad hirundinem, ad statuam Medeæ niſificantem: ex quo datur intelligi, cauendum eſſe ab eo qui ſemel imposuit: vel iis nullam amplius habendam fidem, qui ſemel vel quoquo modo laſerint: aut iis nullo pacto affen- tiendum, qui cum ſua dilapidarint, vix aliorum curam com- modè gerent. Nemini enim res aliena quam ſua debet eſſe charior aut commendatior. Quomodo enim fieri potest, κα- νῶς κεχειρόθον ἀνδρα τοῖς ἴδιοις, εἴ πον ἐν αἱλοτεοῖς; Id explicat Socrates apud Xenophontem lib. 3. ἀπομνημ. πέρι colloquio cum Glaucone. Refert Plutarch. εὐ γαμικ. ἀδεγ- γελ. Qua ratione Timarchum impudicitiae & prodigalitatis accusauit Aeschines, non tam ut hominem probro afficeret, quam ne deinceps ad populū concionaretur. Qui enim rem familiarē adeò malē administrasset, indignus vigebatur cui publica crederentur. Praclarè Tiberij factum memoratur à Corn. Tacito: qui ut honestam innocentium paupertatem Ieuauit: ita prodigos, & ob flagitia egentes Vibidium Varro- nem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Sullam, Vitel- lium mouit senatu, aut sponte cedere passus eſt. Gorgia ora- tore publicè aliquando dicēte ut concordiam suaderet, Mel- lanthius non sustinuit aiebat enim de pace eum minime aliis

verba facere debere, qui sibi, vxori & ancillæ concordiam persuadere non potuisset. Idem in Laconicis: Agis Archidami filius ei minimè Duci fidem habendam dicebat, neque credēdum iuuenum exercitum, qui suam ipsius patriam misere prodiisset. Id dicebat Ephoris, qui Imperatorem quendam lubricæ hominem fidei in hostes mittebant.

Colchidos.] Medea Colchis nominata, quod Colchorum regis filia fuerit, quæ Iasoni ut nuberet, aurei velleris obtinendi corripiendique viam ei monstrauit, sed prius draconem sopito. Tadem ab Iasone repudiata, quos ex eo liberos suscepit, interemit. Repete fabulam ex 7. Metanior. Ouid.


Appendix.

Egregiè Isocrat. ad Demonicum: ὅταν ὑπέρ τῆς σταυρᾶς μέλει πνῖ σημειώσεως σκοπῆς φρότερον πῶς ὑπέρ τῆς αὐτῆς διωχήσειν, οὐδὲ κακός διανοθεῖς ὑπέρ τοῦ ιδίως δέποτε καλῶς εγέλθεται ἐπὶ τῷ ἀλλοτείῳ. Cùm quid de teipso consilium ab aliquo es capturus, aduerte prius quomodo in suo ipse negotio gesserit, nam qui perperam suas res administrauerit, vix est ut quicquam recte cōsultet in alienis. Idem ad Nicoclem, sub finem: θηλῶν ὡς οὐ μηδὲν ὅντως χρήσιμον, γε δὲ ἀλλοις φρόνιμον ποιήσουσι. Certum est quod qui sibi nihil utile proficiat, neque in alienis prudentem fore.



Temeritas.

EMBLEMA LV.



IN PRÆCEPS rapitur, frustra quique tendit habenas
 Auriga. effreni quēm vehit oris equus.
 Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat,
 Et temerē proprio ducitur arbitrio.

Cui non
 credendum. **S**ignificatur nihil ei committendum esse, qui in proprios
 affectus nullum sibi sumit imperium, sed temerē huc atq;
 illuc cōcitatus fertur, non aliter quām equus, quēm nulli fre-
 ni nullæque habenæ retinent. Similitudinem hanc mutuatus
 est ex Platone, qui animum nostrum cum auriga, corpus ve-
 rō & eiusdem perturbationes cum equis comparabat. Iuxta
 quod ab Hieronymo etiam dictum est, sensus corporum qua-
 si equos esse sine ratione currentes: animam verō in aurigæ

modum frena currentium retinere. Maximè enim est efficiēdum, ut appetitus rationi obedient, eamque neque præcurrant, nec propter temeritatē, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant, sicutque tranquilli, atque omni perturbatione careant, ut docet M. Tullius. Locus Platonis est in Phædro, de duobus equis bono & malo, & eorum auriga ratione: quò M. Tullius allusisse visus est 2. De Republ. Ut auriga indoctus è currū trahitur, operitur, eliditur, laniatur. Quem locum obseruauit Heraclides Ponticus lib. De allegoriis Homericis. Locus hic, ut appareat, è Maximi Tyrij sermone ss. tractus est. *Type Eme:* Neque verò grauabor locum integrum sublegere: τὰς δὲ βλαστάς.

τῆς αὐθεωπίνης ἐνδιαὶς φοῖς τὸ θεῖον ἔξευρε θεὸς τῷ σόπον, ἀποδεῖς τὴν φυχὴν γνῶντα σώματι, ὡς οὐνοχον ἀσματι, καὶ φύσεος τὰς οὐνιας τῷ οὐνοχῷ, ἀρνητε θεῖν, εἰχοταν μὴ ταφ' αὐτὰ φύματιν τέχνης, εἰχοταν ἢ καὶ ἀτεχνίας εἰξεῖσαν οὐδὲ, εἰ πειδὰν ἀποβῆ αφράτων, καὶ λάβοται τῷ οὐνιών, οὐδὲ δι δάιμον καὶ μαλαρίας φυγῇ καὶ μεμνημένη τοῦ ἀπὸ τὸ σῶμα ταῦτα εμβιβασμένη θεοῖς καὶ οὐνοχεῖν φορούσαντθ, εἰχεται τῷ οὐνιών, καὶ αρχῇ τῷ αρνατθ, καὶ κολαζῃ τὰς τῷ ιππων οὔρμας· οἰδὲ εἰσιν ἀτεχνῶς παντοδαποι, ἀλλα θεῖν διωρμημένοις, οὐ μὴ αὐτῶν, ἀκόλασθ θεῖν καὶ ἀδηράζῃ θεῖν υέρισης, οὐδὲ, τυρᾶν καὶ ἐκλευμένοι θεῖν, οὐδὲ αὐτελθεροθ θεῖν σημειρόφεων καὶ ταπενόσ. εἴ τοις αφράτα εἰσαπασμένον ταχεῖται τὸν οὐνοχεν. κατα καν μὴν κρεπτήσῃ αὐτῷ, καὶ τὸν τὸ διωρμένον θεῖν πατερέμηντος ερέται, νωμ μὴν τῷ ἀκολάσω ιππω πάν το αφράτα εἰνμεερόμηνον αὐτῷ οὐνοχῷ ἀπὸ υέρησις καὶ παρονίας, καὶ λαγητας καὶ ἀλλας οὐτε εἰλικρινεῖς οὐδενας, οὐδὲ τῷ θυμικῷ ἀπὸ τακάτῃς παντοδαπάς. Quæ Latinè ita sonat: Verùm hic unus inuestus est modus ab ipso Deo, quo humana cōditio minorē se esse diuina fateretur, propterea scilicet quod animū terrestri corpori, tanquam aurigā impo-suit currui, cuius & habenarū sustinendarū & incitandi vim esset habiturus. Hic enim aurigæ, simul aurigādi artē, viresq; tradidit: simul etiā liberū abutendæ artis arbitriū dedit. qui postquā inscederit currū, & habenas acceperit, siquidē felix beatusq; animus sit, memoriamq; habeat se iussu Dei sublatū esse in currū, valideq; aurigationē regere debere, nimirū habenas moderatur, regitq; currum, & equorum temeritatē contundit. At equi diuersum appetunt cursum, temeréq; huc atque illuc rapiunt currū, hic ad petulantiam, ingluuiem ac contumeliam, ille ad temeritatem atque ferociam, alijs verò

tarditatem, molliitem, seruitutem, fatuitatem, atque humilitatem sectatur; cuiusmodi seditionibus distractus currus, aurigam conturbat: & si vicerit eum præpotentis equi vis, fertur currus pro libidine victoris. Quo fit, ut viatrice interdū petulantia, vna currus & auriga ad contumelias, conuicia, impunitates, atque alias nefarias, minimèque sinceras voluptates; interdum verò dominante iracundia, in multas variasque calamitates vterque feratur in præceps. Huc etiam referam commodè illud D. Cypriani, ex lib. De disciplina & bono pudicitiae: Coërceat animus, ait, stimulos carnis, refrenet imperium corporis. Accepit hanc enim potestatem, vt illi ad imperium eius membra seruirent. Et quasi legitimus ac perfectus auriga ultra concessas corporis metas extollentes se carnis imperius, cælestium præceptorum habenis reflectat, ne ultra terminos suos currus iste corporis raptus in periculū suū secum & ipsum rapiat aurigam, &c.

*In præceps rapitur frustra, &c.] Alludit ad illud Virgilianum,
frustra retinacula tendens.*

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.
& ad proverb. De curru delapsus. Citatus ex Platone locus est in Phædro, qui explicatur commodissimè à Plutarcho, Quæstionum Platonic. 8. quò pertinet Ciceronis hoc è 3. Tuscul. Exisse è potestate dicimus eos qui effrenati feruntur, aut libidine, aut iracundia. Qui igitur exisse è potestate dicuntur, ideo dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum est. hinc compotes & impotes, qui animum habent, vel non habent in sua potestate.

effreni quems vehit oris.] Manifesta allusio ad parçemiam, Os infrene, id est, ἀχαλύς σόματος ιππος.

Appendix.

Spectant huc Tulliana è 2. schola Tuscul. disputation. Rē liquum est vt tute ibi imperes: quanquam hoc nescio quomodo dicatur, quasi duo simus, vt alter imperet, alter pareat: nō inscitè tamen dicitur. est enim animus in partes distributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Cùm ergo præcipitur, vt nobis meti ipsiis imperemus, hoc præcipitur vt ratio coërceat temeritatem. Seneca item ad hunc modum: Quid prodest æquum regere, & cursum eius freno temperare, & affectibus efferatissimis abstrahi? fortasse id non male conuertas adsiuueniles impetus, consilij ac iudicij expertes,

expertes, quibus nihil credendū facile, quod sit ea ætas lubrica certè, & præceps, & que nūi mature refrenetur, tristem exitum sensura sit. Argutè Dion Chrysostomus: χάλεπνον ή νεότης, καὶ διρίπτον, καὶ σφροτέρα δέσται χαλινή. Et Aristot. Moralibus ad Nicomachum. χάλεπνον καταμαντέοντες φένειν, αὐτοχαστρούντο ή λικία, καὶ πολλάς εἰχετα μεταβολάς, ἀλλογένης αὐτοῦ φερομένη. Elegans est descriptio adolescentis apud Horatium epist. ad Pisones:

*Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Veilium tardus promisor, prodigus eris,
Sublimis, cupidusque & amata relinquere pernix.*

Quid pluribus opus? Tria sibi videri difficultia dixit sapiens Hebræus, viam auiculae ipso aere medio volitantis: viam colubri in media planicie oberrantis: viam nauis in equore medio: sed omnium difficillimum, viam adolescentis in ipsa ætatis feruore luxuriantis. Sed me represso, ne metas exceedam lectionis compositæ ac moderatae.

V



In temerarios.

EMBLEMA LVI.



A S P I C I S aurigam currūs Phaetonta paternī
 Igniuōmos ausum fletere solis equos;
 Maxima qui postquām terris incendia sparsit,
 Est temerē in seſſo lapsus ab axe miser.
 sic plerique rotis fortunæ ad sidera Reges
 Euicti ambitio quos iuuenal is agit;
 Post magnam humani generis cladémque suámque,
 Cunctorum pœnas denique dant scelerum.

Stulti Prin-
cipes.

P Haëtonis casus hic traducitur in Principes quosdam
 Ducésque iuueniliter exultantes qui magno suo suorū-
 que malo cuncta sursum & deorsum vertūt: cumq[ue] quod

volunt, oīne sibi licere pūtent, non mirum est, si intolera-
bilem malorum lernam secum aduehant. Nihil enim aliud
afferre potest tam cæca præcepse temeritas, quām certissi-
mum populi discrimen, & interdum exitium. Quod si illi
quandoque resipi cant (quod ferè non sit, nisi accepto dam-
no, eoqué grauiissimo) id sanè contingit, postquam vulgus
decidit in grauem fortunam omnium iacturam, ut spei nī-
hil reliqui habeat, ferè sit enim, ut Principes illi fatui & ex-
cordes, eo quod habeant in alios imperij ac potentia, pro sua
libidine miserrimè abutantur, & quasi prodigant in publicæ
rei suminā perniciem. Ultio datur Agamemnoni, quod am-
bitiosus magis quām cordatus fuerit, qui pro vna Helena
tot tantosque homines ad necem postularit, suosque ad ean-
dem belli aleam prouocarit Recte Flaccus:

Fabula quæ Paridis propter narratur amorem

Gracia Barbarie lento colliga duello,

Stultorum regum & populorum continet astus.

Non est ambiguum, quin securius æcum traduxissent, & glo-
riam credo meliorem fuissent consecuti nobilissimi Impera-
tores Cyrus, Xerxes, & Alexander, si suis contenti finibus,
maluisserent regna propria tutari & administrare, quām armo-
rum alea plus quām par esset, alienis inhiate. Itidem & innu-
merabiles alij, quorum effector ambicio, regnandi que cu-
piditas, & suum & populi interitum accersiuit. Quid enim,
vt ceteros taceam, aliud fecit Alexander, quanquam præcla-
ris naturæ & doctrinæ subornatus muneribus, quām vt gras-
fatorum princeps orbem circuncursaret, sibi suisque labores
& molestias innumerabiles crearet, nullumq; quietis & otij
fine in proponeret? Huius insatiabilem victoriarū sitim nul-
lus vel prosperrimus successus vñquam restinguere potuit:
nullus honoris, quanquam magnus, eius ambitionem sedauit.
Itaque non contentus amplissimo imperio Persico, impetu
fecit in Scythes, in Bætrianos, in Indos. Ultrà etiā progres-
sus si per copias suas licuisset, aut nisi morte violēta repre-
sus esset. Quid de Pompeio? quanta virtute & experientia vi-
ro? quām magni à suis habito? nec enim vna causa fuit cur à
Romanis, aliisque gentibus maximo in honore esset. Eum
tamen miserè occæcauit tandemq; perdidit insana ambitio,
nec se modò, sed & patriam & Remp. quam defendere se ia-
ctabat, oppressit & funestè dilacerauit. Totus enim in aucu-
panda gloria, in cuius communicationem admitti neminem

sustinebat, dum Spartacum perdomuit: dum Lucullo eripit victorias Ponticas & Armeniacas; dum Metello honorem de piratis suffatur, vnuusque omnibus excellere, omniūmque obscurare gloriam cogitat, alienauit à se optimorū quorumcunque animos. Ergo dum potentiam suam putat egregiè fultam C. Cæsar is affinitate, quem sibi adiunxerat ad suas vires firmandas, ab eodem fuit oppressus.

Michael Imperator. Et hos quidem suæ ciuitatis Phaëtontas rectè dicimus, quales nimium multos superior patrum & nostra vidit ætas. Constantinus Manasses, Annal. de Michaële Imperatore hūc in modum ferè scribit: (quia enim Græca non suppetunt, Latina hue conferre non verebor:) Vbi Michaëlus maturam ad æratem peruenit, iamque solus amplitudinem negotiorum imperij procurare cœpit, reapse verum illud probauit esse quod est in fabulis. Quippe mox vt alter quidā iuuenis Phaëton, curru consenso, totum Romanorum imperium perdidit, & ipse de avito patrio que regno veluti quodam currū, est deturbatus & excussus, non pronus tantum cadens, sed etiam deorsum lœdens. Quippe luxuriosæ humidæque vite se dedidit, velut alter Nero, immodestus in vino, animo effeminato, impudicus, temulentus, omnem pecuniam in collusores exhauiens, qui erant scurræ impuri, curruum agitatores, mimi, primo statim diluculo temulentæ dediti, delicias ciborū & suauium opsoniorū audē querentes, totos dies apud inuercundas mulieres exigentes, potores, ludiones, libidinum flammis furentes: qualis scilicet olim erat ille Sardanapalus rex Niniutarum, &c. Quod dum meditor, vltro

Carolus dux Burgundiorum.

fese offert Caroli vltimi Burgundiæ Ducis fatum deploratissimum; qui propter virtutem bellicam, & editionē amplissimā, inter Principes fortunatissimos haberí potuisset, si vim ingenij qua pollebat, & magnitudinem animi qua se terribile & formidabilem ostenderat, ad sua potius asseruanda, aut etiam augenda, quā ad extera expugnanda conuertisset; nec sanè tam infelicem mortem obiisset. De quibus tamen alijs fortasse commodiūs. Huc refero Adagium, Aut Regē, aut fatum nasci: & Habenās ignarus non tractet. Fabulam hanc alij alio transferunt, nimirū ad insignem quandam conflagrationem, vt Plato in Timæo, cui Lucretius lib. 5. subscriptit. Ficinus & aliquot alij tradunt fuisse Cometam vastum natura solem, qui taudē dissolutus, intolerabiles æstus concitauerit. Sed hæc præterrem. Si ad mores referre malis, apponere huc

potes exemplum Flaminij Cōsulis, cuius temeritas insigne detrimentum suæ Reipubl. attulit Valer. Max. i. cap. 6. Phaëtontis casum ad principes improvidos, ambitiosos, suiq; officij minimaè memores torsit etiam Dio Chrysostomus oratione prima De regno.

Igniuos equos.] Quatuor equi Solis naturam illius igneā Equi Solis.
indicant: Phlegon, à ἀλέγω, quod est inflammo: Pyrois, quasi ignitus, ἀπὸ τῶν πυρός, Eous, ab ἡώς, aurora: Æthon, quasi ardens: Sunt qui his equis quatuor horas iuxta Solis exortum apparentes intelligi velint. vnde est illud,

Hæc iubet, hæc splendet, dein hæc calet, illa tepebit.

Malim ego à studiosis legi diligenter quæ de ijs Solis equis habet Ouid. 2. Metamorph.

Sic plerique rotis, &c.] Similitudinē est ἀπόθεσις. Fortunæ rota, cui insidet, tributa est, propter varietatem & inconstiam. Galenus ἐν τροπηροῦταινω ὅπῃ τὰς τέχνας egregiè fortunam, eiūsque inconstantiam depinxit Exstat exemplum longe pulcherrimum apud Amm. historiarum lib. 26. de Cilice quodam Procopio, qui vana quadam motus ambitione defciuit ab imperatore Valentiniano: Imo verò imperiū mercatus, imperatōrque appellatus leui paucorum susurro illectorum precio, deinde tumultuarijs suclamationibus plebis multos ad suam factionem concitauit, plurimas strages edit. Sed tandem victus post fœdam suorum defectionem, captusque imperatori offertur reticens atque defixus statimq; absissa ceruice discordiarum ciuilium gliscētes turbines se peliuit, ad veteris Perpennæ exemplum, qui post Sertorium inter epulas obtruncatum dominatione paulisper potitus, è fructis sub quibus latebat extractus, oblatusque Pompeio, eius iussu est interfectus.

Miserrimus
Procopij
Cilicis ca-
sus.

Post magnam humani generis.] Seneca epist. 95. Multi inueniuntur qui igne inferant vrbibus, qui inexpugnabilia seculis, & per aliquot etates tuta prosternant, qui æquum arcibus aggreditur, & muros in miram altitudinem adductos arietibus ac machinis quassent. Multi sunt qui ante se agat agmina, & tergis hostium graues instent, & ad mare magnum perfusi cæde gentium veniant. Sed hi quoque ut vincerent hostem, cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus resistit, sed nec ipsi ambitioni crudelitatique restiterant. Tunc cura alios agere visi sunt, agebantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena deuastandi, & ad ignota mittebat. Nec Cneo qui-

Misere
incipit
querendens
ambitionis
rum foru-
na.

Alexander.

Pompeius. dem Pompeio extrema inire bella, aut domestica virtus, aut ratio suadebat, sed insanus amor falsæ magnitudinis, modo in Hispaniam & arma Sertoriana, modo ad colligendos piratas ac maria pacanda vadebat. Hæ prætexebantur causæ ad cōtinuandā potentiam. Quid C. Cæsarem in sua fata pariter ac publica immisit? gloria & ambitio, & nullus supra cæteros eminendi modus. Quidni C. Marium semel consulem (vnum enim consulatum accepit, cæteros rapuit) cum Teutonicos Cimbrósque concideret, cum Iugurtham per Africæ deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marius exercitu, Marium ducebat ambitio. Ideoque cum multis fuerunt mali, pestiferam illā vim, qua plerisq; nocuerunt, ipsi quoque senserunt. Et hæc quidē Seneca Cæterum nolim hoc loco prætermitti, Phaëtontem hic scitè ab Alciato comparari cū ambitiosis & improvidis principibus, ut tacitè alluderet, meo quidem iudicio, ad Tyberij de Caligula dictum. quod enim sagacissimus senex Tyberius naturam adolescētis Caij Caligulæ sœuam atque probrosam non poterat inhibere, aliquoties prædicabat exitio suo, omniūque, Caium uere: & se natricem (serpentis id genus est) populo Romano Phaëtontem orbi terrarum educare.

Appendix.

Placethuc affigere cuiusdam anonymi carmen non illepidum in Phaëtontem,

Ausus in eternos iuuenis descendere currus,

Igneaque audaci sumere lora manus.

Ob'itus pariterq; sui, metæq; pat'ruæ

Quos mundo sp̄erit ignibus ipse perit.

Et illud breuius cōdem spectat:

Locifero puer inuectus temerarius axe

Concidit, & secum perdidit orbis opes.

Hæc dicta mēmoriimus. in fatuos & socordes principes, qui cū nimia animorū impotentia terre, cœlōque in inari nō dubitant, semetipsos in præcipitum non raro conjiciunt. Et de Gallicis motibus quod sequitur non semel à studiosis recitati audiuiimus;

Si Phaëtonte uno bona pars ambusta cadente

Orbis, & insolitis terra perusta regis,

Nil mirum infelix si iam cadat impete vasto

Gallia, que fatuus tot Phaëtonas habet.

Furor & rabies.

EMBLEMA LVII.



O R A gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Et scriptum in summo margine carmen habet,
Hic hominum est terror, curus possessor Atrida:
Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

Qvorundam Principum & Imperatorum ferocia & im- signa fero-
manitas signis plerumque notisque vexillaribus expri- citatis.
mitur, ita ut quid in animo reconditum habeant, tacitis
symbolis aperte ostendant. Quid enim significant in eius-
modi stemmatis Vultures, Gryphes, Dracones, Aquilæ,
Leones, quam rapacitatem, ferocem deprædationem, inter-
nacionem, formidinem, & cetera generis eiusdem, qua
perpetuò sanguinarios Duces comitantur? At ut carmen no-
V iiii

strum explanemus, habuit Agamemnon clypeum, in quo es-
set depictus Leo ad terrorem aliis incutiendum: quod qui-
dem scutum in Olympiæ fano per aliquot tempora pepedit,
inscriptio etiam adiecta:

ὅτι οὐδὲν τοῦ βροτῶν, οὐδὲν χων ἀγαμέμνων.
hoc est, Terror hic est hominum, qui que hunc gerit, est Agamemnon.
 Leo quidem pro signo roboris & vigilantiæ apud Ægyptios
 habebatur: sic & ad terrificum hominem, qui reliquos aspe-
 ctu solo consternaret, & assumebatur. testis est Pierius in Leo-
 ne. Plutarchus Aristide: Hanc iusti appellationem, inquit, re-
 gum & potentum nullus est prosecutus: ἀλλὰ πελορκῆται καὶ
 κεραυνοὶ καὶ νικήτορες, εἴνοις δὲ δετοὶ καὶ ἵερες εἰχασθεῖσι σα-
 γράφομενοι, τινὲς ἀπὸ τῆς Βίας, καὶ τῆς Διωνύσου, εἴσοικε, μᾶλ-
 λον οὐ τινὲς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς δόξαν ἀγαπῶντες: sed potius dicti
 sunt urbium vastatores, fulmina, & domitores: alij etiā aquilæ
 & accipitres vocari maluerunt, à vi & potestate, ut appareat, ma-
 gis quam ex virtute laudem & gloriam amplectentes.

Appendix.

Appositè ad id argumenti Lactant. lib. i. Diuinar. institut.
 cap. 18. Romani non sapientiores Græcis, regiam virtutē pu-
 tauerūt, aut exercitus ducere, aliena vastare, vrbes delere, opa-
 da excindere, liberos populos aut trucidare, aut subjecere
 seruituti, videlicet quò plures homines affixerint, spoliaue-
 rint, occiderint, eò se nobiliores & clariores putant: & inanis
 specie capti gloriæ, sceleribus suis nomen virtutis imponunt.
 Hæc Lactant. Nescio quis apud Tullium loquitur imperator
 glorioſius,

Sifas cædendo cœlestes scandere sedes,
Vni mī cœli ianua aperta patet.



In eos qui supra vires quicquam audent.

EMBLEMA LVIII.



DVM dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub picea, & clauam ceteraque arma tener,
Alcidem Pygmae manus prosternere letho
Posse putat, vires non bene docta suar.
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,
Et saevi implicitum pelle leonis agit.

Epigrapha hæc respicit ad illud Hesicdi ex primo εγγραφων διεργων δε ουκ εθελοι προς κρέσονας ανπορητικον
vixus δε σερεται, προς τον διχειον, αλγεα πάχει.
In sapientis ait esse cum potentioribus velle congregari: qui enim
nim ita se gerit, longè abest à victoria, & adhæc dannata patet.

tur atrocia. Pindarus Nem. 10. χαλεπὰ δὲ εἰς αὐθεόποιος οὐ μάταιν κρεσσόνων. id est , Difficilis pugna est fortioribus repugnare velle. quod mihi declarat in Vrania Herodotus : καὶ δώδαμος ταῦτα αὐθεόπων οὐ βασιλῆς οὐδεὶς καὶ τρόμοντος. Apologus hic admonet nihil præter vires aggredendum, nec ullum suscipiendum negotium, ad quod perficiendum vires non suppetant. Recte Pindar. Pyth. 6. οὐκέτι οὐ ποὺς οὐτούς οὐδὲν μέγιστον: oportet quisque sui modulum spectet. Sic Propertius:

*Turpe est quod nequeas capiti committere pondus,
Et pressum inflexo mox dare terga genu.*

Et Cicero 1. Officior. Suum quisque noscat ingeniū, acremque se & vitiorum, & bonorum suorum iudicem præbeat, ne scenici plus quam nos videantur habere prudentiæ. nœve histrio videat in scena, quod non videat sapiens in vita. Sed, ni fallor, conuerti fabula in eos potest, qui licet tenuis fortunæ sint, aut ingenio non perinde valeant, audent tamen potentiores, vel etiam doctiores impetrere, quo ex confliktu nihil reportaturi sint præter infamiam & detrimentum. Allusio est ad proverb. Cùm sis nanus, cede. Quod intellexisse videtur Aminian. Marcellinus 2. lib. quo loci magnū Iuliani Imp. animum celebrat, & maledicorum in eo contemptum illud effert proverbiali schemate, eoque eruto ē Græco apoloquopiam: Frustrà, inquit, virum circumlatrabant, immobile occultis iniurijs, vt Pygmæi, Thiodamas agrestis homo Lyndius cum Hercule. Quo innuit Iulianum nihilo magis commotum fuisse susurronum & blateronum aulicorum conuicijs, quam Hercules ille μεγαλόσωμος καὶ μεγαλότυχος rusticī hominis contumeliosa insectatione aut Pygmæorum insultibus exterritus fuerit. Meminit figmēti huius Politian. Epistola quadam, his quidem verbis: Vincere non magis te potui, quam Herculem ridiculi apud Philostratum Pygmæi, quos ille omnes correptos leonis pelle inuoluit, &c. Meminit & Alciat. noster Commentar. De quinque pédum præscriptione. Hæc cùm scripsisset, commode sese historia Pygmæorum obtulit, quam retulit Philostratus in suis Imaginibus, vnde perspicue video Embлемa hoc petitum esse.

Sub picea.] Piceam, quintam cedri specie esse docet Plinius cap. 10. lib. 16.

Alcidens.] Herculem, vel ab Alcæo Amphitironis & Persei patre, vel ἀπὸ τῆς αἰλούντος, à robore & fortitudine dictū volunt.

Pygma manus.] Pumilionum aut nanorum multitudine. *Pygmæi.*
 cantur à Philostrato οἱ πίχεις παιδία, q. d. cubitales pueri.
 Eustathius & D. Augustin. De ciuitate Dei 16. cap. 8. Nanos aiūt
pygmæos appellaros à πυγμή, vel πυγμή, quod cubitum signi-
 ficat. vel πυγμή, breuis itaque πυγμαῖος quasi πυχαῖος. Hi
 homunciones extremas Ægypti partes inhabitant, agricultura-
 tionis dediti, subinde cum gruibus bellum gerunt. Plin. libro
 7. cap. 2. alijsque locis. Gellius lib. 9. cap. 4. Existimat tamē
 Cardanus De rer. variet. lib. 8. cap. 40. contra quorundam
 opinionem, qui fabulosos Pygmæos faciunt, reuera Pyg-
 mæos esse. Sed hæc ἀπόστολος.

prosternere letho.] dare neci, suffocare, tollere de medio.

vires non bene doctas suas.] Phrasis Græca, pro. non bene dimi-
 sis suis viribus, nulla ratione habita imbecillitatis suarum vi-
 riūm.

Et seū implicitum, &c.] partim eorum contriuit ut pulices,
 partim reclusit in sinu. Leonina autem pelle dicitur vsus pro-
 thorace Hercules post occisum in sylua Nemea leonem tru-
 culentissimum, de quo postea.

Appendix.

Pygma manus.] non facilè verbis hæreo, nisi quantum ad
 antiquitatis notitiam faciant liberaliorem, & ne multa, video
 verbum, manus, non raro accipi pro hominum multitudine:
 vt apud Tull. 2. Verrina: Comites illi tui delecti, manus etāt
 tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensis, aruspices, prætones,
 manus erāt tuæ, vt quisq; te maximè cognatione, affinitate,
 necessitudine aliena attingebat, ita maximè manus tua puta-
 batur. cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quām
 si centum cohortes fugitiuorum fuissent, tua manus sine cō-
 trouersia fuit. Idem lib. 4. in eundem. Non hostium aduen-
 tu, neque repentinò prædonum impetu, sed ex domo atque
 cohorte Prætoria manum fugitiuorum instructā, armatam-
 que venisse. Item ead. oratione: vt cùm perinde te Prætorium
 imperium, ac nomen esset, ad illam paruam manum extin-
 guendam, ducem te, principemque præberent. Noster hīc
 de receptorib. sicariorum antē,

Latronum, furūmque, manus, &c.

Impossibiliæ.

EMBLEMA LIX.



*Ablvis Aethiopem quid frustra? ab desine. noctis
Illustrare nigra nemo potest tenebras.*

*Type En-
tus-
tatis,* **E**X Luciani Epigrammate transtulit. sic enim habet:
*εἰς τὸ μάτιον νίπτεις δέ μας ἵνδικον; οὐχεὶς τέχνης.
γ' δύνασαι δυοφερὸν νύκτα καθηλιάσαι.*
quod idem ab Erasmo sic est conuersum:

Ablvis Aethiopem frustra. quin desiniis artem?

Haud unquam efficies nox sit ut atra dies.

**Mores, vel
animus
mutare,
difficile.** Id ex apoloquo quodam Æsopico manasse plānum est: quo
quidem significatur, δὲ πλόντον αἱ φύσεις ὡς προῆλθον τὰ
ἀρχὴν, naturas manere ut suum habuere principium. Pindar.
Olymp. 13. δ' μαχον δὲ κρύπται τὸ σύγχρετον. Difficile est
occultare morem ingenitum. Idem Aristophanes Vespis:
ἄτοπον αἱ χαλεπὸν φύσεως λόγοις δέ: Tegere difficile est

quam quis naturā habeat. Succurrit illud Ciceron. ad Q. fratrem: hoc nunc non contendō, quod fortasse cūm in omni natura, tum iam in nostra ætate difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitū moribus, id subito euellere. Quod referendum Dogenis apophegma; qui cūm improbū quendam & proteruum castigaret, rogatus quid faceret: Aethiopem, inquit, abstergo, ut difficulter candidum reddam. Quod in genere de his omnibus intelligi potest, quæ nulla arte nullaque industria corrigi aut mutari queunt. Sed speciatim hectorquebimus in ea quæ fucata sunt & simulata, ut gloriā inanem, non vitæ meritis, sed corruptis hominum suffragijs emptam, cuius omnia simulacra, ut sic dixerim, tāquam flosculi celeriter decidunt: cūm sim ulatum quicquam non possit esse diuturnum, & facta citò ad naturam redierint suam. Verè Flaccus:

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

Vel hoc traducemus ad mores indociles, & indomitam quādam naturam, quæ nulla vi aut arte mitescere potest, ut sunt efferata quorūdam ingenia, à quibus non possunt auelli quæ crudibus annis primām percepta sunt. Nam

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem

Testa diu. —

Tametsi enim ad tempus desinere videatur in plerisque caœthes, multaque prohibeant ætas, metus, & magistri; eum tamen habitum delere, nedum tollere, ferè non est qui possit. Ascribam hoc Epigramma lepidum Anuli ex picta Poësi:

Indocile ingenium si pergas velle docere,

Infelix operam perdas: ut si quis asellum

In campum doceat parentem currere freno.

Qui cūm quadrupedum in morem videatur equorum

Tollere posse caput, gressus glomerare superbos:

Hunc tamen aut frenis, aut si calcaribus ɔrges,

Auriculas dimittit iniqua mentis asellus

In terram, & pedibus posticis calcitrat. ergo

Desine: nam nunquam ars naturam vincet, equusque

Nunquam ex degeneri fieri generosus asello,

Et nunquam ex stolido cordatus fieri ab arte.

To τολμαν αδύτατος, αδηπός & Κορος: Conari quod fieri non potest non pertinet ad sapientem: Helenæ verba sunt ad Menelaïum apud Euripidem. Nulla sapientia (inquit Seneca epistola vndeclima) naturalia corporis aut animi ponuntur virtus; facile solli-

*Vitia naturæ
ralia vix*

quidquid infixum & ingenitum est, leuiter arte nō vincitur: Quædam nec disciplina, nec vsu s vñquā excutit, sed natura vim suam exerceet, & illos vitij sui etiā robustissimos admonet. Hæc vt dixi, nulla sapientia abigit, alioqui haberet rerū naturam sub imperio sui, si omnia eraderet vitia. Quęcunque attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cum multum se, diu quę animus composuerit, hætabunt. Nihil horum vitari potest non magis quam accersiri.

Aethiops no
albescit.

Abluis Aethiopem] Huc pertinent proverb. Aethiopem dealbare: & Aethiops non albescit. quò refert & illud Nazianzen. πάρδαλις οὐκ ἀποίθεται το κατάσικτον, εδ αἴθιον τὸ μέλαν: hoc est, Pardus non deponit pellis maculas, neque nigrem Aethiops. Si quid de Aethiopibus pluribus requiras, consule Plin. lib. 5. cap. 8. & cap. 30. lib. 6.

Appendix.

Durum est adsueta relinquere, ait ille: Hieronym. ad He- liodorum, de laude vitæ solitariæ: Corpus assuetū tunicis lo-
- ricæ onus non fert: caput opertū linteo galeā recusat: mollē
- otio manum durus exasperat cāpus. Nicephorus lib. 12. cap.
- 32. histor. ecclesiast. de Martiano episcopo Nouatiano, qui
- cūm Iudæum initiasset, qui tamen ritus adsuetos non posset
- abijcere, dicebat Martianus, perinde fuisse ac si spinis manus
- imposuisset, non autem Sabbatio. Conferri potest Iuuinalis
- illud è satyra 13.

Mobilis & varia est certe natura malorum,
Cùm scelus admittunt, super est constantia, quid fas,
Quidue nefas, tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fingi eī mutari nescia, nam quis
Peccandi finem posuit sibi: quando recipit
Eiectum semel attrita de fronte pudorem?

Vlpian.iurisc.hanc thesin ad speciem facti singularis aptauit, l.præcipiunt, D. de ædil. edict. manicipia, quæ rudia sunt, præsumuntur esse simpliciora, & ad ministeria multò aptiora; trita verò & veterotoria difficile est reformare.

Cuculi.

EMBLEMA LX.



R V R I C O L A S agreste genus plerique cunculos
 Cur vocant, quanam prodita causa fuit?
 Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore vites
 Qui non absoluunt, iure vocatur iners.
 Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
 Cui thalamum prodic uxor adulterio.

ID nobis luculenter enarravit Alciatus ipsem lib. 7. Pa- *Cuculus*
 rerg. iuris, cap. 5. his verbis: Cuculum vocat, qui matrimo- quis vere,
 ni sui incuriosus sit, quique vxorem suam mœchis permittat.
 Cucubitare verbum confinxerunt, quasi cuculitare. Ego

Cuculos peculiari conuicio agricolas dictos apud veteres legi, qui negligentes, socordes, tardiique essent, quod non prius putatas vites haberent, quam cuculus canere coepisset. Horatius:

— magna compellans voce cucullum.

Græcè κόκκυξ à voce dicitur, ut appareat veteres Cræcos ypsilon per uero mare quo nos Latini facimus, pronunciasse. Recentiores Grammatici Cuculos dici hos homines putat à natura avis, que in alienum nidum, maximè Hypolaidis, quam ipsi Curucam vocant, oua sua transfert. Sed hac ratione non cuculi, sed curucæ dici debuissent; cum non ipsi in alienū, sed alij in suum nidum congerant: unde & adulterium dictum, quasi ad alterius torum. Hactenus Alciat. Ait itaque Cuculi nomine abusu in eos esse traductum, quorum impudicæ sunt uxores; cum iij contrà cuculi potius vocari debeant, qui alienas uxores adulterant, spectato nimirum avis ingenio, quæ sua in nidis alienis oua ponere soleat. Idem repertus Adagio Erasmico, Cuculi. Vide Plin. 18.c.26. & Pierium lib. 25. Hieroglyph.

Scio etiam nomen Cuculi, alio accipi sensu, ut pro inepto homine, rerumque imperito, ut apud Lyceophronem Ajax κόκκυξ appellatur, sicuti Meleager Glauconis filius insulsus cuculus, κόκκυξ ήλιθος apud Platonem Comicum.

Vere nouo cantat Coccyx. } unde & pro verni temporis symbo ponitur Cucus. Sic Hesiodus:

ἵμηρος κόκκυξ κοκκύξ ει δρυὸς ἐν πετάλοις:

Vet唱um audieris quem reddit ab ilice coccyx.

quo tempore vites, [c.] Illud est quod Plinius ait, probro solere objici vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset vitem putantes. & Horat. i. Sermon.

Tum Prænestinus salso multumque fluenti
Expressa arbusto regerit connicia, durus
Vindemiator, [c.] inuitus, cui sapè viator
Cessisset, magna compellans voce cucullum.

Cum loco Horatiano & Pliniano, coniungo illud Ausonij consentaneum, in Mosella, — Inde viator

Riparum subiecta terent, hinc nauita labens,
Probra canunt seris cultoribus. —

Vesper

Vespertilio.

EMBLEMĀ LXI.



ASSUMPSISSE suum volucris ex Mineide nomen
 socraticum autores Charephonta ferunt.
 Fusa viro facies, & stridens vocula, tali
 Hunc hominem potuit commaculare nota.

C Hætephon Atheniensis Socratis discipulus, tam perti- charephon
 naciter libris incubuisse fertur ut lucubrationibus no- noctua
 cturnis extenuatus, maximuni pallorem maciemque cōtra- didus.
 terit, ut vulgari ioco Noctua, vel, ut alijs placet, Vespertilio
 sit vocitatus. Apud Aristophanem, in maciletum & pallore
 confectum petitur dicterium prouerbiale, οὐδὲν τὸ μὲν εἶναι,
 νῦν τὸ μὲν εἶναι, nihil natura differs a Charephonte. Phi-
 lostratus in præfut. vit. Sophistarum duos fuisse eius nominis

tradit, quorum alter *Bu* *eus* est cognominatus (*vt πυξίας* Græci nominant, qui sunt Jurida cœte, & texture rarioris) quodadmodum pallidus eset ille enim lucubratione nimia sanguine laborabat: isque est, qui cognomē habuit Noctuæ. Alter iniurius quidam homo fuit, impudentissimeque mordit, qui etiam Gorgiae studium taxare ausus est. At quantum conijcere est id non torquetur in pallorem qui ex studiis contrahitur, sed in labes quasdam corporis, quæ animi vitia produnt. Qui enim oculos habent ægros, assidui que lucubrationibus propriam perditos, non ideo ludibrio sunt habendi, sed potius qui vespertilionis æmulati naturam, videntur aliquo modo tum vocē, tum vultum humanū exuisse in eo, quod in luce hominum versari refugiunt. Ex quorundam qui non extant commentarijs Ælian. refert in 9. Variæ hist. Phileram quandam Coüm fuisse adeò macilentum, vt occasione etiam levissima subuerti posset: qui ne à ventis tolleretur, ferreis sole s'vrebatur. Id tamen figmento similis esse quis non videt ad iocandum?

Mineides.

Voluerit & meid. Id est, vespertilione. Mineides Thebanæ sorores cum Liberi patris sacrificia in contemptum raparent, Minetuæ lanificio addictæ, ex improviso, quadam vi numinis, vocibus tibiarum & tympanorum sono perterritæ, telis instrumentisque suis in vites ac hederam repente commutatis, omnique loco feris completo, noctu fugientes, in vespertilioes transformatae sunt. Quid. 4. Metamor. Hinc volucrem Mineidem pro vespertilione dixit Alciatus.

Fusca viro facies. Eius quidem rei caussam referre non temer possumus ad lucernarū fuliginem, qua lucubrātes insciuntur. Quintilian. undecimi cap. 3. Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda.

Aliud.

EMBLEM A LXII.

VESP E R E quæ tantum volitat, quæ lumine lusca est,
 Que cùm alas gestet, cætera muris habet;
Adres diueras trahi ur:mala nomina primùm
 Signat, quæ latirant, iudiciumque timent.
Inde & Philosophos, qui dum celestia querunt,
 Caligant oculis, falsaque sola vident.
Tandem & verulos, cùm clam sectentur utrumque,
 Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.

QVanquam vespertilionis nomē ad multa traduci possit,
 Speciatim tamen triplici hominū generi accommodat
 Alciatus Primò vespertiliones ij appellantur, qui ob malam *Mala no-*
famam, vel aliquam capitis diminutionem, domi se continēt, mina.
 neque in medium prodre audent: hi quidem lucifugæ à Se-
 neca & Apuleio appellati: vel qui grauati ære alieno noctu-
 tantum prodeunt, ne à creditoribus offendātur, & in ius quo-
 quo modo vocentur. Deinde conuertitur id nominis in
 quosdam rigidos Philosophiæ satellites, qui omnino cœcu-
 tiunt, dum ea quæ sunt abstrusa protus atque abdita, scrutā-
 tur, ac rerum cœlestium naturam conquerunt, quæ à nobis
 longè remotæ neque oculis intueri, neque tangi manu, ne-
 que percipi sensibus posunt; & tamen sic de his disputare au-
 dent, vt quæ à fœtuerunt probata certaque videri velint. At
 profectò longè secus habendum nobis est. Illi enim dum
 contradicendi studio insaniunt, dum etiam qua falsa profe-
 runt arcte & accuratè defendunt, aliorūque argumenta,
 quinquam vera, refutant audaciūs, nō tantum illis elapsa ve-
 ritas est, quam se quætere simulant, sed & ipsi eam, si quant
 tandem reperire magno studio potuerint, vel immixtuūt, vel
 etiam labefactant. Socrates cùm esset omnium Philosopho-
 rum, Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus, tamen vt cœ-
 terorum argueret ignorantiam, dicebat se dunitaxat hoc v-
 num scire, quod nihil sciret. Videbat enim oculatissimus ille
 veritatis in dagator, Philosophiam illam humanam nihil in
 se habere certi, nihil veri; nec (vt plerique censem) do-
 ctrinam ipsam dissimulauit, vt alios refelleret, sed quadam

ex parte veritatem nouit: humanam enim sapientiam nullam esse fassus est, adeoque quam Philosophi scientiam profitebantur, quæ tum maximè versabatur in siderum inspectione, contempsit, derisit, abiecit. Tertiò & postremò nomen hoc traducitur in callidos & versipelles ancipitis fidei homines, qui nec huius ordinis sunt, nec illius, cum utroque tamē colludunt & plerumque tanta dexteritate res agunt suas, ut cum utraque parte communicandi ius habere videantur. & utramque (vbi collibuerit) conuicijs proscindere: cumque aliud temporis exiget occasio, eandem probabunt, præque altera efferent. Genus hominū certè ut versatile & infidum, sic detestandum maximè & execrandum. Quid enim cum illis agas, qui neque fidem, neque mentem habent sibi constantē? Non dubium est, quin alios, cum quibus versantur, fallant, cùm se ipso prius fecellerint. Si enim veritatis essent aliqua tandem parte studiosi, darent operam profectō, ut societate cum melioribus & sapientibus inirent, ijsque adhærent, contrarios verò fugerēt, & seriò, non perfunctoriè aut oscitantē, & quasi aliud agentes parti alteri aduersarentur. Sed quid lucri, aut prēmi, denique? nimirum quod mendaces atque impostores quibus non credatur, etiamsi vera dixerint: sed & illud adjicitur, quod utrique parti suspecti & odiosi apud omnes turpissima infamiae labo aspergūtur, Utinque enim proditorum habentur loco, quibusq; neutra pars ex animo fauere possit. quo sit, ut qui factionis utriusque sibi contrariae conuictores & socij volent haberet, non raro ab utraque conficiantur & atterantur, ut Metius Suffetius Albani rum duz, ancipitis & dubiē fidei homo, ruptor Albani, Romanique federis; cuius alio loco memini: ut fuerunt in bello Italico Senenses: in quo cùm se medios gererent in neutrā partium inclinatos, sedato tandem bello à diuisis militibus confossi sunt. vnde festiuē dixit quidam magni nominis Princeps, Senensibus idem accidisse, quod ijs solet, qui medium domus partē incolunt, ut fumo ab inferioribus, puluere autem & strepitu vexentur ab ijs qui supernas partes teneant. Sapienter itaque à Solone sancitum est, ut qui in ciuiili discordia & populi discessione duas in partes, non vni aut alteri se adiunxisset, sed solitarius, neuterque à cōmuni malo ciuitatis secessisset, is domo, patria, fortunisque omnibus priuaretur, & exul extorrisque esset; quod non inflammādæ aut augendæ discordiæ, sed cōpescendæ potius, aut etiam

extinguendæ gratia decretum est. Idem Phauorinus Philoſophus inter fratres & amicos diſſidentes faciendum eſſe cenſebat, vt qui eſſent in medio, partis vtriusque beneuoli, ſi in concordia amittenda parum auctoritatis quaſi amici ambi-gui habuiffent, tum alter in alteram partem diſcederet, vt hac via concordiam vtriusque iſtaurarent. Eo conſilio Cicero actionib. in Catilinam, ad finem 1. Catilin. vult in fronte, ne-dum in animo inſcriptum eſſe quibuscumque ciuibus, vt om-nes apertè fateantur quid bello tam nefario & periculoso dē Repub. ſentiant. Sed ad alia festinandum, ſi priuſ monuero, Hesychium dixiſſe, vespertilionem impurū hominem, qui-que in ambiguo ponat ea quæ fidei ſunt, repreſentare, vt ſunt qui omnibus etiam diſsimillimis ſectis aſſentiuſt, quibus nō iniuria ἀπὸ τῆς μαρτίου inditum nomen eſt Pierius lib. 2. Sed perlege ipiū Alciati caput integrum 16. lib. 9. Parerg. qui locus egregiè tibi Emblema declarat.

Vespere quæ tantum volitat, &c.] Vespertilio, volucre bi-forme animal, à vespere nomen trahēs, quod vespri voliter. de quo Plin. cap. 61. lib. 10. & cap. 37. lib. 11. Legi alicubite-trastichon hoc naturam vespertilionis exprimens:

*Vi quadrupes & auis volitat, diſcurrit, & inter
Quadrupedes non eſt nec numerandus aues:
Lacte ſuos nutrit pullos: et non parit ouum:
Sunt alæ, dentes, labra, pedes que duo.*

Aduerte illud (*Vespere quæ tantam volitat*) referri ad primum genus hominum quos attigimus, eorum nempe qui infames ſunt, & iudicium formidant.

que lumine lusca eſt.] Membrum hoc refertur ad caligantes Philosophos.

Que cum alas.] Hec pars ad posteriores respicit, nempe ver-futos & infidos, qui de ſe poſſunt quod eſt apud Varron. in Agathone, profiteri:

*Quid multa? factus ſum vespertilio, neque
In muribus plane, neque in volucribus ſum.*

Caligant oculis.] caliginem inducunt, obſcurant.

Appendix.

Inde & philosophos.] Confer huc Plutarc. de placitis philoſophorum, M. Tullium de natura deorum 2. Aristophan. Κορελας, Lucianum paſſim, Iuſtinum martyrem aduersus Aristotelis dogmata, & alios ſanè multos, qui ſapientum ve-

terum cœcitatatem stilo confoderunt. Videſis Gratianum, e hinc etiam, 49. dist. I.

Tandem in aliis versutis.] hoc est, ἀλογοσθλεῖς, qui tanquam bestiæ generis communis vel epicæni oberrant, desolatoria leuitate infames, infidi, veteratores, Vertumno, Proteo, aut Empusa mutabiliores, quos neque ut prehenas, neque ut mittas, scias. Similes sunt noctuæ oculis, aiebat Bias, qui sapientiæ inanidant operam, illius enim oculi noctu quidem vim suam habent, sole orto caligant: eodem modo eorum mēs ad res vanas perspiciendas nutissima est, ad veri autem lumen obtusa, hoc est, εἰσίγοντοι τοις ὄμμασι τοις γλauκοῖς οἱ φειτοὶ μαδεῖαι σοφίαν ἴχθεικότες, καὶ μενύνται ὅφεις νυκτὸς μὴ ἐργάζονται ἡλίος ἢ λαμπτανῆσ αἴμασι οὐδέται καὶ δεμπιοτοῦρος δὲ την τὰς ἀληθεινὰς φωτὸς κατοκυνον ἐξαμανροῦτα. Facit huc Varronis illud Eudæmonibus: Postremo nemo ægrotus quisquam somniat, nec tam infandum quod non aliquid somniat philosophus.



Ira.

EMBLEMA LXIII.



ALCÆA M veteres caudam dixerunt leonis,
 Qua stimulante iras concipit ille graues.
 Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro
 Felle dolor, furias excitat indomitas.

ID è Scholiaсте Apollonij Rhodij ad lib. 4. ἀλκαίν λέγεται
 κυρίως ή τῇ λέοντες οὐ, οὐδὲ πό δ' αὐτὸς εἰς δὲ τὸν τεμάχιον:
 Alcea dicitur præcipue leonis cauda, qua nimirū ad robur
 & fortitudinē excitatur. Impotētem & indomitum furorē si-
 gnificantes Ægyptij leonem catulos cauda flagellantem pin-
 gebant: leonem quidēm ob iram, catulos vero cæsos, quo-
 niam eorum ossa inter se collisa ignem videntur emittere.
 Plinius 8.lib.leonis irati signa colligens, ait: Leonum animi

Leo canda-
 catulos
 verberans
 qui.

*Ira cubi-
benda.*

index cauda, sicut & equorū aures. Immota ergo placidus, clemens blandientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia eius. In principio terra verberatur, incremēto terga, ceu quodam incitamento, flagellantur, &c ex quibus colligere est facile, quantus sit leonis concitati furor. Admonemur itaque iræ impetum cohibendum esse, omnesque occasionses deuitandas, quod ea perturbatio sic hominem extra se deiijciat, vt in belluam ferocissimam quasi transformet. M. Tullius 1. De officiis: Licet ora ipsa cernere iratotum, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, statusque mutantur. Quid tandem? Älianuſ 5. histor. animal. cap. 39. idem quod Plinius: deque Alcæa cauda videatur idem penè quod Alciatus efferre lib. 13. cap. 14. eiusdem animal. hist. Sic ad finem sui clypei Hesiodus:

δένον ὁρῶν ὁσιοῖσι, λέων ὡς σώματι κύρσας,
ὅς τε μάλ' ἐρυκέως φίνον κεχτεροις ὄνυχας
χίσας, ὅπλα ταχιστα μελίσσαν δυμον απηύει,
ἔμπλεως δ' ἀργετήνελαι νὸν πίμπλαται ἥτορ.

id est, Sænum videntiœ oculis, ut quando noctus leo corpus,

Quique alacriter admodum unguibus sauis pelle
Dissecta, quam citissime lenem anum abstulit:
Alacriter adhæc furibundum cor explet.

Sed hoc proprius accedit Lucani pulchra descriptio è lib. 8.
quo loco Cæsarem cum leone furibundo comparat:

Æstifere Libyes viso leo cominus hoste,
Subsedit dubius, totam dum colligit iram
Mox ubi se saepe stimulauit verbere caude,
Erexitque iubas, vasto graue murmur hiatu
Insremuit, dum torta leuis silancea Mauri
Hæreat, aut latum subeant venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit.

*Ira perci-
sus Alexan-
der amicū
interfecit.*

Exemplo est Alexander Macedo, totius penè Oriëtis victor, qui subita quadam ira correptus, Clytū nutricis suæ filium (a quo fuerat ad Granicum amnem seruatus) interfecit; quemque prouinciae præfecerat, conuiuio admouerat, multisque honoribus, vt amicissimum, beneq; de se meritū donauerat, impetu nescio quo inflamatus ferro traiecit. At paulò post cū ad se rediisset, eruptū telū ex Clyti vulnere in seipsum, doloris impatientia vertebat, nisi suorum manibus fuisset prohibitus. Itaque summè nobis elaborandum est in ira domanda,

vel saltem sic compescenda & continenda, ne nobis mali aliquid importet: hanc enim qui vicerit, hostem se vicisse omnium maximum & perniciosissimum dicere non iniuriâ potest. Euolue totum Plutarchi librum De ira cohinda, & Val. Max. 9. cap. 3. Idem 8. c. 1. & 7.

Alceam veteres caudam, &c. Testis est Pierius Hieroglyph. Alcea.
lib. 1. Leonis caudam ab eruditissimis Alcæam, am̄s r̄s di aw-
tās eis aλκεια τρέπεται, quod eius incitamento ad fortitudinem excitetur, ut dixi iam.

*Qua stimulante iras concipit.] De Iconis iracundo animo terri-
funt hi de leonis ira Lucretij versus:*

--- Calidi plus est illus quibus acria corda
Iracundaque mens facile effervescit in ira,
Quo genere in primis vis est violentia leonum,
Pectora qui fremitu rumpant plerūque gementes
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

Horatius quo loco verba facit de excandescèria, peritè dixit,
Promethea insani leonis vim stomacho apposuisse nostro.

*Lutea cum surgit bīvis.] Bilis Græcè χλευ, omnis humor est
in nobis calidus siccus. Duplex primum statuitur, naturalis
vna quæ simplici nomine bilis appellatur, estque vtilis ad a-
lendum corpus: Alia verò est quæ recedit à naturè mediocri-
tate, additóque nomine vitium designante solet appellari,
estque in multiplice differentia: alia enim rubra, alia glastea,
alia nigra, alia alia, liquida, aquosa, fusca &c. puto hīc in-
telligi glasteam, quæ ισατωδης glustum colore cæsio refert.
eam medici faciunt acerimam, calidissimam, mordacissimam,
quæque extremam inter bilis genera malignitatem obtineat.
in ventriculo & circa ipsum gignitur a calore vehementissi-
mo. Præter Galeni commentarios ea de re plura perdocte
disputat Fernellius De functionibus & humoribus lib. 2. cap.
3. & 9.*

crudescit.] crudus fit, commouetur, excitatur.

*atro felle.] Fel, iræ folliculus, quæ hominem pro sui condi-
tione commutare solet.*

furias excitat indomitas.] Philemon Comicus.

*μαρνόμενα πάρτες ὀπόσταν ὁργίζομενα.
τὸ γό καταχεῖν δῆτης ὁργῆς πόνος.*

Et Tusculanarū 4. Cicero. An quicquam est similius insanie
quam ira? quam bene Ennius iram initium dixit insanie? &c.
furiarū tēdas ardētes dixit in Paradoxis aduersus Clodium.

Appendix.

Verbum Græcum θύει, animum vehementem sonat, de quo hic, à θύειαι, cù impetu feror. At nihil aliud in anima est, quam ira, vel audacia nimia, aut sine ratione pericula suscipere: οργή leuis quiddam est & cupiditas vlciscendi, θύειαι οργή, appetere, concupiscente. at μῆνις, rauius quid & vehementius, vbi cupiditatē, fastum comitatur, ita ut à μῆνις, dici videatur. Sed ad rem Lastant de ira Dei, cap. 5. Cùm in animu n cuiusdam incidit velut sœua tempestas, tantos excitat fluctus, ut statim mentis immunit, ardescant oculi, os tremit, lingua titubet, dentes concrepent, alterius vultum maculet, nunc suffusus rubor n inc pallor albescens, &c. Pertinet hoc Tullij; Tuscul. His perturbationibus, quas in vita hominum stultitia quasi quoddam immittit furias, atque incitat omnibus viribus, atque ope repugnandum est, si volamus hoc quod datum est vita tranquillæ, placideque traducere. Sallust. Iugurtha: Cupido & ira pessimi con. ultores. Quædam leguntur apud Hebreu n par emastem, proverb. 22. Noli amicus esse iracundo, neque stude furioso, ne discas mores eius & capias animæ tuæ scādalum. Idem cap. 22. Graue est saxum & onerosum sed ira stulti grauior. Et Ec. leviast ci. 28. Certamen festinantium lites incendit, si sufflaueris, quasi ignis ardebit, & si expueris, extinguetur.



In eum qui sibi ipsi damnum apparat.

EMBLEMA LXIII.



CAPRA lupum non sponte meo nunc ubere lacto,
Quod male pastoris prouida cur a iubet.
Creuerit ille simul, mea me post ubera pascet:
Improbitas nullo fletitur obsequio.

De incerti auctoris Epigrammate Græco transtulit, quod
est eiusmodi:

τὸν λύκον ἐξ’ δίων μαζῶν πρέρωθεν ἐδέλαστα,
αἰλλὰ μὲν αὐχυχέζει πειμάρος Θεοφοροστάν,
αἴξηθεις δὲ νόον εἴμεν κατ’ ἐμοῦ πάλι θηρίον εἴσαι.
ἢ χάρις αἰλλάξαι τὴν σύστον τελείαται. id est,
Capralupum lacte mammis inuita, sed illud
Pastoris cogit mens male cautamet.

Nutritus per me, tandem seruaret in me.

Vertere naturam gratia nulla potest.

Videtur confitū hoc Epigramma ex Theocrito, apud quem eiusdem est argumenti apolodus. Id torquetur in ingratos, eosque potissimum qui perniciem ijs adfrunt de quibus bene meriti sunt: quo genere hominū nihil peius aut deterius educere vel creare terra potest: tantumque id flagitium atrocitatis habet & probri, ut omnia conuicia ingratitudinis solo nomine contineri dicantur. Quid verò execrabilius esse potest, quam ijs vitam adimere, aut etiam quodam afficere incommodo, qui nobis viuendi caussas suggessere, deduxuntque operam, ut quod sumus, essemus? C. Toranius, ingratissimus filius, Trium-virūm partes secutus, proscripti patris sui prætorij & ornati viri latebras, extatē, notisque corporis quibus agnoscī posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. Senex tamen pater de filij vita magis, quam de sua sollicitus, petijt an incolunis filius esset, & an imperatoriis satisfaceret. At ipse est qui te nobis prodidit, inquit unus è militibus: continuoque pectus eius gladio traiecit. Indigna quidem mors, sed auctore cædis miserior. Idem penè de Villio Annali narratur, qui cum proscriptus ad clientem suum configisset, sceleratus filius militibus occidendum patrem, se præsente objecit, bis parricida, ut qui consilio prius, deinde spectaculo tam crudeli & impio ei vitam ademerit à quo vitam acceperat. Missos facio alios quosdam, qui nobis interdum occurruunt in historiarum monumentis, ne nimium hic hæream. tantum adijcio quod scribunt auctores grauissimi, ingratitudinem sceleris atrocissimi loco esse positam, adeò ut tanto criminī non sit illa pœna legibus constituta: quod, sicuti sapienter arbitrantur, maius sit quam ut ab hominibus vindicari possit, ideoque ad ultionem diuinam remitti. Tamen legere est apud Xenophontem, in Persarum moribus & constitutis legibus hoc esse positum, ut maximè ingratitudinis notam insectentur. Quem enim cognouerint posse gratiam referre, nec refert, in hunc seuerissimè animaduertunt: quippe qui arbitrentur eos qui sunt ingrati, & Deos negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinem verò ait, potissimum impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinē maxima est dux. Sanè ut hoc quasi per trāfennam adijciam, pulcherrimas ingenij sui penè diuini doctes multum obscurauit Aristoteles, *μηδείας* dictus ab Athe-

Ingratitudo
summum
viii. m.

nō, quod animo in praeceptorem Platonem fuerit ingratu,
quanquam tamen alicubi dissimulet in suis disputationibus:
ex quibus oculati homines facilè coniiciunt, quid animi ha-
buerit ille in doctorem, cui debebat omnia lubens referre
accepta. Pulcherrimum legere est Socratis monitum ad filium
Lamproclum, matrem Xantippæ cōtumeliosum, in 2. ἀπομνη-
μον Xenophontis. & quædam Ælianii De varia historia e-
xempla, lib. 3. cap. vlt. De ijs qui ab ingrata patria male ple-
xi sunt, & iniuste damnati. Nihil enim video aptius huic lo-
co illustrando.

inbet] permittit, sinit: Græcum habet αἴσχυλος cogit.

Improbitas nullus, Et c.] Idem sonat penè Publianus ille mi-
mus:

Malevolus semper sua natura vescitur.

Quod refer Adag. Lupus pilum, non animum mutat: &, Co-
lubrum in sinu fouere. &, Aries nutricationis mercedem
persoluit. Sed mihi multa legenti occurrit oportunè illud
Theocriti Eidyll. θρέψαι χ' λύκιδεis, θρέψαι κυνας, ὡς το
εαγων. ale & fætus lupi, ale canes, vt te absument. sic autem
Scholia festes, εκτρέψειν αὐτις χ' λύκον εκγένετος χ' κυνας ἐπί^{τη}
λύμην τη ἀπτεις κάγῳ τοῦτον εἰδιδεξα ἐπὶ ἀχαρισιᾳ. οἱ δὲ
τοῦτο Σοκράτες, κακούς ποιῶν δὲ θρέψαι κυνας.



Fatuitas.

EMBLEMA LXV.



MIRARIS nostro quòd carmine diceris Otus,
sit verus à proavis cùm tibi nomen Otho.
Aurita est, similes & habet eeu noctua plumas,
saltantemque auceps mancipat aptus auem.
Hinc fatuos, capti & faciles, nos dicimus otos:
Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

Otho ab
Othide.

ωτοὶ

Hoc dictum est in quempiam temerarium, gloriabundum, & plus quam par est, auitæ nobilitatis iactatorem, quem Othonem appellat, ab Otide aue fatua & gesticulatrice, captique facilis, quam Aristoteles noctua similem, & circa aures alarum quandam similitudinem habere tradit. Proverbialiter enim ωτοὶ dicuntur, qui in re qualibet facile deci-

piuntur, ac illi maximus, qui verbis sese protelari facillimè su-
nunt, cuilibet sine deleitu & prudentia dextram, quod aiunt,
injicientes, ut ex Eustathio Homeri scholiaсте didicimus.
Otus dici gloriæ vanitatem affectantes, id est *xerodoξος*, qui-
dam eruditи homines adnotarunt. Vide prou. Aues quæris.

Aurita est, miles, &c.] Plin. lib. 10. cap. 23. Otis bubone mi- *Otis aurita*)
nor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus vnde
& nomen illi, quidam Latinus Asionem vocant: imitatrix alias
auis & parasita, & quodam genere saltatrix. capitur haud dif-
ficerter, ut noctuе intenta in aliquo circumveunte alto. Idem
ferè Athen. Diphosoph. 9. cap. 14.

mancipat.] manu capit propriam efficit, & vsu capit. Horat. *Mancipare*
2. Epistol.

Quædam (si credis consultis) mancipat usus.

Hoc ubi conuenienter.] quasi diceret: Tu te Otum iactas, ut qui
originem trahas ab Othonе Imperatore magno, cùm inge-
niosis ad vanitatem composito ad aucupandam gloriolam
pronus ego vero te Otum ab Otide auе dixerim, quod uti
ea gesticulabunda & ad suas laudes assultans facile capitur; sic
tu ineptus & gloriofulus conueniens tui nomen moribus in-
ditum habes.

Appendix.

Nonius: Sanniones dicuntur qui sunt in dictis fatui, & in
moribus, & in scenis, qui μάροι, dicti Græcis. Cicero 1. de
Oratore: Quid tam ridiculum, quam Sannio est? quid ore,
vultu, imitandis moribus, voce denique, ac corpore ridetur
ipso?



Obliuio paupertatis parens.

EMBLEMA LXVI.



CVM lupus esuriens mandit ceruarius escam,
Præque fame captum deuorat hinnuleum,
Respiciat si forte alatò, vel lumina vertat,
Præsentem oblitus quem tenet ore cibum,
Quaritat incertam (tanta est obliuio) prædans.
Qui sua neglexit, stultè aliena petit.

Lupus cer-
varius.

C Arminis huius sententia similis hoc d'q'ei's tu c'are q'g', u'g'
C di'one τ' αερν, quæ ex Menandro citatur. Ea est Lupi
ceruarij natura, vt quamuis post longa iejunia repertas agrè
carnes mādere ceperit, vbi quid casu respexerit, obliuiscatur,
& copiæ præsentis inimemor, aliud querat, testib. Plin.lib.8.

€.22.8c

et 22. & Solino Polyhist. c. 18. Idem contingit ambitiosis & auariss, qui spe honoris amplioris, aut commodi, in quo sit vberior quæstus, neglecta præsenti sorte venantur aliam. Fit tamen sæpenumerò, ut vtraque frustrentur. Hinc Sophocles in Thyeste:

πολλοὶ εἰθηκε τὸ παρόντ Θεῖμπλακεῖν,

Id exemplis quamplurimis confirmari posset: sed unum dñi. Pyrrhus taxat ex Iustino subijciam Pyrrhus in amplissimo imperij fastigio collocatus, iam nec eo contentus, Græcię, Asiacęque regna meditabatur: neque illi maior ex imperio quam ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhum, quā tulisset impetum, sustinere valuit. Sed ut ad regna deuincenda invictus habebatur, ita vicitis acquisitisque celeriter carebat; tanto melius studiebat acquirere imperia quam retinerē, quā ob caussam collatus est ab Antigono, lusori imperito, qui cum multa & feli-citer iaciat, ijs tamen vtiendi modum negligat Plutarch. teste. Fruendum est itaque rebus presentibus, & recte agendo speranda meliora Estenim animi valde pusilli & angusti, inopiam metuere plus quam par est, ideoque ijs quae adsunt, non frui; & alienis anxius inhiare, magnæ stoliditatis argumentum. Ferè enim fit, ut iuxta proverb. Duos insequens lepores neutrum capiat: cuique illud conueniat:

δυοῖν ὅπερι μή τας δέ τέρησ εἴδειτες.

Ambo concupiscens neutrū affectus es.

Pulcher locus apud Procopium 2. De bello Gothicō: refert Procopij enim Bellarium initio bellis scripsisse ad Theudebertū Francorū Regem (qui cum eo manus conseruit) satius esse securè sua ut quisque possideat tenere, quam dum aliena nimis appetit, de suis rebus periclitari. Huic bellè conuenit quod Seneca refert epist. 73. Solebat Attalus hac imagine vti: Vidi-sti aliquando canem à domino frustra panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid excépit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem nobis euenit: quicquid expectantibus fortuna proiicit, id sine villa voluptate dimittimus, statim ad alterius rapinam erecti & attenti. Hoc sapienti non euenit. plenus est etiā, si quid euenit, securè excipit. Huc Adag. Præsentem mulge, quid fugientem insequeris? Multæ sunt affines huic sententiæ: ut apud Hesiodum:

νηπίοι, οἱ τὰ εὐτοιμα λιπύν, ἀνετοιμα στάχει.

Sallustius in Catilinario, quo loco verba facit de legatis Allo-

brogum, pertractis ad societatem nefarij belli de euentu tam
en anxiè dubitantibus: in incerto habuere, quidnam consilijs caperent. In altera parte erat æs alienum, studiū belli, magna merces in spe victoriae: in altera maiores opes, tuta conſilia, pro incerta spe, certa præmia: Sed & Pseudolus seruus apud Plautum sic secum loquitur: Certa amittimus, dum incerta perimus, atque hoc euenit in labore, atque in dolore, ut mors obrepat interim.

Qui tua neglexit, Et c.] Non videtur incommodum, si apponam lepidum & facile T. Mori tetraſtichon huic Emblemati conuenientissimum:

O s canis implet anæ; alium capturus hiabat;

Non capit, at quem iam ceperat, ore fugit.

Sic miser interea, dum rem captas alienam,

Sapius Et merito perdis, anare, tuam.

Appendix.

Iustinian. l. nemo, C. de assessorib. Festinans ad duo diuersa neutrum bene peragit, ne cum in utrumque festinat, neutrū perficiat. Et satyric. Iuuinalis,

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Ridetur adolescens luxu' perditus apud Persium, saty. 3. his verbis,

— dupliciti in diversum scinderis hanc:


Vdum Et molle lutum est.

Et glossographi Accursij aiunt, eum qui hora una eademque duos sectatur lepores quandoque utroque carcere.



Superbia.

EMBLEMA LXVII.



*En statua statua, & ductum de marmore marmor;
se conferre Deis ausa procaz Niobe.*

*Est vitium muliebre superbia, & argitoris
Duriciem, ac sensus, qualis inest lapidi.*

*F*igmentum hoc Niobes ob insolentem iactantiam in sa- *Niobes fe-*
*xum rigens transformatae, arguit potentiorum quarun-*bula,**
dam mulierum superbiam, & immodicam arrogiantiam, qua
occæcatæ ne ipsis quidem Superis subesse se putant: quo sit,
*vt suæ mortalitatis immemores, in detestandam *avædnoiv**
incident. Hoc ergo verborū inuolucro monentur, ne sese al-
tiùs efferant, & plus quam oportet, apud alios intumescat, aut
etiam plus sibi tribuant, quam par est. Præterea de numine

bene sentiendum esse tacite videtur innuere: quandoquidem non erratur periculosius. neque scelus tuus qui in numinis contemptu. Pindar. Olymp. 9. ετι μη νη ανδρίσαι θεός εχθρος σοφία, καὶ τὸ καυχάδε πολέμου πανίσιον φωτείνει. nam Diis conuiciari, inquit, odiosa sapientia est; & intempestiuè gloriari, idem est atque insanire. Praeclarè monitor ille apud Virgilium:

Discite iustitiam moniti, & non temnere Divos.

Exstat in tumultum Niobes elegiaca prosopopœia, certè elegans, his omnino verbis:

Este procul lati, cernant mea funera tristes,

Non similis toto meror in orbe fuit.

Bis septem natos peperi, bis pignora septem:

Me miseram! Diuām sustulit ira mibi.

Dirigis dūm lacrymis, & marmora manant.

Sic mibi mors dolor est; sic mibi vita, dolor.

Discite, mortales, quid sit turgescere safta,

Et quid sit magnos posthabuisse Deos.

Propter αλαζονείαν itaque καὶ μεγαληρίαν magnificos sicut impia fatus Tantalis, ut Statius cecinit Thebaid. 3. Huc congeram insignem Pindari locum ex Olymp. 9. quo sub Cadmi persona monet vnumquemque, ut exemplo Penthei filij, pie & reverenter de Diis sentire discat.

Εἰδεὶς διν δεσμονεαν παρηγονεῖ,

εἰς τὸ διαδρίσας δάνατον ιγειάδω θεός

τὸ σωφρονεῖν δὲ, καὶ σεβεῖν τὰ τούτων

κόλπισον οιμαί γατό, καὶ σοφάτατον

δυντοῖσιν εἶναι χεῦμα, τοσούτης φύσις. id est,

Si quis sit qui Deos contemnat, ad huius (nempē Penthei) mortem respiciens, secū animo reputet esse Deos. At verò temperantem esse, & numen diuinum colere, censeo rem esse omnium pulcherrimam, & sapiētissimam hominibus, qui huic se se implicant.

En statua statua, &c.] Hoc imitatus ex senarijs his, ex 3. Epigramm.

οὐ τῷ μὲν Θεῷ οὔτε τῷ εὐδούσῃ εχθρῷ νεκρῷ

οὐ νεκρῷ εἰ τῷ εἰπότεοι εχει τάπον,

ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ νεκρῷ δέι καὶ τάπῳ.

id est, *Hoc in sepulchro mortuus non conditur,*

Hoc est cadaver, & sepulchrum non habens;

Sed oī idem cadaver & sepulchrum sibi.

Illud simile sit. eis ήγωιδις lib. 4.

Ἐκ τῶν μεθεοὶ τελέαν λίθον ἐκ τοῦ λίθου

Ἄνω πρεξιτέλης ἐμπαλιν εἰργάσατο.

Cæterum id variè accipi figmentum reperio, ut cùm torqueatur in præfractæ ceruicis hominem, stupidum, eumq; qui sit vel animo vel corpore immotus. Ad id facit quod citatur ex Lucilio, poëta Græco, de quodam saltatore, qui se mouere nō posset, οργήσις νιόβης εὔπνεος φύκετοπον. Orchestes spirans archetypum Niobes.

Se conserre Deu, &c.] Niobe cùm liberorū numero esset elata, Latonam contempsit, ipsique se præferre non erubuit, quòd ea non nisi duorum Apollinis & Dianæ mater esset. Itaque indignata Dea, Apollinis & Dianæ sagittis libero, eius omnes curauit interficiendos, ipsamque Nioben sibi conuiciantem turbine rapuit iuxta Sipylum montem, & in saxum transformauit. Ouid. 6. Metamorph. Rei veritatem, ex Palæophati lib. 1. & Pausan. in Arcadic. exquirere.

vitiis muliebre superbia.] sic Sallust. in Iugurthino dicit superbiā commune nobilitatis malum.

arguit oris Durisitem, ac sensus, &c.] Lapis in Hieroglyphic. hominem sensus expertem significat: vt pro stupido & alienatae mentis homine usurpari certum est: vnde illud Comici; Quid stas lapis? & primos illos homines rudes & impolitos nullaque disciplinarum cognitione cicuratos, saxeos appellaverunt. Hinc enim Maronis illud: —*quo tempore primum*

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,

Vnde homines nati durum genus. —

Theocritus in Eidyllijs Milonem rusticum impolitum planaque rudem appellat fragmen duræ rupis, id est μήρας απόκρουα ἀπεργίυς. Lactantius lib. 1. cap. 20. loqués de termino, qui in Capitolio locabatur: Quid de his dicam qui colunt talia? nisi ipsos potissimum lapides, ac stipites esse? Ouid. 5. Metamorph.

—*ad auditas stupuit cœnæ saxæ voces,*

Attonejps diu similis fuit.

Idem 13. Metam. —*duroque simillima saxe*

Torpis. — Et in Ariadnæ epistola:

—*in saxe frigida sedi,*

Quamq; lapis sedes tam lapis ipsa fui.

quo sensu dixerat ante Ouidium Catullus de nuptijs Pelei, Ariadnen saxe effigie fuisse, vt vim doloris exprimere non

posset, neque in ullam vocem erumpere, cùm vidi se à The-
eo in litore Naxus insulæ relictam.

Tibullus lib.2. Eleg.4.

O ego, ne possum tales sentire dolores,
Quàm mallem in gelidis montibus esse lapisi?
Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
Nausfragia quam vasti tundere ora mariis.

Ouidius De Ponto:

Felicem Nioben, quamuis crudelia passam,
Quæ posuit sensum saxeæ facta malis.

z. de Ponto, Eleg.2.

Fine carent lachrymae, nisi cùm stupor obstigit illis;
Et similis morti pectora torpor habet.

Et deinde:

Ille ego sum frustra qui lapis esse velim.

Sic impossibilitate ipsa mutata in lapide Psyche, quāvis præ-
senti corpore, sensibus tamen aberrat. Apul.6. De Asin.aur.
quod autem modò dicebā lapidem pro stupido usurpari hie-
roglyphicè, id ostento planū est quod animū percūlit Super-
bi Tarquinij, cùm à colūna lignea repēte lapsus anguis om-
nes in fugam vertisset, omnino hoc viso cōsternatis. Nā por-
tendebat is serpens nouum & inexpectatū principem de co-
lumna lignea, hoc est stupore, quē diu simularat, prodituru.

Appendix.

Sallust. Iugurtha: Quæ in magnis superbia, in infimis iram
rectius nuncupari. οὐγῆν, quasi οὐρέγην, ab οὐρέαδες, hinc οὐρέγη-
νας, iracundū, qui Gallico idiotismo, orgueilleux. Sed rursus
alia occurunt Sallustiana: Quæ apud alios iracundia dicitur,
ea in imperio superbia, atque crudelitas appellatur.

sensus, quæ in st. lapidi.] Lapidem usurpari, pro stupido, apt
sensus vacuo palā est. Sic Martial.lib.3. in quandā Matriuam;

An possim vetulam, queris Matriuia, possim

Et vetulam, sed tu mortua, non vetula es.


Possim Hecubam, possim Nioben, Matriuia, sed si

Nondum erit illa canis, nondum erit ista lapis.

Sed quod ad arguinentum facile emblematis facit, non pos-
sum prætermittere illud Valerij Max. de neglecta religione:
Deorum spreti monitus excandescunt, & humana consilia
castigantur, ubi se cœlestibus præferunt.

Impudentia.

EMBLEMA LXVIII.



P V B E tenuis mulier, succincta latrantibus infra
Monstrorum catulis scylla biformis erat.
Monstra putantur auarities, audacia, raptus:
At scylla est, natus cui sit in ore pudor.

SCyllam Phorci filiam, Glauci amore captam, Circē, quād Scylla in
se undem deperiret, sic affecit, ut fontem, in quo Nympha monstrum
se lauare consueuerat, veneficijs & magicis herbis infecerit: marinum
cuius rei nescia Scylla fontem de more ingressa, inferiores
corporis sui partes in caninos rictus vidit esse commutatos:
quam tantam deformitatem horrens, in mare se præcipitem
dedit, & in saxum mutata, Poëtis argumentū fabule præbuit,

Y iiii

Homerus Odyss. & Ouid. 14. Metamorph. Iustinus in Tro-
gum 4. fabula de Scylla & Charibdi materiam Poëtis sugge-
stam ait, ob fretum quod in Sicilia citato sœuoq; impetu fer-
tur, in quo vndarum inter se concurrentium tanta pugna sit,
vtaliás veluti terga dantes vorticibus in imum desidere, aliás
quasi victrices in sublimi ferri video: nunc hic fremitū fer-
uentis æstus, nunc illic gemitus in voragine desidentis au-
dias. Accedit perpetuum Aetnæ montis incendium: hinc la-
gratus auditos: hinc monstri credita simulachra dum nau-
gantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare
putant vndas, quas sorbentis æstus vorago collidit. Scyllam
fuisse nauem triremem Palæphatus tradit. Sallustius saxū pu-
tat esse in mari prominens, quod procul visentibus mulie-
brem formam repræsentet, in quod illisi fluctus, quoniam &
luporum ciulatum, & canum latratum videntur imitari, fin-
ixerunt illam pube tenus feris huiusmodi succinctā esse. Al-
ciatus id appositè transtulit ad impudentiam, quæ tribus po-
tissimum vitijs rabidissimis comes esse soleat, auaritiae, siue
rapinæ, audaciæ, inuidiæ, quæ sub eleganti aut viri aut mulie-
ris forma plerumque latitant. Quid enim non audeat impu-
dens, qui nihil non sibi permittit, turpe putat nil? Heraclides
Ponticus ait ab Homero per Scyllā significari omnis generis
impudentiā, quæ non ab re canum cingatur rictibus audacia,
rapina & auaritia refertis. Locum Græcum apponam, ex quo
Alciatum puto suum Emblema duxisse: σκύλλα τε τῶι πο-
λύμορφον αἰρεσθαν ἡλληγόρων διὸ δὴ κύρας ἐκ διόγε-
νου ζωσαι, προτομᾶς ἀρπαγῆ, τολμῆ καὶ πλεονεξία πρεγγ-
εῖσθαι.

Pube tenus mulier, &c.] Duobus in locis Virgilium imitatus
est: sic enim,

— pulchro pectore virgo

Pube tenus. — & alio loco.

Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est,

Candida succinctam latrantibus inguina monstris? Et c.

Dua Scyl-
lae.
Ex quo loco aduertes duas fuisse Scyllas, quas plerūque Poë-
ta confundunt, vt 6. Fast. Ouid. Lege Nannij Miscellan. lib.
& Iacob Bononiensem, Annotationib. quas pauculas scri-
psit in Virgil. & eundem Virgil. in opus. cui Ciris nomen.

Monstrorum catulis.] canibus monstrosis. Virgil. dixit:

Ah timidos nautas canibus lacerasse maginis. Et Ouid. 4. Trist.

Esse canes utero sub virginis. —

Cicero De haruspic. responsis: *Quam Scyllam tam eminen.*

Locus
Iustini de
Scylla.

Sallustij
locus.


Emblema
s typus.

zibus canibus, tamque ieiunis Poëtæ fingendo exprimere potuerunt, &c.

Appendix.

Canes accipi pro rapacibus, & exploratorib. hominum rapacium Cicero non sine satirico moratu nos docuit, ut lib. 1. in Verr. Debere aiebat suam rationem ducere: multa sibi opus esse multa canibus suis, quos circa se haberet. Et lib. 3. in eundem Quid isti cohors, quorum hominum est? Volusij aruspicis. & Cornelij medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere? Eadem oratione: Qui cū agros maximos ac feracissimos per se ipsum. hoc est, per Aproniam, Verrem alterum depopularetur, ad minores ciuitates habebat alios, quos tanquam canes immitteret, nequam homines, & improbos, quibus aut pecuniā, aut frumentum publicè dari cogebat.

raptus.] hinc raptus, pro rapina, poëtico more; ut cogitatus, pro cogitatione; ut ausus pro audacia. In iure alioqui raptus dicitur contrectatio fraudulenta personarum, propriè, ut in Cod. de raptorib. virgin. & in Decretal s. de raptorib. Rapina verò fieri intelligitur in rebus mobilibus per vim ablatis, ut in tit. Vi bonor. rapt. Sed hoc quidquid est emblematis recte sorsers in fori latratores, rabulas, quibus quid impudentius, quid rapacius, quid denique fraudulentius?



ΦΙΛΑΝΤΙΑ.

EMBLEMA LXIX.



Q V O D nimium tua forma tibi Narcisse placebat,
 In florem, & noti est versa stuporis olus.
 Ingenij est marcor, cladesque Φιλαντία, doctos
 Quæ pessum plures dāque, deditque viros:
 Qui veterum abiecta methodo, noua dogmata querunt,
 Nilque suas præter tradere phantasias.

*Panticinum
Tiresiae de
Narcissso.*
TIRESIAS vates tam diu victurum Narcissum prædictit, quā-
 diu à sui conspectu abstinaret. At ille ignarus infortunij
 quod iamiam sibi impendebat, visam in fonte sui vultus ima-
 ginem sic deperit, vt sui amore captus miserè contabuerit, &
 in florem sui nominis cōmutatus dicatur à poëtis, qui Narce
 dicitur, & stuporem sonat, quād Narcissi odor caput agrauet.

Narce
herba.

Plin.lib.21.capitib.5.11.& 29. Notantur hoc figura, qui à veterum legibus & institutis descendent, nouam quandam doctrinæ formam consequuntur: tamque sibi placent, ut licet obtusiores reuera sint, quicquid tamen præcipiant, violentius aliquantum inculcant, neglecta proflus & obliterat maiorum vita & ratione: eoque deuentum est, ut fidem illam canam, & priscam veterum auctoritatem præ sua opinione nihil ducant: tanta est cæcutiëtia, stultitia atque peruersitas. Tales sunt *Nouæ doctori res repre-
sentantes* quidam impudentissimi, qui nouorum dogmatum persuasione populum incautum inescant, verborumque phaleris sic protelant & peruerterunt, ut miserrimi homines errore perciti, quasi gustata loto, libenter à Christianæ Reipubl. cœmunione, suo magno malo, desciscant. Tam enim sunt perficie frontis, ut sua dogmata omnium esse certissima verbis scriptisque asserere non veriti, nullam aliam meliore, aut certiore de religione traditam fuisse sententiam, quam quæ à se suisque tradatur, affirment. Sic plurimorum damno & pernicie detestandam *εἰλαυτίαν* in rebus diuinis experimur.

Potest & hoc torqueri commmodè in imperitos, & *ἀριστούς* Imperitos suarum non æquos admiratores, quibus sanè (vt Co- *εἰλαυ-*
micus ait) nihil umquam quicquam iniustius: nihil enim re- *τος.*

Etum putant, nisi quod fecerint: quo fit, ut aliena tam impensè carpendo, suaque plus quam par est, admirando, ingenioli floes absque ullo fructu facillime marcescat. unde meritò illud repetam quod Alciatus in quadam Oratione dixit: Nullam esse perniciose studiorum calamitatē, quam sui ipsius

confidentiā & admirationem, quem morbū Græci *εἰλαυτίαν* appellat. Est enim ea lues adulacione deterior, eoq; hominē inducit, ut se existimet optimè scire quæ non intelligit, redditusq; eum negligentem, superbum, otiosum, aliorum contemptorem. Emendatur autem hic error & malum non tam oratione quam frequenti auditu & consuetudine, quæ cum peritioribus habetur.

Quapropter, inquit ille, caendum ab hac bellua: nullus enim est veræ sapientiæ capitalior hostis quam qui meliorum præceptorum dogmata pro nihilo dicit. Diuinus Plato, quem tanquam rara alicuius & veræ sapientiæ terrestre oraculum meritò docti omnes suspiciunt ac venerantur, lib.5. De legib. auream planè sententiam pari

verborum pondere scriptis mandauit: πάντων δὲ μέγεσον κα-
κὸν αἱθρόποις τοῖς πολλοῖς ἐμφύτου εὐ ταῖς φυχαῖς θεῖοῦ

πᾶς αὐτῷ συγγάμειν εἶχεν ἀπορευτὸς εἰδεῖν αὐτοὺς μηχανᾶται
τέτο δὲ οὐδὲν οὐ λέγεσθαι, αὐτῷ πᾶς αἱθρωπος

*Præclarissima
Platonis
locus.*Locus Al-
ciati.

φύσις περὶ καὶ ὁρθῶς εἰχε τὸ δεῖν εἶναι τοις τον τὸ δὲ ἀληθεῖα
 καὶ τάντων ἀμαρτημάτων οὐκέτι τὸ σφόδρα εἰστὶ φίλιαν αἴ-
 τιον ἐκεῖνον γίνεται εἰκέστο τε Quæ singula si diligenter ex-
 pendamus, suppetet nobis accommodatum certè & præ-
 sens amuletum ad arcendum, aut minuendum hunc animi
 errorem, hominibus reuera gratum, sed tamen exitialem. In
 primis enim φίλαυτία non ab re appellat maximum malū,
 innatum in meliore hominis parte, nempe animo: & eo
 quidem detestius ac præsentius, quod licet eo plerique mor-
 bo correpti sint, non tamen vñquam de remedio querendo,
 φίλαυτία aut parti male affectæ applicando cogitant, ut tandem sani
 morbus possint euadere. Atqui nulla extitior aut damnosior ægri-
 tudo est, quam quæ sui sensum adimit, ita ut φίλαυτία
 quandam inducat, quo sit, ut omni animi contentione &
 industria in eo malo periculosisimo propulsando est eniten-
 dum, & eò maior cura conferenda, quod morbus hic (in quo
 sit fons, & certè principium aliorum omnium, quæ in animū
 cadere possunt, vitiorum) grauiores affert noxas & deprava-
 tiones, cladémque ingenij præsentiores. Nulla enim ratione
 fieri potest, ut qui hac perculsus peste oberrat, sanum vel
 in alijs vel in seipso iudicium retineat, cum se non norit:
 quandoquidem sit in oculis mentis, ut ita dixerim infusa ca-
 ligo tam densa, tamque spinosa, ut vel apertis corporis ocu-
 lis nihil videat. Itaque qui sui capitul amorem, non verè sese a-
 marc potest, sed fallam quandam de se opinionem, ut umbra
 aliquam, quasi qui in tenebris palpat, oscitater aucupatur. At
 verò (ut Plato docet) seipsum à seipso falli πάντων χαλεπώ-
 τατον, imò verò adiiciā διψώτατον καὶ θλιψώτατον. Cum e-
 nim impostor ipse prestò semper habeatur, nec minimū
 quidem abscedat, quo pacto non esset grauissimum malum,
 in primisque deplorandum? Cæcitas hæc omniū maximè into-
 lerabilis, cum inscitiam nostram sapientiæ loco habemus, &
 quanquam omnium penè rerum ignoratione laboremus, ta-
 men nos omnia ingenio assecutos arbitramur. Tolerabile a-
 lioqui vitium, si ea tantum placent, quæ ingenij specimina
 quædā præ se ferunt aut alia generis eiusdem: in quibus si tā-
 tum fallimur, nec fallimus aut si sic fallimur, ut melioribus
 & peritioribus aurem patientem agnito errore præbeamus,
 est quin veniale putet. Quotus quisque est, qui placido ferat
 animo, quod ipsi nuxi, & vitia tam impensè nobis placeant,
 volut amatorem amice, ut ait Flaccus,

Cæcitas
animi ma-
xima.

Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa haec
Delectant, veluti Balbynum Polypus agne.

Quo sit, ut vero verius dictum sit à Theocrito (ut id ad nostrū
sermonem conuertamus) — ἐρωτησις

πλλάσιος δὲ πολύφαμος τὰ μηνιγγά κακοὶ πέριζαται.

Nimirum id in causa est, quod, ut ait Varro, Omnes video-
mur nobis esse belli, festiui, saperde, cum simus σάρποι. Ex
Aristonymo citatur illud δίνει εἰς μάλιστα θλόπον, τὸ ἀνθ-
τούσις ὄντας, τοὺς πλλάσιους, οἰεῖται φονίμους οἱ : Id in primis est
in vita humana noxium, quod permulti cum se sapere putent,
tamen desipiant. Quamobrem nihil deterius aut periculosius,
quam minimum sibi fidere: Certè (ut de me ipse aliquid) sum
satis mihi conscient, quam debili & penè nullo ingenio sum : si
quid tamen sit, nunquam ullatenus me profecisse liberè con-
fiteor, quam cum ignorare me multa, & quidem penè omnia
primùm agnoui, tumque meo non minimo sumptu depre-
hendi, & apertis, quod dicitur, oculis expertus sum, quam
non sit tutum aliorum iudicio & famæ incumbere. Nam sæ- Affectiones
tionis mea-
lum.
penumerò contingit, ut nos plerique præsentes laudent, vel
amore, aut alio quoquis affectu ducti ; sicque de nobis bene
mereri putant, cum sapienter ut de coloribus cæci, sic iij de no-
stro captu & in litteris, aut etiam honestis actionibus pro-
fectu sentiant. Interea tamen eorum in sententiam pedibus
imus, quod aiunt, atque importunè falli nos sinimus. Crassam
me hercle & supinam credulitatem. Agnouit lubens Socrates
de se Physiognomi iudicium, talemque à natura fore se pa-
llam fassus est, nisi se Philosophia excolendum tradidisset. A
qua quidem modestia longè semper absimus, qui clementitos
quosdam sapientiæ colores, & imaginaria virtutum ornamé-
ta nobis inesse demiramus : & ut vera credimus absolutaque,
quasi quibus ad perfectionem addi nihil possit, ideoque mo-
lestè ferimus, si qui, dum nostri mentionem faciunt, non sa-
tis honorifice loquantur, eaque tribuant quæ nos minimè at-
tingunt, vel etiam nullo modo ad nos attinent. Qui morbus
ut deploratissimus sanari admodum ægrè potest, nisi tamen
aliquando meliore quodam impulsu genio, potius spectemus
quid nobis desit quam quid adsit. Si quid enim adest, cauen-
dum est in primis ne effluat, aut pretio ampliori quam par sit,
estimatum vilescat apud alios : si quid deest, quod sciamus
ornamento nobis esse posse & usui, efficiendum est, ut labore
& diligentia comparari à nobis & conquiri possit. Sed in

Socratis
modestia.

primis meminisse debemus, subindeque animo repetere, non quantum cæteris excellimus, sed quantum alijs simus inferiores, & quam alioqui detiores. Illud enim φιλαυτίας virtutem tam nobis familiare ac domesticum, sed tamē in primis exitiosum, praterquam quod tumorem inuidiam, audaciā, & desidiam fouet, solet etiam vñā secum aduehere & alere turpissimam ignorationem, quam meritò Sophocles δυσμέλειαν κακὸν appellat. Veteribus illud in ore fuit, eū malignos habere vicinos, qui sui laudator fuerit. Idcirco numquam probata est illa plus æquo pruriēs φιλαυτίας opinio in

Astydamante histrione, quod suas ipse laudes inscribi vellet statuæ quam meruerat. Non enim populus hominis votū insolens sibi ferendū esse putauit, quanquam de sua patria bene meriti. At quod pènè mihi dum ad alia propero, exciderat, Suidas auctor est, Nymphas à Narciso spretas verissimè dixisse: πολλοὶ σὲ τε μοσθῖν ἀν σαυτὸν φιλῆς.

**Sophistariū
omen.** Quid tam male audijt Sophistatum nomen, nisi ob effrenatam illam, & cæcam sui admirationem? Socrates ut eorum importunitatem frangeret atque eluderet (illi enim nihil se nescire iactabant impudentius) eosque contrarijs armis oppugnaret, nempè honesta dissimulatione potius, quam pari verborum strepitu atque contentione, dicebat hoc vnum se scire, quod rerum omnium esset inscius. Id vero non aiebat, vt falsa de se loqueretur, apud eos præsertim, quorum familiari consuetudine vtebatur, sed vt assereret ea lubens omnia se nescire, quæ tam impudenti fronte sibi arrogabant triuiales illi ματαιότητε, qui sic liberales disciplinas ipsamq; Philosophiā ostentando, reuera prostitueret & profanarent: aut potius vt significaret ad verā solidamq; sapientiā neminē accedere vñquā posse, nisi primū se norit ignorare. Sunt enim quidam ingenio tam stolido & lubrico, qui cum nondū primis labijs literas degustarint, falsam tamen sibi scientiæ persuasionē induat. Ex quibus alijs se αὐτοδίδακτος, alijs παραδοθεῖ πανεπιμονας efferre non vereantur: alij alios quo-
cumque conuellunt & impetunt, in quorum vel leuiculis & venia dignis erratis ingeniosiores, nō perpendūt, οπ μανίσαδε ρέων δέινη μεμηνταδ. sibi nēpē ignoscunt, vt Nævius ille Horatianus, qui seipsum ignorans carpebat alios, sequē venia dignum censebat. Quamobrem audijt ad extremum, stultum & improbum hunc amorem esse, dignumque notari. At quanto in errore versantur, qui sibi primas nullo ru-

**Arrogan-
tes.**

bore tribuunt? Agatocles Peripateticus cùm apud Demona- Agatocles
Peripateti-
cus arro-
gans.
ctem iactaret se solum & primùm esse Dialecticorum, au-
diuit: Si solus es, qui primus? si primius, qui solus potes esse? Rhemnius
Nò est quòd repetā literatoris illius Rhemnij intolerabilem Rhemnius
arrogantium, cùm diceret vnà secum natas, & tandem peritu- Palæmon:
ras disciplinas. Nec est quòd memorem duorum in Philoso- Aristoteles
& Cicero
phia principum notam satis & perulgatam cílaus tis, Ari- cílaus-
tos.
stotelis nempè & Ciceronis, quorū hic tam suæ ipsemet in-
dustriæ & ingenio tribuit, ut nullis ferè in proemijis laudem Philosophi:
cílaus-
tos.
propriam conticuerit: ille verò, quòd non modò suis in eo-
dem Philosophico curriculo certatoribus parum fauerit, sed Philosophi:
cílaus-
tos.
quòd contradicendi studio doctorem etiam Platonem vexa-
rit, sui nominis celebritatem non parùm obscurauit. Illi ipsi Thrasylus
Philosophi libris quos De contemnenda gloria scribunt, no- Thrasylus
men etiam suum præfigi volunt. Permittatur hoc ad inflam-
mandum studium, & exercendam doctorum hominum in-
dustriam: honos enim alit artes, nullusque sui laboris præmio insanus.
& contentionis honestæ laude frustrandus est. At quis sanæ insanus.
mentis eum dixerit, qui sibi plura quam habeat, arroget? Nā-
rat Athenæus lib. 12. cap. vltimo, Thrasylam, quendam tanta legum
latores
primit.
Insania fuisse pereitum ut quotquot naues in Pyræum appelle-
rent suas esse crederet: eas enim voluptate quadam incre-
dibili numerabat, aliisque suam fortunam lubens communi-
cabat, donec frater eius è Sicilia reuersus, hominem medico
committeret. is ubi resipuisset, affirmauit se nūquam vixisse
felicius, quam cùm eo mentis errore teneretur; quippe qui
in tanta voluptate nihil molestiæ sensisset. Perinde se habent,
cīlaus, aut reuera deterius: quandoquidem ut alijs nocu-
mento sint, anxiè student, tum vel maximè quòd honorem
alienum sibi audaciis arrogant, aut quòd aliorum conatum
nigro lolliginis succo & mera ærugine conspergant. Olim
discipulis mos erat, ut Proprio etiam Marte reperta ad præce-
ptores referrent. Quem morem sequutus Plato 2. ad Diony- Platonis
sium Epistola fatetur, quicquid scripsiterit, non sua sed Sogra- modestia.
tis esse. Qui leges primùm tulerunt ad cicutandos mores, aut
continendos hominū animos, earum inuentionem non sibi, Legum
latores
primit.
sed alicui aumini tribuerūt: tum ut diuinitatis nomine, qua-
si obtento aliquo velo, plus haberent auctoritatis; tum ut
insererent rudiorum animis leges; ut pulcherrimum Deo-
rum inuentum, sic & utileissimum; à nemine esse violan-
das, sed toto pectore colendas, tutandas, amandas. Sic &

priores illi cùm referrent omnium artium & disciplinarum inuentionem ad primam illam caussam. id est, præpotentem rerum omnium opificem Deum, Palladem ē Iouis cerebro natam esse commenti sunt. Quorsum hæc? vt nimis in intelligamus, quām in omnibus pulcherrima sit modestia, quāque turpis valde quæ perniciosa eiλauτια Concludam itaque cum Platone, dicāmque eum qui magnus est futurus, maximè decere, neque se, neque sua sic admirari, vt nihil putet exactius, nihil melius. οὐ πάντα εἴθισπον χεὶς εἰδούσι τὸ σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν, τὸ δὲ αὐτὸς Σελτίω διώκειν δεὶ μηδειαν αἰχύνως εἰπεῖν τοιούτῳ σφόδρεν ποιουμένον: Idcirco est opera pretiū. vt quisque nimium sui amorem fugiat, meiores insequatur, nullo verecundiæ rubore præpeditus. Sed de his satis: cætera videamus.

Quod nimium tua forma tibi, &c.] Huic simile penè est Epigramma pictæ Poëseos Bartholom. Anuli, quod propter elegantiam ascribam:

Narcissus liquidis formam Speculatus in vndis,
Contemnens alios, arsit amore sui.

Tabuit, & sensim venienti in membra stupore.
Ipse sui, factus flos hyacinthus, amans.

Hinc fugite (ò inuenies) fons iste Philautia, scipsum
Stultus ubi, cùm se non bene norit, amat.

Evolue pulcherimam disputationem ea de re Marsili. Ficini
Orat. 6. cap. 17. in conuiuio Platonicum.

tua forma tibi Narcisse placebat.] Plutarc. Symposiac. 5. quæstione 7. refert idem accidisse cùdam quem Euclidam nominat, qui cùm se in vndis adspectaret, amore sui captus penè perit dum ita deperiret.

marcor.] putredo, caries. Metaphora, pro eo quod est deprauatio.

cladēsq;.] mors & exitium, alia metaphora.

eiλauτια.] cæcus amor sui, attollens vacuū plus nimio gloria verticem. Horat. 1. Carmin.

pessum plures dātq; deditq;.] pro, pessundat & pessundedit, Tmesis. pessum, deorsum, quasi sub pedes projectum. Apul. 5. Nisi eam pessum de tantis opibus deicerō. Plaut. pessum abire. Lucret. 6.

Multaque prætorea ceciderunt mœnia magnis

Motibus in terris, & multis per mare pessum

Subsedere suis pariter cum ciuibus urbes.

methodus

Mætor.

Pessum.

methodo.] docendi ratione: id enim vi verbi intelligitur.

phantasias.] opiniones. Rerum tamen visiones & imagines *phantasias* appellat Fabius lib. 10. cap. 7. & lib. 12. cap. 10. ut visa Cic. 1. Acad.

Appendix.

Repeto illud Platonis Cratyle: τὸ γέεξαπτατίδησθεντον πάντων χαλεπώτατον, οὐταν γέ μηδὲν σμικρὸν ἀποσατή, οὐλλαχτικὸν εἴξαπτατίστων, πώς δεινόν, à seipso decipi aliquem, res est omnium pessima. nam quando sui ipsius impostor, ne vel minimū à se discedat, sed ipsi semper absit, quis non dicat hoc esse molestum? Verecundè hoc ita poëta princeps,

— non ego Daphnīm

Cantando metuam, si numquam fallit imago.

& M. Tullius, nisi me communis decipiatur *χλαυτία*. Lusit in quemdam sui nimio plus confidentem Strobilum, vir catus, & sui natura minimè dicax, his omnino spiculis:

In speculo, & vitreis sese dum spectat in urbis

Cherilus, & nimio flagrat amore sui,

E doctore vago bacchatur vappa, tuosq;

Collegas nihil cœcus, inersque facit.

Ringit, & ipse suos patitur pro crimine manes,

Sic neque se insanum cogitat esse miser.

Succurrebat pridem exemplum Thessali apud Plin. historiæ mundi lib. 29. vbi sic: Eadem ætas, Neronis principatu ad

Thessalum transiliuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnes æui medicos perorantem Hic tanta arrogantia fuit, ut Iatronicem se inscripserit, quasi medicorum victorem.

Garrulitas.

EMBLEMA LXX.



Q V I D matutinos Progne mibi garrula somnos
Rumbis & obstrepero Daulias ore canis?
Dignus Epopps Tereus, qui maluit ense putare,
Quām linguam immodicam stirpitūs eruere.

Character
huius Em-
blematis. **I**Mitatus est Anacreontis Odam eis χελιδόνα, quæ sic habet:
τί σοι θέλεις πείνω,
τί συγχίλη γελιδών;
τὰ ταρσάς δὲ τι κάθε
θέλεις λαβὼν φαλίξω,
η καλλον εὐδοθέν σδ
τίν γλωσσαν, ὡς ο Τηρεύς
ἐκεῖν Θ, ἐκδεσιξω;

πι μάλι κατῶν ὀνείρων
τερρόποιαις εργάσεις
ἀρνηταῖς Βαθυλλοῦ;

Quam sic Latij numeris donauit H Stephanus.

Quibus loquax, quid usnam
Te plectam hirundo pœnæ?
Vtrumne vis volucres
Alas tibi recidam?
Imam secernere linguam,
Tibi quid ille Tereus
Fecisse fertur olim?
Nam tu quid ante lucem
Meas strepens ad aures,
E somnijs beatis
Mihiropus Bathylleum?

Eiusdem argumenti est lib. i. Epigr. Græcor. αἰγενταρίς hexastichō gallo in lignantib; ut apud Lucianum Micylli, quod eum importuno suo cantu excitatum, suauissimo somno priuari; idque malam illi imprecatur. Hic autem hirundinē obiurgat somnos matutinos auertentem, suāque importuno *Garruli* cantu dormientes excitantem, idque maxime in eos torquet, *odiosa mihi* qui odiosa garrulitate rationis inopiam præse ferre satis arguit, ut Progne absilla lingua in hirundinē garritu nimio insignem commutata, eos significet, qui sapientiae parum,loquentiae multū habent. Etsanè rūvenire solet, ut loquaciores ferri sint quibus estrationis defectus, quām qui prudentia & ingenij viribus antestant: cūm apud graues & sapientes quosque viros silentium commendatissimum, verborūmque parcimonia grata sit. Extat apud Aristophanem de Clecphōte quodam garrulo dipterum:

Ἐεὶς δὲ γείλεσθε ἐπιζέμετες θρηνία χειρῶν.

Ex cuius labbris hirundo Thracia instrepit. Quò spectat præceptum Pythagoricum, hirundinem sub eodem testo ne habeas. quo significatur, abstinentem esse à consuetudine garruli & susurronis: & illud Nicostrati,

εἴ τὸ σωνεγώει πειλάκη ταχέως λαλεῖν
ἵνν τῷ εργούντι τρέπει τηνον, οἱ χειρισόντες
εἰλέγγονται οὐκέπωποι εργάσεις πολύ. hoc est,
Loqui si indesinet r multaq; et velociter,
Prudentiam indicaret; utique hirundines
Fortasse quām nos sapere dicantur magis.

Hirundo quid. Lege Plutarch.8. Syposiac.problem.7.

Progne garrula; Adnota hoc loco hirundine garrulitatem signari. Pierius Hieroglyph.22. Videtur autem primum hunc versum ex Martiale mutuatus lib.14.

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos.

Lucanus in tertio:

Dum non securos liceat mihi rumpere sonnos.

& ob repero Daulias ore canis.] Daulia, daulis, vel etiā dalias pro luscinia effertur à Poëtis, quod in vrbe Daulide (quæ quondam fuit sub ditione Regis Thraciæ) in auctu sui nominis transformata dicatur à Poëtis. Ouidius 6 Metamorph. & Prou. Daulia cornix. Videtur autem hic noster Alciatus Prognen cum Philomela confundere, cuius linguam Tereus abscedit (cum ei vim intulisset) non autē Progne vxori. Hac de re vide quid disceptent Cœlius Rhodigin. lib. 29. cap. 26. (non defuerunt enim qui Prognen in lusciniam commutatā fuisse afferuerint) Iacobus Bononien. & P. Nannius. 6. Miscellan.annotation. in Virg. Non enim video quām sit neceſſe quæſtionem hanc inter Grammaticos controuerſam dirimere. vt neque vacat conferre quæ legimus apud Thucididē lib. 2. τῆς συγγένειας, Pausaniam in Phocicis, Strabonem lib. 1. ad alia enim progredimur.

Dignus ē pops Ter us, &c.] id est, meritò in Vpupam mutatus, qui maluerit linguā rescindere, quām omnino auellere. Vpupa avis militarem quandam cristam in capite retinet, & quasi adhuc filium queritans, has videtur ingeminare voces, πτε, πτε, id est, vbi, vbi: hinc Epopis dicta De qua Plinius 10. cap. 29. Alij in accipitrem mutatum Tereum volunt, vt Higinus fabula 45.

putare] scindere. metaph. à vitibus.

Appendix.

Solinus: In Seniensi regione, non longè à Flauipoli colonia, Brziæ opidum, quōd amarx Terei regis hinc inuisum hirundinibus, & deinceps alitibus illis inaccessum.

Inuidia.

EMBLEMA LXXI.



S Q V A L I D A vipereas manducans simina carnes,
 Cuique dolent oculi, quæque suum cor edit.
 Quam macies & palior habent, spinosaque gestat
 Tela manu: calis pingitur Inuidia.

P Indarus 2. Pyth. sic: ————— citharae

δέπιν ο ετοιμη ο
 πειστις, εν τι εν έτα.
 κ ο διωρογ ε α πρόσθε νασία.
 φειν ο τι πονη σι ιη γετα τυχεν.

Qui facultate aliquius tangitur abun tati. in ficit vlcus miserum suo ante animo. quæm qua secum corde molitur, assequatur, Id est: qui ob facultates cuiusdā, opumque abuodan-

Z iii

tiā animo discruciatur, seipsum angit miserè, sibi que ante infligit vulnus, quām ut nocere possit ei cui inuidet. Nullū vitium inuidia penè vetustius est, aut homini damnosius & effteratius quandoquidem si cum quibuslibet aliis conferatur, inspiciemus quām cæca temeritate rapiantur qui melioribꝫ inuident. Nulla enim alia vitia sunt, quæ non aucupētur aut sentiant aliquam voluptatē. Inuidus perpetuò mœret ac tristatur, eoque grauius afficitur, quo maiori tenetur inuidia, qui non secus arque q̄edes, in quibus ipse sit, confagret. Miserima sanè conditio, sed quæ tanquam felicitatis pedissequa, successus videndo prosperos intabescat, vt Naso cecinit. Hæc autem descriptio perelegans, qua inuidorum tristissima & infelicissima vita proponitur: quippè qui virulentis cogitationibus pascantur quæ sibi horribilē perniciem adferant, qui quæ sine cōsilio & ratione aliorum rebus opimis marcescant, & aculeis maledicis pungant & insectentur, nullum tamen inde commodum reportaturi. Itaque, vt hoc quasi per transennam, quid ea turpius aut miserius, cùm ut aliis noxā dānumque inferat, sibi prius, & quidem s̄enumerò grauius nocet? Ergo in cæteris iniquissima, in hoc tamen æquitatis aliquid habet, quod eum, in quo est, tanquā veneno proprio afficit, perdit, absunit, eumque vlciscitur primum, à quo cōcepta & educata fuerit. quod habet illud:

οὐ οὐδὲν οὐτὶ κακίσον, εἴχει δὲ πίπηλον ἐν αὐτῷ.

τὸν γένος οὐδενῶν οὐματα μὴ νεργάσιλον.

Squalida.] sordida & inulta. Squallor etiam tristitia nota.

Inuidia ut Vipera. *Vipera is manducans carnes.]* Inuidia simile aliquid habet cū vipera, quam ferunt non prodire in lucem, nisi arrosis matris lateribus: sic liuor eum primū afficit, & quāsi enecat in quo gignitur. Quod pertinet illud Ouidij in descriptione Inuidie, 2. Metamorph.

---videt intus edentem

Viperas carnes vitiorum animalium suorum; &c.

Sed alia fortasse ratio commode reddi potest: viperas carnes edit inuidia, quod alienis malis gaudeat, ijsque pascatur: (id vitium Græcis appellatur ἐπιχαρεγχία) vel id dicitur vt ei pernicies ostendatur. quæ enim venenata venenis aluntur animalia, exītialius venenum habent.

Cuiq; dolent oculi &c.] Hinc illud Maronis:

Testatur gemitu graves dolores,

Suspirat, gemit, incutitq; dentes;

Sudat frigidus intuens quod odit.

[*queq; suum cor edit.*] Allusio ad proverb. Pythagor. Cor ne edito: id est, ne curis animum excrucies: vel ad vocabulum Cura, quæ quòd cor vrat vel edat, dicitur. Cicero 3. Tuscul. ex Homero illud de Bellerophonte citat ex veterum nescio quo:

Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Similes Maronis versus hi:

Vesanostacite mouet furores

*Intentans animo faces Elinny*s

Lethalis. Titiq; vultur intus

Qui semper lacerat, comeditq; mentem.

Quò spe etat dictum Matreæ Alexandrini, qui ænigmate lusitando aiebat se belluā alere quæ se ipsam absumeret: *τρέψειν, θηρίον αὐτὸν εαυτὸν εδίοι.* quo significabat quorundā inuidiam, qui improbè & ignauè dolerent ob prosperos suorum laborum successus. Retulit Eustath. 1. Odys. & Athenæus. Seneca lib. de paupertate: Interdum non licet esse palam miseros, sed inter ærumnas cor ipsum exedentes. Græci dicunt *σάννεσθε*, vel *τλύ κρασίαν σάννεσθε*, cùm grauem & molestam animi solicitudinem significant. Et *σάννεδυτες εἴηνται*, noxa animum mordens, vt Homerus Iliad. vltimo,

— *τέο μέχεισ οδυρό μέν ο καὶ σάννεσθε*

τλύ εἴσαι κρασίν; quousque lamentans & mærens cor tuum exedes?

Quam macies Εἰ pallor habent, Εἰ/ c.] Sic. Ouid.

Pallor in-
side.

Pallor in ore sedet, maiis in corpore toto,

Nunquam recta acies, liuent rubigine dentes,

Pectore felle virent, lingua est suffusa veneno, Εἰ/ c.

& Virgilius:

Pallor terribilis genas colorat,

Infelix macies renudat offa.

[*spinosaq; gestat tela manu.*] Hoc referendum est ad aculeatā inuidiorum maledicentiam. Siquidem

Effundit mala lingua virus atrum,

& perpetuò carpit quod a sequi numquā potest. Ad id respe-
xit Ouid. cùm ait:

Indoluit, baculumq; capit, quem spinea tortum

Inuidi re-
bus à lulia-
no efficiuntur.

Vincula cingebant.

Ad finem huius placet addi exemplum insigne inuidæ male-
dicentæ, ex Ammia. lib. 17. quo loco narrat quantum apud

jife le tra-
hebat apud
Constantiū.

Constantium Augustum detraxerint assentatores rebus præclarè à Julianò gestis: Omnes qui plus poterant in palatiū adulandi professores rectè consulta, prospereque facta verte-bant in risum, talia sine modo strepentes insulsè, in odium venit cum victoriis suis capella, non homo: vt hirsutum Iulianum carpentes, eūmque talpam loquacem nominantes, & purpuratā sumiam, & litterionem Græcum: & his congruen-tia plurima, atque vernacula principi resonantes, audire hæc taliāque gestienti, virtutes eius obruere verbis impudētibus conabantur, vt segnem incessentes, & tumidum & vinbrati-leim, gestāque secus verbis comptioribus exornantem: quod non tunc primitus accidit nāmque vt solet amplissima gloria obiecta esse semper inuidiæ, legimus in veteres quoque magnificos duces vitia crimināque (etiamsi inueniri non pote-rant) finxisse malignitatem spectatissimis actibus eorū offendam: vt Cimonem Milciadis filium insimulatum incesti, qui prope Eurimedonta Pamphilium flumen Persarum popu-lum deleuit innumerum, coëgitque gentem insolentia regis elatam, obsecrare suppliciter pacem: Æmilianum itidē Scipionem, vt somniculosum, æmulorum incusari maleuolen-tia, cuius impenetrabili vigilantia obstinatæ in perniciē Ro-mæ, duæ sunt potentissimæ vrbes excisæ. Necnon etiam in Pompeium obtrectatores iniqui multa scrutantes, cum nihil vnde vituperari deberet, inueniretur, duo hæc obseruarunt ludibriosa & irrita, quod genuino quodam more caput digi-to uno scalpebat quodque aliquandiu tegendi ulceris causa deformis, fasciola candida eius colligabat: quorum alterum factitare vt dissolutum, alterum vt nouarum rerum cupidum asserebant, nihil interesse oblatrantes argumento subfrigido, quam partē corporis redimeret regiæ maiestatis insigni, in eū virum, quo nec fortior, nec cautor quisquam patriæ fuit, vt documenta præclara testantur.

Appendix.

Invenefi-
cus. Plinianum illud rectè concinit, lib. 24. Sed quis inuenit illa venena scilicet, præter hominem? Dein sequitur: Quid? non & homines quidam ad venena nascuntur? atra homi-num, seu serpentium lingua vibrat; tabesq; animi contracta adurit culpantium omnia; ac dirarum alitum modo tenebris quoq; & ipsarum noctiū quieti inuidentiū gemitu, que sola vox eorū est, vt in auspicio catariū animantiū vice obuij quoque vetant agere, & prodeesse vitæ: nec ullum abominari spiritus præmium nouere, quasi odiisse omnia.

Luxuria.

EMBLEMA LXXII.



E R U C A capipes redimitus tempora Faunus
Immodice Veneris symbola certa refert.

Est eruc a salax, index quam libidinis hircus:
Et Satyri Nymphae semper amare solent.

LIbidinis symbola ponit ob oculos, nempe Satyrum , qui symbola libidinis. satyrum libidinis.
Eruca capite gestet. Eruca quidem (ab vrendo dicta) prouocat ad Venerem , vtpote quae virtutis sit calidissimae .
Plin. libro 19. cap. 8. Satyrus autem , siue hircus, luxuriam putidam & olentem designat. Sunt enim Satyri ad Venerem propensissimi: vnde id nominis dictum putant $\alpha\sigma\theta\eta$, quod satyrum libidinis.

quemque ab illicitæ Veneris titillationibus subducat.

redimitus tempora.] caput habens cinctum & coronatum. Virgil. in Copa:

— *Gratia redimita mitella.*

Ouid. 3. amorum eleg. 9.

Flava Cerestenuos spicis redimita capillos.

In 10. Æncid. vbi de Ænonide Phœbi sacerdote:

Infula cui sacra redimiat tempora vitta.

Eruca.

Est eruca salax] frequens enim eius eſus Venerem stimulat. Ideò antidotum contra amorem præscripturus Ouid. ab eruca & vſu cauendum suadet 2. De remedio. Martialis etiam:

— *Venerem rruocan eruca morantem.*

& appendicibus Virgilianis:

— *libidinosis incitatus crucis.*

ibidémque,

— *saluces nocte tollat eruca.*

vt & Æmilius Macer in eleganti opusculo De viribus herbarum:

Non modicè mansam, Venerem stimulare, vel haustam.

Confirmant medici pariter plurēq; poētae.

loquitur de eruca. Illud tritum vulgo:

Excitat in Venerem tardos eruca maritos.

Et ex Ouidio etiam illud:

— *ex horto que venit herbasalax.*

indexq; libidinis hircus.] Teste Pierio Val. Hieroglyph. 10.

*Index libidinis hircus.] Hinc puto torquendum Aristotelis verbum *τραχίζειν*, quod nonnulli vertunt, hirquitalire, id est in morem hircorum salacium clunes mouere, & lasciuire quamquam ab hircino odore fæculento alij trahant. Non possum transilire quod retulit Pausanias de simulachro Veneris hirco insidentis ad significādam nimirum coitus infamam petulantiam. Item Atticus, narrat historiam de Satyris,*

*Historia
prodigiosa
de Satyris.*

eorumque libidine valde prodigiosam, quam se ait accepisse ab Euphemio Care. Is cum nauigaret in Italiam vi ventorum pulsus ad extimum mare, quod nauigari non soleat, perlatus est. Insulæ ibi multæ sunt ac desertæ, quarum incolæ sunt agrestes homines. Ex insulæ nominantur Satyricæ, in quibus homines rubicundi, qui caudas in medio dorso habeant, equinis non multo minores. Qui statim ubi senserunt nouos venisse hospites, ad nauigium, quasi facto impetu, accurrerunt, nullamque vocem ediderunt, sed mulie-


rius vna aduectis manus iniecerunt, Nautæ metu perculsi, barbarem mulierem in insulam proicerunt, eam Satyri non solum qua parte naturæ consuetudo permittat, sed & toto corpore libidinose violarunt.

Et Satyri Nymphas.] Vide Ælianum libro 3. De var. hist. & Leonic. Thomæum lib. 2. cap. 24. Apud Plutarch. in Galba, homines in diem viuentis, & Satyrici, οἱ Σατυροὶ τὸν Διονύσου ἱροὶ ὅρθια ἔχονται αἴσθια, ξύμβολον τοῦ Δεινῶν γυμνάς: Satyri Baccho sacri erectos habent mutones, diuinæ symbolum potestatis.



Luxuriosorum opes.

EMBLEMA LXXIII.



R V P I E V S aereis summique crepidine faxi
 Immites fructus ficus acerba parit:
 Quos coruo comedient, quos deuorat improba cornix,
 Qui nihil humanæ commoditatis habent:
 Sic fatuorum opibus parasiti & scoria fruuntur,
 Et nulla iustos utilitate iuvant.

Fons Emblematis. **H**oc ex apophthegmate Diogenis sumptum. Dicebat enim eos, qui profus & temerè bona deconuerent opésque in rebus Venereis, convivijs magnificis & id genus alijs arboribus esse similes in montium cacumine nascientibus, quarum fructus hominibus essent inutiles, à vulturibus aut coruis deuorandi. Illud est quod vulgus nostras crebro

vsurpat E diuite malo male opes , & opibus bonis eos indi-
gnos esse penitus: qui ijs vtantur male. Fit enim saxe , vt
amplissimę possessiones, quae in pios vsus conuerterat,
in sumptus inutiles aut etiam perniciosos & detestados pro-
digantur, nulla habita iusti aut equi ratione. Sententiam illam
argutam Diogenis retulit in Paraphrasi Menodoti orationis
etiam tias teχες, Galenus, his planis verbis: ιγλας ουν κ
ο Δημοσθενος καιροντος μηδε τι προεπιτραπει τοις
πλεοντος καιροις οντος οντος, ταις επι την κρημναν συγκ
απτησαντος αυτοις. οντεινων γοντης πονηρης, οντειν και
εργας η κοληνας εδιειν τε των τε τα χεινιατα. μηδεν μηδε οντε
λογοτητοις, δαπανας οντης την την καιρον. id est,
Præclarus itaque Demosthenes & Diogenes siquidem ille di-
uites imperitos, nulloque literarum cultu perpolitos, aureas
pecudes appellabat: hic autem eosdem sicibus comparabat,
quæ nascuntur in locis præruptis & ad quæ difficilis accessus
est. carum enim arborum fructu non homines , sed coruos
& graculos vesici : horum autem hominum bona & redditus
non ab honestis hominibus, sed à quibusdam facetis & assen-
tantibus absundi.

Rupibus a rei.] id est editissimis, altissimis, eadem metony-
mia qua Saperiūs acereo nido dixit.

summiq; cret; idine saxi.] Videtur hoc hemistichium ex 10. Aæ-
neid. imitatus:

Fortè ratus celsi coniuncta creti' ine saxi.

Editioris autem loci cui usque extremitas crepido appellatur,
estque ora terræ. quā alluit aqua ακρίναπτος arbor dicitur
in cacumine aut extremo fructificans.

Crepido.

Ficus acerba.] Caprificum intellige.

improbæ cornix.] id est, inauspicata, quam Virg. sinistram
vocat in Eclogis; & improbam 1. Georgicon, ut & improbus
anser ob garrulitatem Cornicem autem prisci inter prodi-
giosas aues reponebant. Itaque his nominibus improbae vitæ
homines intelligit, à quibus nulla potest neque gratia, neque
commoditas peti.

Cornix: in-
auspicata.

parasiti.] scurrae, & homines qui omnia ventris gratia fa-
ciunt. De his in sequentibus commodius.

scorta.] meretrices.

iustos.] viros bonos. In sacris, iusti dicuntur non tantum qui Iusti qui.
iustitiam, sed & qui virtutes alias omnes colunt: eaque iustitia
est, quæ in se virtutem amplectitur omnem. & Plato Dialo-

go, qui s'egsai, vel ὁ οἰλοσφίας inscribitur, virtutes morales vno iustitiae nomine complecti videtur.

Appendix.

Verba Plutarchi confero ex apothegmatis philosophorum: τοὺς δόοτες, εἴη τέλεπλονίκες ἐι συνάισιν κρημνῷ περικίασι, ὃν τοῦ καρπὸς μὲν αὐδρωπος οὐκ ἀπογένεται, κόρεξις δὲ γύπτεις εἰδίουσι.

iustos.] Tull. 1. offic. iustitiae inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri nominantur, cuius primum munus est, ne cui noceat; deinde ut communibus pro communibus vtaratur; priuatis, ut suis. Idem in 2. Iustitia, ex qua boni viri appellantur mirifica quædam res multitudini videtur. Referre possis hoc quæ disputat ὁ οἰλοσφίας Dion sophista, & Aristot. s. de morib. ad Nicomach.



Tumulus meretricis.

EMBLEMA LXXXIV.



QVI tumulus: cuius urna? Ephiræ est Laidos. ah: non
 Erubuit tantum perdere Parca decus?
 Nulla fuit tum forma. illam iam carpferat ætas,
 Iam speculum Veneri causa dicarat anus.
 Quid scalptus sibi vult aries. quem parte leæna.
 Vnguis apprehensum posteriore tenet?
 Non aliter captes quidq; ipsa teneret amantes:
 Vir gregis est aries, clunet tenetur amans.

LAIDEM tota Græcia celebravit ob insignē venustatem, ad Laios for-
 cuius cedes frequens fuit concursus, ut præter alios cecinit m:sis. ima.
 Propertius. Huius monumentum (Pausan. teste 2. Corin-
 thiæc.) extra urbem Corinthi, in qua ætatē exegerat, celebre

viscebatur secundum Belleroiphontis septum, iuxta Veneris cognomine Melanidos templū, cui pro insigni titulo leæna anterioribus arietem complexa pedibus imposita fuisse prohibetur: quo simulacro petulantia & libido meretricis arguebatur. Per arietem, fatuum stolidumque animal, amatoren vesanum intellige, illum quidem a leæna partibus posterioribus scalptum retentumque quo rapina meretricia imperiumq; in amasios libidine prurientes, & quasi vinculo turpi colligatos exprimitur. Ceterum leænæ nomine meretricem intelligi multis veterum sententijs constat, & maximè sacrorum Bibliorum locis aliquot: Ezechiel enim Hierosolymam leænam vocat, & Heliachim catulum eius qui in Ægyptum ductus est. Plautus Truculento:

Bonis esse oportet demibus tænam probam,

Arridere quisquis veniat, blandè alloqui, male corde

Consultare, bene loqui, lingua: meretricē esse similem sentis Cōdecet,

E/c. Huic conuenit senarius veteris cuiusdam poëta:

· ισσον λεάνην καὶ γυναικος ὀμούτης.

Par est leænæ et feminæ crudelitas.

Retulit Pierius in Leone 1. Hieroglyph. quem etiam lege in Ariete lib. 10. in quibus Laidis monumēti huiuscē meminit, & Gyrald, Syntagmate 12. hist. Deorum. De Laide plura apud Athenæum cap. 10 lib. 13.

Ephyræ est Laidos.] Ephyræ ab Ephyre vrbe Achaiæ, quæ nunc est Corinthus. Propertius lib. 2.

Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes,

Ad cuius iacuit Græcia tota fores.

De eius patria concertant plerique ut Athen.

*Mors ne-
mini vita-
bus.* ah: non Erubuit tantum perdere Parca decus.] Nimirūm mors neini parcit. Virgilius in Appendicibus:

Illa rapit iuvenes prima florente iuventa,

Non oblitarapit sed tamen illa scnes.

& Horat. lib. 3. Odar. *Mors & fugacem persequitur virum,*

Nec parcit imbellis iuventa

Poplitibus, timidōq; tingo,

Parca.] Atropos, id est, mors ipsa rerum vltima linea.

et al.] nempe senilis, qua veniente color & venustas flacescit. Ouid. 3. Trist. Ista decens facies longis vitiabitur annis,

Rugaque in antiqua fronte senilis erit.

In iuicietque manus forme damnoſa senectus,

Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.

Iam speculum Veneri, &c. Milites, qui per ætatem à bellicis ^{Veneri} functionibus cessant, dicuntur vulgo arma posuisse: & qui alii ^{speculūm} cui omnino arti renunciaffent, Deo illi qui arti præerat, in- ^{cari} strumenta eius artis suspendebant. Horat. Carm. 26.

Vixi puellis nuper idoneus,

Et militari non sine gloria:

Nunc arma, defunctumque bello

Barbyton hic paries habebit.

Idem 1. epistola ad Mæcenatem:

— Veterius armis.

Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

vt alicubi Virgil. — hic viator cestus, artemque repono.

loquitur de Entello. Sic scorta, cum ad seniles annos perueniunt, Veneri speculum dicant. Ausoniūs:

Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se

Æterna aeternum forma ministerium.

At mihi nullus in hoc usus, quia cernere tales

Qualis sum, nolo: qualis eram, nequeo.

Ægræ ferunt enim rugas contractas, amissamque formæ glo-
fiam, quam diu in speculo erant intuitæ. Hinc Ouidianum
illud 3. Trist.

Cumque aliquis diceret, fuit hæc formosa, delebis,

Et speculum mendax esse quereret tuum.

Idem ferè auctōr De medicamine facie:

Tempus erit quo vos speculum vidisse pigebitis,

Et veniet rugis altera causa dolor.

Id & attingit ad Ligurinūm Flaccus lib. 4.

Dices hec, quoties te speculo videris alterum:

Quamens est hodie, cur puer non eadem fuit?

De speculo multa passim leguntur. Amor, vt ait Euripides,
ειλεῖ κατόπτρω πλόκουν εἴσοντες κόμης.
quæ flauos orbes crinum ad speculum studiosè componebas. Sed & Ouidius, tenerorum doctor amorum, eleg. 14, lib. 1. ad amicam.

Quid male compositos quereris perisse capillos?

Quid speculum mæsta ponis inepta manu?

Vix gregis est aries.] Vixum gregis appellat arietem, ut p[ro]pt[er] Vir gregis.

mo Transformationum Ouidius:

De grege nunc tibi vir, & de grege natu habendus.
Virgilius etiam de Capro:

Vir gregi pice caper. —
& in Georgicis.

Quoniam legeret ducem, & pecori dixeret maritum.
Vide Macrob. lib. 6. cap. 6. Hanc loquendi formam usurparunt autores certe graues, ut missum faciam Ciceronem, qui oratione in Pisonem admissarium pro homine immoderata libidinis dixit. Papinianus enim de admissario tauro,
— stabulique maritus.

Et Saluianus in 7. de prouidentia: si verè ut emissarij equi, non ad paucas tantum, sed penè ad omnes vernulas suas. id est, ad greges proprios irruerant, & in morem eorum pecudum, qui mariti gregum appellantur, feruidæ libidinis debacchatione grassantes, in quamcumque eos fœminam primam ardens impudicitia furor traxerat, irruerant.

Appendix.

¶ Suidas tradit Corinthum Veneri operatam, Cotyn, Deam turpitudinis, & præposteræ libidinis præsidem coluisse, quæ eadem Cotyto dicebatur: in cuius tutela obscenæ infamium amorum seftatores erant. Eam enim nominat Suidas εὐοσούς οὐδὲ ξενός Solinus Polyhistor cap. 11. de Sicilia: Hic Laïs illa, quæ eligere patriam maluit, quam fateri. Hoc dicit, quod cum nata Crasti foret, quæ urbs Siciliæ est, Corinthi agere, Corynthiaque dici maluit. De ea scriptum carmen anonymi cuiusdam, eruditii sanè hominis:

Laïs anus speculo se contumplauitent;

Vt solitum vidi deperisse decus,

Labráque nunc pallere olim inuidiosa corallis;

Et versa in canas aurea fila nivea,

Et qui certabant ebori subigine dentes,

Squallere, & ruga tempora laxa rudi,

Luminaque illustri tantum non emula Phœbo,

Nunc sub mucoso clausa latire specus;

Et tamen idem animus stimulos sub pectore eodem,

Et notos iusit feruida corda Deo

Sic secum facie nimium vivacior, ô mens,

Cur dudum hæc anus est, tioque puella manes?

Id non male quadrat in nostrum hoc Alciati carmen, sed accepit pridem à viris Italicis suli, id scriptum fuisse in quondam

meretricem Venetam, quæ ætatis lapsu, seu decusso flore,
quoties se in speculo consiperet, fronte iam rugis obsita, mi-
serè contabescerat, & nihilo segnus ardore tentiginis pre-
mebatur.

clune tenetur amans.] Horat. 2. satyra lib. i. Sermon.

Quod pulchra clunes, brenē quod caput, ardua ceruin,

Hoc illi recte, ne corporis optima lynceis

Contemplere oculis.

Locus iste omnis sanè lubricus ac Venereus, quo fessuas
scriptor mulieres equis vñalibus comparat. Sed ad rem, clu-
nes, & earum inspectio, sedes ac incitamentū libidinis, qua-
rum intuitu mulieres ædipouareis homines otiosos cadigunt
ad insaniam. Sed quis non viderit quām fœdū ac contemptum
clune capi, & voluptati turpi succumbere? quām bellum inum
si homo rationis particeps nihil putet inter se & quadrup-
dem interesset?

Aa ij



In amatores meretricum.

EMBLEMA LXXV.



VILLOSÆ indutus pescator tegmina capra,
 Addidit ut capiti cornua bina suo;
 Fallit amatorem stans summo in littore sargum,
 In laqueos simi quem gregis ardor agit.
 Capra refert scortum: similis fit sargus amanti;
 Qui miser obsceno caprus amore perit.

*Sargus
quid:*

Hoc de sargo pisce, qui sit à laruato pescatore deceptus,
 manifestè in eos torquetur, qui cæco turpique amore
 capti decidunt in obscenam personatarum meretricum na-
 fam, mentis errore nescio quo rati pulchrum id esse quod
 pulchrum appetit: sed tandem eos multum diuque pœnitit,

cum ad se redeunt: non enim possunt effugere cum maxime volunt. Quod discrimen ut vitari possit adhibenda est cautio diligens. Ut enim nostres dictitant, prius nosse opus est quam amare. eo quod qui primò visam statim exardet, levuitatis non minimum præse fert argumentum. Iudicio siquidem est opus & maturo consilio. Proinde bellè Ouid. De re medio amoris primo, qui ut illicitos excludit eiusmodi ignes, significat. sic honestos probat: ait enim,

*Si quis amat quod amare iunat, feliciter ardet;
Gaudat, et vento nauiget ille suo.*

Capram referre meretricem ex eo patet, quod morsu pestilenti maxime noceat: grama enim peruestigat, quæ audiisse deponitur: sic meretrix adolescentiae potissimum cupida est, nimis rūtas ea est, quæ ob imperitiam facilis decipiatur. Vnde non illepidè Nico Attica meretrix dicitur, id est, Capra cognominata est, quod Thallum adolescentem, qui in Atticā mel & caricas empturus aduenierat, abligurisset. Huc spectat dictum Architæ Tarentini, οὐδενὶ δέ λεσφοράν, Esca malorum voluptas: qua homines capiuntur, ut hamo pisces. Vide Plinium sub finem cap. 59. libri 10. Sed tibi factum satis

iri puto, si consulas Älianum de animalib. lib. 1. cap. 23. cuius verba huc conferre non piguit. φιλάστη πῶς τὴν ἀλόγων αἰγὰς ἴχυρῶς. ἐὰν χωῶ πλησίων τὸς ιπέρθητον Θεμορύχον ή σκιὰ μᾶς ή διατέρας τῆς θαλάσσης εανή, οἵδε ἀσφαλέως προστέσθαι καὶ αναπιδῶσιν, οἷς ήδομένοι καὶ προσάγαγε τὴν αἰγῶν ποθεσιν ἐξαιλόμενοι, ταῖτοι επάνυποντες ἀλποὶ τιμάλ. Θυγόρυχοι δὲ καὶ οὐδὲ τοῖς κύμασιν, οὓς μας τῆς τὴν αἰγῶν ὁ σμῆνος ἐχεστιν αἴσθησιν καὶ ὑδροστελθεῖν εἰποτες αὐτοῖς διατάσσουν. επεὶ τοίνυν εἰς τὰ προσφερόμενά δυστέρωτες εἰστε, ἐξ ᾧ ποθεσιν, ἐκ τῶν ἀλίσκονται. ἀλιεὺς γοῦ σύνηρε αἰγὸς δορέψην ἐμποτέχει των αὐτοῖς τοῖς κέρασι δαφείσις αὐτοῖς, λαμβάνει δέ αἴρεται τὸ θηλιον καὶ ηώπου ὄπερελάσσων ὁ θηρευτὸς τὴν αἰγαρεῖτα γεταπάπειται τῆς θαλάσσης υδροστελθεῖν τοῖς οἰκεῖσιν οἱ προσφερόμενοι, ἀλειπταί αἰγεῖσι ζωμῷ διαβεργέντα. ἐλκόμενοι, δέ οἱ σαργοὶ τὸς οὐρῶν πνοὸς ιυγγοῖς, τῆς οὐρῆς τῆς προσφερόμενῆς, προσίστασι καὶ στοιβάται μὲν τὴν ἀλειπτῶν, κηλοδύνται δὲ τῆς δορέψης έλεπορύχοντος αἰγὸς, αἰρεταντὸν αὐτῶν πολλὰς αἰγὰς οὐρών σκληρώ. Quorum verborū hæc est sententia: Capras sargi admodum amant. Cùm enim umbra quædam apparet earum caprarum quæ secundum litus pascuntur, statim prælætitia gestiunt, & quantum maximè possunt, adnatant: & quanquam salire non possunt, tamen

*Voluptas
malorum
esca.*

*Locus Ae-
liani, est ty-
pus huius
Emblema.*

salire nitantur, sed frustra tamen. Caprarum odorem percipiunt etiam in fluctibus versentur; quæ caussa est ut accederet ad capras in primis affectet. At cum in suo amore sint adeo infelici nati sidere, earum caussa capiuntur quas tam deperirent. Piscator enim caprina induitus pelle cum cornibus, insidias struit, sole relicto a tergo: atque farinam iure caprino madefactam in eam dejicit panem maris in qua sargi sunt: quo illicio odoris capti sargi accurrrunt, farinam degustant, & maximè odore capiuntur eius pellis caprinæ quam sentiunt. Ex his itaque piscator multos valido hamo capit, &c. Ad id argumenti copiosius illustrandum repetenda est pulcherima Socratis disputatio cum Aristippo 2. Commentariorum Xenophontis, & colloquium eiusdem Socratis cum Theodora, lib. 3. Constat autem hic alludi ad Platonicum hoc, οὐδενὶ δέ λαζαροῦ: voluptas malorum esca.

Villose induit us tegmina capre.] Hoc mutuatus est ex Moreto Virgiliano:

— *& cinctus villose tegmina capre.*

In laqueos simi quem gregis.] Sargus capræ amore correptus, & ementita capræ forma delusus illaqueatur. Simum gregē pro capris dixit. eodem epitheto usus est Poëta 10. ecloga:

Dum tenera attendent simae virgulta capella.

Citantur & hi versiculi Næuij Ægistho:

Tum autem lascivum Neres simum pecus

Ludens ad cantum classum lustrat.

Laqueo amorem significari docuit Pierius, & Venerem vinculo. quo sensu Virgil.

Compedibus Venerem, vinculis constringe Lyæum,
Quid appositissimè:

Dum cadat in laqueos, captus quoque nuper amator

Se solum thalamos speret habere tuos.

obsceno capens amore perit.] Imitatus & mutuatus est Quid illud Fastor. 2.

— *cæco captus amore furit.*

ubi de Tarquinio amore Lucretiæ capto.

Cauendum à meretricibus.

EMBLEMA LXXVI.



SOLE satæ Circes tam magna potentia fertur,
 Verterit ut multos in noua monstra viros.
 Testis equum domitor Picus, cum scylla biformis,
 Atque Ichaci postquam vina bibere sues.
 Indicat illustri meretricem nomine Circe,
 Et rationem animi perdere, quisquis amat.

Homerus Odyssæas x ait, socios aliquot Vlyssis, qui mis-
 si ab eo fuerant exploraturi Circæas ædes, virga percus-
 sos à Circe, epotoq; pharmaco venefico statim in porcos esse
 transformatos. Quo figuræ adumbratur meretricis & libidi-
 nis fœdæ typus. Ea enim suis præstigiis humanas illas cogita-
Vlyssis fo-
cij à Circe
in belluas
transfor-
mati.
 Aa iiii

tiones & naturale motiones (quæ ὅμαι Græcis dicuntur) in homine tumultuantes excitat impotenter, & mutat in deterrimus, ex quo fit ut homo naturæ diuinæ particeps: in belluam degeneret. Per Vlyssem, qui nullo beneficio à pristina forma dimoueri potest, mentem animæ ducē intelligimus. Quod sic ad veterū mythologorum sensum expressit vir industria & ingenio nulli pene secundus Erasmus: Quid innuit Circes fabula, beneficijs homines vertentis in feras, nisi eos, qui nequaquam ratione ducuntur, id quod hominis est proprium, sed totos sese dediderunt turpibus affectibus, iam præter hominis vocabulum nihil hominis habere, sed ad pecudum degenerasse naturam, puta libidine in ursos, somnolentia ignauiaque in sues, ferotia in leones, atque ira de consimilibus? Quid Vlysses, qui solus poculo epoto, virgaque monstrifica percussus, non est mutatus, nisi firmum illum & constantem sapientis habitum qui nec frangi terroribus, nec ullis affectuum illicijs ab honesto potest abduci? Sunt verò qui dicant rei veritatem ex eo esse inspiciendam, quod Circe meretrix, quos sibi amore turpi deuinxit, effecisse tandem prædatores, viarum obsecratores sicarios, parricidas, nempe quibus nihil superesset ad vitam miseram sustinendam; quæ vitia cum potius feratum sint quam hominum, rem totam lerido & commodo schemate Homerus, & alij nonnulli è veteribus adumbrarunt. Cui sententiae subscribit Palladas lib. I. Græcor. epigr. his verbis:

τὼν κίρκων γένουμι, καθὼς εἴρηκεν ὅμηρος,
ἀντ' ἀνδρῶν ποιεῖν οὐ σύας ἡλύκες,
τες αὐτῆς φροσίοντας εἰ ταῖς δ' οὐσα πανθργοῦ,
τες δελεχθεύτας πλαχοτάτες ἐποίη.
τῷ δ' ἀνθρωπίων ἀποσυλήσασα λογομένη,
εἴ τ' ἀπὸ τῶν ιδίων μηδὲν εἴχοντας εἴπι,
εἴ τε φέρεν εὐδονεῖχοσα, δίκιας ζῶσι ἀλογίσων
ἔμφρων δ' ἀνοδούσις τῷ νεότητα ευηῶν.
εἴχε, γοντείας φρεμακον ἀντί παλον. id est,
Non, ut Homerus ait tristi medicamine lectos
Hospitio Circe reddidit ipsa sues:
Pauperior sed quisquis erat discessit ab illa:
Nam meretrix quondam perniciosa fuit.
Exutosq; sua prorsus ratione maritos
Fornisce continuit, non secus aliquid feras.

Socij Vlysf.
s. qui.

Vlysses
quid.

Circe me-
retrix.

Et tamen hanc strenue delusam spreuit Vlysses,
Insigni rerum conditione valens.

Mercurioq; datam nec fas est credere moly,
Ille sed ingenio reppulit usque dolum.

Quinetiam nemo non videt eodem recidere Horatij carmina i. Epistolar.

Sirenum voces & Circe pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus cupidusq; bibesset,
Sub domina meretrice fuisse turpis Et excors:
Vixisset canis immundus, vel amicaluto sus.

Xenophon i. ἀπομνημονικὸν, Socratem ait in conuiuiis, ad quæ non nisi coactus accedebat, parcissimè cibum capere solitum, iocoque usurpare multis eiusmodi oppositis cibis, Circen homines transformasse insues: ipsum autem Vlyssem mutari non posuisse consilij Mercurij memorem, & abstinentia ipsummet sua semper videntem. At hæc παρεργῶς. Non parū illustrabit hoc Emblema, Plutarchi dialogus, quo Grillū disputantem facit. Idem ē γαμικοῖς θέσηγέλμ. sic habet: ή διὰ τὴν ταραχάνων θήσεων, ταχὺ μὲν αἴρεται καὶ λαμβάνεται εἰδίως τὸν ιχθὺν, ἔτερον δὲ ποιεῖται καὶ οὐδὲν. Σπως αἱ φίλτεραι πνὰ καὶ γοντεῖς ὅπερεχόμεναι τοῖς αἰδεῖσι καὶ χρέοις μηδεὶς διῆσθνες Praeclarissimæ αὐτές, εἰ μπλήκτοις καὶ αἰονίοις καὶ διερθαρμένοις συμβιώσονται. Plutarchi εἰδὲ γὰρ πλὴν κύριου ὕγιεων οἱ καταφαμανδέρτες, εἰδὲ γένη στοιχεῖων αὐτοῖς ὑστεροῦσι καὶ στοιχεῖοις τοῦ διαδικαστέαντον εἰχοντα καὶ συνούντα προνίμους, ταρπητούς, id est, Ut pisces quibusdem medicamentis celeriter capiuntur, sed esui tamen fiunt inutiles: ita mulieres, quæ amoris poculis & veneficiis viros captant, voluptateque in suam potestatem redigunt, stupidos eos, amentes & depravatos vitæ socios deinceps habent. Iij enim nihil Circæ profuerunt, quos veneficio mutauerat, neque ad ullam rem iis ysa est, cum in canes & asinos degenerasset: Vlyssem autem prudentem virum, prudenterque secum versantem, omnino dilexit.

Exemplum prius eorū qui à Circe in belluas cōuersi sunt, aperiū haec tenus. Alterum est Pici equū domitoris. Picum Saturni filium facit Æneid. 7. Virgil. & Ouid. 14. Metamorph. Rex fuit Latij, & ab uxore Circe in auem sui nominis conuersus. Id singi creditur, quoniam primus hac ave in auspiciis usus est, quodque augur fuerit: quod à Seruio est annotatum. Sed id melius, & ad hunc locum opportuniūs referemus ad animi leuitatem & inconstantiam qui ex turpi amore

Picus in
auem ma-
tatus

contrahitur. Tertium exemplum fuit appositum in Scylla, de qua iam superius à nobis dictum satis. Hic tamen speciatim fabula conuertitur ad meretriciam turpitudinem, quæ ut supernè faciem virginem ostentat, ita infernè rabidi canes cōspiciuntur, audacia, rapina, ingluvies, qui ad exitium miseriamque certissimam præcipites agēt quotquot amore turpi capiantur. Quæ omnia eo spectant, vel quisque virtutis & honesti studiosus impudicarum mulierum dolos prestigiasque omnes declinet; intelligatque, quod Cicero ait, corporis voluptatem non satis dignam esse hominis præstantia, eamque ut belluarum propriam contemni ac rejici oportere,

Sole satæ Circæs.] Ouid. initio 14. Metamorph. sic:

Sole satæ Circæs, variarum plena ferarum. Testis Higinus. Filiæ Solis habitam propter herbarum scientiam, quæ radijs Solis vim & incrementum capiūt, credibile est. Fabulæ huius meminere Diodor. lib. 4. Plin. varijs locis. D. August. n. 18. de ciuitate, cap. 17.

Testis equum domitor Picus,] Sic Virgil.

—ancile gerebat

Picus equum domitor, quem capta cupidine coniunx

Aurea percussum virga, versumque venenis

Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.

Et rationem animi.] Ideò mythologi Venerem dīgōdīlw, quasi ἀρροτώλω, id est stultitiam & mentis priuationem interpretantur. Proprius allusit 2. de laudib. Stiliconis Claudius:

Luxuries prædulce malum, qua dedita semper

Corporis arbitrijs, hebetat caligine sensus

Membrāq; Circais effeminat acrius herbis.

M. Tullius prima Verrina (vt hoc quasi per transennam) allusit ad hanc poëticam fabulam: Est adhuc, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mutius. quid enim facere potuit elegantiū ad hominum existimationē? equiū ad leuandam mulieris calamitatem? vehementiū ad Quæstoris libidinem coercendam? summè hæc omnia mihi vindentur laudanda sed repente vestigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se, atque ad mores suos &c.

Et rationem animi perdere quisquis amit.] Simile est istud Mænandi:

πιλ' ὅταν ἐριῶντα νοῦν ἔχειν πιστέοις.
Ωδὴ τίνι τὸ ἀνόγυτον οὐτὸς ὁ λεταῖ,
Carere amantes mente, si quis non putat,
Quos esse potius mensis expertes putet?

Appendix.

Lubet attexere lepidum ac mordax epigramma Bellaij in quemdam:


Certauere diu, cūm te genuere parentes,
Téne asinum mallent, an generare suem,
Clitella namque huic laniens placebas at illi,
Nec paribus studium par erat ingenuis.
Fecit te varium amborum sententia monstrum,
Nam caput est asini, cetera membra suis.

Videtur hic elegantis sancē penicillo expresē hominem planè stolidum, ac gulosum, qui non plus integrē mentis habet quam asellus, yæc cors animal, & tamen gulæ ac libidini adictior, ad naturā suillam accedit. Quales nimis multos strobilos & ganeones, è bonis alioqui & honestis ortos familijs agnoscimus, & quos neque natales ingenui, neque ipsa educatio flectere potuerit. Et quid cum ijs agas lurconibus, comedonibus, ventribus, qui inter inguen & caput nullum disegimen faciunt, & tantum subare & obligurire sciant?



Amuletum Veneris.

EMBLEMA LXXVII.



INGVINA dente fero suffossum Cypris Adonin
Lactucae folijs condidit exanimem.
Hinc genitali aruo tanctum lactuca resistit,
Quantum eruca salax vix stimulare potest.

Lactucae
folijs **A** Thenæus Dipnosoph. 2. cap. 32. rationē affert, cur dicatur Venus Adonidem ab apro interemptum lactucæ folijs occultasse (quod alij tamen de Phaone Lesbio tradidere, vt retulit in historia Poëtarum Lili. Gyraldus) quod nimirūm, qui lactucis assidue vescuntur, hebetiores fiant, & disponitivōi, & ad libidinem minus idonei: lactucā enim frigidam esse, iam in superioribus docui ex Plinio. Venus itaque

Singitur emortui Adonidis genitalia lactucis recondere, ut
moneamur libidinem turpemque voluptatem ciborum mo-
deratorum vsu sopiaendam & reprimendam esse. Nihil enim ^{Vicius rati-}
æquè conductit ad motus illicitos cohibendos, quām victus ^{tio quid}
ratio temperata. Ouidius inter alia, quæ de remedio amo-
ris scripsit, ut à quibusdam cibis abstinentium esse monet,
sic quosdam esse tutò adhibendos suadet, his quidem ver-
bis:

Ecce cibos etiam (medicina fungar ut omnis
Munere) quos fugias, quòd ve sequare, dabo.
Daunius an Libycis bulbis tibi missus ab oris,
An veniat Megaris noxius omnis erit.
Nec minus erucas captum est vitare salaces,
Et quicquid Veneri corpora nostra parat:
Utilius sumas acuentes lumina rutas,
Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Sed & ex nimia ciborum copia turpe amorem excitari
Phocylides testatur,

Ἐκ ἀγαθῶν πλεονάζον ἐρημοῦσιν εὐτελεῖ,
η πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέργειας ἐλκεῖ ἐρωτας.

Inguina dente fero, &c.] Fabulam Adonidis ab apro inte-
rempti Ouid. sub finem 10. Metamorph. descripsit, nec tamē
huius mysterij meminit. Hanc attigit & August. de ciuit. 6. c.
7. totumque illud ad Physicen retulit Macrob. 1. Saturn. cap.
21.

Cypris.] Venns, ab insula Cypro ei sacra, libidini deditissi-
ma. Polydor. Virgil. lib. 3. cap. 17 De inuentorib. rerum, post
Iustinum Martyrem, Euseb. Lactant. & alios sexcentos re-
gulit.

genitali aruo.] Hic aruum genitale pro virilibus & pudens-
dis posuit, quod sint generationis instrumenta, ut Virgil. 3. genitale.
Georg.

Hæc faciunt nimio neluxu obtusior usus
Si genitali aruo, &/ sulcos oblinet inertes,

Loquendi eandem formulam non est aspernatus August. lib.
18. cap. 23. de ciuitate Dei: Sed voluntati, inquit, membra il-
la ut cætera cuncta seruirent; ita genitale aruum vas in hoc
opus creatum seminaret, ut nuncterrā manus, &c. sic aruum
genitale, κῆπος Græcis, Latinè hortus dicitur.

lactuca resistit.] Consule Plinium. Dion Cassius lib. xiiii.
De agricult. cap. 13. Cocta, ait, coitum auertit. Unde Pythag-

Adonis.

Cypria
Venus.

Aruum

genitale.

rici ipsam eunuchū appellat. Martial. 13. palumbes torquatos
reprimere Venerem tradit:


*Inguina torquati tardant, habet autemque palumbis:
Non edat hanc voluerem qui volet esse salax.*

Appendix.

Epigraphe, seu index emblematis huius est, A M V L E T V M
V E N E R I S. Amuleta, remedia sunt, quibus affecti & auerti
creduntur mala omnia, sed maximè beneficia; ab amoliendo
nominata, de quibus Plin. aliquid 23. cap. 1. & lib. 25. cap. 9.
item 28. cap. 4. & 30. cap. 10. & 15. & lib. 37. cap. 3. & 9. Dicuntur
& ἀποθηταῖς, quae appensa, alligataque incitamenta magica,
venenorū propulsant insidias, aut certe inefficaces reddunt,
in quo differunt à periammatis & periaptis, quia hæc specia-
litas quid significant, & quod suum effectum prebeat, ut ho-
minibus instar miraculi sint. Illa verò significatum habent
generalem, suamque vim ex ratione medica videntur mu-
tuare. Apud medicos amuleta sunt in differentia multiplici,
ἀποθηταῖς, ἀλεξητήρια, ἀλεξιφάρμακα! Hæc bestiarum ve-
nenatarum medentur morsibus, teste Galeno, eoque differre
ἀπὸ τῶν ἀλεξιφάρμακων quidam putant: quod tamen non
probatur Galeno. Eruditi homines hoc differre putat, quod
τὸ αλεξιφάρμακων intrōsumatur, αλεξητήριον foris impo-
natur, nec modò veneni caussa, sed & fascinationis depellē-
dæ, quæ appendi soleat collo: αλεξητήριον simpliciter Hip-
pocrati est medicamentum seu remedium: nam ἀλέξασθαι
est *contritum*. Alexipharmacum dicitur medicamentum, quod
deleterijs pharmacis medetur, non extrinsecus impositū cor-
pori, ut quod αλεξητήριον dicitur, sed intrōsumptum. Sunt
tamen qui hæc accipiāt indifferenter, αλεξητήριum enim est à ve-
neni noxa vindicare, sicuti & Latinis amuleta, ab amoliendo:
ἀποθηταῖς sunt amuleta quæ appensa, illigataque veneno-
rum & incantatorum atcent insidias, aut reddunt ineffi-
caces.

Inuiolabiles telo Cupidinis.

EMBLEMA LXXVIII.



Ne dirus te vincat amor, ne fēmina mētem
 Diripiāt magiciā artib⁹ vlla tuam:
 Baechīca anis p̄st̄o tibi motacilla paretur,
 Quām quadriradiam circuli in orbe loces:
 Ore crucem & cauda, & geminis ut compliceat alis,
 Talem amuletum carminis omnis erit.
 Dicitur hoc Veneris signe Pegasus Iason
 Phasiacis ladi non potuisse dolis.

Artificiale est in Venereos motus, & præstigiarum amo-
 ris laqueos amuletum, cuius tamen rei fides penes au-
 gores esto. Pindarus Ode 4. Pythiorum, auctor est, Motacili-

Motacilla
Fasoni à
Vénere
Brad. 4.

Iynx.

Præstigia
amoris
præstigio
non pelli-
tur.

Iam à Vénere primūm è cælo ad homines deportatam, & Ia-
soni traditam , vt Medeam alliceret. Hanc autem auiculam
aiunt veneficis mulieribus ad incantationes esse perutilem:
eam namque accipiunt trocho, & rota quadam alligant, quā
in orbem voluunt præstigiatores, & noxia verba immurmum-
rant. Alij. quòd exempta viscerum interanea orbiculo appé-
dunt. vnde prouerbio apud Gr̄cos vulgatō, Iyngēm hi dicā-
tur habere, qui veluti quibusdā præstigijs homines ad amo-
rēm pertrahunt. Noster Alciatus ex Homero & scholiastis
quibusdam extulit quod hīc octosticho tradit; nimirūm ad
arcendas amoris illecebras (quo nullum exitialius aut fu-
riosius præstigium) adhibendam esse motacillam humano
stomacho, quæ disponatur inter binos circulos sese quasi in-
tersecantes. Sanè numquam mihi persuaserō virum doctissi-
mum, & rerum multarūm cognitione insignem , id alijs cō-
municasse vt rem veram & seriam ; & vt crederet tantam esse
amatorij philtri vim, vt mentis humanae libertatem sic cogere,
aut torquere, vel flectere eo tandem modo posset. Sed ta-
men profectō non ausim diffiteri , pleraque esse remedia ex
bonis auctoribus petenda, quibus effenata & indomita penè
amoris huiuscētudine petulantia cohiberi, aut etiam sopiri queat.
At verò quis tam excōrs erit aut stupidus, qui furorem illum
Cupidineum insigni hoc præstigio coērceri posse dixerit, &
fascino quodam cupidines mentem occupantes exturbari?
Viderint alijs , quibūs amatoria Ouidiana quandōque pla-
cuerint impensius: tamen ipsem extulit & verius, & quidē
salubrius:

Ardet El assuetas Circe tendebat ad arces,

Nec tameū est illis attenuatus amor.

Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,

Deme veneficiis carminibusq; fidem.

Idem loco alio verē & diserte amoremi non conciliati ma-
gicis artibus docet:

Fallitur Aemonias si quis decurrit ad artes,

Dātque quod à tenera fronte reuellit equi.

Non facient ut viuat Amor Medeides herbæ,

Mixtāque cum magnis Marsa venena sonis.

Phasis Aesonidem, Circe tenuisset Vlyssem,

Si modō seruari carmine posset amor.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis:

Philtra nocent animis, vīisque furoris habent.

Sit procul omne nefas: ut amoris amabilis esto:

Quod tibi non facies, solane forma dabit?

Sed miseri homines amore perculsi graui, cùm re amata statim potiri nequiuierunt, ad artes magicas & amatoria pocula perfugium habuere, res in primis noxias & exitiales. Cōstat enim Lucretium poētam, Antiochum, Caligulam in furorē versos sumptis hisce philtris, quemadmodum & Lucullum, aliosque nonnullos. Ceterū nullum perinde remedium est ^{Remedium} efficax ad turpes hosce motus sedandos, quām studio & labo- ^{efficax in} cuipiam honesto sese prorsus dedere: sic enim fiet, vt clausus clauo pellatur. Cùm enim perspicuum sit, amorem hunc non nisi in animos luxu & otio fractos irrepere, nullo planè modo auelli potest, nisi accedit labor aliquis & anxietas, quæ ^{am:rem} sua molestia innatas amoris macolas obliniat. Ouidius:

Desidium puer ille sequi solet, odit agentes:

Davacue menti, quo tensatur, opus:

Quid si amuletū certius, & profectō salubrius huc apposue-
ro, nempē vt iuxta D. Pauli consilium, carnem cum vitiis cru-
cifigamus? Iste erit diuinus & cælestis ἀντέρως, qui terrenum
illum & in hac corporis compage delitescentē ἐρωτα, robo-
re validiore conficiet. Hoc vnum captiuarum animalium a-
muletum sati erit ad turpia omnia libidinū motuumq; ge-
nera frangenda.

Bacchica auis preſto tibi motacilla.] Auicula est plumis disco-
ribus, prælongo collo, lingua exerta, colore vario, motu cre-
bro se circumagens, & ceruicem in orbeui flectens. vnde &
στίσπυγιδα vocat, seu *στίσουερν*, aut *κιλλουρον*, vt apud He-
sychium, Latinis Motacilla, Gallis bergeronnette, aut ballequette,
à caudæ motu, seu cauda tremula. Varro meminit De lingua
Latina: Sic Galerita & Motacilla: altera quod in capite habet
plumam alatam: altera quod semper mouet caudam. Non
me tamen fugit, quod pluribus verbis cōtendat Baptista Pius,
Annotationib. poster. cap. 3. Motacillam, & Iyngem pro vna
& eadē accipi non debere, idque cōtra Seruij & Gazę opinio-
nē. Certè *ιύγξ*, Iynx, ea est quæ Gallicè *turcot*, auis paulò ma-
ior fringilla coloris yarij: cui collū circumagit, lingua ser-
pentibus similis, prælonga (quæ exerta formicas attrahit, vnde
formicula dicta quibusdam Italis) vngues vtrinque bini.
Quæ autem hæc auis sit, repete ex Aristot. 2. De histor. ani-
mal. & Plin. 11. Lege proverb. Iyngē trahor Adhæc cur Mō-
tacilla dicatur auis Bacchica, rationem auctores non reddunt;

Motacilla
quæ auis,

Motacilla
cur auis

Hesychius quidem Bacchum *iūγιλο* cognominatum ait, quia(ni fallor)ad Venerem inflammet immoderatus vini v-sus. Fortasse Bacchus *iūγινος* appellatur, quod vinum homines ad se iungis instar allicit; ac si dicamus, ille cebrosum. vel melius etiam *ivnx* à Pindaro dicitur *μαυρας*, non quod Bacchi sit auis, sed quod furorem induat.

Quam quadriradianam] Pindari est istuc; nam *τετράχωδη μονα* eam, de qua hic agitur, aue nominat, id est quadriradianam.

amuletum] remedium aduersus veneficia, malaque medicamenta ab amoliendo: *ἀπογύπταιον* ab *ἀπογέπτυν* amoliri, depellere, quod verbum frequens est Plinio.

Pagaso.

Pagaseus Iason. Falluntur qui legunt *Pegasaeus*. Iason autem dictus est *Pegasaeus* à *Pagasa* Thessaliæ vrbe, iuxta quam Argō nauis fabrefacta: quam etiam Ouid. 7. Metamorph. principio *Pagaseam* puppem nominat. Idem 8.

— auctor teli *Pegasaeus Iason.*

& Fastorum 1.

Passus idem Tydeus, & idem Pagaseas Iason.

Lucan. 2.

Vi Pagasea ratis peteret cum Phasidos undas.

Phasicias dolos.] incantementis Medeæ, quæ à Poëtis congnominatur *Phasias*, à *Phasi* Colchorum fluiuo. Ouidius De arte:

— *maritum*

Barbara per natos Phasias ultra suos.

Appendix.

Diu me torsit, quod fateor ingenuè, carminis huius sententia, sed post diutinum meditationis tediū, coniectanei mei facio copiam studiosis, ut exspectem, eorum iudicium quorum acutior *δισοχία*. Quamquam libidinis sit adeò furens ac fuidus impetus, ut vix submoueri animo possit, quem semel occuparit, sponiti tamen imposito aliquo labore vel ludicro potest, qui quadam opinione hominem teneat obuinctum ac defessum, ut quasi clavis trudatur clavo, & mollices, vnde nascitur male feriatus amor, retundatur, aut etiam quodammodo corrigatur. Amor certè res leuis, & qui non nisi levitate nititur at sifistitur aliquando rei leuiculae interuentu. Et quid si rei seriæ animus intèditur, & honestis fese laboribus dedit?

Næ, Venus otia amat: finem qui querit amor;

(Cedit amor rebus) res age, sutus eris.

Nullus tamen qui sapiat, existimet amorem sedari efficaciter
per carmina, vel susurros magicos, sed nonnumquam com-
mentis quibusdam, ac ludicris artibus motus animi efferati,
aut in potentis compescitur. Occurrit exemplum, fortasse ab
hoc argumento non alienum, apud Corn. Tacitum lib. 16. vbi
de Poeno quodam, Basso, qui Neroni Domitio flagitijs im-
puris ac cædibus ciuium occupato, speciem thesauri obiecit,
quem dicebat in fundo quodam defossum. Vanum quidem
certè commentum, sed interea dum thesaurus ille imagina-
rius magno conatu erueretur, aut erui putaretur, tamdiu Ne-
ro spe animum lactans, remisit sese, & a sceleribus vacauit.

Apud Plutarchum, Alcibiades cum populi rumores de se
sparsos inhibere non posset, caudam suæ caniculae truncavit,
eaque per urbem Athenensem fugiens, popularis multitudo
caussam exquirebat cur id factum esset. Rogatus à familiari-
bus Alcibiades quem ad finem id populo spectaculum præ-
buisset; ut tandem desinat, inquit, de me deteriora commi-
nisce.

B b ij



Lasciuia.

EMBLEMA LXXIX.



DELICIAS & molitiem mis creditur albus
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
 An quod ei natura salax & multa libido est?
 Orrat Romanas an quia pelle nurus?
 Sarmaticum murem vocant plerique Zibellum,
 Et celebris suavi est unguine muscus Arabs.

Ornatus
matronarū
mūris. **P**Erstringit molitiem & lasciuie nobilium quarundam
matronarum, quæ ad corporis ornatum ostentent raras
pelliculas animalculorum, nempe muris aranei, æluri zibel-
lini (felis libidinosissimi) & præterea vtatur suffitu musci A-

rabici. Sanè de muris salacitate multa sunt à plerisque scriptoribus tradita. Hinc enim illud Martialis:

Nam cùm me murem, cùm me tua lumina dicas.

Opici mures dicuntur Iuuenali salaces, libidinosi, obsceni, à spelunca quam Græci ὡπλω, id est foramen, cauernam, ut D. Augustin. tradit quæst. in Exod. lib. 2. Sic enim obscenitatis partes per cauernam interdum argui docet Ausonius in epigrammatiſ,

Deglubit, fellat, molitur per utramque cauernam.

Legi Messalinam portentosæ libidinis mulierem ab Epicrate dictam esse Myconiam, quasi dixeris murinam. Adhæc non nulli feminam salacissimam per æluri feminæ simulacrū figurari dixerunt, propter animalis ingenium: cogunt enim mares ad coitum feminæ, ipsæque puniunt, nisi pareant Cæterum muscum Arabicum circumferunt, nō modò matronæ *Muscus Arabicus*, principes, sed & aliæ gradu longè inferiores: tantaque in ijs est & cultuum, & suffituum varietas, ut fermè ignorent voluptatem quæ inde capi possit, quod in his assidue versentur, quibus népè perspectum non est quod Satyrinus ait, voluptates ex vslu rariore commendari. Cur autem mulieres suffit & suauissimis odoribus vntantur, hæc esse caussam aiunt, quod totæ sint venereæ. Itaque Poëtæ Græci Venere m nusquam loco egredientem fingunt, nisi odore aliquo exquisitissimo relicto ad suam præsentiam declarandam: adjiciunt præterea suffitus omnes esse salaces. Muliebres ornatus ridet Lucianus in Amoribus, Iuuenalis Satyra 6. & vberimè Plantus in Poenulo: item Ælian. De varia historia.

mollitiem mus creditur albus arguere.] Lege proverbi. Erasm. Mus albus: in lascivum & libidinis immodicæ hominem.

nurus.] matronas. nomen specialius pro communi, συνεχέσθικτος.

Sarmaticum murem, &c.] Zibellus à quibusdam mus Sarmaticus appellatur ad Alciati mentem, quod è Sarmatia aduehatur: dicitur & Ælurus. de quo lege cap. 10. lib. 12. Ælian. De animalium histor. Sed non à mure muscum dici, at potius ab vmbilico capreoli censem eruditii homines.

muscus Arabs.] Dicam obiter, Romanos olim in obsidione Veiorum pellibus tectos hiemare cœpisse, ut est apud Liuium lib. 5. sed hæ pelles rudiores erant, ut seculum vnde fuit, quas nulli alii usurparent in urbe. Constat tamen pellium usum, postea in vestitum irrepisse: quod Seneca testatur in epistola

lis, quo loco mentionem facit pelliculatum vulpiū, muriūque, quas Zibellinos atque Armelinos plerique nuncupant: tametsi Zibellini maiores sint, quam quibus murium nomine conueniat.

Appendix.

Non pauca reperiuntur apud autores primæ notæ spicula in niuum mulierum cultum, Ouid. in arte:

*Femina caniciem germanis inficit herbis,
Et melior vero queritur arte color.*

*Femina procedit densissima crinibus emptiss.,
Proq; suis alios efficit ære suos.*

*Quid de ueste loquar? non iam segmenta require.
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.*

Iuuenal. 6. satyra:

*Nil non permettit mulier sibi, turpe putat nil,
Cion virides gemmas collo circundedit, &c cùm
Auribus extensis magnos promisit elenchos:
Intolerabilius nihil est quam femina dives.*

Martial. de quadam Philæni, lib. 9.

*Tinctis murice vestibus quod omni
Et nocte utitur, & die Philenis,
Non est ambitiosa, nec superba;
Delectatur dolore, non colore.*

Plutarc. apophlegm. philosophorum: Cuidam vuguentis delibuto dixit Zeno, mulierem olet. id est, ησ δι γυναικες δολων. D. Hieronym. ad Demetriadem, de seruanda virginitate: Polire faciem purpurisso, & cerusa ora depingere, ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem struere, vt tacceam de murium pretijs, candore margaritarū rubri maris profunda testantium, smaragdorum virore, ceramiorū flammis, iacynthorum pelago, ad quæ ardent, & insaniunt studia matronarum.

Idem Hieronym. epistola ad Gaudentium; de educatione infantulæ sic, φιλόκοσμον genus feminarum est, multaque etiam insignis pudicitiae vidi, quas sibi libenter ornari. Sed quid feminas ornatuum studio incessimus, cum vide re est quosdam virili saltem forma mulierum nitores æmulari? de quibus aculeatè sic idem Hieronym. ad Rustic.

cum monachum : Videas nonnulos accinctos vestibus,
pulla tunica à mulieribus non posse dissidere, sub eodem
manere recto : simul eodem iure ancillas habere iuuenes
in monasterio , & præter vocabulum nupiarum, omnia
esse matrimonij. Martialis acutum scisma in quemdam
lib. 12.

Hunc qui semineis noctesq; diesq; cathedris,

Incedit tota notus in Urbe nimis.

Criⁿe nitens, niger unguento, pellucidus ostro,

Ore tever, latus pectore, crure glaber .

Bb iiiij



Desidia.

EMBLEMA LXXX.



DESIDERAT in medio Essens, speculatur & astra,
subitus & accensam contegit ignefacem.
Segnities specie recti velata circulo,
Non se, non alios utilitate innuat.

*Emblema-
eis exclar.*

EX uno Pythagorico symbolo emblemata duo finxit Alciatus, nā desidere in medio, & in chenice figere sedem, idem sonat, sed varie tamen accommodatur. Iam vero quædam, licet paucula, sunt hic adiijcienda, non indigna cognitu. Docemur eo symbolo non debere nos in vita nostræ sporulis ita spem collocare, vt sede in eis statuta, totum ætatis tempus ociose traducamus, sed aliquam in eam rationem;

vt nostra industria victum comparemus, neque semper ab aliorum ope pendeamus, vt iam supra satis. In diuinis autem literis modius hieroglyphicū est doctrinē Iudaicæ, veritatis lumen sub eo recordentes, sicuti explicat Hilarius in Math. Et hæc e quidē ha^tenus. Quamquam autem id non incommodè torqueri posset in eos, qui concreditam sibi eruditio- Quorundam
nē & ingenij dotem aliquam excellentem miserè negligunt, cœnobitarū
idque non referunt ad vsum, cuius potissimum gratia norūt desidia.
sibi esse demandatum & commissum à summo & præpotenti bonorum omnium auctore Deo; tamen, nisi me fallit animus, videtur hoc reuera tortum esse in desides quosdam cœnobitas, qui Deopias imaginem aliquam professi, ignauiae si-
tu etatem terunt: literas aspernantur, aut certe non magni faciunt, quanquam alioqui valeant ingenio & non parua natu-
ræ dexteritate: iners omnino genus, & fruges consumere na-
tum, & ex tertio illo hominum genere quod assignat Hesiodus, merito dixerim cùm nec sibi nec alijs commodium ali-
quod referant. Quod ipsum tamē velim æquis auribus acci-
pi. non enim is sum qui ausim aut etiam velim carpere insti-
tuta illa vetera primum quidem à sapientissimis inducta pa-
tribus, nostræ pietatis Christianæ antesignanis & vindicibus,
quorum tanta est apud nos auctoritas, vt inuerecūdum esset,
ne dicam impium, eorum vitam, pietatem, doctrinam, fidem
non probare, non colere, non amplexari. Ut ergo apertè di-
cam quod sentio ea de re: hīc ab Alciato, à me, ab aliis etiam
quibus simplex minimèque fucatus est animus, nullo modo
reprehenditur monachorum institutum & regula, sed multo-
rum ex iis otium, ignavia, imperitia notatur; quippe qui eo
nomine pessimè de se déque alijs mereantur. Iactent ijs quā-
tumuis sui ordinis suarūmque legūm antiquam dignitatem
& sanctimoniam: nisi enim se similes ijs præstiterint qui la-
boribus, vigiliis, studiis, ieuniis, omni denique patientiæ
laude Christianum nomen auxerunt & amplificarunt, non
video qua ratione digni habeantur eo, quod fuit honorificum
apud pris̄cos, monachi nomine, quod illi sua ve-
cordia & inertia, ne quid dicam grauius, in contem-
ptum adducunt. Utinam verò vt continuò solent insolescere
ob veterū illorum patrum admirabile toti posteritati reli-
gionem, ita eorundem vitæ institutum æmularentur: non
enim misero & infeli ci otio se ita dederent, vt dīs dīs πασῶν
abessent ab ijs quos ad piæ vitæ religiosæque institutionem

se imitari dictitant. Sed ne abeam longius, quid laboriosius
excogitari, quid sanctius, quid diuinus in terris fingi aut au-
diri potuit, quam fuit illa verè ac meritò laudata priorum
monachorum vita ratio? quod purius aut vberius olim eccl-
esi seminarij clarorum virorum habuit, quam quod à cœ-
nobii mandatis illis & eremis ductum fuit? Nunc verò Deus
optime! quam absimus à prima illa canaque sanctimonia,
cum qui seuerioribus institutis sese obligent, non tam pietatē
quam otium non tam solitudinem meditandique de re-
bus diuinis opportunitatem, quam desidiosam vitā sibi pro-
ponant? At id quidem certè pluribus exaggerare videtur esse
non modò superuacaneum, sed & intempestiuum; quando-
quidem notius sit, quam ut confirmare habeam. consisto ita-
que, ne videar iniquius in eos debacchari, quos ad meliorem
frugem reuocare laboris esset infiniti, & penè & dūvātū: ad-
monere, intempestiuum & quidem importunum: reprehē-
dere, proſus odiosum, & perinde non omnibus gratum. Hac
enim tempestate sic omnia sunt exulcerata, sic lubrica & per-
uicacia, ut quoquò te vertas, vel etiam nolens, experiaris te
per ignes incedere suppositos cineri doloso; & quicquid in
eiusmodi quorundam hominum negotio velis attingere, vi-
lucus & vomicam citissimè deprehendas, adeò sub omni lapide
dormit scorpius. Quamobrem satius esse duco malum bene
conditum non mouere, & huius ordinis viros bonos (quos
tametsi paucos, & colendos & exosculandos esse puto) à ma-
lorū fece semper abstrahendos & eximēdos vnicè volo, ne ex-
rōre quodam populari pro virtio virtus crimina sāpē ferat.

Desideret. [Cicero proinde in Verrinis dixit per Metaphorā
ignauis cōsentaneam: Quid sedes Verres? quid spectas? Idem
in Pisonem: An potest vlla excusatio esse, non dico male sen-
tienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in maximo Reip.
motu Consuli? Eodem sensu Hesiod. ait, spem non bonam,
virum indigentē tenere, sedentem in taberna, cui victus suf-
ficiens non sit:

ελπίς δ' οὐκ ἀγαθή κεχερεψόν αὐδεξε κομίζε,
ημένοις εὐ λέχη, τῷ μὲν Εἰ Θαρρού Θεῖν.

Sed & Demosthen. 2. Olynth. Atheniensibus succenset, eos
que sedere dicit, & Philippi potentiam non attendere. Sic
enim: οὐκον κατάνεστα, οὐ ποιεύτες, &c. Desideret in mo-
dio, pro ignauis signo superiù posuit, in simulacrum Spei:

Car in delioli tegmina pigra sedes?

etemque astra speculari:

Quæ Deatam leto suspectans sidera vultus?

Læge Pierum Hieroglyph. lib. 56.

Eſſeuſ.] Eſſei, Iudæi fuerunt, ab alijs vitæ ſeueritate, i.eiu- nijs & institutis quibusdā differētes. De ijs Philo Iudæus, Eu- ſebius De præpar. euangel. & Philastrius in catalogo hærel.

accensam contegit igne facem.] Visus est mihi hic locus inter alios per multos dignus eſſe qui maiore cura ſtudiō que à no- bis explicetur. Sed mihi ea de re cogitanti tam multa ē multis & variis occurrunt, vt vereat ne quis me putet intemperāter abuti ſtudio, aut etiam plerisque otiosus videri. Sed ad rem. Plutarchus 4. Decretorum de anima diſputans ex Democri- to, ignitum quiddam eſſe ait ex naturis concretis mente per- ceptis, globofas ideas, quæ habeant igneā facultatem, idque corpus eſſe. Succurrit id Laſtantij ē 2. cap. 3. Quòd ſi anima ignis eſt, in cœlum debet eniti, ſicut ignis, ne extinguitur, hoc eſt ad immortalitatem que in cœlo eſt. Virgil. in 6.

Igneus eſt olliſ vigor, & celeſtis origo

Seminibus.

Hesiodus, & eius interpretes, ab ea opinione non recedunt, cùm aiunt Prometheus ignem cæleſteni clepſiſſe, quem ſi- mulacro à ſe confeſto appoſuit, vt animatum fieret. ea enim mens eſt, quæ molem agitat, & toto ſe corpore miſcet. Quòd ſi quis forte quærat, cur Hesiodus & ipſe Maro dicant Iouem ab hominibus igne remouiffe, facilis eſt reſpoſio. Viſ enim & ſolertia humani animi diſſicilis eſt inueni, quòd hebetio- re ingenio ſimus adeo nihil tam excellēs & præclarum ſine magno aliquo labore vita dedit mortalibus. Conteſunt ergo cœnobitæ otioſi ac languidi facem accensam ſub pallio, nulls artibus, aut ſtudiis honestis animum applicantes, nulla ſua induſtria ac diligētia notiones animi exerentes, vt non mi- nus verè quam recte in eos id Plautinum conuerti poſſit,

Summa ingenia in occulto latent.

Ad ea quæ de igni vel ardentí facula iam diſta ſunt, adjicerē lubens quæ Plutarch. diſputat Commentario, An recte di- ſtum, οὐδὲ τέ ſτώτας: eo etiam qui eſt de cupiditate diuitiarū. ſed maximē iuuat locus ille Problematum, quo ait, veteres obſcuris uſos rationibus, potiſſimū in rebus ſacris, lucernā corpori animam cōtinenti ſimilem dixiſſe. Lux enim eſt, in- quid, qui intus eſt animus, &c. Quòd ſi qui monachi, vt ſunt ex ijs quidam boni viri, ſed non ſatis eruditii, dicant id à

Facem ac-
censam te-
gere quid,
C. quid
per ignem
intelligi-
tur.

paganis auctoribus male detortū, ne videar verbo molestus,
quippe qui fausta omnia illis precari non desino, euoluant
quæso diligenter magni ac sancti viri Chrysostomi Christianā
sententiam, ad illum sacri Euangelij locum, *Luceat lux ve-
stra.* &c. Hunc enim Chrysostomum iudicem honorarium si
admisericordia nihil dico amplius, causa dicta est.

Subtus accensam facem contingit.] Petitum id è Socratis apo-
phthegmate: δύτε πῦρ ἡματίῳ θειελαι δώσατον, δύτε αἰσ-
χοντα μάρτυμα. χρέων: Neque ignem veste nec turpe aliquod
delictū tempore occultare possibile est, quò refero adagium,
Sub tunica & sinu, de ijs quæ occultè fiunt, non palam & in
propatulo: & Manum haberè sub pallio, pro eo quod est, lan-
guere otio.

Non se, non altos inuas.] Proinde ex tertio illo genere homi-
num, quod Hesiodus assignat; Cicero 2. Offic. Quamobrem
contemnuntur ij qui nec sibi nec alijs prosunt, vt dicitur: in
quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Lege pro-
verb. Nec sibi nec alijs utiles.



Desidiam abiendiādam.

EMBLEMA LXXXI.



Quisq; v; iners, abeat . nā in cænīcē figere sedem.
Nos prohibent sāmij dogmata sancta sensi.
Surge igitur, duriōque manus assuece labori;
Det tibi dimensos crastina ut hora cibos.

ADhortatio est ad laborem sumpto arguento ex parœmia Pythagorica, qua præcipiebatur chœnici non esse insidendum: cuius explanationē malumus ab ipso Alciato repetere (cum sit obuius locus) quā ab aliis quibusque tametsi doctissimis, emendicare. vt sumus initiō polliciti. Sic itaque ille i. Parergōn cap. 17. Sciendum est, inquit, apud Athenienses fuisse mensuram tritici, quantum quisque uno die comedet: ea erat & maior libra, vocabaturque chœnix, vel μέγη;

Chœnici nō
insidendum,
quid...

vt interpres Aristophanis ait pendebat autem eorum drachmas c. l. hoc est, leptem & viginti uncias Græcas, vr Iulius Pollux, & Nicandri interpres scribit: nostra autem mensura sesquilibram: eius chœnicis dimidium drachmarum 75. libra seu libella dicebatur, vt Rheginus Palæmon ostendit eō carmine:

*Attica non minor est; ter quinque hanc denique drachmis,
Et ter vicenis tradunt explexer unam.*

Igitur iubet constitutio duas libellas, id est chœnicem victualis substantiæ custoditis præstari: quod etiam olim fieri solitum ostendit Pythagoræ symbolum, *Super chœnicem non esse sedendum*: id est, non debere quenquam præsenti cibo esse contentum, sed potius aduersus legem Euangelicam de castino solicitari. Sic & Corinthij *χειροκοπέτρου* dicti, quod pluribus seruis abundantur, quibus demensum, seu, vt in Euangelio Lucæ dicitur, *στρωματεύει* quotidie præstandum erat. Id singulis mensibus erat apud Romanos quaterni modij vt scribit in Phormione Terentiana Donatus. Hactenus Alciatus. Hoc itaque prouerbio docebat Pythagoras, nō oportere per inertiam & otium, cibum alienum sectari, sed sua quemque industria debere sibi facultates comparare, quibus vitæ mundicieſ consulatur. Proinde meritò Respub omnis liberaliter instituta segenes & laborum osores pellit & exterminat. Institutum celebre laudatur Atheniensium (profectum illud quidem ab Indis & Ægyptiis) quo inertia & otium iudicio publico damnabantur. Nam singulis annis statoque tempore ciues in iudicio sistebant, exposituri, quo quaestu, quaque arte viuerent. Et Corinthi Periander hunc mōrē instituit, vt si quem splendidiū obsonari animaduerterent, exquirerent vnde nāsumptus ille suppeteret. si esset vnde illud vitæ genus tueri posset, sinebant vti: si facultatum modus non esset, iubebant hominem moderatiū viuere: ni dicto esset audiens, multa damnabatur; at si nihil omnino haberet, nihilominus ita splendide viueret, curabant interfici, quia hunc furem esse, aut prædatorem, aut calumniatorem necesse esset. Ea füere veterum instituta; hi mores: sic enim censebant ignauum & nullius frugis hominem indignum esse qui vitæ commodis fruenterit. Praeclara se mihi offert oratio Tiberij in senatu, qua respondit M. Hortalo, nobili iuueni, cui in opere Augustus ante succurrerat, vt suum ordinē seruaret: sed postea cum se, subiecto liberos, quos multos habebat, sustentare non posset, Ti-

berium Cæsarem rogauit, ut noua liberalitate iugaretur Cui sic Tiberius Si quantum pauperum est, venire huc, & liberis suis petere pecunias cœperint, singuli nunquam exsatia buntur, Respub. deficit. deinde, quod si ambitione exhauserimus, per sceleram supplendum erit, Dedit tibi, Hortale, Diuus Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec ea lege ut semper daretur, languescat alioqui industria, intendetur societate, si nullus ex se metus, aut spes, aut securi omnes aliena subsidia exspectabunt, sibi ignavi nobis graues Corn. Tacit. Annal. Refert Sabellicus apud Florentiam patrio instituto in eos animaduerti, quo otiosè & ignauiter in ea ciuitate agunt. Ex postulatus enim eorum quispiam, unde victum sibi compareret, nisi rationem possit explicare, qua vita probet integratem, ut sceleris conuictus plectitur, aut ut ciuitati perniciosus ejicitur. Tale profecto debet esse ignavi hominis malèque feriati præmium, κοιμώμενος οὐδέποτε αὖτις. ait Plato: quo quidem innuit, eum numquam ad summam virtutis laudem peruentatum, qui duram & asperam illius callem numquam fuerit ingressus. Siquidem οὐαίων μύλων. λαρτα φέσης unde merito ut studiorum labores sequitur gloria, sic igraviam contemptus & inopia comitantur.

Samū dogmata sancta.] Pythagoræ symbola oraculorum in- *Pythagoræ* star à priscis celebrata sunt. De his Plutarchus variis locis: quæ *symbola*, symbola certatim à viris doctis exposita sunt. Ex veteribus nominatur Anaximander Milesius iunior & Polyhistor Alexander, quorum libri temporis iniuria perierunt. Plutarchus, Athenæus & Laërtius non perpetua disputatione, sed hinc inde multa explicuerunt. Ex recentioribus Philipp. Beroaldus, Erasmus, Phorcinus & Gregorius Gyraldus in ea re sedulam operam nauarunt.

Durōq; manus assueſce labori.] Verbum hoc, assueſce, frequen- tatiuum vel naturæ neutrius, proactuo malè usurpari me, non longè antè, monuit Fornerius I. C. doctissimus vel aliud agens: cui ego, ut in cæteris assentior facile, in alim ergo dicere:

— *durōque manus compone labori.*

crastina ut hora.] id est, dies crastinus: Synechdoche,

In facile à virtute desciscentes.

EMBLEMA LXXXII.



PARVA velut limax spreto Remora impete venti,
 Remorumque, ratem sistere sola potest?
 Sic quosdam ingenio & virtute ad sidera vectos
 Detinet in medio tramite causa leuis.
 Anxia lis veluti est, vel qui meretricius ardor
 Egregiis iuuenes senocat à studiis.

Quidam
 Vi sunt ingenio lubrico & inconstanti, mentem suam
 ab honesto quodam instituto vita dimoueri facilimè
 sinunt. Sic enim cæptis cum aliqua laude rebus, magno suo
 damno renunciant, vel controuersiæ, aut litis mouendæ tri-
 eis, & quasi tendiculis auocati, vel quibusdam illecebris ama-
 sæ alicuius deliniti. Quia in re, ut in Glauci & Diomedis ar-
 morum

Ineongan-
tis.

morum permutatione, sentiunt tandem suo magno malo quām periculorum sit, & quidem alienum à recta mente, Philo-
phæ septis auocari, ut rei vel leuiculae, vel etiam flagitiosæ se
adjiciant Id enim refert nauis, quæ remora piliculæ minu-
tissimo sistatur Mirum sanè & planè incredibile, nisi fidem
auctores magni nominis facerent Remora, impedimentum ^{Remora}
& objectum tardationem si, nificari apud veteres asserit Pie-
rius Hierogl. ph. 30. Commodissimum habes exemplum ad
id illustrandum in Critia & Alcibiade apud Xenoph. 1. com-
mentar hi enim adolescentes magnis naturæ & ingentijs con-
formati dotibus, ad res summas nati leuiculis occasionibus
non tam deterriti quām auocati ab officio, sibi suæ que Re-
pub. exitium crearūt. De Echeneide. Plutarch. 1. Symposiac.
quæstione 7. & 2. Problematōn. quæst. 3. non enim cōmodē
possimus citra tedium omnia huc conferre.

[Parus velutum max., Remora, &c.] Testis est Plin. lib. 9. c. 25. Locus Ba-
sic Basilius: εἴ ταν προΐδη ταχύτης εἰξέπειρε φυσικά γνήσια.
πνεύματος κατεχόμενος τῷ θάρει, προς τὸ μὴ παρίων τοῖς
κύμασιν ἀποτύπει τῇ διπλῇ ταντονοῖ ναυτικοὶ τὸ σκύλον,
τοις τῶν προτονωμάτων εἰδαν κίνησιν τῆς αὐτῆς. id est,
Echinus ubi præsentit ventorum tumultus, calculum quendam
& lapillum magnum attipit, in eoque quasi in anchora inni-
titur, ne facilè impetu fluctuum dimoueatur: quod cum
nautæ obseruant, prænoscent ventorum & fluctuum agita-
tionē. Cassiodor. meminit epist. 35. lib. 1. Variar. formul. Car-
danus De rer. variet. 7. cap. 37. satis constare ait hærente remo-
ram naues retardare. Et Rondelius contendit experimento
vidisse triremem, in qua Cardinalis Turonensis Romam ve-
hebatur à cursu inhibitam, eamque deprehensam præbuisse
conuiuium. Echeneis ab εἰχώ, & nominè ναῦς, quod naues re-
moretur, ut Remora Latinè eadem ratione nomen habet. Echeneis;

impete.] id est, impeu. Statius 7. Thebaid.

— aurigamq; impeie vaste.

Vide Gellium cap. 7. lib. 19. eo de nomine.

ad sidera vectus.] εἰνιγγίζει. summum iam honorem conse-
cutos.

in medio tramite.] pro in media instituti via, & re infecta,
ἀπληγεικῶς.

Ignau.

EMBLEMA LXXXII.



I G N A V I ardeolam stillarem effingere seruit
 Et studia & mores, fabula prisca fuit:
 Quæ famulum Asteriam volacris sumpsisse figurans
 Est commenta; si les sit penes historicos.
 Degener hic veluti qui cœnit in aëre falco est,
 Dictus ab antiquis variibus ardello.

Antequam veniam ad explicationem huius carminis,
 Lubet paulum expatriari, non tamen ut omnino voli-
 tem præter casam, quod aiunt, sed ut à thesi ad hypothesisim,
 quod præcipiunt Rethores, facilius me recipiam. Quia enim
 id omnino tortum est in ardellones, eosque qui multis, va-

tjsque studijs eodem tempore animum applicat, quæramus an prouidi sint qui sic se gerunt. Primum quidem videamus esse natura comparatum, ut nemo sit repertus haec tenus ingenio adeo felici, naturæq; bonitate præstans, ut pluribus artibus addicetus, multum promoveat. Rei enim vnius stadium, facultas vna, & negocium alioqui serium, totum hominem requirit: quodque de cibis medici solent præscribere, itidem in ingenij prudentes homines diligenter esse cauedum præcipiunt adeo nullus est ita valenti stomacho, quin sibi per multum noceat, si multiplici & confusa immoderataque ciborum copia ventriculum suburrare malit, & corpus onustum reddere, quod ait Horatius, quam mediocribus & necessarijs epulis valetudini consulere. Sic qui pluribus & varijs studijs uno eodemque tempore ingenium onerat, seipsum quide ad tempus videtur reficere varietate rerum: sed interea tamē modo nihil inde lucri capit, sed memoriam obtundit, aciemque ingenij debilitat. Aliquis fortè mihi Catonem Portium obiecerit, quem summum hominem fuisse memorat historiæ, nempe is summus Imperator, summus Orator, summusque Ieriscōsultus à quibusdam elogio magnifico celebratus. Si tamen conferatur cum quibusdam alijs vel Græcis, vel Romanis, qui superiore aut inferiore seculo floruerunt, longe aliud sentiendum erit. fuit enim M. Cato Aquilio Gallo multò inferior, si illius in Iure peritia cum huius doctrina veniat in certamen. In oratorio munere ac facultate dicendi neque Lucium Crassum, Marcumve Antonium, neque Hortensium, aut Ciceronem superauit. Iam verò in disciplina belli non est cum C. Cæsare comparandus, aut alijs certe multis, quos Resp. Romana olim laudatissimos aluit. Idem iudicium de cæteris. nam & Plato relictis artibus leuioribus, se totum philosophiæ consecravit: & Demosthenes cum se gloriæ daret, relictæ philosophia, in qua non parum profecerat, eloquentiam est amplexatus. Et quidem viri illi magni in id videntur incubuisse, ut vnam disciplinam sibi ornandam & excolendam proponerent, ad eamque vnam suum omne studium reuocarent. Ita qui excellere alijs & antestare, aut aliqua in laude esse volet, procul abesse debebit ab illo πολυμαθίᾳ immoderato studio, quæ ιπαγίαν sæpe nimero inducit. Statuo itaque cum Seneca: Certis ingenij immorari & innutri oportere: nusquam esse qui ubique est. In peregrinatione agentibus hoc evenerit, ut multa hospitia habeant,

nullas amicitias: idem accidat est neccsle ijs qui nullius inge-
nio familiariter se applicant, sed omnia cursum & properan-
ter transmittunt. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm reme-
diòrum crebra mutatio. Non conualescit planta quæ sèpius
transfertur, &c. Sed iam satis lusimus. Veniamus ad argumé-
tū Emblematis. Susceptū est in ardeliones, vanosq; ostenta-
tores; quo hominum genere nullum aliud impudentius aut
inutilius; quandoquidem se omnia tenere, & ad vnguem nos-
se profiteantur, cùm tamen reuera in ijs præter iactantiam &
importunam loquacitatem inuenias nihil. Sed lubet paucis
in eiusmodi Thrasones inuehere, quòd omnia sibi tā temerē
vendicent, tam nulla fronte arrogant, vt si cum alijs (quod fit
sèpiuscule) rixantur,

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas

Palsari.

Bextus in ardeliones. Quam enim ex omnibus artem aut disciplinam adduxeris in medium, cuius se imperitos non negent? Quid tam reconditum & obscurum in rerum arcanis esse potest, quod illi sua industria, miraque ingenij solertia non sint exactè complexi? Tanta est horum hominum tam malè feriaturum impudentia, tamque insolens proterua; vt cùm oculos, quod aiūt, cornicum ausi sint configere, nemini debeat esse mirum, si de rebus, quas minimè compertas habent, contra omnium sententias & iudicia pronuntient audaciùs, & plus quàm par est, iniquiùs. Tum enim videoas eos suam opinionem elato supercilio tueri accuratiùs, sic vt periculum sit, si coneris eos de caussa dejicere, ne sua efferata licétia in te impotentius sè-
uiant quàm velles, acriùs inuehant, suáque Stentorea & vo-
calissima loquentia te tuásque rationes inuidiosè traducant apud imperitum vulgus. tibi omnem respondendi libertatē eximant. Si verò sit quæstio de literis quæ ad humanitatem pertinent: quas vel primoribus tantum labris degustarint, aut tibi tacendum, aut si penitus auscultare nolis, colloquendum est rariùs, eoque pacto vt non vspiam te quicquam refellere posse videate. Si quid de Iurisprudentia forte dicendum sit, tum bellè suo more excurrent. Nunquàm, inquiet, veteres exactè disciplinam legum sunt interpretati, aut Farragine sunt glossematum intolerabiles, aut inter se mirabiliter pu-
gnant, aut aliquid aliud eiusmodi. Si de arte medica sermo est. Numquam tam concinnè, tamque opportunè (si modò fidem illis habeas) Galenus aut Hippocrates. Si de astrorum

scientia, quid? Hoc lippis & tonsoribus esse notissimum contendunt, nempe ut diligentि hac & bene prouida cautione propriam inficitiam tegant. At si ad Theologи reconditio-
ris arcana deueniendum sit, aperient statim, quid iuris ha-
beant in ijs excutiendis: solertes se esse fingent, sedabunt ni-
tendo, neque tamen hilum proficiunt, & abunde satagent,
nihil agent tamen Nec est quod Philosophiam commemo-
rem. Illi enim nihil nesciunt, qui tam serio per omnem disciplinarum circulum peruvolitarunt, ut suo iudicio vel ipse
Plato cœcutiat, Aristoteles ineptiar, Cicero garriat, Aquinas
delirer, & Peripatetici omnes miserabiliter errent. Adeò sunt
in omni disciplinarum genere exercitatissimi, ut contra So-
cratis institutum & mentem, hoc tantum sciant, quod omnia
sciant: quin potius hoc tantum nesciant, quod omnia igno-
rent. At si tam multa sciant, mirum est maximē, quod se ne-
sciant. Si enim vel quadam ex parte scirent quid illud sit $\gamma\mu\delta$ -
 $\sigma\alpha\tau\pi\tau\eta\gamma$, iampridem perspexit sapientiæ ad hūm cuius
obuium & patentem esse non posse, nisi cum aliquid se igno-
rare norit: aut si quid sciat non oportere eo fastu intumesce-
re, ut nullum aliū scire melius posse & absolutius audeat exi-
stimate. Sed missos faciamus eiusmodi παλυωδη μονας, ve-
niāmisque ad carminis explicationem. Vereor enim ne ve-
hementius in re literariæ ardeliones inueham, & specialius
id conferre videar in Sophistas quosdam iactabundos, nihil-
que non tentantes: quod quidem tamen in genere video in-
telligi de ijs posse, qui suam operam & studium collocant in
variis & multiplicibus uno eodemque tempore tentatis ne-
gotiis, quæ certè aggredi possunt illi satis audacter & anxiè,
perficere verò constanter minimè possunt. In vetera quadam *Emblema-*
fabula inductus erat seruus quidam fatuus, & nihil non sata-
gens, qui asteriæ vel ardeolæ stellatæ figuram repræsentaret,
ut mores & conatus ardelionū exprimeret. Hi quotquot sunt,
satis mouent se: nihil tamen promouent, nihilque agunt,
sed tantum satagunt, idque ad modum adulterini & degene-
ris falconis, qui sit tantum ceuensis in ære motus. Talem de-
scribit Attalum Martial. I. & 2. lib. & Afrum 4. Talis est apud
Terent. in Eunuch. Thraso, ut etiam Suffenus apud Catullū.
Huc referadagium, Callipides.

Ardeolam stellarcm.] Plin. lib. 10. cap. 60. tria facit Ardeolarū *Ardeolæ*.
genera, quæ sunt Leucon, ab albedine; Asterias, ab astrorum
fulgore per similitudinem dicta; & Pellos, quia non ita

186 ANDREAE ALCIATI
in altum volat πέλως enim propè sonat.

Fabula præsa.] Locum hunc, seu Emblematis fontem, maxime repetere ex loco Aristotelis, qui est lib. 9. cap. 18. De historia animalium. ubi meminit huius præsa seu veteris fabulæ. Ea avis & Pausanias ὀὐρα, id est pigra & ignava nominatur.

Ceuere.] alas agitet, & volare contendat. Ceuere propriæ clunes mouere, verbum obscenum. Persius Satyra 1.

— an, Rémule, ceuere?

Iuuinalis 2.


An te ceuentem, Sexte, verebor? & 9.

Computat & ceuet, ponatur calculus.

Fides sit penes historicos.] Eiusmodi est illud Sallustij ē Iugurthino: Ceterum fides eius rei penes auctores erit.



EMBLEMA LXXXIIV.



H E V miser in mediis sitiens stat Tantalus vndis,
 Et poma esuriens proxima habere nequit.
 Nomine mutato de te id dicitur auare,
Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.

Est avari hominis *eἰκὼν*, sumpta ex Petronio Arbitro & Horatio, verbis quibusdam tantum mutans. Ille enim ita in Satyrico:

Nec bibit inter aquas, nec poma frugacia carpit
 Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
 Divitis haec magnificies erit, omnia latè
 Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.
 Hic verò i. Sermon. Satyra i.

Emblema
 et typus ex
 Petronio
 Arbitro &
 Horatio.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid ridet? mutato nomine de te
Fabula narratur, congestis un lique sacris
Indormis inhibans, *Et* tanquam parcere sacris
Cogeris, &c.

Et Cornelius Gallus:

Quis mihi diuitie, quarum si dempseris usum,
Quamuis largus opum semper egeus ero.
Imò etiam pena est partis incumbere rebus;
Quas cum posideas est violare nefas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas
Cartat, & appositus abstinet ora cibis.

Sic enim auari hac in vita suos iam manes patiuntur, quibus
quid malū optes nisi ut vivant diu? Macrob. Saturn. i. Illos,
inquit epulis ante ora positis ex cruciari fame & inedia tabe-
scere, significat eos quos magis magisque acquirendi deside-
xium cogit, præsentem copiā non videre & in affluentia ino-
pes, egestatis mala in vberitate patiuntur, nescientes parta re-
spicere dum egent habendis. Χειμάτωρ δ' οὐ πέγις, οὐ καὶ οὐ πέ-
ζεται κορώνη, μενίνη εἰχότης πολλῷ χαλεπότερην, μείζονες γα-
ρ οὐ πέζεται, μείζονας εὐδαιμόνες ηγετεῖ, aiebat Bion, id est, Cupiditas
habent harum opum, nisi aliqua satietate cohibeatur, extremā
pauperie longè deterior est: maiores enim cupiditates ege-
statem quoque maiorem arcessunt. Proinde si quem diuitē
efficere yoles, (dicebat Epicurus) οὐ τηλεταί προσίδει, της
δὲ ἀποδυνατείται, non est quod opes augeas, sed tollas cu-
piditatem. Dissentiunt inter se Poëtæ de causa pœnarū Tan-
tali. Alij enim ad inferos relegatum esse volunt, eiisque ca-
piti sarcum impendere, cuius casum semper extimescat: eaq;
pena cruciari, quod Deorū liberalitate sit usus intēperatiūs,
cūnī eorū coniuiiis interesset: vel quod linguā habuerit in-
continentem: vel quod Pelopem filium membratim dissectū
coctūmque cœtui Deorum comedendū apposuerit, vnde in
inferis perpetua fani sitiq; torquetur, vel etiā in medijs epu-
lis & aquis famelicus & siti enectus cogatur lagus cere. Refe-
rā huic Maximi Tyrii Platonici verba ex oratione 25. Quid, ob-
secro cōtinua hominū cupiditate egētius? Vbi enim semel a-
nimus suprà quā necessarius exigit usus, voluptatib⁹ indulse-
rit, priorem cōtinuō fastidit, nouarū cupiditate detinetur. Et
hoc est quod Tantali significat ænigma, continua videlicet
voluptuarij sitiū, vt cūm oblectationū interdū latice affluat

recedant interdum, propterea cupiditatū refluxus excitetur; quibus tamē cupiditatibus infestissimus dolor, metus ac perturbatio permixta sint. Nam quidnam homines timere peius solent, quām ne præsens voluptas elabatur? Græca si quis malit, hæc sunt: πιθανοὶ περιστέροις ἀποδυμοῦνται. Διληκεῖται, ; επιδεινὸν γάρ διταξίου ψυχὴ γενοῖται ἕδος τὸν τελείων, κόρης οὐτοις φριγερῶν ἐχει, καὶ ἔτερων εἴρηται τὸ τῆς Τανταλίας αἰνιγμα, τόποιον δέξιον, δι' οὐδιλεκτῆς αὐτοῦ εἰλικρίνες, καὶ οὐδοντος νόμιμα τροφούντα καὶ ἀπόντα σεβονταις. καὶ παλίρροιας επιδυμίαν, καὶ λυπαις πιραις ταύταις ανακεφαλίδαι, καὶ ταραχαῖ, καὶ εορταῖ εορταῖ μὴ γάρ παρατείνειν μηδὲ τελεσθεῖν. Clitophon apud Achillem Statium scriptorem veterem, lib. 2. loquens de amore puerorum, quem Menelaus vehementiorem dixerat muliebri: Quo pacto, ait, vehementior? An quia simul atque apparuit, eualescit, nec amanti sui perfruendi potestate nō facit? sed Tantali poculo similis videtur? Sæpè enim etiam inter bidendum auolat, amansque nihil, quod hauriat, amplius inueniens, abire cogitur, atque etiam id, quod iam haustum est, prius eripitur, quam qui babit. exaturetur, &c. Apud eundem Achillem eleganter detorquet fabulam Tantali Mellite alloquens Clitophontem, cuius Venetum prouocare non poterat: Quamdiu, ait eorum qui in aliquo sacratio cubant, morem imitabimur? Largam tu quidem aquæ mihi copiam offers: verum ne hauriam, vetas. Tantone tempore, ut propter fluum sedeam, sitimque explere non possim? Næ ego Tantali mensa haud dissimilema torum sortita sum, &c. Lege adag. Tantali pœnæ: & Tantali talenta. Lucian. in Dialogis mortuorum, Horat. 1. Epist. ad Iulium Florum, & Ciceron. viii. i. paradorum.

miser.] Tantalus, quasi ταλάντατος, id est, infelicissimus, *Tantalus* Plato in Cratyllo. Apul. lib. de Deo Socratis: solus Tantali vice in suis diuinitijs inops, egens, pauper non quidem fluenti vllum fugitiuum captar, & fallacis vnde sitim, &c.

Qui quasi.] Vulgatissimum illud, Tam deest auaro quod habet, quām quod non habet. Marsupiorum ministrum. i. θεοὺς τῷ Καλαύτῳ, auarum hominem vocat Eunapius Sardianus. talis describitur in Aen. lularia Plauti Euclio, miserimus senex, amittendi metu sepe perpetuò excrucians. Contrà laudatur à Theocrito Ptolomæus Philadelphus, qui domi suæ non occultaret opes inutiles, ut formicæ solent, quæ auctum penitus egestum in antris asseruare memorantur, ut So-

Achilles
Statius.

*inde di-
bus.*

linus & alij quidam tradunt. Huc Horatian. *Magnas inter opes
enops. 3. Carm. 16. huc prouerb. Iunij, Alaudæ 4.73.*

Appendix.

Diximus haec in vita suos pati manes qui affectibus obstant cupiditatum. Ita Lucretius lib. 3.

Atque ea nimis quacunque Acheronte profundo

Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis:

Nec miser impendens magnum timet aere saxum

Tantalus, ut fama est, cassa formidine torpens:

Sed magis in vita, Diuum metus urget inanis

Mortales, easimque timent, quem cuique ferat fors:

Nec Tityum volucres ineunt Acheronte iacentem,

Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem

Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor,

Aut alia quavis cindunt torpedine curæ.

Hæc iste, ad Epicuri sensum, sicuti & Tullius 1. schola Tuscul. sub persona cuiusdam Epicurei. Nam & sunt qui hoc pertinere descriptionem inferorum apud Platonem, & Virgilium lib. 6. Æneid.



In auaros.

EMBLEMA LXXXV.



SEPTITIVS populos inter ditissimus omnes,
 Arua senex nullus quo magis ampla tenet;
 Defraudans geniumque suum, mensasque paratas,
 Nil praeter betas duraque rapa vorat.
 Qui similem dicam hunc, inopem quem copia reddit?
 Anne asino? sic est: instar hic eius habet.
 Namque asinus dorso pretiosa obsonia gestat,
 Sequre rubo aut dura carice pauper alie.

P Lutarchus libello ~~de~~ d'Oprias, meminit negotiatoris
 cuiusdam Chij', qui omnium maximè auarus, tametsi

multum vini, primæque bonitatis venderet, ipse tamen sibi acidum, vappamque conquirebat. Et fortasse is fuit, à quo cùm profugisset seruus, rogatus quamobrē se ab heri domino fugitiuus extulisset: Quia, inquit, cùm præsto bona sint, mala tamen quererere solet; quippe qui vinū generosum ven-

Auari asino dat, tantumque subacido & vitiato vititur. Itaque recte *ge-comparasi*. nus id hominum comparatur asino, qui tergo gestet cypulas

Hus id nominum comparatur anno, qui tergo genet & pulas
opiparas obsoniaque delicatissima, & tamen carduis vicit. Plerique enim sunt adeò excordes, tamque sui parū memo-

¶ Ierique enim sunt adeo extordes, tamque sibi paru menores, ut solo pane mucido, vappa, & larido subfrancido se expleant, quamquam optimis possessionibus abundant. In quo

picante, quamquam opimis potencibus abundant. In quo sine ut genium insigniter defraudant, sic & partis ad usum humanum concessis miserabilitate abutuntur. Verba huc anno

humanum concessis miserabiliter abutitur. Verba huc apponam Plutarchi: ἀπειπεν δι σκέψαι τὸ γείρον εἰ τῆς σαφής εἴλη-

καστν, οὐ ταὶ κάμισας οἵδιών σωμάγεις ἐπὶ σαυτού, εἰ δέν τι

τοιχίσειτων γένος εἰπεῖ, ὡς πολλα καὶ γενισον οἱ οὐρανοὶ εἴτε ποικίλα
παράσκευα, ἐκ τοῦ περὶ τοῦ αἰρετοῦ οὐρανοῦ εἴτε διαγενό-
δη. Οὐκέτις δέ τις ἔργανθε εἰς τοῦ ἑπτακοντάκιον τοῦ θεοῦ

ρέοντος. οικείης δὲ πιστοποιήσεις υπό τοῦ στέρεου τῆς πολευτας τον επιστρέψας καταλέλαιπεν, Αἴγαθων (εὐρη) παρέντων, κακὸν γίνεται

τα. καὶ γένει πολλοί τὰ χειρά καὶ ποπύμα σώματά εἰσιν· οὐδὲν γένει,
ἐπειδὴ μαστοῖ καὶ καρκίνοι τείχη γένει. Referam Iarinię ut poter-

em rā d' uχεην γι μοχηης τρέχαται. Referam Latine, ut poter-
to: Vt cucurbitula pessimum ē carne sanguinem eliciunt; sic

tu quæque pessima in teipsum cōfers, nihil melior illo mercatore Chio, qui cūm magnam vini generosi copiam vendet.

catoe Chio, qui cum magnam vim generosam copiam vendet alijs, sibi vappam & acidum vinum seruabat. Eius itaque

famulus rogatus, cur ab hero fugisset: Quid, inquit, cum ei bona ad sint, malum tamen conquerit. Ei longe multi similes

Bona admittit, marum tamen conquerit. Et longe multimillimes
suavia poculenta transmittunt, & ad molesta prauaque quasi
curvata. Iamq[ue] s[ic] est, ut non possit nisi

accurrent. Idem τοις οἰλεπλουτίας: ἐδένει πάχων, ἀστερὸν
τὸν Θεατρὸν Καλαγέως, ἔυλα καὶ φρύγανα κατακομίζων, αἱρεῖ καπνὸν καὶ

*τέρας ἀναπιπλάσεως, λουρίδη μη μετέχων, μηδὲ ἀ-
ναπλάσεως τέρας.* Nihil conspicere inde ammodi va-

*Nihil capiens inde commodi, ve-
luti balneatoris asinus, qui ligna & sarmenta defert, semper*

fumo plenus ac fauillis, nūquam autem balnei particeps, neque tenoris negue mundicie. Simile est illud ex seculo. E-

e temporis, neque mundicie. Simile est illud
grammaton:

λας μυριάδας Ιησίτερα πεμφθερού

καὶ μεγάλος φησί τε ταῖς εἰρήνῃς,
καὶ μετὰ νέων πατανῶν Σιβίον ἡμίονων.

λάχις αἰχνυσθε προλέσει φόρτου εἴχεται

WΩΤΩ ΧΓ

Vixens ut muli, dum sumptus precauet omnes,
Suppetat inumeras Artemidorus opes.
Aurum sepe gerunt ingentia pondera dorso
Muli, sed siccum non nisi gramen edunt.

Ex M. Tullio citati hoc memini: ferebat hanc quoque ini-
quitatem Septius, & imbri frumenta in area corrumphi patie-
batur.

Talis Opimius ad Horatium 2. Satyrarum 3:

Pauper Opimius argenti positi intus & auris,

Qui Vienteanum festus potare diebus

Campana solitus trulla, vappamq; profestis;

Quondam lethargo grandi est oppressus, &c.

Defraudans geniumq; suum.] Defraudare genium, est naturæ Defraude-
denegare quod appetit: cui opponitur, Indulgere genio, & regequus:
animo obsequi. Plaut. in Aulul.

Perditissimus ego sum omnium in terra;

Nam quis mihi opus vita est, qui tantum aurum

Perdidit, quod custodiui sedulò? egomet me fraudauit,

Animumque meum, geniumque meum, &c.

Et Terentius Phormione:

— Suum defraudans genium.

Betas duraque rapa.] Synecdoche, pro quibuslibet abiectis e-
dulii: in quo notanda sordities auarorum.


inopem quem copia reddit.] Anticheta. Ouidium imitatur;
Metamorph.

Quod cupio, mecum est, inopem me copias fecis.

Séquerubo, aut, &c.] Alludit ad illud: Asinus stramina ma-
uult quam aurum. Id genus homines à Græcis nominati κερ-
δοταροι, & cumini sectores ab Aristotele, κυμηταρισαι, &
Moral. Nicomach..

In aulicos.

EMBLEMA LXXXVI.



VANA Palarinos, quos educat aula, clientes
Dicitur auratis neclere compedibus.

*Auree
compedes
aulicorum.*

Allusio est ad Diogenis apophthegma: dicebat enim Aristippum (Philosophum aulicum) aureis teneri compedibus, ne posset exire; quod splendidiore Principum vita captus, Philosophicam vitam metiretur. In quo sensu etiam Seneca dixit, stultum esse compedes suas, quamquam aureas, adamare. Id tamen quam studiosè faciant aulici, nemo est qui videat. Non enim animaduertut quantum voluptatis & oblectamēti suppeditet viuere αιτως μηδελθεπιν, nec

alijs gnathonū more, aut parasitorum nescio cuius rei gratia, manum deosculari, ridenti arridere, & fœdè palpando quamlibet personam induere. In quibus factitandis quid (obsecro) fidei aut bonæ mentis, quæ honesti ratio esse potest, cum simulationis & perfidiæ sentinam inexhaustam in animo præsentem vbique circumferant? Ea de re copiosius Lucianus, eo scilicet Commentario quod scripsit De ijs qui conducti mercede in divirum familijs viuunt. Apud Plutarc. Theophrastus exprobrat Aristoteli, quod relicta Academia mallet in Philippī aula versari, quod & antè fuerat à Diogene reprehēsum, Aristotelem cænare quando Philippo, Diogenem cùm Diogeni placeret. Quantum autem pertinet ad nostri distichi materiam, videtur respicere ad M. Catonis lepidam sententiam Dicebat enim fures priuatorum furtorum in neruo & compedib⁹ ætatem agere, publicos in auro & purpura vivendos. Retulit Gellius lib. II. cap. 8. huc, Aureæ compedes, & Leo chordula yinctus, prouerbia Chilliad.

Appendix.

Elegans aulicorum descriptio apud Senecam tragicum
Hercule Oeteo:

*Pauci reges, non regna colunt,
Plures fuigor conuocat aulae,
Cupit hic Regi proximus esse,
Clarissque letasire per urbes:
Vit miserum gloria pectus.*
Lucan. 8. de bello ciuili;

— exeat aula

*Qui voleat esse pius: virtus & summa potestas
Non coēunt —*

Sanè, vt id paucis, si qui sint qui vitam parasiticam viuant, totam illam quidem ad alienum comparatam arbitrium, sint reuera aulici moriones, & strobili, qui vento, fumoque ebrij mera sibi somnia fingunt, nihil non sperant, nihil non promittunt, seruitute voluntaria, eaque grauiore pressi, quod etiam cùm possint asserrere sese, effugia nulla querunt. Nos ea de re, quo tempore curi vacui rusticaremur, carmen scripsimus, si non planè bonum, & qui, vt spero, consulent studiosi:

Aulicus insipiens, & fumus ebrius aule
 Se spe, aut pollicitis credit ad astra vehi.
 Et dum capiat iners, & se fore posse beatum,
 Ut quis speret edax, certa futura putat,
 Compeebibus stricte & manicis adstringitur excors
 Et patitur vana credulitate capi.
 Ore, oculis, vultu mentitur, sapientius,
 Plusquam seruili conditione miser.
 Nam que seruitus est turpior, imo pudenda,
 Quam turpe & fœdum sponte subire ingum?

In for-



In sordidos.

EMBLEMA LXXXVII.



Quærostro, clystere velut sibi proliuit aluum
 Ibis, Niliacis cognita littoribus,
 Transiit opprobrii in nomen quo Publius hostem
 Naso suum appellat, Battiadæque suum

Id dicitur in putidos & sorditie quadam insignes, ut qui
 turpia, & quæ aliqui silentij fidem requirunt, eructantes
 aperiunt, & quæ natura prouida voluit esse testa, detegunt ^{Homines}
 enulgantque: sicque interdum loquuntur, ut quod vulgo
 dici solet, podicem ex ore faciant. Hos itaque non ab. re Ibides
 dixeris, id est, sordidos & ineptulos; indignos, inquam, qui in
 hominum albo numerentur, perspecto avis ingenio. Hæc
 enim rostri adnuncitate se per eam purgat partem, id est,

Dd

aluum qua reddi ciborum onera maximè est salubre: itaque clysteris usum primùm dicitur ostendisse. Plinius lib. 8. cap. 27. & Aristot. 9. De natur. animal. Quamobrem Ouidius & Callimachus suos æmulos & obrectatores hoc nomine notatos esse voluerunt, ut mox subjiciant KΛΥΣΩ idem est quod abluso: unde clyster nomen habet.

Callima-
chus.

quo Publius hostem Naso, etc.] Callimachus, poëta Cyrenæus, Batti filius (hinc BattiaDES dicitus) discipulus Hermocratis Iasei Grammatici, Apollonium Rhodium, qui se ingratum discipulum præbuerat, diris imprecationibus deuouit eumque per contemptum IbiM nominauit, quasi auem Ægyptiā & Alexandrinam, siue quòd Alexandrinus esset, Rhodius diceretur, siue quòd spurcissimus & impudentissimus. Sic etiā Ouidius Callimachum imitatus, aduersarium quandam suū IbiM appellauit quòd virum Romanorū mētiretur: vel quòd exulantis Ouidij vxorem turpi amore tactus sollicitarit: multaque ad Augustum deferret, quo diutiū in exilio Poëta detineretur. Itaque doctum emisit poëmatum in IbiM Naso, in quo nō expressit maledici nomen, siue quod inultus maledicat, & protiocatus regerat eum conuicia, siue quòd aliquem nominatim carpere & ita verbis proficisci lege prohibitus esset. Ouidius eodem opusculo in IbiM:

Nunc quo BattiaDES inimicum deuouet IbiM:

Hoc ergo deuoueo teque tuosque modo.

De IbiDE, lege quæ scribit Plutarchus, Comment. Vtrum plus rationis insit in terrestribus animantibus quam aquatilibus.

Strabo 17.lib. sius πόταπον ἡ ή ἵεις πελαργόδης μὲν καὶ χῆμα καὶ μέγεθος διπλὸς τῷ χροίᾳ, οὐ μὲν πελαργόδης, οὐ δὲ δλη μέλαινα, μετὰ δὲ αὐτῶν διπάστα τέλος οὐ Αλεξανδρεία. Suidas meminuit huius poëmatis, ἵεις, inquit, διποίημα ὀπιθεύοντων εἰς ἀσάρειαν καὶ λοιδορίαν εἰς πνὰ ἵειν γενόμενον εὔχοντος τοῦ Καλλιμάχου. Λιδοῦτος οὐτος Απολλώνιος γεράσα τὰ ἀργενάυτη. At Apollonius non tam doctori suo, quam patriæ ingratius, meritò nomen id sortitus est, præcipue cum per ignominiam vocabulum spurcissimæ volucris, referissima patria fuit, quam tum auersabatur, ferre coactus esset.

In diuites publico malo.

EMBLEMA LXXXVIII.



ANGVILLAS quisquis capteat, si limpida verrat
Flumina, si illimis aust adire lacus,
Cassus erit, iudicque operam: multum excitet ergo
Si creta, & vtreas palma la turbet aquas;
Dives erit: sic q̄s res publica turbida lucro est,
Qui pace, arctati legibus, esuriunt.

Dvidetur sumptum ex apolo^{go} quodam Æsopico, de p̄f-
catore aquam verberante, ut fagientes incautē pisces in re-
tia prolaberentur. Quam aquarum turbationem cūm culpa-
ret aliquis, statim huic pescator: At n̄si, moueat^{ur} vnda fa-
me mihi erit pereūndum. Qvod sanē apertē designat,

Dd 44

ὅπικὴ τῷ πόλεων δημαρχοῖ τότε μάλιστα ἐργάζονται, ὅταν
τὰς πατεῖ δας εἰς σάσην θεωρήσων: eos nempe qui Rerum-
pub.clauum tenent,tum vel maximum quæstum facere ,cùm
patria,sua opera, laborat seditione. Proinde vulgato adagio
iij dicuntur anguillas captare; qui priuati quæstus gratia tu-
multus concitant cùm videant in publico Reipubl statu nihil
se posse corraderet. Itaque non mirum, si seditiones enatas esse
gaudeant, vel etiam excitent, quò publicum ciuitatis malum
in suum vertant commodum.. Prouerbij vsum ex Aristoph-
onis verbis colligere erit facile;

ὅπερ; γένοι τὰς εἰγέλεις θηρώματοι πέπονται,
ὅταν μέθη λίμνη κατασῆ λαμβάνεσσιν ἀδεν.
Ἐὰν δ' ὄνω τέκηται κάτω τὸν Κόρθορον κυκλῶσιν
ἄρρενοι, καὶ σὺ λαμβάνεις λῦ τὰς πόλειν ταράθης.
Fecisti, ut is qui captat anguillas, facit;
Quiesca cùm sunt stagna, venatur nihil:
Sed cœnum ubi omne illac et hac subserteret,
Captura magna est. tu quoque ubi perturbaueris
Hanc ciuitatem, & inde plurimum capis.

*Principium
quorundam
rapinae.* Hanc artem (heu nimium) callent quidam Principes δημη-
τοροι, qui tyrannico cōsilio in ciuitatibus dissidia ferunt. quò
licentius mulcent miseram plebeculam. Notissimum est quod
iactitant magni illi latrones à laqueo immunes; nihil esse vti-
lius & opportunius, quād in aqua turbida piscari. Sic viuitur:
ea est moruni depravatio atque hominum peruersitas, vt qui
ipsi sapienter legum sacra tractant, aut certè quibus ut cu-
stodibus asseruanda & tutanda concreduntur, ipsimēt legum
solutis & perfactis repagulis vicitent. Memini quæ aliquā-
do Marius apertè libereq; fassus est. Bello enim contra Cim-
bros gesto, cùm mille Camertes ciuitate donasset, idq; qui-
busdam reprehenderetur, vt à legibus patrijs alienum ; sta-
tim ait se inter armorum strepitū legum præscriptū & quasi
vocem audire minimè posse. Lege proverbi. Anguillas capta-
re, & Pierij Hieroglyph.lib.29.

Cassus erit, ludetque operam.] id est, spe excidet, frustra se labo-
rasse sentiet. Prouerbiales metaphoræ.

palmula.] remi extrema pars, sic dicta eò quòd protensa est
in modum palmæ. Virgil. s. Æneid.

Littus ara, & laevas stringat sine palmula cautes.

Aque vix¹ Vitreas aquas.] Per similitudinem vitreas dicuntur aquæ, cùm
træ. sunt quietæ, nec turbatæ. Statius s. Siluarū. ---vitreasq; natatio-

Plaudit aquas. —

*sic ijs res publica, &c.] Similitudo erat, cuius h̄c est à πόδεσι.
pace.] pacis tempore.*

*arctati legibus.] Elegans metaphora à vinculis aut compe- Lex cur
dibus, quibus illigati fontes retinentur. Lex , teste Cicerone, primum
vinculum est ciuitatis, libertatis fundamentum, fons æquita- lata.
tis, &c. Nec sanè aliunde magis florent Respublicæ quam
cum legum viget auctoritas: quæ positæ sunt præcipue, ut eis
rum metu humana coercentur audacia, tutaque sit inter im-
probos innocentia , tradit Isidorus auctor non omnino mis-
lus. Huc pertinet quod alicubi dictum est à Demosthene:
Ἐ θέντος τοι πόλεως, οὐ μην τελέεται ταύτας ἐχει.
Hoc addo corollarij vice, in gratiam legis candidatorum.*

Legis virtus est imperare, vetare, permitere, punire, ait Mo-
destinus. Seneca 65. epist. appellat leges minis mixta præce-
pta. constituuntur itaque leges pœna; infirma enim lex est
quæ neruos non habet aduersus facinorosos, inquit Demost. ergo punit lex ea etiam interdicto quæ non sponte admittun-
tur flagitia, sed culpa aliqua atque ignorantia: ut lex Aquilia
culpam in damno dato vel leuissimam, l. 31. Si putator, l. 44.
l. Aquil. D. Sed ad rem: leges constringunt improbos , alios-
que in officio continent Repub quieta nulloque tentata tu-
multu. Sic M. Tull. pro Sextio: Illum totiam funeribus Rei-
publ. exultantem ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis
constringeret. Rebus enim perturbatis scelerati homines sibi
pollicentur impunitatem, qua nulla maior ad peccandum il-
lecebria. Proinde apud Suetonium, Iulius Cæsar dictabat ijs
quos grauior criminum vel inopiæ luxuriævis vrgeret,
bello ciuili opus esse.

Cum superioribus isthæc adiungo: arctatos legibus pro ijs lugum pro
qui legum nexibus, & quasi iugo continentur. Nam & iugū, legum sim-
legum symbolum fuisse interpretes quidam rerum sacrarum belæ.
docent. Rectè apud Vergilium in primo Æneidos:

— *Legesque viris & mænia ponet.*

Qui enim legibus parent, similitudine quadam colla subdere
iugo videntur: ut subire iugum inferiores, qui potentiorum
parent imperijs.

Appendix.

Est quoddam hominum genus, quod non nisi malo pu-
blico saginatur; & cui rebus tranquillis male est. hi nihil ma-
gis affectant quam ut res mortaliū sursum deorsum miscean-

tur M. Tull. pro Amerino: Is mihi propriè & solus honos
videtur, quem sis neque maiorum commendatione, neque
per alterius calamitatē affecutus. Lucanus lib. i. belli ciuilis:

*Hinc usura vorax, auidumque in fænore tempus,
Et concussa fidos, & multis utile bellum.*

Eo de genere præfecti fisco, ærarij quæstores, depeculatores,
& qui anhonam vexant, æruscatore dardanarij, hirundines
numquam saturæ, qui spiritum ac sanguinem populi auido
ore sitiunt; ned um fortunas expilant; & quibus licet esse beat-
is quia eorum fraudibus quidam viri principes vti nūquam
ferè desinant. Querimur, eiulamur, lamentamur, sed quis
Calais vel Zethes harpyias famelicas abigit? quis magistratus
intercedit? quis gratio sus noxas volitantes auerruncat? Imò
si quis sese forte offerat, suspectas habemus querentū lacry-
mas, vota incessimus spoliatorū. Quin nec mala nostra, nec
etiam remedia pati possimus. prædari, depeculari, aliena di-
cipere putamus esse licitum quia solemine est fieri, & ad id vi-
ta genus per omnes prouincias comparatae sint hominum
myriades, quibus nihil aliud pensi, quam vt si os compilent
populares, miseros nonnumquam & egentes, & quibus p-
ter animam miseram nihil reliqui. verum.

*Hæc fierent, si virtutis vena nulla paterna
Vnueret in nobis? & unde istud dedecus?*



In auaros, vel quibus melior conditio ab
extraneis offertur.

EMBLEMA LXXXIX.



DELPHINI insidens vada cerula sulcat Arion,

Hocque aures mulcet, frenat & ora sono.

Quam sit auari hominis, non tam mens dira ferarum est:

Quique viris rapimur, piscibus eripimur.

ID extulit è Græco Bidvog & hexasticho, quod est 1. Epigram. sic autem:
 εῶρες ὅτε εἰνάλιοι πυρσίωιδες τέγγυδι δίνεις
 εορμικτὰν ἀκράτη θήκαν τερπεύσιον,
 αὐτήν μὲν καθάρη λεγυνχεῖ δέξατο δελεσίν
 στιθερογον, ἐκ δὲ ευδή νήσος ἐλισσόμενος,
Fons Emblematis.
† ἀγχόη
St.

D d iiiij

μέχεις ἐπ' ἴδιῳν ἔκελτο κορίνθιον οὐ γαδάλδοσα,
ἰχθύς δὲν θρώπων εἶχε δικυοτέρες.

Sic reddimus:

Principitem è naui citharædum aliquando latrones

In vastum pelagi fortè dedere fretum.

Protinus in mediis delphin apparuit undis

Illicio grata dulcioneque chelys:

Sessorēmque Isthmum deuexit adūsque Corinthi,

Fluctibus & mediis reddidit in colum m.

Hinc patet indomito meliores aequore nasci

Pisces, quām tellus gignat alumna viros.

*Arionis
citharædi
à Delphino
eruatihi-
soria.*

Historiam, seu (si mauis) fabulam copiosè tractauit Herodotus lib. 1. & post eum Gellius cap. ultimo lib. 16. retulit & Ouidius 2. Fastor. ea est de Arione citharædo, qui arte sua pecunijs patris, cùm patriā repereret Corinthum, in piratas incidit, nummorum caussa cōsilium ceperunt de eo interficiēdo. quod vbi animaduertisset, impetrata ab eis venia, fidibus cecinit; tum statim è prora se in profundum deiecit: quem subito à delphino exceptum, & dorso Corinthum usque vetum aiunt. Allusit ad hanc historiam Propertius, elegia 2. ad Cynthiam, de somnio naufragij:

Sed tibi subsidio delphinum currere vidi,

Quiputo Arioniam vexerat ante ratem.

*Avaritia
quanta pey-
nissime*

Enalum etiam adolescentem in mari à Delphinis seruatum, eodem penè quo Ariona modo, retulit in Symposium septem sapientum Plutarch. Itidem narratur de Telemacho puerulo; qui cùm fortè in mare decidisset, excipientibus Delphinis, ab imoque retrahentibus, evasit. Ait idem Plutarch. ad finem disputationis, qua inquirit, An sit aliquid in brutijs rationis. Id autem flectitur in crudelem & insatiabilem hominum avaritiam, qui in vitam aliorum conspirare audent, quò bonis eorum & opibus potiri quoquo modo queant. Hincque admonemur, mitiores esse feras in hominem quām ipse homo in hominē sit. Quid verò scelestius aut deterius ea cupiditate habendi, quæ non modò sui facit immemorē, sed etiam sibi & alijs exitiale? Eam itaque recte Menander appellat μεγίστων ἀνθρώπων κακον; Euripides verissimè.

Ὥσις γόρη τὸ πλέον ἐχεῖν πέρυκ' ἀνήρ,

ἀδὲν φρονεῖ δικυον, εἰδὲ εὔλεται,

εἴλοις τ' ἀμικτὸν δέι καὶ πάσι πόλει.

& Bion Sophista optime τῶι φιλαργυρίᾳ μητρόπολιν πάσις

egrias & *vnu* censuit. Cur autem summum malum à quibusdam dicatur auaritia in promptu ratio est, quod ea vix vnquā sola sit, quippè cùm perpetuas habeat sibi comites rapinam, perjurium, mendacium, prodictionem, atque etiam parricidium, quod exemplis longè multis perspicuum esse potest: sed vnum ad rem præsentem satis erit, quod ex Aristotele protulit Aristonymus: Socios octo latrones de spoliis inter se concertasse, ex quibus quatuor sunt imperfecti: deinde quatuor alios rursus eo nomine dimicasse: vnde factum ut duo tantum fuerint superstites, qui etiam cùm rixandi finem non facerent, vnu ex omnibus ad extremum incolumis evasit. Sed quid reliqui tandem futurum, si etiam dextra in sinistram armetur? Hæc ille Cicero pro Quintio: Nullum est officium tam sanctum atque solemne, quod non auaritia comminuere atque violare soleat. Et quidem statim omnis iustitia negligitur, & aliena per iniuriam occupantur, cùm pectus auaritia, miseraque cupidine feruet, ait Horatius.

vada cœrula.] mare cœruleum. *vadū* quid sit, omnes norūt.

sulcat.] *μεταρρογή* ab aratoribus, pro eo quod est, secat, proscindit, transgreditur.

frenat [*oraſono.*] Ab equis translatio in verbo, frenat, pro eo quod est, retinet, sistit, regit.

viris rapimur, pīcibus eripimur.] Id paulò antè carmen Græcum expressit:

ἵπα δάλεσσα

ἰχθύς *dv* *Ὥρώπων* *εἶχε* *δικυοτέρης*

Est & eiusdem argumenti 4. A' *ντολογ.* epigramma, cuius conclusio eadem cum Alciati versu ultimo,

κτεινόμεθ' dv *Ὥρώπων*, *ἰχθύσι σωζόμεθα.*

Cui conuenit Quidianum illud ex 1. Trist. eleg. 4.

Cumque minor Ioue sit tumidis qui regnat in undis,

Illum Neptuni, me Iouis ira premit.

Non absimile huic Cornel. Tacitus 3. historiar. dixit Valenti, mare tutius, quam littora, aut urbes.

Appendix.

Per placet illud Iuuinalis, de auaritia:

Inde feræ scelerum cauſſe, nec plura venena

Miscuit, aut ferro græſſatur ſepiuſ ullum

Huīanæ mentis vitium, quam ſenā cupido

Auaritia
summum
malum.

*Indomiti census: nam diues qui fieri vult,
Et ciù vult fieri, sed quæ custodia legum?*

*Id flecti verè potest ad exempla miseræ proscriptioñis, non
certè Syllanæ, vel trium viralis, sed Gallicanæ iam toties usur-
patæ, non in citharœdos (quibus facile careremus) sed in ho-
mines vitæ inculpatæ, sobrios, non rebelles, non reprobos,
quietos, quibus minimè belligeris, imò ab omni dimicandi
alienis insania & in eadem quasi vesti naue publico & nefas-
tio tumultu, insontes perierunt, aut extorres facti patria ca-
rere coacti sunt. Et quis non vidit viros bonos, certeque lau-
datos penè omnes extorres factos diu exulasse, aut in exteris
regionibus mortuos, nec alio nomine à suis pulsos, quām
quod insigniter improbi non essent, aut factionem nullam
alerent? Et quidem certò scimus idem contigisse quibusdam
nostris urbibus atque Milesiorum ciuitati, apud quos nemini
esse bono licebat. Sed resisto iam, ut succurrat illud Tibulli
eleg. 3. lib.*

*Præda feras acies auxit discordibus armis,
Hinc crux, hinc cædes, mors propiorque venit.
Præda vago iussit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubijs rostra dedit ratibus.*



Gula.

EMBLEMA XC.



CURCVLIONE gruis tumida vir pingitur aluo,
 Qui Laron, aut manibus gestat Onocrotalum.
 Talis forma fuit Dionysii, & talis Apicii,
 Et gula quos celebres deliciosa facit.

HAc eicone depinguntur lurcones, gulosi, helluones, Gulosorum
imago,
 quibus tribuit gruis collum, ut sibi dari postulabat Phi-
 loxus: vel (etiam si mauis) ventrem maximè prominen-
 tem. Expressit autem ventris hæc gulæque mancipia, duarū
 auium maximè furacium, & gulæ deditarum imagine. *Larus* Larus
 enim edacissimus est, qui quod totam escam ore deuoret,
 locum fecit prouerbio, *Larus hians*. Auicula est è mari vi-
 ciuum queritans aut lacubus, quæ Gauia Latinis dicitur. Hinc
 Matton, quidam parodus, Chætrephonem parasitum compo-

Onocrotal.
kw.

rauit famelico lato, eo quod voracissim^o esset helluo. Πλίνιον
λάρω δέ πιδι ἐοικώς. Onocrotalus autem olorum similitudinē ha-
bet: nec omnino differre videretur onocrotali & olores, nisi
faucib^o ipsis inesset alterius veteri genus. Huc enim inexplicable
animal cōgerit, mira ut sit rapacitas, mox perfecta rapina
sensim inde in os reddita, in verā aluum ruminantis modo
refert Plinius cap. 47. lib. 10. Et hæc bellissima gulosorum in-
signia. — Martialis vndecimo lib. — *Et* quam

Melan-
chime.

Turpe Rauennatis gutturr Onocrotali.

Melathij Poëtae tragici ὁ Λοφάγος insignis votū fuisse traditur,
ut collum olorinū optaret, quo diutius dapū sensu frueretur;
ut etiam eius quem superiū attigi, qui sibi à Dijs volebat im-
partiri τελῶν εχειν τὸν λάρυνα μηχεων, id est, gutturr tres
longum cubitos, cuius est mentio apud Gellium 19. cap. 2.

Curenlis.

Circulione gruis.] gruis collo. Videtur ex proprio fecisse ap-
pellatiū: est enim curculio vermis edacissimus, quasi gurgu-
lio sic dictus, & frumenti sortitus vocabulū; quo nomine sunt
etiā notati plerique parasiti. vt ex 2. Miscellan. Nannij disces,
sumida vir pingitur aluo. Id est φύσις, quasi dicas vētrosum:
quo epitheto notat^o est Ptolemæus Euergetes, propter abdo-
minis studium. Ut Alcaeus Pittacum Mitylenæum φύσις
χρηστων, quod pingue haberet aqualiculum, appellavit,
teste Laertio. Citatur ab Athenæo ex Euripide, sicuti & à
Galenō oratione ἐπὶ τὰς τέχνας.

γάρ δὲ τι δοδλός καὶ νηδός δ' οὐσημένος: abdominis mini-
ster, & seruus gulæ. Huic conuenit Persianum hoc Satyr. 1.

Pinguis aqualiculus prepresso sesquipedē extet.

Id hominum genus vocantur πορώσοπες Græcè, nempe
queis pingui ab domine venter prominet.

Apicius.


Talus forma fuit Dionysi, &c.] Deos hosce inter gulosos insi-
gnes memorat Athenæus lib. 1. cap. 3. Dipnosoph. Apicius
quidem omnium hellionū maximus gorges, librum edidit
De gulæ irritamentis: non enim satis habuit Principum cō-
giaria & Capitolij vectigal deuorasse. Hunc sibi manus intu-
lisse quidam referunt, cum subductis rationibus ex sextertio
millies quod in culinam congesserat, centies tantum superes-
se sibi cognouisset. Lege Plin. 9. cap. 17.

Insignites
gulosi.

Et gula quos celebres, &c.] vt, præter superiū nominatos, Gna-
tho Siculus, Publ. Gallonius, Aesopus, Clodius Albinus, Asty-
damas, Abron, & quamplurimi alij, quorum luxus ex veterū
monumentis hinc inde colliges.

Ocni effigies, de ijs qui meretricibus donant,
quod in bonos vsus verti debeat.

EMBLEMA. XCII.



IMPIGER hand cessat funem contexere sparto,
Humidaque artifici iungere fila manu.
sed quantum multis vix torquet strenuus horis,
Protinus ignavi ventris asella vorat.
Pemina iners animal, facili congesta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inque suum.

ID ex Pausanię Phocicis tractum. enumeratis enim aliquot
statuis Deorū & Heroum Polygnoti manu depictis, post ^{Character} has virum quendam sedere ait, inscriptionemque indicare ^{Emblema-}
cum esse Ocnum, qui texat è iuncto restum vel funè, sed astan-
tis.

Ocnus.

tem asellam totum quod ille laboriosè texuerit arro dentem. Gnauum & industriū hominem fuisse, Ocnū aiunt, qui uxorem sumptuosam & prodigam habuerit, quæ profundē consueverat quicquid ille opere faciendo per summum laborem queritasset, idque per ambages voluisse Polygnotum designare. Compertum est etiam Ionum vulgo proverbiū esse quoties hominem significant ad laborem quidem vehementer propensum, sed nihil inde capientem commodi, Ocnī funiculum torquet. Ita fermè Pausanias. Huius effigiej Plutarchus meminit libello *de Ædificiis & Ædificiis.* & Plin. 35. cap. 11. inter opera, ni fallor, Socratis pictoris. Sic & Propertius 4. Elegiarum:

Dignior obliqua funem qui torqueat Oeno,

Æternumque tuam pascas asella famem.

Retulit & commode 12. Hieroglyphicōn Pierius. lege cap. 81. Miscellan. Politiani.

Impiger.] diligens, industrius. Virgil. 1. Æneid.

— *ille impiger haust.*

Spumantem paterans.

& Ouid. 1 Metamorph.

— *patrios adit impiger ortus.*

Nomen
Ocnis.

Videtur tamen (quod obiter dixerim) adiectiuū hoc differre vel maximè à nomine Ocnī, quod propriè ignauum, & qui faciat aliquid grauatè, significat. Dicitur enim ὁὐ Θ χ ὁὔνγο's, & ipsa φαῦμια dicitur ὁὔδος χ ὁὔνγια, sed & ὁὔνην, idem est quod pigescere. Hac tamē dictio ad sensum potius attinet: ignauus enim est, nihilque agit, tametsi laboret, qui suam operam, adeoque ipsas suas opes malè collocat, easque in v̄sus minimè necessarios erogat.

Sparto.] genista. Sic enim quidam interpretantur. Spartum vero genus est herbæ apud Hispanos frequentissimæ.

Humidaque artifici.] *ωεί εργοις* restis.

Femina iners animal.] Laborat totis diebus homuncio, spēratque ditescere; sed quicquid labore tam improbo partum enascitur, ad ornatum quendam suū transfert prodiga & insolēs mulier. vnde vero verius à Iuuenale scriptū Satyr. 6.

Prodiga non sentit per euentem femina censū,

Ac velut ea hausta rediuius nullulet arca

Numus, et] è pleno semper tollatur aceruo:

Non unquam reputat quantisua gaudia constent.
quò pertinet adagium, Mulieris podex, in Chiliad. Adag.

*Mulier
prodiga.*

Menander sic: γαῖὴ τὸ σωμόλον δὲ πατεροῦ φύση: mulier natura est omnino sumptuosa:

Idem: γαῖὴ πολυτέλεις εἰς ὁχληρὸν, οὐδὲ εἴδε
ζῶ τὸν λαβόντας βουλεται.


Res est permolesta sumptuosa fœminis quæ non sinit maritū arbitrio suo viuere. Huc spectat Hesiodi comparatio fucorū cum muliere, in Theogonia, quā lubens transilio ut ad alia veniam.

mundum.] Liuius in oratione Catonis pro lege Oppia conseruanda Munditiae, ornatus, & cultus, hæc feminarum insig-
nias sunt his gaudent & glorianter, hunc mundum mulie-
brem appellant maiores nostri. Nonius ex Lucilio:
*Mundus
muliebris.*

Legavit quidam uxori mundum omne penumque.

Vlpianus noster ait mundo muliebri contineri specula, vnguentaria, & si qua dici similia possunt, distinguuntque muliebria ornamenta à mundo muliebri, ac si mulier possit esse munda, nec tamen ornata: ut solet ijs continentur quæ se mundarint lotæ in balneo, neque se ornariunt: & contra, est aliqua ornata, nec tamen mundata. Sed hoc nimis subtiliter à Iurisconsulto; nam apud oratores, poetas, aliósq; terlos autores, mundo muliebri non ea modo continentur quibus mulier fit mundior, sed etiam quibus ornatior. Val. Max.lib.9.cap. De luxuria & libidine, memorabile refert exemplum de abrogata lege Oppia quæ lata fuerat olim bello Punico secundo ad coercendam mulierum luxuriam: sed eas tamen ait excusari metis imbecillitate, & grauiorum operum negata affectatione, quamobrem omne studium ad curiosiorem sui cultum illis permitti.

prodigit.] consumit, dissipat; verbum aptissimum ad prodigalitatem notandam.



In parasitos.

EMBLEMA XCII.



Q[uo]d tibi donamus fluviales accipe cancros,
 Munera conueniunt moribus ista tuis.
 His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
 Chelarum armatus, maximaque alius adest:
 sic tibi propensus stat pingui abdome venter,
 Pernicесque pedes, spiculaque apta pedi.
 Cum vagus in triuis, mensaque sedilibus erras.
 Inque alias mordax sommata falsa iacis.

Non est mihi dubium quin, cum auctor hic suum carmen
 cuderet, vel memoriae adiutus thesauro, egregiam Ta-
 citi descriptionem sibi tanquam archetypū fingerebat, sic enim
 ille

ille lib. 15. Annal. vb: de Neronis lasciuījs amplissimè. Vati-
nus inter fœdissima eius oīe ostenta fuit, sutrinæ tabernæ
alumnus, corpore detorto, facetijs scurrilibus: primo in cō-
tumelias alūmptus, deinde optimi cuiusque criminacione
eousque valuit, vt gratia, pecunia, vi nocendi etiam malis
præemineret. Apparet hoc sūceptum esse in mordacem quē-
dam χαλίνοματ̄ scurram, cui symbolicè cancros
fluviales dono dat, parasiticis moribus apprimè responden-
tes. Decorum iraque seruat in eo, quod rationem habeat per-
sonæ cui hæc tribuat: intereaque graphicè depingat homi-
nis importuni & obtrectantis effrenatam licentiam, qui ad
quæstum & ventrem omnia conferat sua studia, vt aliis, & ple-
rumque etiam præsentibus obloquatur, in quos ei aculeatur
molesta & acria quædam dieteria. Id autem genus hominum
si quando iocandi fines transiliant, ita vt è salibus hilari fronde
acceptis, & datis ad scimmata mordacia se conferant, iam
tum fastidio esse non ab re incipunt: nec enim sapiunt qui iis
omnia licere volunt; cùm nihil magis lubricum sit & im-
portunum conuicio, quod quasi melle litum animos ingreditur.
Parasitum Luciani & Iuuenal. 3. & 4. Satyr. perlege.

*oculi vigiles. laperti: quod refert parasitorum vigilantiam in
obseruandis aliorum mensis. Euolue Proverb. ἀλοτεοράζει
in Chiliad.*

*& forfice plurimus ordo, &c.] ἀληγόρια ab exercitu. Pedes
habent cancri fluviales ad modum forficis. Forfex sutorum
est instrumentum, quo pannum aptant, & in frusta commoda
dissecant. Chelæ autem sunt cancerorum brachia, à Græco
χελὴ quod etiam significat vngulam. Huc pertinet Pliniana
descriptio cancerorum, quæ est lib. 9. cap. 31.*

*stat pingui abdomen venter.] Abdomen, pinguedo est spinæ ad-
hærens, in qua sunt renes: tamè à pube ad præcordia sursum
versus abdonē peruenire Cornelio Celsus tradit lib. 4. Iuuen.*

— venter adest ab domine tardus.

Ausonius Eidyllio 9. cui Mosella nomen: — prodigia nutar.

*Alvus, opimatōque flūns ab domine venter.
certè parasitus dicitur Eustathio ἥστεροπάνξ, quòd abdomi-
ni infueriat.*

Cum vagus.] Horat. 1. Epistolar. bellè scurram ita descripsit:

Scurra vagus, non qui certum presepe teneret;

Impransus, non qui ciuem dignosceret hoste;

Quelibet in quemuis opprobria fingere saus;

Licentia
nimia pos-
sunt.

Forfex.

Abdomen.

Scurra de-
scripsiō.

Pernicies ~~et~~ tempestas, barathrionque marcelli.
mensaque edilibus erras.] Hinc epitheta, τεγμέλασιχος, quod
mensas illingat, & nidorem e cibis surgentem rabido ore
carpat. Hinc θυράπταξ, aut θυράπταξ, quod foribus alienis
infidetur, nempe qui sueuerit aliena viuere quadra. Prou.
Sartaginum pernicies.

scommota saifa.] Epitheti metaphora. De scommatum gene-
ribus Macrobius Saturnal. 7. cap. 5.

Appendix.

Bellè apud Plautum Captiveis, initio ferè. Actus 1. sic para-
situs de se, sive que notæ hominibus:

Quasi mures semper edimus alienum cibum,
Vbi res prolatæ sunt, cùm rus homines eunt,
Simul prolatæ res sunt nostris dentibus
Quasi cùm cœletur in occulto latent,
Suo sibi succo viuunt, res si non cadit:
Ita parastirebus prolati latent,
In occulto miseri vicitant succo suo.

Martialis in Philomusum scurrum: lib. 7.

Quod te diripiunt potentiores,
Per conuinia, porticus, theatra,
Et tecum quoties ita incidisti,
Gestari iuuat, & iuuat lauari.
Nolito nimium tibi placere,
Delicas, Philomuse, non amaris.

Mordet ibi hominē fatuum, & vrbanum, in conuiuiis alienis
oberrantem Idem Martialis lib. 9. in quendam Cantharum.

Cenes, Canthare, cùm foris libenter,
Clamas, & maledicis, & minaris,
Deponas animos truces monemus,
Liber non potes & gulosus esse.

Horat. 2. epist. 1. notam impressit,

Quantus sit Dorsenius edacibus in parasitis.

Nam & Philum mordet festiuè Martialis, eo quod nunquam
domi cenaret. Sed ad rem. D. Hieronymus ad Domnionem:
Contra quemlibet passim in triujs strepere & congerere ma-
ledicta, non crima scurrarum est & parasitorum.

stat pingui abdomen venter.] Abdomē εμβασιον, pars humani
corporis, quæ à coxis, & pube sursum versus ad præcordia per-
uenit; ab exteriori parte, euidenti cute, ab interiori, leti mē-
brana inclusa, quæ omento iungitur, & extorquens dicitur, Cel-
sus lib. 4. cap. 1.

Parvam culinam duebus ganeonibus non
sufficere.

EMBLEMA XCIII.



IN modicis nihil est quod quis lucretur: & unum
Arbustum geminos non alit cru: hacos.

A' iud.

In tenui spes nulla lucri est: unóque residens
Arbusto geminæ non bene ficedulae.

DYobus ganeonibus.] Ganeo, cui vitæ modus est culina, ut
Varro describit, quamquam à M. Tullio sumatur etiam
pro scortatore qui prostibula & meretriculas assecatur.

F e ij

Brebus mi-
nimis pa-
rum lucri.

Non est multum lucri exspectandum ex rebus minimis, in quibus quanquam multum laboris & operæ collocetur, tamen fructus inde parum capitur. At in rerum maiorum administratione utilitas multo confurgit vberior, quamobrem vulgo varijs efferuntur modis adagia ut in tenui statu conforti non esse locum dicamus; qualia sunt ista, Domus una duos non alit canes, ut nec vnum arbustum duos erithacos: Vno ramo non bene sedent duæ ficedulæ: & quod nostrates iocando efferunt, Nostra ianua non sustinet duos mendicos. Falluntur itaque qui è rebus minutulis amplissimū expectat quæstum, præsertim si sit eodem studio confors, vbi plerumque res absque inuidia transfigi, nisi egrè, possit.

*E*vnum arbustum.] Prouerb. est Chiliad. Arbustum vnum non alit duos erithacos. Cedrenus πολυκοιεγνιας detestans, hanc similitudinē usurpauit: δύο, φησίν, ἐπιδακοὺς μία λέχημνος τρέψει, οὐτε μία χωρα διδωδησται υπὸ δύο κυβερνάλην αὐχενῶν. Ut vnum arbustum duos erithacos non alit: sic vnum regnum feliciter à duobus principibus administrari non potest. Erithacus apis est quædam solitaria: ut eodem in saltu non temerè nisi vna reperiatur, quam Theodorus Gaza nunc Syluiam, nunc Rubeculam nominat: alteram quidem à syluarum desertis, alteram à ruboris indicio, quod ex Græco nomine intelligitur. huius meminit Plin. 10. c. 20.

In tenui spes, Et c.] Disticho n eiusdem argumenti cum superiori, mutatis tantum verbis. Alludit autem ad proverb. Tenuis spes. Vide Chiliad.

vnoq; residunt arbusto.] Prouerbium aliud idem cum superioribus. Ficedula à ficubus edendis nomen habet, cum tamē vuis potius vescatur. Martial. lib. 13.

*Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vna mibit
Lege Plin. lib. 10. cap. 29.*

Erithacus.

Ficedula.

Captiuus ob gulani.

EMBLEMA XCIV.



REGNATOR Q V E penus, mensa que arrosor herilis
ostrea mus summis vidi iulca labris.

Quis teneram apponens barbam, falsa offa momordie:
Ast ea clauerunt tacta repente domum.

Deprensum & tetto tenuerunt carcere furem,
Semet in obscurum qui dederat tumulum.

D videtur propriè in eos esse tortum, qui lautioris victus
I ergo, se in domos opulentas seruiliter ingerunt, vnde ni-
hil præter damnum, aut etiam interitum cōsequantur. vel in
eos quadrabit, qui luxu & gulæ intemperantia mortem præ-
properā sibi arcessunt, quique, ut vulgo dicitur Gallico, suum
Gulosis in
spontaneam
lappiscribi.
tutem.

in dentibus tumulum conficiunt. Hi sunt *ἀκερτῆς* seu impotentes, qui obiectam cupiditatem sectantur. qui à delicioribus bolis nunquam sibi temperant, qui etiā totos dies in crapula, noctesque in compotando exigunt: hi sic describuntur à Lucilio, ut citat Nonius Marcellus:

Qui sex menses vitam ducunt, Orco sp̄ondent septimum.
Porro gulam in seruitutē pertrahere docet Lucianus de mercede conductis. Itaque huc non incommode retulero illud Horatij, quanquam fortè aliò recidat:

— qui panperiem fugiens potiore metallis
Libertate ciret, dominum vehet improbus, atque
Seruiet ēternum qui parvo nesciet uti.

Emblema ex primo Epigrammatōn Græcorum Latinē hic redditum ab Alciato, huc non grauabor apponere:

ταυράγη Θ, ἐρπυσής κτισθω ματα λιχοβόρος Θ μος.
οὐσπεον διπνότας χείλεστ πεπλαμφόν.
πώγων Θ διεροι νοθειν ὡδούξατο σάρκα,
αυτίκη δ' ὀσπακόεις ἐπατάγησε δόμος Θ.
ἄρμοδην δ' ὁδύναισιν. δ' εὐ κλείδροισιν ἀρύκτοις
λαζδεῖς, αὐτοζόνον τὸ πύρον ἐπεισέταν.

† πότμον

Penus.

[*Regnatorque penus.*] Penus est omne esculentum aut poulentum, sed frequenter metonymicōs pro eo loco in quo asseruantur esculenta quævis, accipitur. quo de nomine cōtraversiam repete non pœnitendam ex Gellio cap. i. lib. 4.

Ostrea hiulca.] hiantia, vel ostreas hiantes. De ostreis Plinius 32. cap. 6.


falsa ossa.] id est, testam ostreæ, quam ossa putabat esse.
domum.] pro cochlea, vel testa, qua pro domo vtitur, idque metonymicōs & catachresticōs.

Deprehensum furem.] In iure est ἐω' αὐτῷ τοῦρω.
retro tenuerunt carcere furem.] ἀληγορία à furibus, qui deprehensi coniiciuntur in carcerem.

tumulum.] μεταφορικῶς tumulum dicit, vel à consequenti, quod perierit forex in ostreæ testa.

In garrulum & gulosum.

EMBLEMA XCV.



VOCE boatorua, prae*largo* est *gutture*, *rostrum*
 Instar habet nasi, multiforisque cubae
 Deformem rabiola, addictum ventrique gulagine
 signabit, volucet cum Truo pictus erit.

SVSPICOR id tractum ex Clementis Alexandrini 2. Pædagogio cap. 1. cuius hæc verba: τὸν νοῶν εὐχατορύξας τῇ κοιλίᾳ, τῷ ιχθύϊ τῷ καλουμένῳ τὸ μάλιστα οἰκώς. Qui animū in alio defodit, pisci qui asellus dicitur, maximè similis. Hunc ex pisciū genere solū habere cor in ventre, ē, τῇ γασπὶ, Athenæus ex Aristotele tradit. quamobrem vocatur ab Epicharmo ἐκτεγμέλογασπὶ propter monstrificam ventris

Ee iiiij

Onocrotalus quid referat.

naturam. Cæterum Onocrotalus, qui & Truo dicitur, guttularis est amplissimi, & vocis clamofissimæ (ita ut ruditum asinidicas) & nasum habere instar tubæ. Sic quidam γαστίμαρχοι, ut verbo Aristotelis utr, suo in condito clamore, importunaque garrulitate cælo mare conturbare apud quosdam videntur, cum tamen importuna sua loquacitate dent sine mente sonum; quippe qui omnia referant ad ingluuiem: quibus denique (ut apud nostrates dieterio vulgato notantur) omnia sunt lingua & podex. Id genus homines, quod in dicendo nemini cedere videatur, ab imperita multitudine plurimi sunt, quos tamen probi viri doctique fastidiunt.

boat] translatio à bobus.

Instar habet nasi.] Festus ad hunc modum: Truo, avis Onocrotalus, Cæcilius irridens magnitudinem nasi: Prò dij immortales. vnde prorepsit truo!

Rabula.

rabulam.] Rabula, à radendis auribus, vel à rabie, vel à rauis id est, raucitate. Hominem significat, qui caussam quam defendit, à iudice contendit extorquere, ut sunt patroni illi triuiales & plebeij caussidici: inter quos qui clamofissimus est, putatur alios iudicio & doctrina antistare. Cicero De oratore: Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum querimus. Raua vox, rauca, inquit Festus, parumque liquida, proxime canum latratum sonans: vnde & caussidicus pugnaciter loquens, tabula. Nostri vernacula lingua nunquam nisi contumeliosè chicanos appellant rabulas, forte à verbo Græco ράβων, corripere, offendere, inuenimus aliquod comparare ad decipiendum. Malim tamen à voce σκεψοι, Siculoru enim gens querula, & controversa natura.

addictum ventriq; gulæq;.] Is unico verbo γλωσσάσης, vel γλωσσάσως appellatur. Iul. Pollux lib. 2.

Appendix.

Adjicio ex Nonio, rabulam pro caussarum patrono accipi, quamquam is propriè sit qui nimia verbositate, & quasi rabie quadam utitur in patrocinando, omnésque radit atque percellit. Ammianus appellat litium consarcinatorem, Cato vitilitigatorem, Sallustius caninæ facundie exercitum, Iurisconsilium concinnatorem. 1.9. D. de off. procons. Apuleio est hiundo forensis, γλωσσάσως Aristophani, κόμης

Euripidi: alijs ut Comicis δικολέκτης, φιλόδικοις, ειλαῖον Θ.,
 æruscator sycophanta, & Demosthen ὁρίστημα τῆς ἀρχῆς.
 Julio Polluci δικορέας Θ., sic enim ille genus hoc hominum
 describit : δικορέας Θ., δικόγερες Θ., λεγων ἐπὶ χρήμασι,
 μυρδενέριμα προκαταπάν, μαζὴς ὑδερώματος, προς χαριν
 λεγων, προς οὐδοντικήματος. Calumniator, litium concep-
 tor, litium consutor, pecuniae caussa loquens, nullum ver-
 bum gratis proferens, pro mercede verba faciens, ad gratiā
 dicens, ad voluptatem conciones habens. Et de his Plautus
 Persa: Etiam si nihil est itium, lites ferunt. D. Hieronymus ait
 eos lyncibus & leonibus crudeliores, qui ore rabido deuorēt.
 Seneca in ludo Claudi, eos appellat *venale genus*. & Apule-
 ius lib. 10. capita vilissima dicit, forensia pecora, & togatos
 vultures. Quin & castus scriptor, Columella, præfatione li-
 brorum de re rustica: olim ait, sine rabulis beatas fuisse urbes:
 sed maximo quodam malo, contra maiorum morem reper-
 tum ac concessum in ipso foro latrocinium. Plinius Secund.
 lib. 2. epist. 3. Nos qui in foro veris litib. ac iurgijs quotidie
 terimur, multum malite, quaquam nolentes addiscimus Sym-
 machus de Iuliano familiaris suo lib. 1. epist. 37. Scis in illo
 forensi puluere quam rata sit copia, cognitio fandi oris, &
 boni pectoris, dum aut modestum ingenium verecundia cō-
 trahat, aut successu eloquens insolescat. Laertius Anacharside,
 ἀρετὴν ἔναις ὡρισμένον τόπον εἰς τὸ ἀλητεῖον ἀπετάν.
 forum aiebat destinatum locum ad inuicem fallendum. Egre-
 giè Constantinus magnus, qui litium circuitus amputauit, in
 Cod. de formul. & impetr. sublat. cuius legis videtur memi-
 nisse Nazarius panegyrico: Nónne leges ait ingerendis vir-
 tutibus, & vitij fugiendis constitutæ, veterum caliginosæ
 ambages resciisse, cupiendæ simplicitatis laqueos præcide-
 rent?

Doctorum agnominā.

EMBLEMA. XCVI.



MORIS vetusti est, aliqua professoribus
Super adusi cognomina.

Faciles apertosque explicans tantum locos,
Canon vocatur Curtius.

Reuoluitur qui eodem, & iteratque nimis
Maander, ut Parisius.

Obscurus & confusus, ut Picus fuit,
Labyrinthus appellabitur.

Nimis brevis, multa amputans ut Claudius,
Mucronis agnomen feret.

Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,

Dicitur truo est scholasticis.
Contra est vocatus, tenuis esset Albius
Quod voce, vespertino.
At ultimas mutans collabores syllabas,
Hirundo Crassus dicitur
Qui surdus alijs solus ipse vult loqui,
Vt sternus in proverbio est.
Hic blasius, ille raukus, iste garriens:
Hic sibilat ceu viperæ.
Tumultuatur ille rectu & naribus,
Huic lingua terebelam facit.
Singultus altus, atque tussit hæsitans.
At consputuit alijs, vt psecas.
Quam multa rebus virtus in humanis agunt,
Tam multa surgunt nomina.

Sic est natura vel potius consuetudine quadam depravata comparatum, ut citius vitia quam virtutes obseruemus, & maximè in iis qui literas profitentur. Quod hic planum facit Alciatus in quibusdam superioris sæculi Iurisconsultis, vel etiam quantum conjicio, in aliquot alijs, qui suo tempore minus aptè ius ciuile profiterentur (quorum tamen, ut par erat, nominibus parcit) vnde singuli singula in scholis cognomina sunt sortiti, quibus notaretur ingenij vel naturæ propriæ & peculiare vitium in legibus enucleandis. Vel hoc generalius accipi potest. Homines enim imperiti, ut etiam argutuli quidam auditores, qui nasum rhinocerotis habent, facilius quod stultè dixeris reprehendere, quam quod sapienter tacueris, probare possunt, ut ait 2. de Orat. M. Tullius. Magnum profectò onus est atque munus, ut ipse metasseuerat disputatione 1. De natura Deorum, suscipere atque profiteri se omnis filiis vnum maximis de rebus magno in hominum conuentu audiendum. Adebat enim ferè nemo quin acutiùs atque acriùs vitia in dicente quam recta videat. Ita quicquid est in quo offenditur, id etiam illa quæ laudanda sunt, obruit: & quoties dicimus, toties de nobis iudicatur. Nec quicquam est tam insigne, nec tam ad diuturnitatē memoriæ stabile, quam id in quo deliqueris.

Mæander.] Mæander flexuosus & sinuosus fluuius, quod nominis sœpè pro obliquitate sumitur. Huc prouerb. Labyrinthus.

Qui vel columnas voce rumpat.] huc prouerb. Chiliad. Columnas rumpere.

Truo.] De hac aui in superioribus.

Colobotes.] mancus & decurratus. κολοβός, comminuo & erunco.

Sturnus.] De hac aui Plin. lib. 10. cap. 24. & Volaterranus in Philologia.

Psecas.] stillicidium, vel gutta, aut stilla. Psecas iam olim audiuit Antimachus Lyricus, quòd identidē exspueret. quod & cognomen datum fuit Olympico cuidam, cuius nomen mihi excidit.

Quam multa rebus, &c. At istae licentia, & deprauata consuetudo reprimenda erat. Siquidem conuicia quæ torqueri solent, ob ea quæ sunt in corpore vel in fortunis hominum vitirosa, proficiscuntur ab animis parum sanis. Proinde Vlysses apud Homerum Thersitæ non claudicationem, gibbum aut caluitiem exprobrat, sed omnino garriēdi vitium. Sic Achilles non naturæ vitia insectatur in Agamemnone, sed ea quæ animi maxima, quibus adhiberi modus, & quasi frenū imponi rectæ rationis potest.

Magna
hominum
in vitiis
notandis
proceritas.



Natura.

EMBLEMA XCVII.



P A N' A colunt gentes, (naturam hoc dicere rerum est)
 Semicaprumque hominem, semi virumque Deum.
 Est vir pube cenus, quod nobis insita virtus
 Corde oriens, celsa verticis arce sedet.
 Hinc caper est quia nos natura in saecula propagat
 Concubitu, ut volucres, squamea, bruta, feras.
 Quod commune alijs animantibus, est caper index,
 Luxuria, Veneris signaque aperta gerit.
 Cordi alijs sophian; aly tribuere cerebro:
 Inferiora modus, nec ratio ull'a tenet.

Pan pingebatur. vt multarum diuinarumque naturarum particeps. Id enim nominis Pan, totum vel vniuersum sonat. Itaque Macrobius Saturnal. i .cap. 17. Pan ipse sub hoc habitu quo cernitur, solem se esse prudentoribus permittit

Pan, Deus. intelligi. Hunc Deum Arcades colunt appellates τὸν θῆς ὄλας κύριον, non syluarum dominum, sed vniuersae substantiae materialis dominatorem significare volentes, cuius materiae vis, vniuersorum corporum seu illa diuina, siue terrena sint, cōponit essentiam, &c. Alciatus Panos naturam & habitum ad hominem transstulit. Homo enim constat animo diuino, cæ-
Pan, homo. testi, immortali, Angelis & Deo simili corpore verò mortali ex quatuor elementis composito; hac quidē parte belluinam naturam proximè referenti. In animo duæ partes sunt: illa quæ intelligit, meminit, sapit, ratione, iudicio, ingenio vtitur ac valet, quæ pars superior nominatur, & proprio nomine Mens, qua verè homines sumus, qua Deo similes, qua cæteris animalibus excellentiores, & longè superiores. Altera est ex coniunctione corporis, rationis expers, bruta, fera, atrox, & bestiæ quam homini similior: in qua sunt motus illi qui Græcis πάρη dicuntur, pars longè inferior & abiectior, quæ nimis à belluis nihil differimus. Homo itaque mediū est quiddam inter diuinæ intelligentias, & bruta animantia, eamque ob caussam finixerunt veteres Pana esse Deum, qui superiore parte hominem, inferiore verò caprū referret: vt natura humana hoc inuolucro, & quasi proposito agalmate significaretur, homo enim pro superiore sui parte rationem habet diuinam, & cælestem: inferiore appetitum & libidinem, quibus conuenit cum belluis. Cæterum sunt qui hominis natura triplex: diuinam triplicem hic notari velint; diuinam, humanam, & diabolicam: diuinam quidem qua cum Angelis participat; humanam, qua cum belluis; diabolicam autem, qua quippiam scelestè & depravatè cogitat & molitur, quod planum etiam facit Augustus sub finem c. 3. lib 14. De ciuitate.

**Hominum
natura. tri-
plex.**

Pana colunt gentes.] Consule Lactant. & D August. eod. ope-
re De ciuit. libro 18. cap. 17. Phornutum De natura Deorum,
& post eum Gyraldum De história Deorum Syntagm. 15. Non nihil & tibi suppeditauerit Euseb. 3. præpar. Euangelicæ. Seruius ad eclogas Virgilianas, Pana Deum rusticum ad naturæ similitudinem factū esse scribit. Cuius boni Grammatici sententiam integrum ascriberem, si omnino nostro huic argumento responderet.

Est vir pubes. Alij legunt, vir tenus vmbilico est, quam voles sequitor lectionem.

qnod nobu insita virtus. Cicero i. Tusc. Platonem in Timæo *Animus* secutus, & Aristotelem in 2. De animo, principatum animi in cerebro, ait esse in capite sicut in arce summa: ira verò & cupiditas in cordis discursu: illa euim in pectore, hæc subter præcordia sedē habere dicitur Galenus in lib. De placitis Hippocratis & Platonis, in cerebro posuit spiritus animales, id est, imaginatem, memoriam, sensum, motum, & intelligentiam: facultatem vitalem in corde, naturalem in iecore, de quo existit nutritio & generatio; quæ tria sunt non partes, sed facultates & vires de unico animo existentes, qui ut seipsum moueat ratiocinando, irascendo & concupiscendo, vtitur cerebro, corde & hepate quæ tria sunt instrumenta sede & loco distincta. Quod itaque Alciatus ait nos habere virtutem corde orientem, & cœla verticis arce sedentem, animum, siue eam animi facultatem quæ rationis est intelligi, quæ vitæ principium à corde, mentis verò & intelligentiæ à cerebro habeat. vel fortasse ad veterum quorundam sententiam, qui animi principatum in corde statuebant, vt Empedocles: alij in cerebro, vt Plato & Democritus. Plutarch. De placitis 4.c §.

celsa verticis arce sedet.] *τειρεσίς* & *ἀνησυχία* à summo & præstanti Principe in arce summa, vt loco tuto, sedente.

Hinc caper est, &c.] In superioribus dictum est, hincum libidinis esse simbolum & concubitu fit generatio. Vide Macrobius. cap. 8. Saturn. i. lib.

vt volucres, squamea bruta, feras.] Animalium est diuisio: sunt *Animalia* enim aut ærea, vt volucres, aues; aquatilia, vt pisces; terrena, *genera.* vt homines & bruta omnia. Huc confer principium i. Metamorph. Ouidianæ.

Cordi alijs sophiam.] id est, rationem & mentem cuius sedem in capite bona Philosophorum pars, & quidem eorum qui melioris notæ putantur, esse voluere. Lege Opificium Dei Constantij.

Inferiora modus necratio.] Inferiora belluina planè sunt, vt ira & appetitus, quæ tamen superiori animi parti, id est ipsi menti subjici debent. nisi enim in motus imperium obtineat ratio, quid inter hominem & belluam putamus interesse?

Appendix.

Non erit alienum paucis digredi, vt huius peggatis, & plurium aliorum fiat notio explicatior. Nemo

est ex litteratis qui nesciat quæ & quot portenta olim Ægyptus tulerit, quæ sui caussa, pro quo suo arbitratu deos finxit. Sic enim Saturnum colunt, qui sororem suam Cybelem in uxorem duxit, ex qua suscepit Osirin & Isidem. quos alij Ianum & Dianam nominat, & liberos ex ijs genitos Typhoëa, Apollinem, Venerem: sed maior aucta insania hominū, cum quidem animalia pro dijs habere cœpissent, nempe boues, quibus carere non possent ad usus agrorum colendorum: & oves, à quibus viderent materiam præberi vestium, itēmque lac & caseum ad nutritionem: immo & canes, ut hominum custodes, & venationum socios. Quare & apud eos Anubis, canino capite fictus: Ibisque auis, pro dea habita, quia locustas & serpentes Ægypto infestas absumeret. At verò Hircus ea ratione deus putabatur, vt Priapus apud Græcos, & Romanos, quia per membrum genitale continua species animalium propagaretur. Inde Pana deum, cornutosque satyros, perpetua tentagine ad res Veneris idoneos. Hanc deorū simulatorum multiplicitatē meritò vellicarunt Arnobius, Laertius, Iustinus martyr, idēmque philosophus Athenagoras, Tatianus, D. Augustinus, D. Ambrosius, Firmicus Maternus, & alij veræ pietatis assertores ac vindices Mythologi ad rationes physicas Deorum naturam retulerunt. M. Tullius 2. de natura Deor. ad multiplices Dei effectus multò prudentius pro suo captu reuocauit nam & naturæ nomen sœpè pro deo, aut mente diuina usurpauit. Imò veteres penè omnes inmersi tenebris incitiæ, nihil aliud esse Deum censuerunt, quām prodesse hominibus, & varijs sanè modis vitam beare communem. At quia in rebus naturæ, nihil præstantius, aut perfectius, quām Dei ipsius opificium, id est homo animal prouidum, memor, sagax, plenum rationis & cōsilio, præclara quadam ratione conditum, in describenda corporis humani fabrica & compositione admirabili, suam sollicitam nobis probare conati sunt. Cuius rei specimen ingeniōsum nobis hoc lepido carmine profert Alciatus qui hominē, certè μηρόκοσμον, vel quasi totius vniuersi epitomen exhibet. Sed nos, non ut certemus cum nobili & eruditio artifice Alciato (disputo enim congressus Achilli) sed animi caussa Carmen iam olim deo effudimus:

Pans. Deum facie humana, pedibusque ferinis.

Semi virūmque deum, semiferūmque virum,

Effinxere olim plaste, doctique poēta.

Ars obscurō quidem, non male grata fuit.

Si bene conspicias, totum sonat, estq; homo totum;

Nā nque animo refert & ratione Deum.

Est membris compactus homo vel sensibus ipsis;

Est animal parte hac inferiore ferum:

Instar habet plantæ qua parte augescit; ut orbis

Parnulus à priscis in le vocatus aus.

Disquirerē hīc de vocis etymo, τὸν ἀνθρώπον, in quo ingeniosæ Grammaticorum, & philologorum coniectanea pridem célébrantur, sed id aliorum esto pensum. Non pedem referō, nisi priūs moneam studiosum legisse me non ita pridem homiliam D. Gregorij, hunc locum sacri Euangelij explicantis: Prædictate Euangeliū omni creaturæ: qua eruditè præclarus & eruditus ille pater verbum illud, omni creaturæ, ad solum hominem, seu hominum speciem, ingeniosè confert. Est enim homo creatura omnis, hoc est participes essentiæ rerum omnium à Deo conditarum: immo homo est Dei opificium planè singulare ac diuinum, quo res naturæ uniuersæ quasi sub compendio habeantur.

FF



Ars naturam adiuuans.

EMBLEMA XCVII.



Vt sphaerae Fortuna, cubo sic insidet Hermes:
 Artibus hic variis, casibus illa præst.
 Aduersus vim fortunæ est ars facta: sed artis
 Cum fortuna mala est, sèpè requirit opem.
 Disce bonas artes igitur studiosa iuuentus,
 Quæ certæ secum commoda sortis habent.

Liberales,
 quām illi-
 berales ar-
 tes secui-
 satius.

Solebant veteres Fortunam ipsam ita effingere, ut mulier
 esset quæ pilæ insisteret. At Mercurium studiosorum nu-
 men cum designabant, basim quadratâ seu vndique quatuor
 angulis nitentem tessera[m] efficiebant: hoc enim modo fir-
 mun studiorum & artium liberalium fundamentū statum-

que effingebant, ut quæ nullo fortunæ impetu possunt concuti. Sic Bias ille Prienæus omnia secum se portare prædicabat. sic Aristippus Cyrenæus ciuibus suis mandauit, ut eas sibi pararent opes, quæ naui fracta simul cum possestori possent enatare. Iḡitur hi mihi sapientes videntur, qui periculosis artibus relictis togæ studia sequuntur. Hæc ipsem et Alciatus oratione quadam Ferrariæ habita. His itaque agalmatis propositis admonet bonas disciplinas opera diligentí amplectendas esse, quibus nimis fortuitos casus non temerari vel sustinere, vel etiam retundere possumus. Quod spectat illud vice Proverbi celebratum, ημιλια διποχιας δεν ανδρωποις τεχνη: sua enim cuique ars pro viatico est. Video carminis huius *Emblema*. materiam sumptum ex Galeni oratione parænetica ad bonas *ti, fons.* artes, in qua fus & oratorio more Fortunæ & Mercurij symbola diuersissima explanat. Declaratur id uberrimè è Plutarch commentario De exilio. Locum Galeni, vel Menodoti (ut aliis placet) ex oratione ἐπι τὰς τεχνας huc congesimus integratam Philologorum: τινι τῆς τυχης μοχθηριαν εμετησαι εγενέσθετος οι παλαιοι, γεγοντες καὶ πλανοτες αυτινι ε μόνον εν ειδεσι γωνιακοσ ιηπειστοσ αν καὶ τοι τοδι ικανον ε λιγος αριστης οι παλαιοι ενοστοι ει γεροιν εχειν αιτη καὶ τοι ποδοιν ενειδεσαν εασιν σεμειηκινι, εσερισαν ι καὶ τοιν ο εθελομοιν, ενδικηριμφοι δια τετων απαντων το της τυχης άσατον. Επιτει οιδι ενη τηι χειμαζομενη σερδρωσ, ασ επικλυζεις τε τοις κύμασι κινδυνευσι καὶ βυθιζηναι, μοχθηρις διν πις περιξειν επιτρέψας τηι πισταια καθερηνητη πειτε. καὶ τον αι τον οιμα σχόπον καὶ τηι βιώ μηδονιων ναυαγιων οικις γιγκομηνων, οικις τηι σκάφη καὶ δάλαπται, οικις οι θως γινάσκοντ Θεσιν, επιτρέπει ει αυτον εν τοισιταις φεισασ περι μετων τυελη δαιμονι μηδι αιτη δεσαιωσ εσηριγ μηδη εμπληκτοσ τε γιδηι καὶ ανεσ εις ποστοι, ασ πολικις τεις αζιολογυεις δινδρας παφερχομενη, πλατιζειν τεις αναξιεις, εδε τεταις δεσαιωσ αλλι εσον παλιν ζως αραιηδης τηι δεσέντα. ταῦτη τηι δαιμονε πλην Θεινδρων ιμαθῶν. οικολίζον επέται, μιδέποτ εν τηι αιτη μηνοσ διέ τηι δεσωσ διμετακηλισον. οι πις αιτηι άγιοι καὶ φέρει, καὶ καὶ ηρημων ενιστει καὶ δαλαθηνε. ενδαι σωμαπολιμησι μηδιληλοισ, επομφοι πάντες αιτη. μόνη δι αβλαζησ επεινη διεξέγεται καταγελῶσα τηι ολοσυρομηνων τε καὶ καλοωτων οικιων, οι τ' αδεν ερεια Θε. τηι μηδη δι τυχης οργα πειστα τηι δι ερημοι δι τε λόγω μηδε οντα δεσσοτηω, εργατον τηι τεχνης απάντης δεσσαι παλιν ο πιος εξ ξεναντιοτηις τυχης κεκοσμηγοσιν εσ

γέγοντες τε καὶ πλάνοντες. γενίον οὐ δινώσαι τοῦ, ἐκεπίκητον εἰδὲ κομματικὸν ἔχων κάλλος οὐδὲ διδύος ὡσε σωματικίνεας τίς τῷ φυγῆσι ἀρετῇ διὰ αὐτός. διὶ τοῦ φαιδρού μηδὲ τὰς ὄψις, δὲ δόρκες τῷ δριμὺ, καὶ οὐδεῖσι τὸ πάντων χηράτων ἐδεξιότα τὸν τε καὶ αἱματικότα ταπετεῖχό, τὸν κύβον. εἴ τοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεόν τούτῳ τῷ χήματος μετατίθουν. ιδοις δὲ τούς διατοτας αὐτός οὐδρός μηδὲ μοίσιος τῷ καθηγηθείσῳ θεῷ, μεμφορέως τοῦ δέποτε αὐτὸν, ἀπειροὶ τῶν πυχλῶν, εἰδὲ ἀποληπτούσι τοι', εἰδὲ χαριζομένος, οὐλέει πομπέος τε καὶ διαπαντός ἀπολαύοντας τὴς προνοίας αὐτός. id est, Cūm veteres declarare vellet fortunæ improbitatē, non satis habuerunt eam pingēdo fingendoq; specie muliebri repræsentare (quod tamen erat magnū amentia signum) sed & fecerunt, vt manibus clavum prehensum teneret, pedibus autem sedem globosam supposuerūt: adhęc eam priuarunt oculis: ijsque omnibus fortunę instabilitatem designarūt. At verò quemadmodū, cūm nauis admodum fluctuat, ita vt procellis vndique agitata parum abest quin periclitetur, improbè certè ille prauéque omnino fecerit, si cęco gubernatori clavum commiserit: ita cūm lögē plura naufragia, eaque grauiora multis in familijs quam in mari accidunt, profectō amens ille fuerit, qui in eiusmodi casibus seipsum fortunæ cæcæ Dex, commiserit; ea enim nullam habet firmitatem & constantiam. stolidam nimirūm & expers mentis est, quæ sapienter viros honore dignos, & quorum magna est habenda ratio, prētermittat; locupletet autem indignos: neque hoc quidem constanti aliquo modo. nam & quæ dederit, postea interdum adimit. Hanc autem Deam imperitorum hominum multitudo consecatur, numquam in eodem manentem loco, eo quo basis cui insidet, sit maximè volubilis quam ob caussam fertur in loca quædam abrupta & præcipitia interdum etiam in mare detruditur, in quo via omnes obrutuntur qui fuerint eam secuti: ipsa verò damni expers elabitur, intereaque securè ridet eos qui conquerantur, & à quibus inuocatur: cūm tamē ea tamquam surda nihil auxiliij eis præstet. Et quidē fortunę facta eiusmodi sunt. Nunc verò contemplare, quęlo, Mercuriū sermonis qualiter ef dominum, omnisque disciplinę opifcem, quem contrario fatus prorsus modo exornarunt pictores & scutores. Iuuenis est & formofus, formam habens non arectitam, neque fuco illitam: sed statim ubi appetet, ea quidē forma, virtus animi elucescit: hilaritatem oculis præ se fert; acutē intuetur: eius autē

Fortuna
imago.

Mercurius
qualiter ef
fatus.

sedes cubus est, omnium figurarum maximè stabilis permultumque à casu aliena. Hac etiam figura Deum hunc interdù ornant ut possis intueri eos à quibus colitur, hilari esse vultu, sicuti & dux ipse Deus: cui numquam succenseant, ut sunt qui fortunam accusant, cùm se relictos à tergo cōtemptosque sentiunt. Qui enim eum consequuntur, per omne vitæ tempus eius prouidētia singulari perfruuntur. Spheræ seu rotule for-
tuna insidet ad eius instabilitatem significandam. Et quidem quæ primum Vortuna dicebatur, à vortendo digammi mox mutatione in F. literam affinem, fortuna vocitata est: cuius nimirum præcipua vis summa imis commiscere, rerūmque inducere mutationem.

Vt Sphæra fortuna.] Fortunam rotundo lapidi insidentem pinxerunt veteres, quò eius instabilitatē designarent; ut pluribus verbis docet in Circulo Pierius. Lege 3. Diuinari. instit. Lactant. & Augustin. in ciuitate Dei 2. 4. & 7. libris potissimum. Hic porrò sphæram pro quacumque re volubili & rotunda usurpauit.

cubo sic insidet Hermes.] Galenus in Oratione quā proximè cito ui, ad artes (si modò eius est) ait Mercurium ut orationis parentem, & artium omnium auctorem in aliam effigiem quam fortunæ effectum esse à veteribus tum pictoribus, tum statuarijs. Iuuenis enim est forma conspicua, non tamē fucatus, sed nativa quadam specie in basi quadrata, quæ firmitatis & stabilitatis nota est, &c. Idē ferè Pierius lib. Hieroglyph. 39.

Hermes.] Herma à Græcis ponitur pro firmamento; ait Fe-
stus: Vnde Mercurij nomen inuentoris, vt putabant, firmæ *Mercurij* *imago.* orationis ductum. Hic autem apud Festum (obiter admo-neo) firma oratio est pactum seu stipulatio, firmissimum iuris vinculum, vt didicisse me memini ex Gulielmo Fornerio Antecessore Aurelianensi doctissimo.

Aduersus vim fortunæ est ars facta.] Λιποὺ ἀποχίας δὲν ἀρ-
θρόν τέχνη. Ars hominibus est infelicitatis portus. nempe sua cuique ars pro viatico est. Idē illud, τέχνη τέχνων εὐφυεῖς,
& τέχνη τόχλων.

Disce bonas artes, &c.] Mutuatus id videtur ex Ouidio 1. De arte:

Disce bonas artes, moneo, Romana iuuentus.

Appendix.

Meminimus ex Tullio pro Archia, naturam sine doctrina commendari, qui & ipse ait se malle naturam sine doctrina,

Ff iiij

*Globo cur
fortuna in-
sider.*

*Fortuna cur
insidet or-
be.*


quàm sine natura doctrinā. Sed bonus ille artifex cœussæ sūx
seruit. Tamen certius est quod arte perficitur, quàm quod
natura. Sic non idem iudicium artis & fortunæ: nam fortuna
inconstans, ars certa. Fortunam sectantur & casum ingeniate-
meraria, artem, doctrinamque non nisi cordati ac prouidi
homines Itaque videri feliciores ac tutiore in statu qui à li-
beralibus artibus præsidium quærunt, quàm qui à mechanicis
& sordidis, sed maximè quæ corporis laboribus exercentur,
& à casu pendent, nec nisi quibusdam momentis temporum
solantur hominem Eo de genere coqui, fistulices, aulædi, mi-
mi, ioculatores, milites balatrones, lixæ, tonsores, & alij sex-
centi, qui ad xenodochia etiam non sponte commeant, aut
stipem quæritando vitam miseram fallunt Sic Fab. Quinti-
lian.lib.10.cap. 2. In magnis auctoribus incident aliquæ vi-
etiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. atque
vtinā tam bona imitantes dicerent melius, quàm mala peius
dicunt Hæc ille. Haec tenus Fabius sic ego cùm primùm ad
academiam Parisinam venissem, ad capiendum ingenij cul-
tum, offendi longè multis simultatibus Doctores laborare,
sed eorum maxime qui Ramistæ, & Carpenteristæ, quasi fa-
ctionum nominibus insigniebatur Ramus, vir acris ingenij,
& iudicijs singularis, Thessalus methodicus audiebat, sed à
quibus, nisi tumultuosis & liuore percritis? Quernus, trium
cantilenarum poëta, & histrio Reginæ vocitabatur, quàm re-
ctè, alij viderint Certè nunquam vidi festiorem, & qui
suis prælectionibus plus operæ sumeret in salibus iocisque
inspergendis. Bellerinus, peregrinus in Philosophia, alioqui
Græcè reisque philosophicè peritus. Et Massicus, qui Hebræū
alphabetum paucis auditoribus, hoc est vni aut alteri, quan-
quam publicè doceret, Vox clamantis in deserto, & venera-
bilis Beda salsus nominabatur. Bosculus, bos lassus, & cymba-
lum incessebatur. de cæteris facile silleri patior.

Mæander.] meander est genus picturæ, a simili opere laby-
rinthorum ortum, clauiculis illigatum, Nonius.

Psecas] fuit & psecas, ancilla, quæ matronarum capillitium
fuso perplueret.

Ad iuuentam.

EMBLEMA XCIX.



NATVS vterque Iouis, tenere atque imberbis vterque,
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
 Saluete, aeterna simul & florete iuventa,
 Numine sit vestro quæ diurna mihi.
 Tu vino curas, tu victu dilue morbos,
 Ut lento accedit curua senecta pede.

Duo ad va-
 Vo sunt, quæ ut corpus bene cōstitutum, sanum, & in-
 columē cōseruant, sic & animū ipsum curis expedient,
 nimirū certa victus ratio, vinumque moderatè sumptum; condicē-
 nt contrā crapula & vinolentia, ut etiam curæ edaces natu-
 ran hominis labefactant & corrumpunt, ipsamque senectu-

Ff iiii

Apollo & Bacchus juncti, quid. tem accelerant. Hic igitur videoas Apollinem & Bacchum: illum quidem medicinæ principē, qui salubri diæta præcipiat quid sit in victu sequendum vel fugiendum: hunc verò, qui vino sollicitudines adimat. Marsil. Ficinus lib De vita cœlitus comparanda, duos hosce Deos sic copulat: Fratres certè sunt in diuiduique comites Phœbus atque Bacchus: ille nobis duo potissimum adfert, lumē videlicet atque lyram: hic item præcipue duo vinum odoremque vini ad spiritum recreandum, quorum usu quotidiano spiritus ipse tandem Phœbæus euadit & liber. Philosophorum est etiam ea sententia, sed tria tamen esse ad vitam longam, adeoque valetudinem tutandam necessaria constituunt. Prima est frugalitas, temperantia, sobrietas (quam modò *diastav* appellabamus) eam enim esse satrem sanitatis asseuerat artis medicæ professores: eam virtutum omnium domicilium prædicat philosophi omnes; vietus enim tenuis hoc efficit, ut in primis valeas bene, ait Flaccus 2. Satyr. Secundò labor & exercitatio corporis moderata, scium enim vires eneruat, ut rubigine ferrum exeditur. Bene Ouidius,

Cernis ut ignauum corruptant ocia corpus,

Et vitium capiunt. ni moueantur, aquæ.

Vtendū exercitationibus modicis, inquit Cato apud M. Tull. tantumque cibi & potionis vtendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Tertiò voluptas animi honesta & oblectatio: cor enim in quo est calor vitalis, facile molestijs atteritur, ut contrà exhilaratur lætitia virésque sumit. Qua ratione Arist. 4. de morib. ad Nicomach. risum & iocum ait ad vitam degendam esse necessarium. Democritus vitam beatam in vitæ tranquillitate posuit, & risui lætitiaeque operam dabat. Legimus & sapientissimum latorem legum Lycurgum τῷ γένος, id est risui statuam erexit, eoque Lacedæmonios ad risum & lætitiam inuitasse, Plutarch. in Lycуро.

Tenet atque imberbis uterque.] Sic Tibullus Eleg. 4. lib. 1.

Solis æterna est Phœbo Bacchoq; inuentus,

Nam detet intonsus crinis utrumque deum.

De Baccho & Apolline plura in Syntagmatib. 7. & 8. Gyraldi Deorum historiæ.

Quen Latona tulit.] Apollo Iouis filius ex Latona in Delo insula uno partu editus una cum Diana, medicinæ usum prius tradidit. Ouid. 1. Metamorph.

Salvete, &c.] ut illud Homer. Iliad. 2.

χαιρετε κηρυκες διος ογελοι, ιδε κη ανδρων.
verborum hæc formula solemnis fuit in Hymnorū epilogis.

quem tulit & Semele.] Bacchus ex Semele Iouis filius, ut superius explicatum est in statuam Bacchi.

Nomine vestro.] vestro beneficio.

Tu vino curas.] Horatius.

Curas edaces dissipat Euhius.

& Tibullus 1. Eleg.

Bacchus & agricola magno confecta labore

*Pectora, tristitia dissoluenda dedit,
dilue.] tolle aufer. μεταρρογή.*

Ut lento accedat, &c.] ἀλληγορία periphrastica.

Appendix.

Natus uterque Iouis.] Poëtæ quos impensè laudant, à Dijs genitos dicunt. Nempe & principes viros, ac illustres pro Dijs habuit paganica secta, quæ quiequid admiraretur aut magnum prædicaret, Deum dicebat. Multus est in ea materia Lactantius eloquens vir, sanèque Christianus, acutior Arnobius. per grauis Augustinus libris priorib. De ciuit. Dei, exatus Iustinus mart. alijque plures, de quibus quia iam in superioribus, ad alia propero. Ex Florido, poëta vetere hic celebrantur numeri:

Sic Apollo, deinde Liber, sic videtur ignifer,

Ambo sunt flammis erati, prostatique ex ignibus,

Ambo de cornis calorem, & ambo radios conferunt,

Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris;



In quatuor anni tempora..

EMBLEMA C.



AD VENISSE hiemem frigilla renunciat ales:
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
 Indicat aestatem sese expectare cucullus;
Autumno est tantum cernere ficedulas.

Temporum
yiciſſitudo. **H**oc referendum videtur ad quascunque temporū & an-

norum vicissitudines, vel ad ea quę suo non alio tem-

porte solent esse tempestiua, quorumque magna vis est, si suo

tempori vsum accommodemus. Recte Ouidius:

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt:
Et data non apto tempore vina nocent.

In hanc temporis quasi cyclicam uerba varijs varia luse-

rant, quæ huc non piget ascribere, cäque potissimum, quæ

maiorē cum hoc Alciati tērasticho affinitatem habere mihi videntur. Lubens enim prētermitto Horatianam Odam 5. lib. 2. & septi uam quarti Ouid. ad Pisonem:

Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos:

Ver fugit æstas: estat um terga lacefit

Pomifer autumnus, n. hulus cesserus et undis.

Idem primo De remedio amoris:

Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas:

Ver præbet flores, igne levatur hyems.

Et Tristium quarto:

Vere prius flores, æstu nurser ibis aristas,

Poma per autumnum, frigoribusq; niues,

Claudian. de sene Veronensi, qui nūquam pedem limine sui
eugurioli extulerat:

Frugibus alerni, non Consale computat annum.

Autumnum ponis, ver sibi flore notat.

Idem conicit azer soles idēmque reducit:

Metitio que suo rusticus orbe diem.

Barthol. Anulus in Poësi dicta, ad hominum magnique mun-
di perpetuum & æternum cursum ingeniosè traduxit:

Ver, æstas, autumnus, hyems, he quatuor annis

Sunt tempestates orbe volubilibus.

Quatuor etates homo sic habet integer aui.

Qui puer, hinc iuuenis, mox vir, & inde senex:

Eterno ut similis mundo renolutio vite

Nositi lem et rnos arguat esse h. mines.

Temporum anni quatuor alia esse apud alios symbola nemo nescit, vt veris cista florū, quia vere cuncta florescunt; cista verò spicis referta æstatem refert, vt est apud Eusebium. Et symbola, capix cornu vuis & pomis plenum autumni est index: sicuti mensa apud ignem parata hyemem significat. Huc proverb. Ver hyemem sequitur; & varios locos Hieroglyph. Pierij. Idiosum ait Seneca, Epist. la quadam ad Lucilium: Nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia, fugiūt atque sequuntur. Diem noctem premit, dies in noctem: æstas in autumnum definit: autumno hyems instat, quæ vere compescitur: omnia transiunt ut reuertantur.

frigilla] auis à frigore dista, vt quibusdā placet: de qua A- Frigilla?
glostot. lib. 8 cap. 3 De hist animal.

vere nudo garrula hirundo retu.] Ouid Fastor. 2.

— in veris prænuncia venit hirundo?

Hirunda

Dicitur & à Sappho ἡρὶς ἀγελλὶς ἴμεροσσων ἀνδὼν, veris nuncia blandiloqua luscinia. Notum est adagium, Vna hirundo non facit ver Lege Pierium lib. 22. Hieroglyph. Huic simile adag. Audi Chelidonem, eo quod hæc avis prænunciet veris aduentum. Hirundines plures à mari conuolantes verni temporis indicium esse docent auctores. Sed Ciconiam etiā reperio veris esse notam. Ea enim adueniente hyeme migrat in regiones calidores, vere nos inuisit. Sed & nonnulli addidere in æstatis pictura, quia constat esse ex erraticis æstatis. Adhæc Miluuius eiusdem temporis verni ponitur indicium, quia verno primum tempore apparere incipit, certumq; sit eius nuncium. Ei auti nomen ἵκτινος ab aduentu, quod magno rusticorum & pauperum desiderio expectatus accedat.

aduenisse hyemem.] Apud Hesiodum Cornix habetur pro hyemis Hieroglyphico. μήτοι ἐφοζουμένη κρεόζη λακέρυζα κορώνη.

Cuculus.] de quo in superioribus.

Indicat æstatem cuculus.] Tribuitur hoc etiam Hirundini à Philemone Comico:

ἢ μὲν χελιδὼν τὸ δέρῃς ὡς γυνάς, λαλεῖ. hirundo æstatem nunciat, o mulieres. sed Aristophanis interpres Equitibus hoc citat, νέα χελιδὼν δέσιν εἴρῃς ἀρῃς: Noua hirundo veris est initium.

ficedulas.] de ficedulis etiam alibi.



Scyphus Nestoris.

EMBLEMA CI.



NESTORE V M geminis cratera hunc accipe fundit,
 Quid grauis argenti massa profundit opus.
 Claviculi ex auro, stant circum quatuor ansæ:
 Vnam quamque super fulua columba sedet.
 Solus eum potuit longænus tollere Nestor.
 Maonidæ doceas quid sibi Musa velit?
 Est cælum, scyphus ipse: colorque argenteus illi,
 Aurea sunt cæli sidera claviculi.
 Pleiadas esse pueant, quas dixerit ille columbas:
 Umbilici gemini magna minorque fera est.

Hæc Nestor longo sapiens intelligit vñ:
Bella gerunt fortis: callidus astra tenet.

Nestoris
crater.

Homerus in Nestore, sene eloquentissimo & consultissimo, typum sapientiae representat: cuius patera geminis furdis, argentea, e auiculis aureis, quatuor ansis, & sub harū quaque sedens columba, calum & pulcherrimum ast orum ornatum significabat. Nam crater, cujus sit color argenteus, clavisculis aureis, cælum refert purissimum, & stellas aurei coloris: columbae sunt Pleiades: duo umbilici utraque visa. Hoc igitur schemate astronomiam tacite commendabat, quam quidem solus sapiens & apparet exercitatus, ingenio potest assequi, ut solus Nestor suum poculum manu ferre poterat. De huius artis excellētia plura repetere licet ex Plinio varijs locis, sed potissimum cap 37. lib. 7. Cæterum Homeri interpres memorant Nestorem, quamquam senex admodum esset poculum sustulisse, cum cæteri iuniores vix à mensa tollerent. Sic habet Homeri locus:

ἄλλο μέρη μογέων ἀποκυνίσας κετεργάζεται,
πλειον εοντόνεσσω δ' ὄγεων αὔμογυπτὶ ἀτερεν. hoc est.
Vix alij plenum poterant, ujollere mensa
Poculum: et ipse senex Nestor facile abstulit illud.

De hoc Nestoreo poculo pluribus Athenæus Dipnosophist. 10. cap. 12. sed maximè 3. libri 12. Quædam non pœnitenda lectionis adnotauit de illo cratero Cornelius Vitellius Annotationibus in Georgium Merulam.

Quod gravis. arg ntu.] Circumlocutio, qua nimis rūm Nestoris scyphum commendat à materia,

fulua columba.] Fuluam, auream interpretor: ne quis ad cōlorem simpliciter referat. Sex columbae sunt apud Atheneū, non quatuor dumtaxat, quæ septem dici, sex tamen esse solent ut Naso cecinit in Fastis. Martialis huc allusit in 8.

Hi duo longæ et cōsentur Nestore fundi:

Pollice de Pylio trita columba nitet.

Est cælum.] Tribus distichis sequentibus continetur epimythion, vel, ut melius dixerim, poculi εξηγησις.

Pleiades.

Pleiadas esse.] Columbae representant Pleiadas, numero tamen non obseruato. Nam Pleiades septem sunt stellæ iuxta Tauri signum, quæ Latinæ dicuntur Vergiliæ, quo veris tempore orientur. Lege Ouidium Fastor. 4.

Vrsæ du-
p. ex.

magna minorque fera est.] Vrsam maiorem siue Elicen, & mi-

norem siue Cynosuram intelligit, quæ Græcis Arcti dicuntur,
suntque Septentrionali polo velut axe quodam nixæ, & arctico circulo clausæ, sicque dispositæ, ut resupinata vtraque caput alterius contingat: eius autem caput quæ superior est, ad inferioris caudam contendat. De his Ouid. Fastorum 4.
magna minórque fera.] Ouidianum hoc 3. eleg. 4. Trist.

Magna minórque fera —

longo vsu.] Longæ exercitatio & experientia doctrinam parat certissimam. potissimumque ad disciplinam astronomicam longa obseruatione opus habet.

Bella gerunt sortes.] Collatio est dissimilium: qui corpore sunt firmo & valenti, committunt prælia atque inter se dimicant: sapiens verò rapitur & ducitur ad rerum cælestium cognitionem. Ars est longi usus & obseruationis, quæque plus potest in rebus arduis, quam robusti corporis vires.



Quæ supra nos, nihil ad nos.

EMBLEMA CII.



CAUCASIA æternum pendens in ruspe Prometheus
Diripitur sacri præpetis vngue recur.
Et nollet fecisse hominem signosque perosus
Accensam rapto damnat ab igne facem.
Roduntur variis prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant scire, deumque vices.

Promothei
fatum.

HVius Emblematis inscriptio sumpta est ex dictis Socia-
tis, τὰ ἔριμος ἡ μᾶς ἡ πός οὐ μᾶς, quod adagij vice ponit-
tur à doctis. Notissima est Promethei fabula, qui cum homi-
nem ex luto finxisset, Mineruę opera ignem cœlestem surri-
puisset, ut luteam statuam animaret, ægrè tulit Iupiter, eum-
que

quie Mercurij ministerio ligari iussit ad Caucasum montem Scythiae asperum & inhabitabilem: aquilamque; exhibuit, vel, vt aliis placet, vulturem, qui perpetuo cor exederet, exesumque renouaretur. Martial lib. 1.

Qualiter in Scythica relata est rupe Prometheus

Afidae in nino pectora pauit auct. Et c.

Macrob. lib. 1 in Somnium Scipionis, huius fabulae myste-
rum exponit. Per vulturem, siue aquilam, iecur immortale
rundentem, nihil aliud intelligunt priisci illi Theologi, in-
quit, quam tormenta malae conscientiae obnoxia flagit ovi-
scera interiora rimantis, & ipsa vitalia indefessa admissa sce-
leris admonitione laniantis, semperque curas, si forte requie-
scere tentarint, excitantis, tanquam fibris renascentibus in-
harendo, nec ultra sibi miseratione parcentis, lege hac qua se
iudice nemo nocens absoluitur, nec de se suam potest vitare
sententiam. Plato Dialogo De regno, à Prometheo ignem,
à Vulcano artes datus hominibus esse tradit. Idem in Prota-
gora, sapientiam à Prometheo surreptam ait, hominibusque
communicatam, cuius haec ferè verba sunt: Communē Vul-
cani & Mineruæ officinam, in qua artes excōlebantur, clām
ingressus, furatus est Vulcani artem igneām, aliāmque Mi-
neruæ, qua viuendi facultas obuenit. Prometheum vatem
fuisse ex etymo nominis ostendit: quid sit enim προμήθεας,
& quid προμηθέας, notum est. Is Iouem monuisse fertur
ne cum Themide cōgrederetur. Scholiastes Apollonij Rhodij id figmentum retulit ad historię fidem. Ait enim ex Agre-
ta nescio quo scriptore rerum Scythicarum, Promethei cor
ideo absumi ab aquila, iuxta poëtarum commenta, quod
suam regionem fluuius (cui nomen Aquila) frequenti elu-
tione corrumperet. Cum vero Hercules quibusdam fossis
fluuium auertisset, ex eo factum, vt diceretur aquilam abe-
gisse, ac Prometheum liberasse. Alij secus tradunt. Prome-
theum nempe cum præstare nō posset incolis Scythicis qui-
bus præterat, ea quæ necessaria essent, ob inundationem flu-
uij Aquilæ, in vincula coniectum, neque solutum inde, do-
nec Hercules fluuium in mare deduxisset. Quædā sunt apud
Aphrodisiūm in prob'ematis perdocta sane & ad mytholo-
giā pertinentia. Cicero in Tuscul. Prométheum ait vi-
rum quēdam perspicacem fuisse, & in rebus arcānis p̄primē
versatum, quas hominibus communicauerit: huic Iouem ira-
tum, quod veritas in profundo demersa videatur. Iecur autē

ab aquila exesum significat sollicitudines & curarum ardore, quibus vel prudentiores irretiantur, quarum vinculis cū se conantur expedire, in alias molestiores recidunt. Fulgentius in Mythologico, non ab aquila Promethei cor, sed à vulture corrodi tradit; idque perbellè interpretatus est: cui videatur assentiri Petronius Arbiter his hendecasyllabis:

*Cor vultur iecur ultimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasq; fibras,
Non est quem rapidi vocant poëtae:
Sed cordis mala, liuor atque luxus.*

Hic autem conuertitur fabula, vel in eos qui diuina philosophia mysteria nescio qua mente subtilius conatur indagare: vel in eos, qui naturali iudicio, fidei Christianæ oracula complecti, vel etiam ipsa arcana diuina (quæ scrutari periculosisimum est, vt quid planè ἀδύνατο) discutere, deque ijs humano sensu aliquid statuere se posse putant: ad quæ certè humani oculi caligant, vt noctuæ ad lumen solis diurnū. Proinde Sapiens Proverbi. 25. Qui scrutatur maiestatem, opprimeatur à gloria. quò etiā spectat illud Euripidis: φρονεῖν δὲ θνητὸν χεὶ μέμα. Mortalem non decet altum sapere. Scitu digna sunt illa Arnobij lib. 2. contra Gent. Quæ nequeunt sciri, nescire nos confitemur, neque ea conquirere aut inuestigare curamus, quæ comprehendendi liquidissimum est non posse, quamuis mille per corda suspicio se porrigit atque intendat humana. Et ideò Christus cùm mortaliū sciret cæcam esse naturam, neque ullam posse comprehendere veritatum, positarū nec ante oculos rerum pro comperto habere, & cognito, quiequid sibi esse suassisset: & prorsus suspicio-nibus hæsitare, litigiosas serere atque intendere quæstiones: omnia ista nos linquere & posthabere præcepit, neque in reas quæ sit à nostra procul cognitione dimotæ, infructuo-sas immittere cogitationes. Et deinceps: Quid est, inquit, vobis vestigare, conquirere, quisnam hominem fecerit? animatum origo quæ sit? quis malorum excogitauerit caussas? orbe sit sol amplior. an pedis vnius latitudine metiatur? alieno ex lumine, an propriis luceat fulgoribus luna? quæ neque scire cōpendium, neque ignorare detrimētum est? Remittite hæc Deo, atque ipsum scire concedite, quid, quare, aut unde sit. Vestris non est rationibus liberum implicare vos talibus, & tam remotas inutiliter curare res. hæc Arnob. Addam & aliud oraculum Minutij Felicis, Romani olim caussidici, qui

*Præclarus
Arnobij
locus in fu-
turorum
conclu-sores.*

in Octauio ita scribit: Quo magis mirum est, nonnullos
tēdīo inuestigandæ penitūs veritatis cuilibet opiniōni teme
rē succumbere quām in explorando pertinaci diligentia per-
seuerare. Itaque indignandum omnibus, & inīdolescendum
est, audire quosdam, & hos studiorum rudes, literarum pro-
fanos expertes artium etiam sordidarum, certū aliquid de
summa terum ac maiestatē decernere, de qua tot omnibus
seculis sectarum plurimatum usque adhuc ipsa Philosophia
deliberat nec immeritò: cùm tantum absit ab exploratione
diuina humana mediocritas, ut neque quę supra nos cælo su-
spensa sublata sunt, neque quę infra terram profunda demer-
sa sunt, aut scire sit datum, aut scitari permisum, aut scrutati
religiosum: beati satis, satisque prudētes iure videantur, si
secundum illud vetus Sapientis oraculum, nosmetiplos fa-
miliariū nouerimus. Idem etiam Minutius paulò post hac
de re ita doctè & prudenter: Proinde, ait, si quid sapientiæ
vobis aut verecundiæ est, desinite cæli plagas & mundi fata &
secreta rimari: satis est pro pēdibus aspicere, maximè indo-
ctis, impolitis, rudibus, agrestibus: quibus non est d. tum in-
telligere ciuilia, multò magis denegatū est differere diu na-
Quamquam si philosophandi libido est, Socrateim sapientiæ
principem, quisquis vestrum tantus est, si potuerit, imiteretur.
Eius viri, quoties de cælestibus rogabatur, nota responsio
est, Q u o d s u p r a n o s , n i h i l a d n o s .
quod oraculum idem ipse præsensit, siccirco vniuersis esse
propositum: non quod omnia comperisset, sed quod nihil
se scire didicisset. Ita confessio imperitia summa prudētia
est. Hoc fonte defluxit Arcesilæ, & multò post Carneadis &
Academicorum plurimorum in summis questionibus tuta
dubitatio: quo genere philosophari, & cuncte indocti possunt,
& docti gloriose. Quid? Simonidis Melici nonne admiran-
da omnibus & sectāda cunctationib⁹ qui Simonides cùm de co,
quid, & quales arbitraretur Deos, ab Hierone tyranno que-
rere, primò deliberationi diem petiit: postridie biduum
prorogauit, mox alterūm tātum admonitus adiunxit postre-
mō cùm cauſas tantæ moræ tyraninus inquireret, respondit
ille, Quod sibi quāto inquisitio tardior pergeret, tāto veritas
fieret obscurior. Mea quoq; opinione, quę sunt dubiæ, vt sunt
relinquenda sunt: nec tot ac tantis viris deliberantibus tem-
rē & audaciter in alteram partem ferenda sentētia est, ne aut
caelis inducatur supersticio, aut omnis religio destruatur. Sic

*Minutius
Felicis lo-
cus.*

Minutius. Poterit etiam non incommodè torqueri in eos quæ Astrologi iudicarij vulgo nuncupantur, quorum animus quantis vagetur erroribus, alij viderint: Vel in quosdam Philosophos, qui quæ abstrusa prorsus atque abdita Deus esse voluit scrutati sunt, ac naturam rerum cœlestium inuestigarent, quæ à nobis longè remotæ neque oculis conspiciri, neque tangi manu, neque comprehendendi sensibus possunt; & tamen de illarum omnium ratione sic disputerunt, ut ea quæ asseruerint probata & cognita videri voluerint, ait Lactant. in opific. Dei. Fabulam hanc de Prometheus, pertractat Hesiod. in Operibus: quam ad rei veritatem explicat in proœmio lib. vltimi naturalis Hist. Plinius, & libro Problem. Alexandr. Aphrodis. Lege Lucianum in Prometheus, Diodorum Sicul. in sexto, Lactant. lib. 2. cap. 11. Huc referenda disputatio nobis Socratica ex Xenoph. 1. Commēt. initio ferè, & quæ Lactant. in 2. cap. 9. Diuin. Institut. colligit.

sacri præpetis ungue.] Sacri præpetis, id est, ausis diuinæ: quæ in significatione usurpatur à Virgil. 3. Æneidos:

Et volucrum linguis, & præpetis omnia pennæ.

Præpes autem, vt docet Gell. lib. 6. cap. 6. autis dicitur, quæ opportunè in auguriis præuolat. Sunt qui velint præpetes dici eas, quæ se ante auspicanter ferunt: nam præpetere dicebant anteire. Ouidius Fast. 6.

Tunc oritur magni præpes adunca Louis.

Qui celi affectant.] Iophon Bacchis, vt refert in Eclogis Stoibæus: ἐπὶ σαμικὴ τὰ δέ, οὐσα περγυανή
ώς μᾶλλον ὅσιος ἀδείαν τὰ τῷ θεῶν
ζητεῖ, τοσούτο μᾶλλον ἡσον εἰσεται.



In astrologos.

EMBLEMA CIII.



ICARE, per superos qui ratus & aera, donec
In mare præcipitem cera liquata daret,
Nunc te cera eadem feruensque resuscitat ignis,
Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.

Astrologus caueat quicquam prædicere: præceps
Nam cades impostor dum super astra volat.

ID videtur confinxisse ex Græco Icarav^e,
Iκαρε, οὐραὶ μὲν τε διώλεστε, νυδὸς δὲ σεκηρῷ
πάγαρεν εἰς μόρφου αὐτοῦ ὁ χαλκού πόλιος,
ἄλλ' αὖ μὴ πέρι πάλλει κατ' ίσερ, μὴ τὸ λυέπρον,
οὐροῦ δεν πίπλων, ικέριον τελέσις. id est,
Ceratibi vitam prius abstulit Icare, sed nunq;
Te cera finis denuo docta manus.

Emblema
vis opus.

*Immotas liquidum seruato per aera pennas,
Balnea ne fiant nomine clara tuo.*

Icari fabulā prolixè satis persecutus est Ouidius octauo Metamorph. & secundo De arte Meminit & pluribus alijs in locis, totāmque narrationem, si vacat, repeate ex Diodoro Siculo, lib. 4. Rerum antiquarum, cap. 13. Id autem torquet in Astrologo. *vñ vanitas.* Astrologos quosdam falsarios & impostores, qui supra humānum captum conātur aliquid, quæque longissimē absunt ab ingenio humano, vi mentis, & artis fallacis ope se consequi posse putant. quò sit ut detecta impostura in ludibrium & miseram inopiam decidant. Recte sanè Isocrates dixit in orat. *τὸν τοῦτον τὸν προγνωστὴν εἰναι μετέπειτα φύσεως δέσποινα.* Diogenes cùm mente agitaret Philosophorum, virorum politicorum, medicorum, & eius generis aliorum, in hominum societate functiones, dicebat homine nullum aliud sibi videri sapientius aut absolutius. Cùm verò contemplaretur astrorum inspectores, diuinatores & cōiectores, clare pronunciabat nihil esse quod sibi videretur homine stultius & stolidius. Attamen quotus quisque est, qui non hodie plus propè fidei hariolis istis & coniectoribus, quām sacris oraculis habet? quis non ex sua hora suorum euentorum seriem trahi putat, & recte facta ac vitia sideribus potius & stellarum cursibus, ut vocant, quām sibi ascribit? At hæc figura, vel potius deliria, vir sapiens facillimē declinarit, ipsaque popularis multitudo portenta hæc respuere occuperit, si tandem fucum agnoverit sibi factum. Hanc coniectoru doctrinam omnem damnata apud Gellium 14. cap. i. Phauorinus. nam aut aduersa fore dicunt (sit ille) aut prospera: si prospera dicant, & fallant, miser homo frustra timendo fiet: si vera respondeant, eaque prospera non sint, iam inde aliquis miser ex animo erit, antequam è fato fiat. si felicia promittant, eaque sit euentura, tum planè duo erunt incōmoda: nam & exspectatio spei suspensum fatigabit, & futurū gaudij fructum spēz iam deflorauerit. Eleganter Actius poëta se nihil credere auguribus dicit, qui aures verbis diuitat alienas, suas ut auto locupletent domos, nulloque pacto huiusmodi hominibus res futuras præsagientibus esse ytendū. Cicero ad finem i, de Diuinat. Nunc illa testabor, me non sortilegos, neque eos qui quæstus causa hariolentur, ne psychomantia quidem agnoscere.

*Non habeo denique nācū Marcum augurem,
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,*

Non Isiacos coniectores, non interpretes somniū.

Nou enim sunt iij aut scientia, aut arte diuinis,

Sed superstitionē vates, impudentesq; arioli:

Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:

Quis ibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:

Quibus diuitias pollicentur, ab ijs drachmam ipsi petunt.

De his diuitijs sibi dēdūcant drachmam, reddant cetera.

Atque hæc quidem ex Ennio. Astrologos & fatidicos eiusmodi qui se deo plenos simulant, uti Paulus §. sententiarum loquitur, sed maximè qui alienam mortem prædūnciant, nō secus quām patricidas exscreta est antiquitas omnis: itaque & malefici dicti ob facinorum magnitudinem. Vitellius, vt est apud Xiphilinū, cùm diem prædixisset astrologis, quo excederet Italia, hi contrà, noctu prescriperunt ei diem quo ei moriendum esset. & intra illum diem mortuus est, Dione teste, fortè non fato, sed propter vaticinium. Ergo cùm sæpe aliás, imperantibus Augusto, Tiberio, Vitellio, interdictum vatibus & mathematicis fuisset, ne vlo modo de cuiusquam morte prædicerent (quòd id semper habitū sit exempli pessimi: & mortis metus sæpe ipsa morte deterior, aut etiam nonnumquam mortem accelereret) tandem etiam à Domitia-no Cæsare Ascleptario astrologus viuus cōburi iussus, & Largius Proclus capite damnatus est, quia publicè prædixissent quo die imperator supremum vitæ diem clausurus esset. Præclarus sese mihi pridem obtulit Pici Mirandulani locus ex 2. lib. cap. 9. in Astrologos: quem videtur usurpare hic noster: *Locus ex Qui Homerum, inquit Picus, allegoricè exponunt, per illā Pico Mi- Icar fabulam, qui factitijs pennis cælo tenuiore se commit- randula in tens, in mare præceps datus est, Astrologos aiunt designari, astrologos;*

qui pennis temerariae professionis in cælum se subtollentes, cùm de suis cælestibus dogmatibus, quibus sublimari videntur, quid sunt prædicturi, in pelagus ruunt mendaciorū. Occurrit etiam diuinatoris cuiusdam Angli somniū. Is ex astris prædixerat Henticum septimum Anglorū Regem (qui tum regno præterat) eo anno extinctum iri. Rumor statim ad ipsum delatus est. Iubet itaque hominem ad se vocari: à quo sciscitur fertur, an ex astris certum aliquid posset præcognosci. Innuit. Sed tunc inquit Rex, eius artis peritus es? sic esse respondit. cum Rex, An certò cōiectas me hoc ipso anno moriturum? sic esse ait. Dic ergo mihi, Rex infert, ubi futurus es his festis natalitijs (instabat enim natalis Domini

*Angli di-
ninatoris
vanapre-
dictio;*

nam & hoc fortè te non fugit. Ego, ait, cum meis familiariib. & domesticis lautè me victurū spero. At certè, ait Rex, artis tuæ sum peritior quā sis ipse: nam scio te futurū in carcere. simulque hominē in vineula conjici iubet. Illic vbi iam satis diuinādi calor refrixisset, cum risu dimissus est. Eiusmodi hominū fatuitatem acerrimè perstringunt Basilius oratione 6. eis r̄w εζενης ον. Euseb. De præparatione Euangelica libro 6. & Picus Mirandula in opere ex professo in nugones eiusmodi edito. Ad finem penè 4. Comment Xenophon id sub persona Socratis eleganter & copiosè disputat: quò spe etant Laetantianā ex c. 3. lib. 3. Icarium lapsum Dio Chrysostom. oratore 4. de regnō, ad iactantiam principum iuuenilem & populares quas de se concitant opiniones transtulit.

[Exempio ut doceas.] Debeimus aliorum periculis fieri cautes & prudentiores: & maxime istuc est sapere, dum alieno damno sapimus. Publius Mimis:

Ex virtute alterius sapientia emendat suum

Appendix.

Quadrat hoc Horatij, 1. Carm.

Quid sit futurum ras fuge querere, &

Qui m̄ fors dierum cumque dabit lucro

Appone —

Sed quod sequitur, specialius, apud eundem.

Prudens futuri temporis exitum

Cataginosa nocte premit Deus,

Ri cīque si mortalis ultrā, Fas trepidat —

Meminit Eunapius Sardianus lib. de philosophorū & sophistarum vitis in Prisco: Quos, ait, gloriosos ob dogmatum insolentiam animaduertat, & pennas extendere maiores, fragilioresque quam Icari fuerint, eos sensim ex alto deducebat, non ad mare, sed ad humū. & humanitatis modulum. Epigramma mihi suppetit cuiusdam sed anonymi, eruditum sanè, & nimis veridicum, quin vereor ne in nostros quosdam principes quadrarit. Ita se habet carmen:

Cum coniectorem princeps auctoratus, anens

Consulit, & quæ sint fatigata futura rogat,

Sceptra manent, inquit, te regia, & ecce parente

Maior eris: Lario verius ore loquor..

Credulitate ista fallaci captus, ad arma

Currit, in exitium cœcus at ille suum.

Et cum vase siso c. c. it led dispicare casu,

Alter ut is Phaeton, Icarus iste füss.

Qui alta contemplantur, cadere.

EMBLEMA C.III.



DVM turdos visco pedica dum fallit alaudas,
Eri alta altiuslam figit arundo gruem,
Dipsada non prudens auceps pede pertulit: ulcriz
Illa mali emissum virus ab ore iacit.
sic obit, extento qui sidera respicit arcu,
securus fatis quod iacet ante pedes.

ID ex apolo^{go} quodam Æsopi de aucupe & vipera. Hic accep^{to} visco & arundinibus exiit aucupatum Viso turdo in alta sedentem arbore compositis arundinibus sursum spectabat eum comprehensurus. Verum ignarus in vipetā dormientē incidit, à qua morsus, iamque p^{ræ} dolore vitā agens,

dixit. Ah, alium capturus ab alio miserè capior. Huic simile est Epigramma Antipatri Sidonij de Alcimene aucupe, qui cùm arcu & funda pete ret aues, in altum speculatus, iactus à diplade interiit. Totum autem carmen est prosopopœia:

Prototypus
Emblema:
113.

οὐ ποτὲ ἐγένετο καὶ φύετο καὶ ἀρπάκτησε τὸ φύκον
σπέρματα Θεοῦ οὐ φύπεποιεισαντα γένεσον,
εἰνδιάρχειας τῆς Θεοῦ εὔσπροσα καλαπταῖνων
ἀληθεύεις πλανῶν εἰσγενόμενοι ποδες νέοι Θεοί.
καὶ μέτις επιτέλει τῷ σφυρὶ σφυρὶ διτέλεις εἰχίσνει
σφράγιον τὸν ἐν γενύσιν πικρὸν εὐεῖσα χρόνον
θελίας χείρωσεν, ἵδη εἴς τὰ καθ' αἰδέεις λαΐς ποιει.
τοῦν ποτὶν εἰς καὶ δάκρυα καὶ μα καὶ λινόδομον.

Hoc sic utcumque Latio reddidimus:

*Qui sternum iactis sementibus ante, rapacem
Arcebam altiuolam, Bistoniamque gryuem,
Extensis manibus, bubulaque id verbere fundae
Alcimenes abtigens ipse procul volucres;
Infligit pedibus serpens tum vulnera dipsas,
Lethiferoque nigrum virus ab ore vomit.
Méque dat ipse neci, attentus dum sidera specto,
Nescius exitu quod foret ante pedes.*

Cui conuenit quod de Thalete fertur, qui dum noctu cælū contemplaretur, in scrobum decidit. quod ridens ancilla dixit
χρεια πατέτιν εἴη, εἰς τὰ τῷ ποτὶ ποτὶν ἀχροῶν, τὰ εἰς τὸ φαῦ εἰσόπτει. Id alij tribuunt Anaximeni. Gabrias in tetrastichis idem scribit, cuius hæc verba:

εἴσποις τελεσκοπῶν περισεροσκόποθε
πίπτει λεπιδῶς προὶς φρέσις αρ. τυχῶν δὲ περι
οὐδειπόροθε, σενόντων, ταῦτα εἰς τὴν λέγων,
νοῦν δεῖς ἀναβελπεῖτε, τὰ γλώσσας εἰλέπτες.

Astrologo-
rum reprehē-
sio.

Taxantur Astrologi, qui cùm circa inspectionem rerum cœlestium ita sunt occupati, vt aliquid inde præsigite se posse putent, non præuideant in terris sibi periculum impendere: cùmque præsentia ferè ignorent, futurorum sciétiam habere se gloriantur. Atqui, quod Pindar. habet Olymp. 12. τῷ μελλοντῷ τὸ τετράλοντα φεγδὺ, id est obscuræ sunt admodum & cæcæ futurorum cognitiones. In eos Morus Epigramma hoc lusit lepidum & festiuum:

*Saturnus procul est iamque olim cecus, ut aiunt,
Nec propè discernens à puero lapidem.*

Luna verecundis formosa incedit ocellis,

Nec nisi virginum virgo videre potest.

Jupiter Europam, Martem Venus, & Venerem Mars,

Daphnen Sol, Hersen Mercurius recolit.

Hinc factum, Astrologe, est, tua cum capit uxor amantes,

Sidera significant ut nihil inde tibi.

turdos.] Turdus inter primas à saporis bonitate insignis.

Martial.lib.13.

Turdus.

Inter aues turdus, si quis me iudice certet:

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

De turdis Plinius libro 10. cap. 42. & 53.

Figit arundo.] Pro sagitta hic arundo sumitur, ob usum enim quem sagittis conficiendis præbent arundines, hæ pro illis accipi palam est.

alaudas.] galeritas, de quibus Plin.lib.11.cap.37.

gruem.] De gruibus in sepeioribus satis. Adnotanda synedoche, qua posuit speciales quasdam aues pro alijs quibuscumque.

dipsadas.] Dipsas, aspidis genus, cuius mortu sitis inducitur: *Dipsas serp* & Græcè δίψα, sitis est. Huius meminit Plin.lib.23. cap.8. & pens., lib.22.cap.5. Solinus Polyhistor cap.30. Lege Lucian. præfatione De dipsadibus, & Pierium Hieroglyph.16.

Securus fati.] id est, ignarus & inscius infortunij, quod sibi mortem attulit. Sic Lactant.lib.2.cap.3. in philosophos: Dum aliorum præcipitiū vident, nō prospexerunt quid ante suos pedes esset. M.Tullius in 2. De Diuinat.ridens haruspicinam:

Democritus non inscitè nugatur, ut physicus.
quo genere nihil arrogantius: citatque illud ex nescio quo poëta:

Quod est ante pedes, nemo spectat: celi scrutantur plagas.

Appendix.

Exenteo qui sidera respicit arcu.] Fortè allusit ad verbum Gre-
cum ἀσοχίας: is enim est ἀσοχή, hoc est, ἀπαρόσκοπή:
quamquam me non fugiat id tribui nomen pisci cuidam, qui
sic à corporis habitu nuncupatur,

Potentissimus affectus, Amor.

EMBLEMA CV.



ASPICE ut inuitus vires auriga leonis,
 Expressus gemma pugno vincat amor?
 Utque manu hac scuticam tenet, hac ut fleetit habens,
 Viquo est in pueri plurimis ore decor,
 Dira lues procul esto: seram qui vincere talem
 Est potis, à nobis temperet ánne manu?

Fons Em.
Elegatis.

ID extulit ex Græco Argentarij, quod ascribam:
 αὐγάζω τὸν ἀρυκτὸν ἐπὶ σφεγγίδι ἐρωτα
 χεσὶ λεοντείαν ἀνισχεῖται οἰαν,
 ἐστα μὲν μάστιγαντ' αὐχένθ, ἀ δὲ χαλινές
 διδύνει, πολλὰ δ' αμφιτέμηλε κάρις.

Ἐπίστω τὸν Εροτολοιγέν. ὁ γὰρ καὶ θηλεῖς δαρμάσσειν
ἀχειον, εὐδὲ οὐλίγων φείσεται αἰματίον. id est,

Quid video in gemma hac? amor est, auris galonis

Insidet, et frenis ora superba regit.

Vna manus flagro cedit, moderatur habens

Altera: nulla magis signa placere queunt:

Sed metuo immittit puerum; mortalibus aegris

Quid faciet, qui sic corda ferina domat?

Huc respexit Lucian. in Deorum Dialogis. Conquerentem enim Veterem apud Cupidinem filium facit & sibi nonnihil reformidantem, ne propter scelera quamplurima leonibus tandem objiciatur, cui puer Cupido, *Σάρπειδος μῆτερ, ἐπὶ καὶ τοῖς λέωνιν αὐτοῖς οὐδὲν ξενεῖν εἴπι, καὶ πολλάκις ἐπαναβάσις τὰ νῶτα καὶ τῆς κομης λαβόειν οὐτοις οὐδὲ σάννεσι, καὶ τοὺς χειραρχούσοις εἰς τὸ σόμα πειλιχυμοσάρμηνοι ἀποδιδόσι μοι:* Confide mater; leonibus enim ipsis iam familiaris sum factus, & sapienter consendi eorum terga, & apprehendi iubas; equitis more insidens illos agito: illi vero interim mihi caudis ablandiuntur, ac manum insertam ori receperant, lambuntque; deinde mihi reddunt innocuam. Hoc quidem schemate satis ostenditur, quanta sit amoris vis, qui de fortissimi etiam & ferocissimi triumphum agat. Lēonum nomine significantur viri graves, & alioqui sanctimonia probitatèque aliqua insignes. Leones autem amore furere notat Plinius 8. historiæ mundi, cap. 16. & Aristotel. histor. animalium lib. 6. Sed non possum conniuentibus oculis transilire quod scribit Plutarch. in Amatorio: ὅφων ὑμένεις τὸς μηδεὶς τὴν ἀνθρωπίτην ἐλκούτας τὸν ἔρωτα τὸς δὲ εἰς τὴν γυναικονίν, θερψεῖς, καὶ δεῖον ἀγαδὸν, εἰς τὸν ἐδαύλωμαζον ἐπειπλικαύτην δύναμιν ἐχεις καὶ πρᾶτον τὸ πάθον, οἷς λινὸς προστῆκον εξελαύνειν αὐτὸν πατεράζειν, καὶ κολεύειν τὸν τοι τῶν αὐξανόμον καὶ σεμνωόντεον. id est, Non sum ductus admiratione à quibusdam vestrum in virorum conclave, ab alijs in gynæceum trahi amorem, ingens ac diuinum bonum: quandoquidem tanta sit vis, & tantus honor amori exhibitus, ut à quibus omnino expelli debuerat & opprimi, ab ipsis autem geatur & prædicetur. Sed hec videri non satis operta possunt, nisi exemplis illustrentur. Ælian. 12. Var. hist. narrat de Diophippo Olympijs viatore, cum pugilum more Athenas eques introiret magno populi concursu, & alij rerum aliarum quæ in eo essent apparatu & pulchritudine caperentur, ipse mediò

*Lucianus
locus.*

Leones quæ

triumpho cōiectis oculis in mulierem quandam formosissimam ab eius aspectu non potuit abduci: quin etiam vultum sēpe mutabat, vt facile appareret eum telis Cupidineis saucium, iam non sui fuisse compotem. quāmobrem Diogenes Synensis ad popūlum: En, inquit, pugilēm vestrum magnum, vt à puella configitur! quasi dixisset, turpē esse qui viros vieisset, à muliercula superari. At iocularis iste reprehensor ignorare se fingebat quanta sit amoris vis, quāmque efficax pulchritudo formāque decess corporis, quam non temere Socrates exigui temporis tyrannidem appellauit: Carneades, regnum quod nullis satellitibus egeat: Plato, naturae priuilegium. Plutarch. in Hyperide retulit exēplum perquā venustum & memorabile de Phryne, pulcherrima femina, quæ impietatis accusata, defensa est ab Hyperide, oratore certe nobili, qui quōd videret eā iam damnationi proximā, commiseratione v̄sus, vt quocquo modo iudices flecteret, mulierem produxit in medium, & discissa veste, nuda pectora iudicibus ostendit. Qui mulieris admirati pulchritudinem, eam dimittendam censuerunt; ex quo & oratoris astrum, & iudicūm inexpectatam misericordiam, ipsiusque rex venustatem (id est τὸ εἶδος ἀξιον τυραννίδος, vt loquitur in Phœnissis Euripides) spectanda proponebantur. Aristotelis memoratur dictum, pulchritudinem omni epistola commendatiorem, id est formam corporis habere maiōrē persuadendī vim, quām quævis oratio, vel epistola. Ex eo itaque cūm aliquis quereret, cur quæ pulchra essent, tam imperiē amarentur: dixit eam esse cæci hominis p̄ercontationem. Mirari enim possit aliquis fuisse cæcum, qui nūnquam antea quicquā vidisset, & Iuuenal. 4. satyr.

*Qui nunquam visę flagraret amore puellæ,
de quo Iuuenalis. quid plura? etiam in cæcorum animis subtilis & peruicax regnat antor. sed nōs hæc misla facimus, de Hercule scribitur ab Ouidio:*

Quem non mille feræ, quem non stheneius hostis'

Non potuit Iuno vincere, vicit amor.

Proclus omne pulchrum, dicit honestūm esse idemque amabile, eo quōd naturæ diuinæ aliquam imaginem habeat. ex quo τὸ ρελόν, à ρελεῖν quidā deditūt, quod est vocare: quia ad se vocet & alliciat hominum animos: quām etiam ob rem credibile est à veteribus, reges eos in primis creatos, qui pulchritudine alijs antecelleret. Sic enim Homerus suos heroas

à dignitate vultus ipsaque pulchritudine commendat Achillem omnium pulcherrimum facit: quamuis enim Nireum nominet, ex ijs qui ad Ilium venissent formosissimum, tamen ei Achillem præfert. Ita Virgilius de suo Aenea:

— ipse ante alios pulcherrimus omnes

Inset se socium Aeneas, atque agmina iungit.

De Lauso verò, déque Turno sic:

Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

His consentanea maximè sunt quæ disputantur ab Isocrate in Helenę laudatione: vbi sic pulchritudinem commendat, ut eam esse rem diuinam statuat: ea enim ferè contēnuntur in quibus nulla pulchritudo: cōtrà quæ pulchra sunt suspiciuntur ab omnibus. Imò virtutem non alia de causa censet in à ποτε τῷ precio haberí summisque honoribus affici quam quòd pulcherrima quædam res sit. denique alia omnia bona inuidiæ sunt exposita: nullus tamen est qui pulchris hominibus inuidiat, quos potius admirantur omnes, dignosque honore putant: cumque omnia fortitudo sua dignitate antecedat, à pulchritudine tamen superatur.

pūsio.] parvus puer, παυδίον καὶ παυδάριον. Cic. 1. Tuscul. in lib. Platonis, qui inscribitur Menon, Pusionem quandam Socrates interrogat, &c. Idem pro Cælio: Propter nocturnos quosdā inanes metus tecum semper pūsio cùm maiore sorore cubitauit. Iuuenal. Satyr. 6.

— pūsio dormit, Pūsio qui noctu non litigat.

scuticam.] paruum flagellum è loris factum, à Græco σκύτος, Scuticam quod est corium. Horat. Sermon. 1. Satyr. 3.

Nescutica dignum horribili se fere flagello.

Iuuenal. Satyr. 6. — rubet ille flagellis,

Hic scutica. —

Scutica quid sit, forte non omnibus notum σκύτος peltis est, vnde scutica, quia fiat è corrio sine pelle. Hinc scuta, quia pelibus operta. Sed habeo penes me libellum membrana descrip- ptum in quo præter alia quædam, commentarius est nunquam quod sciam editus in Satyras Persij. Scuticam ergo sic definit, Innominatus ille: Scutica erat quædam corriga, ha- bens in summitate nodos quosdam in modum fabæ: de qua Terent. Hæc faba cuderetur in me. Hæc ille. Huc ego pro- uerbiu[m] refero: Vnica scutica impellit omnes. Chil. 2. Cent. 50. Proverb. 65.

plurimus ore decor.] Sic eum effinxit Lucian. in amore fugi-
tivo.

Dira lues.] Epiphomena.

feram qui vinceret item.] à maiori ad minus.

Appendix.

Confero huc Propertianum istud,

Eripitur nobis iam pridem chara puella, &c.

quo loco de viribus amoris in generosos animos, exemplis
hinc inde ductis, nimirum raptæ Helenæ, Centaurorum im-
petus in Pyrithoum: Romuli qui Sabinas rapere docuit: A-
chillis de sibi erupta Hippodamia Briseide: sic enim poëta ele-
gans:

Inferior multò cùm sim vel Marie vel armis,

Mirum si de me iure triumphat amor.

Magni sepe deces, magni cecidere tyranni;

Et Thebae steterunt, altaque Troia fuit.

*Dira lues.] Dirum, Dei ira natum, Vearius ait. at lues, à Græ-
co λύσιν, soluendo, seu dissoluendo, seu ερείν, quod nihil
adeò soluat hominum vel generosorum mentes, quam fœdi
& ignauia amoris consuetudo.*

Potentia



Potentia amoris.

EMBLEMA CVI.



N V D V S Amor viden' ut ridet, placidūmq; tuetur?
 Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet:
 Altera sed manuum flores gerit, altera piscem,
 scilicet ut terra iura det atque mati.

ID transtulit è Græco Epigrammate:
 γυμνὸς ἐρωτικὸς διὰ τὸ τογλαῦχο μείλιχος οὐδέποτε
 εἰς γένερον τοξον καὶ πυρόεντα θέλην.
 δὲ μάτιον παλάμιας κατέχει δελεῖνα καὶ ἄνθος.
 τῷ μὲν γάρ γαῖαν, τῷ δὲ θαλασσαν ἔχει. id est,
 Nudus amor blandus in circò arrides ocellis;
 Non arces, aut nunc ignea corda geris.

Emblematis
fus.

Hh

Nec temerè manibus florem, delphináque tractas:

Illa etenim terris, hoc valet ipse mari.

Legi alicubi Philostratum Cupidini rosam conferre. Nam sicut illa recens mollis est, ita Cupido, cui aurei non aliter ac rose capilli tribuuntur: hic quoque spinas pro iaculis gestat, pro facibus fulgorem, folia pro aliis data sunt: denique utrique tempus, color & mores conueniunt. Delphinus autem hominum amasius maris quietum statum & tranquillitatem ostendit, iramque & commotionē fluctuum ibi emolitam signat, ut docet Pierius in Delphino suo Hieroglyph. 27. Id videtur expressissime apertius in Hippolyto Euripides:

οὐ ποικιλόπερ Θάμφισαλῶν

ἀκυτά ποπερῶν,

ποτῆται δὲ ἐπὶ γαῖᾶς εὐήχητον,

δέλμυρον ἐπὶ πόντον. hoc est,

Amor omnia domas.

Ille pennis ornatus varijs vndique volitans alis velocissimis, volat namque super terram, superque sonorū & salsum mare. Quod significat omnia subjici imperio Amoris, qui nudus est, propterea quod hic affectus debet esse simplex & apertus: ridet, quod oblectationem præ se ferat: blandè aspicit, ut persuadeat: nullis armis instructus est, ut cum eo congregari non reformides. Plura lege apud Athenæum 13. cap. 5. & Platon. in Conuiuio. Apud Euripidem Hippolito, nutrix Phædram heram alloquitur, eique amorem suadet, in quo si quid sit vitij, culpam omnem in Venerem confert,

φαίτη δὲ ἀνθέρη, δέ τι δὲ ἐν δαλασίῳ

κλύσων Κύπροις πάντα δὲ εἰ ταῦτα εἴρην.

Vivit per aethera: estque in marino aëte

Venus omnia: verò ex ea nata sunt.

Fax Cupidinis.

Nec faculas.] Fax Cupidini tribuitur, quod corda mortaliū adurat, & animos conficiat.

Cornua. Jaricum, qui cornutus apparet, cum potissimum tensus est.

Rosa Venetorum dicata.

Alteras ed manum flores gerit.] τὸ δὲ θέρα, καὶ τὸ σὸν promiscue ponit apud poetas solemne est. Sed non est hic prætermittendum lepidum Ausonij Epigramma (quod iamdiu tribui Virgilio cœptum, inter eius appendices etiam nunc legitur) de Rosa:

Vidi Pestano gaudere rosaria cultu

Ex oriente novo rosida Lucifero. deinde,

Rosinus, color unus, & unum mave, duorum

Sideris & floris natus domina una Venus.
Forsan et unus honor: sed celorum ille per auras
Diffusatur, spirat proximus iste magis
Communis Paphie dea sideris, & dea floris
Principis unius muricis esse habitum.

Certe philosophi quidam odorem roseæ & colorem à Veneris stella proficiisci existimatunt. Quare poëta Venerem semper ore loquì roseo dicit.

Scilicet ut terre.] Notissimum est illud ex Eclog. 10. Virgil.
Omnia vincit amor: quid enim non vinceret ipse?

Idem alibi:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Item,

Omnē adeò genus in terris hominumq; ferarūq; &c.

Scilicet ut terra iura det atque mari.] Lucretius initio primā libri:

Alma Venus, hominum, Diuīnque eterna voluptas.

Idem eodem:

Quæ mare nauigrum, que terras frugiferentis

Concelebras. Et deinde:

— tibi suavis dædala tellus

Submittit flores: tibi rident æquora ponti.

Ouidius:

Tu superos, ipsūnque Iouēm, tu numina ponti

Victa domas, ipsūnque regit qui numina terre,

Tartara quid cessant?

Et Propertius:

Hic Deus & terras & maria alta domat.

Qua ratione trādit Pausanias in Corinthis apud Sicyonios extare nobilem Veneris statutum ex ebore, quæ capite gestet cœli orbes; altera manu teneat papauerum capita; altera verò malum: quo significaretur quanta Veneris in animantia omnia, inque ipsos deos, vis esset.

Appendix.

Virgil. 4. ecloga:

— tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathū, tibi candida Nap
Pallentes violas, & summa papan-ra carpens,
Narcissus & florem iungis bene oleniss: anesi.

Politianus eleg. de violis:

Formose ò viola, Veneris munuscula nostra,

Dulce quibus tanti pignus amoris inest.

Hortos tutelæ Veneris assignat Plautus, Plinius refert lib. 19.
cap. 4. Et quid verear, fretus eruditorum venia, carmen affi-
gere, quod eiusdem pene argumenti cum Alciati emblemate,
ociosè fudimus? Id sic habet.

Symbola a tulantum cernis, Rosa, Piscis amorum,

Non sanè unius symbola certa malis.

Nam rosa verna suis non est sine semibus, idem

Piscis habet spinas intus & ipse suas.

Pulchra rosa est, virum illa brevi fit marcida: piscis

Est serus, esse aliqua nec cicur arte potest.

Præterieram ne cito quo casu Ouidij illud, epistola Phœdræ;

Quicquid amor insit, non est contemnere tutum:

Regnat, & in dominos ius habet ille Deus.



Vis amoris.

EMBLEMA CVII.



ALIGERVM fulmen fregit Deus aliger igne,
Dum demonstrat uti est fortior ignis Amor.

EX lib. 4. Epigrammat. Græcorum sumpsit illud
οὐ μάρος τον μάρον ἵγων, ἀχνυσι κέραυνον,
δίκυνδις κρείτων πόρπυρος θεῖν ερως.

Tanta vis est amoris, ut ipso fulmine concitatior sit, & violē- Amor ful-
tior: quippe qui nec ipsi Ioui cedat, quem multoties arcu mine super-
petuisse Poëtæ referunt: quo significatur amore strenuo nihil rior.
vehementius esse neque insuperabilis. Itaque Græcis
ἔρως παρδαμάτωρ dicitur. De quo illud est distichon pes
prosopopœiam:

Perfringunt, penetrant, urunt mea spicula fulmen:
Ecilices hinc wumen est mihi παρδαμάτωρ

Quidam exstant Euripidis versus apud Stobaeum, quibus Amorem Deum omnium potentissimum facit: hi sunt:

ἔρωτα ὅσις μὴ θεὸν, κρίνει μέγαν,
καὶ τὸν ἀπάντων δαιμόνων νοέρταν,
ἢ σκλέος θεῖν, οὐ καλῶς ἀπειρθεῖν,
οὐκοῦδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεὸν.

Anacreon:

οὐδὲ καὶ θεῶν δυνάσθη
οὐδὲ καὶ βροτοὺς δαμάζει.

Menander.

Δέσποιν, ἔρωτε οὐδὲν ἰχύει πλέον
οὐδὲν αὐτὸς ὁ κρείττον εἴρηνος θεῶν
Ζεὺς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάνταντα γεδεῖς ποιεῖ.

dicit nihil amore potentius, ut neque ipse Iupiter qui in cœlis dijs alijs imperet, ab amore coactus ei obsequatur. In Troadibus Euripidis Helena factum suum excusans, apud menelaum maritum, confert omnem culpam in Venetem a quia coacta sit his verbis:

τὸν θεὸν κόλαξε, καὶ Διὸς κρείστων γένε,
οὐς τὸν μὴν ἀλλων δαιμόνων εἰχει κρείττον
κείνης δὲ δοκλεῖ. Id est:

Obiurga Deam: & fias Ioue potentior qui alijs dijs imperat, huius quidem (Veneris nempe) seruus est.

Ouidius:

Regnat, *et* in superos ius habet ille Deos.

Huc facit illud Clemētis è 6. spōmat. ἔρωτα γέ τὸν ἀβρὸν μέλη ποιει θρύον ταῦτα μίτερις πολυταρθροῖς σείδην. οὐδὲ καὶ θεῶν δυνάσθη, οὐδὲ καὶ βροτοὺς δαμάζει: Amorem celebro delicati florentibus plenum coronis: quippe qui & in Deos imperium obtineat, atque homines domet. Huc Augerianī octo-
stichon, sanè lepidum:

Omne olim calum (ut fertur) celum omne rubeat.

Inter se superis dum fera bella gerunt.

Fortis erat Bromius thyrso, Mars ense, tridente

Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.

At cum visus Amor fuit in fulgentibus armis,

Necon non accensa lampade pulchra Venus:

Priuatus thyrso Bromius, Mars ense, tridente

Neptunus, fortis fulmine dextra Iouis.

Sed mirum fuit Ouidij ingenium in eo affectu exprimendō, eiusque vi amplificanda: sic enim 2. Amorum, eleg. 1.

In manib[us]que Iouem & cum Ioue fulmen habebam

Quod bone pro calo mitteret ipse suo.

Clausit amica fores: ego cum Ioue fulmen omisi,

Excisit ingenio Luppiter ipse meo.

Luppiter ignoscas: nil me tua tela iuuabunt:

Clausa tuo maius ianua fulmen habet.

Et in secundo eiusdem operis, eleg. 1. vbi conqueritur de
amasia, quæ se alteri mancipat, quamque ideo verberibus
cædere constituerat:

Ut faciem vidi, fortis cecidere lacerti:

Defensa est armis nostra puella suis.

Qui modò sevus eram, supplex ultróque rogauis,

Oscula ne nobis deteriora daret.

Risit: & ex animo dedit oscula, qualia possent

Excutere irato tela trisulca Ioui.

Lilius Gyrald. hist. Deorum Syntagmate 13. repetit ex Plinio,
fuisse in curia Octaviae Cupidinem fulmen tenentem, cuius
auctor nesciebatur. Id affirmabatur Alcibiadem fuisse Prin-
cipē forma in ea ætate, in cuius clypeo ita erat pictus. Pote-
rit fulmen hoc à Cupidine fractum traduci ad id quod dici plus amoris
solet, Amore plus quam vi effici. quod in quadam Epist. ex quam vi
pressit D. Hieronymus: Ingenia quidem, inquit, liberaliter effici.
educata facilius verecundia quam metus superat.

Aligerum fulmen.] Epitheti metaphora. fulmen cum telo
amoris comparat: sed & fulmen telum vocatur Græcis, vt Fulmen a-
apud Sophoclem: ἔγραπτον οὐ τέλος πάτερ κεφανος: & aliger a-
Herodotum, βέλος τεσκυλεδος. Fulmen aligerum dici-
tur propter celeritatem: ideoque pictores fulmini tribuunt
alas, quod a Ioue immitti crederetur. Virg. 1. Æneid.

Atq; his aligeris dictis affatur Amorem. vt Græcis ερως θεον.

Ignis amor.] Merito amor ignis dicitur. Itaque Virgil. passim
Amorem ignis nomine nuncupat. Sic 3. Georg.

Omne adeò genas in terris hominumq; ferarumque,

In furias ignem querunt.

Idem Æneid.

— & caco carpitur igni.

In Eclog. porrò,

At māhi sese offert ultrō meus ignis Amyntas.

Quid. epistola Paridis Helenæ:

— quis enim celauerit ignem

Lumine qui semper proditur ipse suo?

Scripsit & perelegas sanè tetragraphon Ioan. Secundus in Ec-

pidinem camino insculptum, eadem fermè caussa:

Flammiuomo Veneris quisquis fuit ille camino

Qui sculpsit puerum; credite, doctus erat.

Scilicet aeterna penes hunc custodia flammæ:

Per quem sopus non queat esse focus.

Fortior ignis Amor.] Teste Xenophonte, qui ait amorem ipso ignitorrentiorem, & feruidiorem. nam ignis tangentem solùm vrit, & vicina depascitur amoris ignis etiam in procul intuentes, & longo terrarum tractu dissitos ardenzes suos radios vibrat.

Appendix.

Spectat illud ex epist. Phedræ,

Venit amor granius quò seriùs vrimur intus,

Vrimur, et cæcum pectora vulnus habent. deinde

At bene successit diro quod adulimur igne. & post,

— me tacitum conscius vrit amor.

Sed hæc de verbo, vrit, quod ad amoris affectum traduci sollemnè est. Nos argumenti sententiā possumus non inconcinnè traducere ad fœdera illa quæ percuti solent inter principes viros, & familias nobiles inter se dissidentes, sed tandem quæ pactis conuentis, connubiorum illecebra, dataque fide coëunt, ac deponunt hostiles animos. In eo vis amoris elucescit, vt quæ Martis impetum omnem contundat optati adventu Cupidinis. Argumentum lepidi huius distichi audiui aliquando trahi ad illud Esdræ, quo loco veritatem rege, vino, femina potentiorem arguit: de quo id legimus ἀδηλον,

Rex, mulier, vinum, præ cunctis fortiter urgenter,

Sed inter omnes Veritas victrix manet.

Item ad' deum modum,

Magna meri vis est, fortis rex, femina fortis:

Forio quæ cùm sint, Verum tamen omnia vineat.

Sed vt ad carceres redeam, non me fugit illud Ouid. s. Metamorphos. — *videz hunc Ericina vagantum.*

(Ditem intelligit.)

Mones suo residens, natumque amplexa volacrem:

Arma, manusque meæ, mea(nate) potentia, dixit,

Illa quibus superas omnes, cape tela Cupido,

Inque Dei pectus celeres molire sagittas:

Cui triplicis cessit fortuna nonissima regni,

Tu superos, ipsiūque Iouem, tu numina pontis

Victa domas, ipsiūque regis qui numina terre,

Tartara quid cessantis?

In studiosum captum amore.

EMBLEMA CVIII.



IMMERSVS studijs, dicundo & iureperitus,
 Et maximus libellio,
 Helianiran amat, quantum nec Thracilis umquam
 Princeps sororis pellicem.
 Pallada cur alio superasti iudice Cypri?
 Num sat sub Ida est vincere?

EX Guicciardino Italo, scriptore historiæ diligentia erup-
 edito, didici, Epigramma hoc Alciati speciatim scriptum
 fuisse in Hieronymum Paduanum doctum quidem hominē,
 sed qui amatoria etiam tractaret. Quod & generatim traduci
 potest in quosdam doctrinæ gloria celebres, qui amore turpi

Origine
 Emblema:
 tis.

excæcati, videre non possunt quantum' vitæ suæ & famæ de-
trahant. Pudet sànè referre doctos homines quamplurimos,
sui nominis suæque dignitatis oblitos, qui hac perculsi non
leuiter insania, disciplinarum liberalium (quibus ingenium
perficitur, bonique mores inferuntur) cultum natuum tur-
pissima Veneris labé infamarunt. Tales fuerunt apud Græcos
Qui inter
ductos, amo-
ri operam
dedeñnt.

Augustinus
Nyphusphi-
losophus.

Callinachus, Sophocles, Philetas, quos secuti proximè Catullus, qui Lesbiam: Tibullus, qui Deliam: Propertius, qui Cynthiam: Naso, qui Corinnam versuum mira luxuria cele-
brarunt. Certamen eiusmodi inter Palladem & Venerem etiā
nunc durat, quodque crebrò accidat, plerisque etiā viris bo-
nis videtur esse ludus. Quo loco referre placet quæ Paulus
Iouius, ætatis nostræ historicus excellentissimus. dè Augusti-
no Nypho Philosophiæ professore retulit. Susceptis enim li-
beris & vxore senescente septuagenarius senex, puellæ citra
libidinem impotenti amore correptus est vsque ad insaniam;
ita ut plerique Philosophum senem atque podagricum ad ti-
biæ modos saltantem miserabili pudore conspexerint: vnde
illi maturatum vitæ exitum constat. Melius quidem Panæ-
tius, qui adolescentulo querenti an sapiens amat urus esset: De
sapiente, inquit, videbimus: mihi & tibi, qui à sapiente longè
absimus, non est committendum ut aliquando incidamus in
rem tam commotam & impotentem, alteri emancipatam, &
vilem sibi. Marcus etiam Tullius mortua coniuge, ab amicis
vocatus ad secundas nuptias: Vix possem ego, inquit, eodem
modo uxori & sapientiæ studio dare operam. Quò referā il-
lud Chrysippi. Cum enim dixisset quidam sapientem amore
non capi, testimonio esse Menedemum, Epicurum, & Alexi-
num: Hac ego, inquit, ratiocinatione utar: Si Alexinus ille
dissolutus, & Epicurus insensatus, & Menedemus canus ac
delirus (sic enim ab Eretriensibus dicebatur) amore capti non
sunt: nec sapiens quidē eo capietur. Porrò videtur hoc Em-
blema imitatus esse ex Græco Pauli Silentiarij:

οὐ μὴν ἀμελθάκτοισι εὐὶ φρεσὶ οὐδὲν εὐ οὐδὲν

οὐτοφόρε παρίν θεομὸν ἀπιπάμενον

γυνοβόροις βελέσαιν ἀνέμεσατ οὐ τοὺν ερώτων

αὐχένα σοι κλίγω κύων μεταπόλινον

δέξο με καγ χαλόωσα, σοειδὲ οὐ παλάδα νικᾶς

νινο πλέον, οὐ τοπάρον οὐ μίλω εφ' επερίδων.

Senex est qui conqueritur se, cum iuuenis esset, telo amoris
inviolabilem fuisse: etate autem prouestum amoris iuga-

gogi. Epigramma ferè ita Latinè:

Acer eram, ut primis in usc[t]a mente sub annis
Oestrifera spreu[i] dulcia iura Dei:
Missilibus nec eram diris violandus amorum,
Quis tua nunc canus sub iuga vado Venus.
Susci[pe] o[ste]ns, tetrica vieta tibi Pallade cessit
Quām prīns Hesperidum munere maior honos.

Vide num huc referre possis initium Odes vndecimæ Epodi Horatiani:

Petti, nihil me sicut ante iuuat

Scribere versiculös amore perculsum graui, &c.

Alio sensu ab Ouidio dictum memini elegia tertij Amorum, qua Tibulli mortem deflet:

Ecce puer Veneris fert eversamq[ue] pharetram,

Et fractos arcus, / sin eluce faciem.

Amorem etiam suis destitutum armis descripsit initio eiusdem operis amatorij his verbis:

Quis tibi seue puer dedit hoc in carmine inniss?

Pieridum vates non tua turba sumus.

Quid si præripiat flaua Venus arma Minerva?

Veniles accensas flaua Minerva faces?

Quia de turpis amoris quibusdam effectis non nihil accipi, ijs que maxime quibus erudit[i] plerique, & qui sapientiam proficiuntur argui non nunquam solent, nescio an huc recte audirem conjicere $\tau\bar{\nu}\delta\sigma\delta\iota\theta\bar{s}$, id est, Veneris ε̄nuov, quam $\Delta\phi\delta\bar{i}$ η δραίνειν à desipiendo non inepte quidā deflectunt. Quod confirmat Euripides quo loco ait, η μητρά πάντες ε̄s $\Delta\phi\delta\bar{i}\theta\bar{s}$ βροτοῖς: hominum esse stultias, quæcumque Veneris causa fiant. Et Cytheream, Veneris nomen Grammatici deflectunt η καθεύ τὸν ε̄φωτα, τούτεσι κρύπτειν διαχραν μίξιν: quia, ut inquit Cicero i. de officijs, qui ad voluptatem corporis paulò sunt prop̄siores, quāuis ea capiātur, occultat & dissimulant tamen appetitum propter verecundiam.

Immersus studijs.] Ab aquis translatio.

libellio.] Libellio dicebatur à veteribus, quem nos Tabellio- Libellio nem vocamus, Græcè γέγματεις dicitur.

quantum nec Thracins umquam.] Hac parium collatione turpē amorē significat, qualis fuit in Tereo Thraciæ Rege, qui Philomelæ inuictuæ, Progenes vxoris sorori, stuprū iactulie, Fabulam repe[n]te ex Ouidio.

Pallada cur alio.] Hæc apostrophe gratiam addit, c[on]s[ec]ut[us] eis

cité significat quām sint ad libidinem propensi qui ab ea in primis esse deberent alienissimi.

Cypris.] Cypris, vel Cypria, Veneris cognomen, à Cypro insula, luxui deditissima. Iustin. lib. 18. D. Augustin. Ciuit. lib. 4. 10. aliisque plures.

Ida est.] Ida mons editissimus, in quo tres Dex de pomo aureo concertarunt.

Appendix.

Ad hunc locum placet ad gregare lenes ac suaves Tibulli numeros, eleg. 1.

Interea dum fata finunt, iungamus amores:

Iam veniet tenebris nox ad operta caput.

Iam subrepet iners etas, nec amare decebit,

Dicere nec cano blanditias capite.

Deinde eleg. 2.

Vidi ego qui iuuenem miseris lusisset amores,

Post Veneris vincis subdere colla senem,

Et sibi blanditus tenera componere voce,

Et manibus canas fingere velle comas.

Stare nec antefores pudnit seruire puellæ.

Ancillam medio detinuisse foro.

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arcta.

Despuit in molles et sibi quisque sinus.

Memineram mimi cuiusdam veteris, Anus cùm saltat, morti delicias facit. Nihil enim ridiculum magis, & maiore dignum cachinno, quām sit senex amasius, & litteratus nugis ac lasciuijs obnoxius.



A'utēs, id est amor virtutis.

EMBLEMA CIX.



DIC ubi sunt incurui arcus? ubi tela Cupido?
 Mollia queis iuuenum figere corda soles.
 Fax ubi tristis? ubi penna? tres unde corollas
 Fert manus? unde aliam tempora cincta gerunt?
 Haud mihi vulgari est hospes cum Cypride quicquam,
 Vlla voluptatis nos neque forma tulit.
 Sed puris hominum succendo mentibus ignes
 Disciplinae, animos astrague ad altatraho.
 Quatuor eque ipsa texo virtute corollas:
 Quarum, quae Sophia est, tempora prima tegit.

Hoc decastichon trāslatū reperio ex Grēco Mariani Schē-
lastici, eis ἔρωτα εὐεργαλμόν, quod sic est 4. Ep-
grammat.

πᾶς τοι τοῦ ξον ἐκεῖνο παλίστονον, οἵ τ' ἀπὸ σεῖο
πηνύ μήνοι, μετάτης εἰς κερδίλια δύνακες,
πᾶς πλευρὶς πᾶς λάμπας πολυάδηλος Θεός; εἰς τίδε τελατὰ
σέμιματα χερσὶν ἔχεις, κερατίδ' εἰπ' αἷλο οἴρεις?
οὐκ ἀπὸ πανδῆμος ξένε κύνι ποιεῖ Θεός, εἰς ἀπὸ γάινος
εἶμι, καὶ ψλαΐνες εἰκασίαν Θεοῦ φροντίζωνται
ἄλλ' εἰγώ εἰς καθαριὰ μερόπων φρένα πυρσού ἀνάπτω
δύμασίν, φυχιῶν δὲ φραντόν εἰσανάγω.
Ἐπι δὲ ἀρετῶν σεφάνους πομπέων πλέκω. ὃν δέ τις ἔχεις
τες δὲ φέρων τριώτῳ τῷ σφρίνει φοραι.

Duo Cupi- Effingit Cupidinem ἄτοξον καὶ ἀσοχον, sine arcu & sine telis,
dines & eruditio sane figmento dialogistico, quo quidem virtutis om-
totidem nis distributionem affixat. Sed primum aduertendum est ex
Veneres. Platone, in Symposio, duas esse Veneres, & totidem Cupidi-
nies: haec antiquior & sine matre, caelo nata, quam caelestem
Venere in vocamus: altera iunior, est Ioue & Dione progeni-
ta, vulgaris & communis appellata. Eadem ratio est Cupidi-
nis vtriusque. Horum enim alter honestas cupiditates animis
ingerit: alter vero affectus voluptuosos & terrestres inculcat.

Cyrtēos. Prior ille ἀντέρως est, quasi dicas, priori contrarius; qui ho-
minem attollit ad superiora & caelestia contēplanda, omnēm
que virtutem & honestatem præstat. Hic itaque tres coronas
manibus contrectat, vnamque circumfert in capite: quibus
quatuor illae virtutes (ex quibus omnis honestifons petitur)
designantur. Prior illa corona caput ambiens. (partem quidē
Platoni in Timao omnium corporis partium diuinissimam,
& certè principem) prudētiām repræsentat: prouiderē enim
& aliquid prudenter meditari, contemplationis est: tres aliæ,
quas manibus continet, Iustitiam, Fortitudinem, &
Temperantiam notant, quæ potissimum in actione positæ
sunt, manus enim actionis sunt organa. Quod perspicuum

Locus Cice- est ex primo Officiorum Ciceronis: Qui maximè perspicit,
mais. inquit, quid in re quaque verissimum sit, quique acutissime
& celerrime potest videre & explicare rationem, is pruden-
tissimus & sapientissimus ritè haberī solet. Quocirca huic
quasi materia quam tractet, & in qua versetur, subiecta est
veritas: reliquis autem tribus virtutibus necessitates proposi-
tas sunt ad eas res parandas tuendásque, quibus actio vite

continetur: quo sanè loco differentem, facit virtutem Prudētia à reliquis tribus. ea enim posita est in veri īnvestigatione & contēplatione, reliquæ sunt actionis. De vtroque Amore Plato in Conuiuio. Ficinus Oratione. 2. c. 7. & orat. 7. cap. 8. in idem Conuiuium Platonis. Cæterū dīst̄p̄wta Proclus interpr̄retatur Amorem diuinum animas à corporibus abstrahentem: qua in significatione hīc usurpatur. Alij dupl̄cem Amorem ideò effictū esse narrant, quōd nullius frugis aut cōmodi possit esse amor, nisi mutuus sit: qua de re Porphyrius Philosophus hunc adfert Apologū. Cūm, inquit, Cupido infans parum coalescere. Venus Themis Deam consuluit: quæ Veneri respondit, Anterota necessarium esse qui rependat vires, vt sese mutuò iuuent. cui Venus assentiēs, Anterota, quasi Contracupidinem dicas, genuit: quo vixdūm nato, Cupido cœpit adolescere, & procerior euadere. Sed hæc fortasse παρέργως. Scio quidē apud Plutarchum in ἐρωτικῷ, duos Amores esse iuxta Ægyptiorum sententiam, & Platonicorum, ἐρωτα πάνθυμος, καὶ τὸν ἀράνιος, id est, vulgarem, & cælestem amorem: sed quia deflextit aliquantum ab ea quam retuli sentētia Mariani, facile prætereo. Apuleius tres amores facit libello quem De philosophia scripsit (vbi Platonem auctorem appellat) vnum diuinum cum incorrupta mente & virtutis ratione conuenientem: alterum degeneris animi, & corruptissimæ voluptatis tertium ex vtroque permixtū, mediocris ingenij & cupidinis modicæ. Animas autē fusciores ait impelli corporum cupidine: vinum quod illis propositū est, vt eorum usura potiantur, atque eiusmodi voluptate & delectatione ardore suum mulceant. Illas vero facetas & urbanas esse: animas bonorum deāmare, & factum velle ut qui potiātur plurimum bonis artibus, & meliores præstantiores que reddantur. Medias ex vtroque constare: nec delectationibus corporis prorsus carere, & lepidis animarum ingenij capi posse. Ut igitur amore deterrimum, inhumanissimum, atque turpem facit, non ex rerum natura, sed ægritudine corporis, morbōque natum: sic illum diuinum, deorum munere, beneficioque concessum, aspirante cælesti cupidine in animos hominum venire credi. Tertiā speciem amoris, quam medium dicit, diuini atque terreni proximitate collectum, nexūque & consortio parili copulatum: utque rationi propinquus est diuinus ille, ita & terrenum turpitudini iunctum esse voluptatis. Hactenus Apul.

Duplex
amor quid
alijs signi-
ficet.

*Fax amo-
ri.* *Fax ubi tristis,] tristis , à consequenti : Fax autem Cupidini tribuitur; quod indicarunt Ægyptij lacerdotes , qui per ignē amorem exprimi voluerunt.*

Ouid. 2 Amorum, eleg. 9.

Cur tua fax viri, figit tuus arcus amicos?

Isidorus non postremi ordinis auctor rationem reddit , quia nonnumquam amor cupiditate impatientiis exurat, nonnūquam verò præsatietate abuolet. Itaque apud Gellium l'ortius Licinius dixit hominem ob amorem non esse ignitum, sed ipsum ignem. Notum est illud Virgil.

cæco capitum igni. & est mollis flamma medullas.

Item: Vritur infelix Did. vti iam diximus paulò antè.

*veneris
vulgaris.* *vulgari cum Cypri-le.] Vulgatis illa Venus circa turpes amores versatur: honesta verò ad virtutem & honestatem ampleplexandam inflammat, & ad rerum cælestium contemplationem animos pertrahit. Quod dum meditor, non possum mihi temperare, quin hoc adjiciam.*

A pulcierius apologia i. pro se ipso dicit item ex Platone geminam esse Venerem , quarum altera vulgaris , quæ sit percita populari amore, non modò humanis animis, sed & pecuniorum & ferinorum ad libidinem imperitare: Alteram verò cœlicam Venerem, quæ prædicta sit optimati amore: solis hominibus, & eorum paucis curare: nullis ad turpitudinem stimulis, vel illecebris sectatores suos percellentem; eius enim amore non amœnum & lascivum; sed contrà incorruptum & serium pulchritudine honestatis, virtutis amatoribus suis conciliare : & si quando dœcora corpora commendet, à contumelia eorum procul absterrere. Neque enim qui cœquam aliud in corporum forma diligendū , quām quod admoneat diuinos animos eius pulchritudinis, quā prius veram & sinceram inter deos videre. Quapropter , vt semper , eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:

Amabit sapiens, cupient ceteri.

Ea de re multò fusijs Lucian. in dialogo , cui nomen ερωτες , vel ερως και αντερως , de quo scripsere singulares commentarios quidam recentium , vt Caius Chalcagninus , Augustin Nyphus. cap. 19. 60. 98. de amore , alij plures.

Sed puris hominum.] Effecta pudici amoris: ubi notabis diligenti præparatione opus esse, priusquam aditum habere possis ad rerum diuinarum & pulcherrimarum speculationem.

animæ

enim a straque.] Hic raptus quomodo fiat, superius docui-
mus ad Emblema, cuius inscriptio est, *In Deo iactandum.*

Appendix.

Bene Tull. 4. Tuscul. Virtus est animi affectio constans, conuenientique, & laudabiles efficiens eos in quibus est, & ipsa per se sua sponte, separata etiam utilitate, laudabilis ex ea proficiuntur honestae voluptates, sententiae, actiones, omnisque recta ratio dici potest. Huius igitur virtutis contraria est viciose, ex qua perturbationes, quae sunt turbidi animorum, concitatique motus, auersi à ratione, & inimicissimi mentis, vitæque tranquillæ. Amoris huius honesti exemplum habes apud Plinium, auctorem castissimum lib. 3. epist. 3. vbi de Iulio Genitore, rhetore. Et nescio an agnoscere ausim differentiam inter Cupidinem & Amorem, de qua Nonius. Nam Cupidinem ait esse inconsideratæ necessitatis: Amorem iudicij. Videtur id innuere Phocyllides, οὐνος ἀρετῆς, οὗ Κυπιδός φίλος. Virtutis amor honestus, ad Veneris dedecus adfert. Veneris οὐρανίς, i. cælestis & inculpatæ, ab omniæ corporis sciunctæ desiderio, templum Athenis fuisse scribit Pausanias. primos hominum Assyrios eam coluisse: Deinde Paphios, post Ascalonitas, Phœnisses, inde Cytheræos, ultimos Athenienses, Ægeo rege sacra illius constitente. Veneris autem παράσημον, id est vulgaris seu publicæ fanum Athenis extruxit Solon ex pecunij: quas lupæ in prostibulo merentes contulerant, Athenæus lib. 13. Plato Coniuio. quod nos obiter. Sed ad vim argumenti facit illud Valerij Max. lib. 3. cap. 3. Est & illa vehemens & constans animi militia, litteris poliens, venerabilium doctrinarum antistes philosophia, quæ vbi pectore recepta est hominum, in honesto atque inutili affectu dispulso, totos in solido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens. Ad id spectat hoc Flacci.,

Quo te cælestis sapientia ducet, ires, si

Frigida curarum momenta relinquere posses.

Adiungo non inuenustum Baptista Cynthij epigramma, de Solone & Venere:

Palladis affatu patriæ dum conderet olim

Iura Solon, illi candida Cyprus ait,

Quid sequeris demens, plena hec monumenta laborum,
Cur placidum numen non colis ipse meum?
Fortè piget coluisse Cyprini: Tritonia nobis
Est longè inferior iudice vel Paride.
Hinc senior, Phrygio si mens non leua fuisset.
Non esset flammis Troia cremata tuis.
Tu verò ne queso, iterum me iudice certes,
Num tibi non cedent aurēa poma Venus.
Me iuuat iste labor, vera hic parit otia sudor,
Otia sed flamas que facis, ipsa ferunt.



A' vtēgas, Amor virtutis alium Cupidinem superans.

EMBLEMĀ CX.



ALIGERVM, aligerō que inimicum pinxit Amori
Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemesis.
Ut quæ alijs fecit patiatur: at hic puer olim
Intrepidus gestans tela, miser lachrymat.
Ter spuit inque sinus imos: res mira crematur
Igne ignis, furias odit Amoris amor.

TRiumphus est Amoris pudici, qui de Cupidine Venero spolia ampla referat. Nemesis igitur vltionis Dea superbientē Veneris filium voluit ab alio aduersario Cupidine, seu opposito amore vinciri & constringi: quo significatur, ^{Amor} ^{quoniam} ^{ab amore} supereretur.

turpem amorem, aut noxiā aliquam cupiditatem posse ab honesto quodam affectu & labore non modò imminent, sed & spongi. Manifesta est itaque allusio ad proverbiū, Clauum clavo pellere quō pertinet illud Hieronymi ad Rusticū Monacium: Philosophi saeculi solent amorem veterem amore nouo, quasi clavum clavo pellere. Cicero 4. Tusc. Loci denique, inquit, mutatione, tanquam ægroti non conualescentes, sape curandus est. Itam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clavum clavo ejiciendum putant. Id mihi in memoriam reuocat C. Valerium Flaceum, qui primū luxu perditus adolescens tēporibus belli Punici secūdi, cūm captus flamen esset à Licino Pontifice maximo, quo facilius à vita flagitiosa eum reuocaret. ad curam sacroru & ceremoniarum conuerso animo. quantum prius luxuriæ fuerat exēplum, tantum postea modestiæ & sanctitatis specimen euāsit, ut ait Val Max. lib. 9 cap. De mutatione morum. Tralatum est hoc carmen Epigrammate Græco incerti, quod sic habet:

Achætius
Emblema.
vers.

Μαρῶ μαρὸν ἐρωτα τὸν δύτιον ἐπλαστὴρ
ἀνέμετος, τόξῳ τόξον ἀμανουθά.
Ως κε πάθηται κερεζενέ έγραψαντος,
δακρύει, πλεων γαστρίδιαν θελέων.
εσ Καθώ τείς κόποντον ἀπεπήνετον φέργα θαῦμα,
ετεξετίς πυρὶ πύρ; Ηφατ' ἐρωτητερος. id est.

Pennatum volucris puer atque ultricia pennis

Tela Cupidineis opposuit Nemesis:

Vt quæ commisit; ferret. qui fortis & audax;

Ante, modò expertus spicula amara gemit;

Térque sinum spuit in medium. prò mira! quis ignem

Ignis uertit flamas sensit Amoris amor.

Non est alienum quod Ouidius cecinit i. Amorum, eleg. 8.

Quid si præripiat flava Venus arma Minervæ?

Venilet accensas flava Minervæ faces?

Et eleg 8 lib. 3 qua Tibulli mortem deflet:

Ecce puer Veneris fert eversumque pharetram.

Et fractos arcus, & sine luce faciem.

Pausanias in Eliacis memorat Cupidinem depictum fuisse, qui alteri Cupidini palmā c manibus extorquere niteretur: quo volebat intelligi honestum amorem de amore Veneris victoriam querere. Ouid. 2. De remed. cūm ait:

Suffrabit.

Alterius vires subtrahit alter amor.

Aυτέρων certè, id est ἀντίθετον, opposuerunt veteres ἐρωπήν, vt interpres nonnulli exemplum ita apponant, In Phœdra ἐρωπή, in Hippolyto ἀντίθετος erat: vt apud Nasonem in Apolline persequente, & Daphne fugiente: cuius Poëtæ versus hic noti:

Déque sagittifera promptis duo tela pharetra, &c.

Vt quæ alijs fecit, patiatur.] Adducitur idem à Suida:

αἰκε πάθοι τάκ' ἐρεξε, δίκη δ' οἰθεῖα γένοιτο. id est,
Si quis patiatur quæ alijs fecerit, iusta poena fuerit. & apud
Pindari scholia sten. 4. Pyth.

οἴστι δύνης ἐρεζοι τοῖον τέλος αὐτὸν ἵξεν. Alicubi & apud
Pausaniam: Iisdem artibus capietur ille, quibus usus est, ταῖς
δ' αὐταῖς τέχναισιν ἀλώσεται, αἴσθεται οὐρέζεν. Lactantius
lib. i. c. 16. Diuin. institut. de Ioue loquens: An tandem, ait illi ^{sequum}
venit in mente, ab alio expectes alteri quod feceris? & timet ^{est eum ea}
ne quis sibi faciat quod ipse Saturno? Boëthius (quid enim ^{ra i que}
verear adducere auctorem tam bonum?) De consolat. 2. Quid ^{in altos fe-}
autem, inquit, quod in alium quisquam possit facere, quod ^{c. 1.}
sustinere ab alio possit? Busiridem accepimus necare hospites
solitum ab hospite Hercule fuisse manifestatum. Regulus plures
Pœnorum bello captos in vincula coniecerat: sed mortis ipse
vincitorū catenis manus præbuit. Vllamne igitur eius homini-
nis potentia putas, qui quod ipse in alio potest, ne id in se al-
ter valeat efficere non possit? hæc ille Seneca longè ante usur-
parat idem verbum, sed aliò tamen sensu, epist. 39. Quorum
voluptatum impotentia atque insanæ libidini ob hoc unum
possit ignorare, quod quæ fecere patiuntur. Accommoda-
tius ad hunc locum Cicero 2. de Oratore, alio tamen oratio-
nis filo: Ut sementem feceris, ita & metes. Iustitia enim vi-
detur postulare ut qui fecerit alijs iniuriā, ab alijs itidem ac-
cipiat iniuriam. Hęc enim lex est talionis ut par poena redda-
tur. Virgil. in decimo de Turno qui Pallantem Euantri fi-
lium interfecerat:

Nescia mens hominum fati, sortisque future,
Et seruare modum rebus sublata secundis:

Turno tempus erit magno cùm optauerit emptum
Intactum Pallanta, & cùm spolia ista, diemque

Oderit. etenim cùm Æneas Turnum prostrauisset, ili-
que parcere decreuisset, viso Pallantis balteo, quo se Turnus
cinxerat,

—furijs accensus & ira

Terribilis: Tunc hinc spolijs induit meorum

Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas

Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine poscit.

*Et Orodes prædixerat in 10. eod.lib. fore, vt eadem pœna
breui afficeretur Megentius, quam in ipsum intulerat.*

— non me quicunque es inulto

Victor, nec longum stabere, te quoque fata

Prospectant paria: atque eadem mox arua tenebis

Glyca Annalibus scribit Adonibezecum, viuum captum, ex tremisque pedum ac manuum partibus mutilatis: Septuaginta, inquit ille rex, reges extremis pedum manuumq; partibus trucidati, mea sub mensa micas collegerunt. Quemadmodum in illos ego me gessi ita mihi diuinitus est repelsum. Ælius Lamprid. in Alexandro Seuer Vettonium Turinum, ait, sumi vedi- torem accusari Alexander iussit: probatisque per testes omnibus, & quibus præsentibus quid accepisset, & quibus audentibus quid promisisset, in foro transitorio ad stipite illu ligari præcepit: & sumo apposito, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iuserat, necauit, præcone dicete: Fumo punitur qui vendidit fumum, Trebellius Pollio in Gallienis: Cū quidam gemmas vitreas pro veris vediisset eius vxori (Gallienum intelligit) atque illa re prodita vindicari vellet, surrip quasi ad Leonem vendorē iussit. Deinde cauea caponem emittit mirantibusque cunctis rem tam ridiculā, per Curionem dici iussit: Imposturam fecit, & passus est. Deinde negotiatorem dimisit Lampridius in vita Seueri: Clamabatque sibi quod à quibusdā siue Iudæis, siue Christianis audierat & tenebat: idque per præconem cùm aliquem emendaret, dici iubebat: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Nec vero prætermittendū quod narrant Socrates hist. Eccles. libro 6. cap. 5 & Sozomē. lib. 8. cap. 7 Eutropius primus Imperatoris cubicularius, ac primus eunuchus, cùm de nonnullis qui ad Ecclesiā cōfugerant, vindictam sumere vellet, studiosè in hoc incubuerat, vt lex ab Imperatoribus ferretur, qua vetaretur ne quisquam ad Ecclesiās cōfugeret; quin etiam vt inde abstraherentur qui ad eas iam configissent, confessim pœna subsecuta est. Proposita autem hac lege, haud diu postea Eutropius ipse, quod coniugi Imperatoris contumeliam intulisset, primus eam legem transgreditur, & ex palatio profugus ad Ecclesiām supplex accurrit. Verum Imperator Eutropium abstrahi iussit, pœnasque capite truncatus dedit,

*Quod tibi
fieri nolles
alteri ne fe-
ceris.*

& lex quæ lata fuerat, prorsus è publicis commentarij sex-puncta est. hæc illi. Vide Proverb. Neoptolemea vltio. Re-ctè Cissiodorus lib. 9. Variar. epist. 1. Pœna ista peccati est, vt vnuſquisque in se recipere possit quod in alterum proter-vius exercurit. Et huc quidem videtur pertinere titulus 2. Pandectarum, Quod quisque iuris in alium statuerit, eodem iure utatur.

Ter spuit inq; sinus.] Irati & abominantis est gestus. Tibulus Elegiar. unde sene amatore loquens:

Spuere in sinum.

Hanc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arcta:

Despuit in molles & sibi quisque sponsp.

Iuuenal. Satyr. 7.

*Conspuiturque sinus veram deprehendere messim
Si libet.*

& apud Theocritum puella rusticum quandam, à quo amabatur, ridens, dum illi deformitatem, graueolentiam, & alia corporis virtus exprobrat, ter in suum sinum despuit: ait enim,

τεις εις ἐδύ οὐ πτυτε κόλπον.

edij Amoris amor.] Eadem polyptosis apud Ouid. 3. Amor, eleg. 10. Causa fuit multis noster amoris amor.

Appendix.

Fortasse hoc non malè quadrat istud 'anonimi cuiusdam': -

Dum sedet, & vano defessus membra labore,

Pan, & se torum cæculo amore pudet:

Capit agens unâ calamas inflare sonoros

Cantibus, & sic quo tædia fallat, habet:


Sic opus ad Musas animum reflectere dulces;

Tale amuletum turpis amoris erit.

Testis Plato, qui auditio primùm Socrate, poëticam abiecit, totumq; se studio philosophiæ dedidit: teste Polemons, adolescente profligato, luxu & ganea perduto, qui cùm fortè in scholam Xenoc ratis venisset, & philosophū exquisitè disputantē aduersus luxum & tetram voluptatem, statim se recepit ad frugem meliorem, & sic excolendum se dedit preceptis sapientiæ, vt inter noti nominis philosophos numeretur. de eo Laërtius . Horatius 2. sermon. Val Maxim. lib. 6. cap. 1. Id reuocat in mētē Socratis de se iudiciū , qui cū à physiognomo quodā Zopiro, ex inspectione vult⁹ argueretur, vt bard⁹ & mulierosus: Verè, ait, nam talis erā natura, nisi me philoso-

phiæ dedissem excolendum. Sed in primis valde nos afficit Hieronymi pia vox in ea, quæ est ad Rusticum epistola Gratias ago Deo meo, ait, quod de amaro semine litterarum dulces fructus capio. Significat beatus ille se ex profanis litteris meliores succos expressisse, & quicquid in ijs spurcum aut amarulentum foret, fecisse melius meditatione diuini verbi, & veredicæ pietatis.

Vt quæ alijs sicut, patiatur.] sententia communis à multis usurpata eam iam ante conati sumus illustrare. sed hæc tamen obuiam refundimus in studiosorum gratiam: mores quos quis in se adprobavit, in alio reprobare non potest l. i. C. de inoffic. testam. & quod glossographus, Patere legem quam ipse tuleris. ad l. i. D. quod quisque iur. in al. stat. Citant Accuriani monostichon si non planè bonum. saltem probatum vulgo, Frangenti fidem fides frangatur eidem; ad l. cùm proponas, C. de past. c. peruenit, & de iure iur. aud. c. infidelis, §. q. 2. Sed & illud: Iustum est ut qui alium decipere voluit, suam sentiat iacturam. Autent. de emphyteut. contract. § si quis. Et, qui mortem miscet, mortem pati debet, l. i. §. propterea. D. ad l. Corn. de sicar.



Dulcia quandoque amara fieri.

EMBLEMA CXI.



MATRE procul lieta, paulum secesserat infans
 Lydius: hunc diræ sed rapuisse apes,
 Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,
 Cùm nec ita immritis viperas seu foret.
Qua datis, ah, dulci stimulos pro munere mellis;
 Prò dolor, heu sine te gratia nulla datur.

Apparet id esse tractum ex Antipatri, atque etiam Biano- C. 1. 2.
 ris Epigrammati eiusdem pñ argumenti, lib. i. An- 3. 1.
 thologizæ, tituto eis δάγατον καὶ εἰς δαρόντας. Sed Antipatri
 primum eiusmodi est.

τὸ βρέσθε τὸ ἐρμώνακτα μελεχίσαδε μέλισσα,
 (φεύ κύνες τὸ ἐρπυσίω, κηρία μαρούμφων.
 πολάκι δὲ ἐξ ὑμέων ἀτιγμῆσιν ὠλέστατ', αὐτὶς αὖ,
 κέντριστοι δὲ φίων σωλεὰ μεμρόμεδα.
 πειδεο λυστρίκη καὶ ἀμύντορι, μηδὲ μελίσσας
 αλγεῖν καὶ κείνας πικροῦν ἔνεσι μέλι.

Bianoris verò sic;

καὶ γον ἀποπλανίλια ἀπμά? ον ἐρμώνακτα,
 φεύ βρέσθε τὸ ἀδίκως εἴλετε βεγενίες.
 πηγοίσεν οἱ δεῖλαι τὸ ἐσ ὑμέας οἴα μελίσσας
 ἐλθῶν, αἱ δὲ ἐχεων ἥτε χερειοπέραι,
 αὐτὶς ἡ οἰ δούνε εσμαζατε φοίνια κέντρα,
 ὥπηραι, γλυκερῆς αὐτὶς παλαιοὶ χάριτοι.

Nos vobis ita sumus interpretati:

Repentem per humum tenerum Hermonacta, legentem
 Dulcia mella (nefas heu) pupugisti apes.
 Reddidit enectum sic uester aculeus, ah ah,
 Serpentes nequeant ut nocuisse magis.
 I, age, Lysimachæ patri, Amyntori dicitu matri;
 Improba apes, mellis cum sit amarities.

Alterum sic:

Errantem in triuio, mollem Hermonacta puellum
 Injuste nimium corripuitis apes.
 Vipera quād sit atrox peiores, venit ubi ad vos
 Nescius, infelix esse putabat apes.
 At pro melle graves stimulum pungendo cruentum
 Liquisti: sic sic gratia mellis abit.

Amoris
mel & fel. Hoc autem sub figmento, amoris naturam intelligere licet, qui, ut rectissime Plautus ait, & melle & felle est fecundissimus: nam gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque aggredit. Quid enim voluptate blandius? sed eadem quid tristius? Cauendum est itaque, dum oblectamenta magno labore conquirimus, ne sub dulci melle venena lateant. Exemplū praefatto est in apibus, quæ mel dulcissimum conficiunt: eadem aculeum habent presentanem, si quis sese proprius admouerit. Hinc à Græcis γλυκύπικρος Amor dicitur. quod significat Euripid. in Hippolyto his verbis:

τὸ τὸ δ' ὁ δὴ λέγεσιν ἀνδρῶπτες εἶγεν;

ἥδισον ω παῖ τάντον, δὲ λγεινὸν δὲ ἄμα. id est,

γλυκύπικρος Q. Quid hoc est quod dicunt homines amare? responderet nutrix: γλυκύπικρος. Iucundissimum, ô filia: sed idem calamitosissimum. Verba

sunt Phædræ ad nutricem, cui suos in Hippolytum amores credit. Huc respexit Catull. ad Mallium;

*Multa sa. is lusi, non est Dea nescia nostri,
Quæ dulcem curis miscet amaritatem.*

Cæterum Epigramma est Meleagridi lib. 7. Græcorū Epigrammatum, in quo ex apicula querit cur Heliodoræ corpus tangat: Num ideo ut ei nunciet, quod ipsa amoris dulcē & amarum stimulum habeat? Putabam pridem id de Amore ab apibus pāncto figmentum non incommodè reuocari posse ad id quod Plutarchus scribit (si tamen verè dicendum id esse Plutarchi problema) ab apibus eos pungi citius, qui stupro fese commacularint: quod id animal sit munditiei & elegantiæ perstudiosum, quippe quæ facile odorentur, nec immunditiam libidinosorum sustineant. citatürque ibidem Theocriti locus, quo continentur Veneris ad Anchisen verba.

paulum secesserat.] Hic figmento indulgetur. Nam Poëtæ omnes semper Cupidinem Veneri adesse faciunt. Rationem adfert Seruius: Quia, inquit, venerea voluptas sine amore non potest exerceri. Horat. i. Carminum:

Liberum & M̄sus Veneremque, & illi

Semper hærentem puerum canebat.

Plato in Sympoſ. rationem longius repetitam narrat. Vide; præpat. Euangel. Eusebij, & Gvrald. Syntagm. 13.

infans Lydius.] Periphrasis Cupidinis. Lvdii populi sunt in Lydi molli regione minoris Asie, omni mollitie & voluptate depravati, qui primi caupones & institores fuerunt. Herod. libro i Lege Plin. 3. cap. 5. & 5. c. 29. itemque Athenæum Dipnosoph. cap. 4. lib. 12. & Prouerb. Chiliad. Lydus ostium clausit: &, Lydus in meridie: & putant nonnulli verbum, ludere, à Lydis ductum.

dira sed rapuisitis apes.] Enallege personæ, per apostrophen, expressit vim verbi εἰλεπτε, id est, sustulisti de medio.

Prō dolor, heu sine te.] Alludit ad illud 7. Metamorph.

— nulla est sincera voluptas,

Sollicitumq; aliquid letis interuenit.—

Plautus in Amphit: *Est in etate hominum ita Dijs placitum, voluptati ut meror comes consequatur.* & Horat. Odar. 2.

— nil est ab omni parte beatum.

Huc prouerbia, Dulce & amarum: &, Ne quære mollia, ne tibi dura contingant: &, Fecem bibat qui vinum babit. itemque illud. In apes irruere. Cæterum in eo tandem velim studio-

*Ab aptibus
cuius pun-
gi nefanda
polluta li-
bidine.*

*Cur Cupido
Veneri adi-
iungatur*

Sam admonitum: pro eo quod in Græco est, ὁ πηραιγλυκε-
γῆς ἀντίπαλοι χάριτοι, dicit Alciatus, Prò dolor, heu, sine te
gratia nulla datur: nimium obscurè id quidem, vt omnes vna
in eum sentiunt. Ego verò fateor his verbis (sic sic gratia mellis
abit) me non assecutum esse Græcæ conclusionis leporem.
sensus is est; O apes, quæ non minus amaræ estis quam mel
ipsum dulce. Nam vox ἀντίπαλοι, significat virium æqua-
lium contrarietatem, aut æqualitatem virium quæ sunt inter
se aduersæ: quasi aperte diceret apum acerbitatem æquare
mellis dulcedinem, summumque bonū summo compensari
malo.

Appendix.

In formosam puellam γλυκή πηρού id aliquando torsimus:

Virgo tenella, decens, quæ forma affectat amantes,

Adpetitur vernans ceu rosa odora nimis.

Nec dum lecta places, sed spinis obstita duris

Ingratam gratis miscet amaritiem.

Grata, decens forma placet, et bene compta puelle,

Astirarum astus, iurgia nulla placent.

His certè vitiis si que vacat uxor in omnes,

Diuarum illa chorus adnameranda venit.



Ferè simile ex Theocrito.

EMBLEMA CXII.



ALVEOLIS dum mella legit, percusbit Amorem
 Furacem mala apes, & summis spicula liquit
 Indigit: tumido gemit at puer anxius vngue,
 Et quatit errabundus humum, Venerique dolorem
 Indicat, & grauiter queritur, quod apicula parvula
 Ipsa inferre animal tam noxia vulnera posse.
 Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque, dixit,
 Nata, feram, qui das tot noxia vulnera parvus.

Hoc ferè idem cum superiori, nisi quod concinnius &
 lepidius claudat Theocritus: quem sua lingua loquer-
 tem audire non pigeat:

τὸν ηλέπταν ποτ' ἔρωτα κακὸν κέντασε μέλισσα
κηρίον ἐκ σίριβλων συλέψαμεν, ἀκεφάλη χθεῶν
δάκτυλα πάνθ' ἔστενυξεν. οὐ δ' ἄλλης, καὶ γέρες φύσις
καὶ τὰν γανέπαταζε, καὶ ἀκατότα δὲ Αρροδίτη
δεῖξεν τὰν οἰδύναν καὶ μέμφετο, οὐδὲ μητὸν
δηρίον σύτι μελισσα καὶ ἀλίκη τεχνύματα ποιεῖ.

χαὶ μάτηρ γελάσσασα, τί δ' ἐκ ίσσον εστὶ μελισσα,
χαὶ πυτὸς μῆλος ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἀλίκη ποιεῖς.

Quod sanè ex Anatreonte transcriptis, cuius Ode sic habet:

ἔρως πότ' ἐν ρόδοισι
κοιμαρέων μέλισσαν
ἐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώδη.
τὸν δάκτυλον δὲ δαχτεῖς
τὰς χθεούς, ἀλολυξε.
δεκπῶν δὲ καὶ πεπαθεῖς
προστὰς καλίων καθίστησι,
οὐλωλα, μάτερ, εἴπεν,
οὐλωλα, καὶ ἀποθυήσκω.
οὐεις μὲν πυγέ μηρούς
πλευρῶς, οὐν καλέστη
μέλισσαν οἱ γεωργοί.
εἰ δὲ εἴπεν, εἰ τὸ κένθην
πονεῖ τὸ τὰς μελισσας,
πόσον, δοκεῖς, πογῆσιν
ἔρως οὔσες σὺ Κάλλης;

Carmen Theocriti certatim, nisi fallor, à doctis quamplurimis
conuersum est.

— *quatit humum.*] Doloris signū, pedibus terram percutere, est
& indignantis & grauiter ferentis. Homerus de Iro:

— *οὐδὲ δὴ λαστὸς οὐδόντας*

λακτίζων πεδὶ γαιῶν.

Horatius etiam multis in locis, pro signo lātitiæ posuit. Hac
tamen calcitrationem non esse indignantis, sed moribundi,
putat amicus meus Io. Frater Lauallensis. Nam Irus ab Ulyssē
grauissimo iictu ad terram afflictus, eorum more qui animam
efflant, apud Homerum terram pulsat pedibus, ut iο. Aeneid.
Virgilianæ:

Sternitur infelix Acrus, / calcibus atram

— *Tundit humum expirans.*

Ouid. i. artis:

Lydus equasam ter pede pulsat humum.

Inter rosas Cupido

Apiculam iacentem

Non vidit, estq; punctus:

Manumq; fauciatus

Mox eiulare cœpit.

Et cursitans volansque

Ad candidam Cytheren,

Hes occidi, occidi, inquit,

Vitamque mater efflo.

En me minuta serpens

Penitata vulnerauit:

Apem vocant coloni.

Tunc illa: Apis si acumens

Tantum facit dolorum,

Quantum putas dolorem,

Quos tu feris Cupido?

*ridens Venus.] Poëtæ Græci Venerem appellant φιλομείδην, Venus am-
id est, risus amicam. Horat. i. Carminum:*

Sine iu manis Erycina ridens.

Tria genera risus ponuntur à Clemente Alexandrino: με-
διαφα, risum decorum: κιχλισμὸν, meretricium: ραγχα-
πιον, procacem & notas referentem libidinis.

*quidas tot noxia vulnera.] hnc spectat illud è 3. Eidyllio
Theocriti:*

*γυναικῶν τὸν ἔρωτα, θεός δέ σ' οὐ πάρα λεπίνεις
μασθον εἴδει λαζής, σρυμώ τέ μιν εἴργετε μάτηρ.*

Nunc amorem noui: dirus utique deus est; & quidem Ic-
næ mammā suxit, inque saltibus ipsum mater enutriit. Sed
propius est quod citatur ex Nævio:

Ædepol Cupido, cum pusillus sis, nimis multum vales.

Ceterum Athæneus lib. 13. cap. 4. Dipnosoph. enumerat
bella propter mulieres excitata: qui liber quia est in manibus
facile mihi temporo à longiore commentatione.

Appendix.

Facit huc Samij poëtæ Græci epigramma sanè lepidum,
quod ita Latinè redditum accepimus,

Aligeri accepto crudeli vulnere nati,

Sic ait ingenti vista dolore Venus:

Sifacis hoc, quid eris puer hostibus impie nostris,

Tot monachis quid erit, virginibusque sacris?

Quis: ruatueros se iurauere pudorem

Perpetuum, nec te, nec tua tela timens?

Contrà Amor, ô mater ne scuis: vruntur & illi,

Et sensere meas ossa per imafaces.

Vruntur grauius quam quos connubia iungunt,

Sed furtim coēunt, & sua farta regunt.

Græca, si mihi suppeterent, libentiū adscriberem ne quis
putet id inuentum nouum, & in monachos proposito quodā
tortum cauillandi, de quorum dicere instituto non est nostri
pensi, solutum vitæ genus etiam carpunt ipsimet lasciuarū
artifices. Silere tamen satiūs foret, dixerit aliquis: sed ride-
do dicere verum Quid vetat?

In statuam amoris.

EMBLEMA CXIII.



Qvis sit Amor, plures olim cecinere Poeta,
 Eius qui vario nomine gesta ferunt.
 Conuenit hoc, quod ueste caret, quod corpore parvus:
 Tela alisque ferens lamina nulla tenet.
 Haec ora, hic habitusque Dei est. Sed dicere tantos
 si licet in vates falsa subesse reor.
 Ecce nudus agat: Diu quasi pallia desint,
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.
 Aut qui queso niues Boreamque euadere nudus
 Alpinum potuit, strictaque prata gelu?

Sipueg

si puer est, puerumne vocas qui Nestora vincis?
 An nosti Ascrei carmina docta sensis?
 Inconstans puer hic obdurans, pectora quæ iam
 Trans adiit, numquam linquere stonte potest.
 Et pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
 Incuruare infans cornua dira vales?
 Alas curue tenet quas nescit in æthera ferre?
 Inscius in volucrum flectere tela iecur.
 Serpit humi, sempèrque virum mortalia corda
 Lædit, & haud alas saxeus inde mouet.
 Si cæcus, vitamque gerit, quid tænia caco
 Veilis est? ideò num minus ille videt?
 Quisve sagittiferum credat qui lumine captus?
 Hic certa, ac caci spicula vana mouet.
 Igneus est, aiunt, versaque in pectore flammæ,
 Cur age viuit adhuc? omnia flamma vorat.
 Quin etiam tumidis cur non extinguitur undis
 Naiadum, quoties mollia corda subit?
 At tu ne cantis capiare erroribus, audi.
 Verus quid sit amor, carmina nostra ferent.
 Incundus labor est, lasciva per otia: signum
 Illiis est nigro punica glans clipeo.

Figmentum de Amore ut sibi repugnans & ad uiratoꝝ par-
 ticulatim reprehendit, veramque Amoris definitionem
 ad extremum se tradere docet: sub quibus omnibus inuolu-
 cris graphicè exprimitur amatorū vita miserrima: quæ sigil-
 latim omnia explicabimus, si prius Marulli elegatè descri-
 ptionem subiecerimus:

Quis puer hic? Veneris plene que caussa pharetra est?
 Non bene prouisus certa quod arma mouet.
 Cur sine ueste Deus? simplex puer odit apertum.
 Vnde puer? pueros quod facit ipse senes.
 Quis pennas humeris dedit? inconstantia. quare
 Nulla Deo frons est? signa inimica fugit.
 Quæ sors eripuit lucem? immoderata libido.

Descriptio
 Ameris
 ex Marul-
 li.

Cur macies? vigilius cura, dolorque facit.

Quis cæcum preit? ebrietas, sopor, otia, luxus.

Qui comites? rixa, bella, otia, opprobrium.

Qui celo dignati? homines, quæ caussa coegerit?

Mitior auctore est credita culpa Deo.

Heu curum genus, & veri corda inscia! quo ius

Fasque, scelus miseri si scelere abluimus?

*Augeriani Addā & Augeriani poëtæ certè nō ille pidi cadē de re carmē
epigramma Angelus invicta qui cuspide semper oberrat,
de Amore. Dic mihi, te nudum cur tua mater alit?*

Nudo homines qui nostra petunt delubra. Rubent;

Carstant in destra spicula? trado necem.

Cur puer es? pueros facio quoscumque sagittis

Succio, siue volans ignib[us] uro meis.

Ventos, si humeris cur fixit Iupiter alas?

Est quis leuior flamine quisquis amat.

Cur tecum facula? quia vixida corda fretumque

Et inga' montosa, & scrupula saxa cremo.

Cæcus es? an claro, dic, lumine? cæcus amator.

Non ego; luce poli lux mea clara magis.

Pasceris ambrosia, seu nectare? pascor amœniss

Blanditias, risu sedulitate, iocis.

Cur sibi pulchra parens? quia densos forma calores?

Ingenerat forme munere nascor ego,

Cur maris è fluctu prognata est mater? amator

Ut mota in saltis fluctuat unda vadis.

Dic, tua non vilis domus? ancultissima? nulla

Tecta colo; hiberno sub loue dego miser.

Dic ubi stas, tam lassa tuo sunt membra volatus;

Crede mihi; numquam me leuis ala vehit.

Sed & nonnulli è veteribus commentitiā istam Cupidinis diuinitatem doctè vertéque perstrinxerint, vt Archias poëta,

οὐκ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μηρό πνευμάτων γένεται, αλλὰ ἀκόλαστος,

Ἄγριας δὲ φύσις τῶν ἔρων εἰστι, οὐ διάφορος.

Nō amor est qui afficiat iniuria humanū genus, sed intemperantes: animis enim hominū hanc occasionem præstat amor. quasi diceret sine ullo verborum circuitu: non amor qualis à poëtis celebratur, sicutius ille pusio, laedit homines, sed intemperantia. Refer hoc Eidyllion Theocriti 21.

vario nomine.] propter diuersa vel adiuncta vel effecta, que studiose in Syntagmatib. Historiæ Deorū explanat Gyraldus.

Conuenit hoc, quod.] absurdum, ut fabulam refutet.

Eccur nudus agat.] Maxima, inquit, est impudentia eum nudum pingere, cum Dij nulla premantur egestate. Ea tamen nuditas importunam & perpetuò vigilantem amatum pertinaciam arguit: vel manifestam eorum insaniam prodit. Sic aliquis ex recentibus:

Cur te cum nullo corpus velamine morstrat?

Stultitia insaniam festa patescit amantis.

Eccur nudus agat.] Nudus pingitur amor, quia hic affectus tegi & dissimulari non potest: Ouid. in epistolis,

*Cur nudus
amor.*

Sed male dissimulo: quis enim celauerit ignem,

Lumine qui semper proditur ipse suo?

Et, Qua licet et possum, luctor celare furor m:

Sed tamen appetit dissimilatus amor.

Quo sensu dixit Antiphanes Comicus duo esse quā tegi occultari: ne non possint, amoreni nempe & violentiam. quod si quis temere neget, statim arguitur mendacij. Et ea imprimit causa factum puto, ut obiter dicam, qua Bacchus in statuis omnibus pingatur nudus. sicuti supra docuimus.

Qui cunctas domit.] Hinc dictus est παραμάτης, ut superius annotauimus.

Aur qui quæso niues.] Nil est quod timeant amantes, dum rebus amatis potiri se posse sperat. sic Plautus sub amatoris persona:

Neque ullà mihi obstat amnis, neque motis, neque adeò mare:

Nec calorem nec frigus metuo, neque ventum neque grandinem:

Imbrem perpetiar, laborim sufferam solem suum:

*Nullum per
viculum de-
cridant
amatores.*

*Non concedam, neque conquiscam usquam, neque noctu neq; diu,
Pius profecto quam aut amicam, aut mortem inuestigauerit.*

Tibull. item Eleg. 1.

Quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque

Qua libet: insidias non timuisse dicit.

Non mihi pigra nocent hibernæ frigora noctis;

Non mihi cum multa decidit imber aqua.

Propert. lib. 13. eleg. 15.

Non tamen est quisquam facios qui ledat emantes,

Scironis media sic licet ire via.

Quisquis amator erit, Scyri his licet ambulet oris,

Nemo adeò, ut noceat, barbarus esse volit.

Luna ministrai iter, demonstrant astræ salcbras,

Ipse amor accensas percutit ante facies:

Sava canum rabies morsus auertit hiantes,

Huic generi quoique tempore tutu via est.

Et Seneca in Hippolyto:

Non me per altas ire si iubetas nubes,

Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis:

Non si per ignes, & infesta agmina,

Cuncte paratis ensibus pectus dare.

puerūmne vocas] Puer est ob amatorum varietatem & inconstiam, qualis inest puer.

Ouidius 1. Amorum, eleg. 10.

Et puer est, & nudus amor, sine fardibus annos,

Et nullas vestes, ut sit apertus habit.

Moschus de fugitiuo amore: οὐδὲ πᾶς φείταμος.

qui Nestora vincit.] Senem quemque sapientissimum. Hesiodus & Orpheus Poëtae Græci vetustissimi, mortalium & immortalium mentes amore capi & domari tradunt. Ficin. in Platon. Conuiuium. Sed id non est satis, nisi aliquid aliud queramus. Amor puer pingitur cum Nestore sit antiquior, Hesiodo teste, qui in Theogonia canit. Chaos, Tellurē, Tartara, Amorem Deorum primos extitisse. Verba hac Hesiodi sunt:

*ἵπποι μήνι τρώπαια χάρη γένεται, αὐτὰρ εἴπει τα
γαῖ, εὐρύτερην Θεόν πάντων εἶ δῆθος ασφαλέστερος
ἀθανάτων, οἱ εὖχοι κάρην νιρρέειται Θεόλυμποι,
τάρταρα τ' ἵσσοντα μυχῷ χθονὸς θρύψασιν,
ηδὲ εἴρηθε, δειπνοὶ οὐδὲ θανάτοισι θροῖσι.*

Et Orpheus Argonauticis:

φρεσβύτατον τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμηπνον εἴρωται.

Ergo, qui Nestora vincit, sic interpretor, qui Nestora vincit ætate, qui sit Nestore annosior; denique qui senior Iapeto, ut ex Luciano meminimus iam suprà.

Ascrei senis.] Hesiodi, ab Ascreo Bœotia pago in Heliconis monte.

Inconstans puer.] Ad id respexit Ouid. De Arte:

Errat, & in nulla sede moratur amor.

Hic obdurans pectora.] Idem fermè in Hippolyt. Seneca:

Qui blandiendo dulce nutrit malum,

Serò recusat ferre quod subjet ingum.

*Theophrastus: εἴρων δὲ διάνοιαν πνοές ὀπθυμίας θερβολίδας
ταχεῖας μὲν εὔχοστα πλὴν τρόπον δον, λεγεῖται δὲ τοῦ ἀπόλυτον:
Amor est irrationalis cuiusdam cupidinis excessus, qui velocem habet accessum, tardum autem discessum. Id non*

possim docere commodius, quām ex eius arte, qui se egregium doctorem præstít naturæ amoris explicandæ: sic enim eleg. 10. lib Amor. 3.

Luctantur: pectusq; leue in contraria ducunt:

Hac amor, hac odium: sed puto vincet amor.

Odero, si potero: si non, inuitus amabo;

Nec iuga taurus amat: quæ tamen odit, habet.

Sic ego nec sin te, nec tecum viuere possum,

Et videor voti nescius esse mei.

Quicquid eris, mea semper eris: tu felige tantum,

Me quoque vele, velli, ànne coactus amem?

Lintea dum posius, ventusq; ferentibus urar:

Vt quamvis nolim, cogar amare tamen.

Idem eleg. 2. primi:

— hæserunt tenues in corde sagittæ:

Et possessa ferus pectora versat Amor.

& eleg. 18.

— tener ausuros grandia frangit amor.

Sepemæ dixi, tandem discede, puelle:

In gremio sedit protinus illa meo.

Sape pudet, dixi; lachrymis vix illa retentis,

Memiseram, curte, dixit, amare pudet?

Implicitusq; suos circum mea colla lacertos,

Et quæ me perdunt oscula mille dedit.

Vincor: Et ingenium sumptis renovatur ab armis,

Resq; domi gestas, Et mea bella cano.

Eundem affectum expressit Catullus in Lesbiam:

Odi Et amo: quare id faciam fortasse requiris:

Nescio, sed fieri sentio, Et excrucior.

quod idem apud Marullum reperio, sed Musa fuisse:

Odi te, mihi crede, quantacunque es:

Odi confiteor Camilla, sed quam

Et odi, Et magis in dies magisque

Velim odisse: sequi, atque amare cogor:

Sic me amor retrahit tuus, trahitque:

Sic quem sauitia fugas proterua,

Tam rarae reuocas decore forme.

At pharetras, Et c.] Xenophon iceircò Cupidines sagittarios Carphæ
fingit, quod formosi & formosæ etiam ē longinquo loco tratus A-
vulnerent, nimirum oculis ipsis tanquam sagittis eminus in mors
rem amatā emissis, ἵστως δὲ καὶ οἱ ἐγωτες τοξόται διὰ τῆς τοξ.

λοιπά ταῖς; ὅπη πόρρωθεν οἱ κελοὶ πρέπουσι. Propertius:

*Et m' ritò hanatis manus est armata sagittis:
Et pharetra ex humero Gnoſſia utroque iacet.*

Horat. Carm. 2.

Semper ardentes aquens sagittas.

Coto cruenta.

Moschus in amore fugitiuo:

κύριος τοῦ νότου φρέσκεον, εὐδοὺς δὲ οὐτὶ^{τοι} πικροὶ κελυφοί, τοῖς πολλάκι καὶ ιἷαι πρέποντι.

Ferr humeris aurez in pharetram: intus autē multæ eruentæ sagitte, quibus me sauciat. Theocritus, in eidyl. ερωτικόν, ait Amori pharetram tribui plenam telis, quia vulneret hominum animos multis certè modis. Origenes hoc significatum allegoricō exponit: ait enim pharetra significari cor; telis cogitationes; arcu, os & labella, quę habent aliquam cū arcu similitudinem, adeoque ipsa verba & orationem, quibus omnibꝫ dominatur amor. Huc facit illud Pindari ex Olymp,

2. — πολλά μοι νότοι ἀγνῶ —

νότοις οὐκέτι βέλη

εὐδοὺς οὐτὶ φρέσκες

φωνῶντα σωματοῖσιν, εἴς

δὲ τὸ πᾶν ερμηνίων

χαπίζει. id est, Multæ mihi sunt sub cubito celeres sagitte intra pharetram sonantes prudentibus: at apud vulgus indigent interpretibus. Intelligit Pindar. pulchra animi sensa, quibus se facetur ornatum & exultum; & oratione diserta ad victorum laudes celebrandas. Sed de his satis.

Iecur sedes libidinis. *flettere corda iecur.]* Philosophi libidinis vim & sedem præcipuam in iecore putant contineri, quod Lactantius in Opificio Dei tradidit. Sic etiam Mathematum professores censem à Venere iecur ipsum regi: qua ratione sedem amoris poëtæ iecur agnoscunt, Cupidinemque iecur sagittis appetentem, vicerantemque suis queruntur carminibus.

Cur alatus Amor. *Alas curvæ tenet.]* Cicero De nat. Deor. pennatum Cupidinem vocat, vt Orpheus & Plato in Phædro πέριοδον τα; idque propter frequentissimas in eo vicissitudines rerū ait Pierius in Accipitre. Alexand. Aphrodiseus problem. 87. rationem reddit, propter instabilitatem nempe.

Propertius Elegiarum 1.

Quicumque ille fuit, puerum quipinxi Amorem,

Nōnne putas miras hunc habuisse manus?

Hic primum vidit, sine sensu vivere amantes,
Et leibus curis magna perire bona.
Idem non frustra ventosas addidit alas,
Scilicet alterna quoniam iactamur in unda,
Nostraque non ullis permanet aura locis.

Ovidius initio 2. De arte:

Magna paro quas posse amor remanere per artes.
Dicere, tam vasto pernagus orbe puer.
Et leuis est & habet geminas, quibus evoleat alas:
Difficile est illis imposuisse modum.

Secundo amorum 9. eleg sic:

Tu leuis es multoque tuus ventosior alis:
Gaudiaque ambigua dasque negasque fide.

Alloquitur Cupidinem.

Eubulus apud Athenaeum lib. 13. figmentum hoc ridet, cuius senarios propter elegantiam huc conferre non piget:

Τίς οὐρανός γέγονες πεπάτει τούτοις αἴσιοις,
η κυροπλασταῖς ταῖς ερεδίαις πεπλεόνει,
ώς εδένει δειπλῶν γειτόνων γεράσειν,
ἀλλ' οὐρανοπειραῖς τῷ πρόπων τῷ τοῦ θεοῦ.
Οὗτον γένετε καὶ θεοῖς, γένετε βασιλεοῖς
απαλλαγῆναι τῷ εἶρον πάντῳ νόσον,
Ερψός τοι κομιδὴν. πῶς ἀντίθνει χειρὶ πλεόνει;
τοιετο πρᾶγμα, ληπθεοῖς αὖ, φύσειέ τοι. id est,

Quis omnium primus virorum pinxit, aut

Alatum Amorem finxit in cera prior?

Hirundines solum sciebat pingere:

Mores nec ille norat, aut mentem Dei.

Nec est enim leuis, nec est is qui celer

Morbum farentis awolet præcordiis;

Grauisque valde. qui sit alæ ut sint ei?

Nugæ mera sunt hac: quis ergo perficerat?

Flectere tela iecur.] iecur, amoris sedes. Horat. I. Epistola-

rum:

Non ancilla tuum iecur ulceret villa, puerue.

Serpit humi.] Repugnantia sunt, quibus superuacaneam A-
moris cithara docet.

Si cæcus.] Amoris cæcitas impediat hominis rationem. Cæcus A-
ostendit: nec enim modò πυρλός, sed & πυρλοποίος ερως. moratur.
Theocritus Eidyll. 10. πυρλός δ' εκ αὐτὸς οὐ πλήτερος, αλλὰ καὶ

αρρόντος ἐρωτικός: hoc est, cæcus non solum Plutus, verum etiam delirus Amor. Propert. Elegiarum 2.

An te pedes cæci lucebat semita nobis:

Scilicet insano nemo in amore videt.

Ouidius epistolis:

— quid deceat non videt ullus amans.

et uia.] vittarum extremitas, & pro tota vitta sumitur aliquoties: hic pro panniculo, quo velantur oculi Cupidinis accipe.

tænia cæco uelitis est.] Verius Flaccus scribit, tænia esse lanceum honorati capitis ornamentum. Ennianum citatur illud:

Volans de cælo cum corona ex tænijs.

sagittiferum qui lumine.] Absurdum aliud per collationem dissimilium.

Igneus est.] ab effectis, ut iam dictum est. Flamma sine Vulcano Iun. Cent. 7. prouerb. 87. De amore igneo, aut potius amoris igni, è multis quæ mihi ad alia properanti occurruerunt, pauca feligam. Antipater Sidonius:

μὴ κλείων τὸν ἔρωτα δόκει, πηλέμεροτε, πεισειν,

μηδ' ολίγῳ πάντειν θέλει πῦρ ἀπυσέει.

χειρός ἔρωτος ἀτί παντεινος θεος. εἰσβέδη δὲ

οὐδὲ τοτὲ εἰ πελλώ πατόμεμον πελάγη.

circumferuntur hæc incerti cuiusdam:

αὐτὸν τὸ πῦρ καύσειν δίζηλος θεός τοι, νύκτωρ

τὸν κελον ίμειρων λυχνον ἀναφελογίσαι.

δεῦρος ἀπ' ἐμής φυγῆς ἀφοντεῖλας, ενθεδι γάρ μου

κεραμεον πολλεις ἔξαντος φλόγα.

Quo spectant quæ Aul. Gell. retulit 19. cap. 9. ex Ædituo:

Quid faculam prefers phileros, quæ nil opus nobis?

Ibimus, hic luce peccore flamma satis, & cæt.

At cur Amor igneus dicatur, ardere autem qui amore corripiuntur, Paulus Silentarius ita: — ἀνπι τόπου γέ

αὐδὺς ἀπαθρώσκει κοδρός θεός έρωτος κερδίνει.

οἰστρος θεός ιδεωταν έχει φύσιν. ήντις οἰστρος

ἀκρον έλην, φλογέου δύεται ἐντος θεος.

ελπίδει μὴ θελέντος φρένα μαχλάδι γυιαρόρον γέ

πέρι ωδον, ιπίζη δυριόν ἐφελκούμενη.

rumidis Naiadum.] Naiades aquarum Deæ, per quas hic castas & pudicas puellas matronasque possis intelligere. Quo referendum videtur illud Meleagri:

δίνος ἐρωτικός δεινός. τι δὲ τὸ πλέον; ήν πάλιν εἴπω,

κατάλινοι μάρτων, πολλάκι δεινός ἐρωτικός.

η γένεται τοισι γλαῦχι πυριά κακίδεις
ιδεται, η δ' εἰπω λοιόδεις καὶ πρέπεται.

Σαΐδη μὲν ποι, πῶς ἀρετὴ στὰ γλαυκοῖς εὐεῖσται
κύρια Θεός, εἴ τοι γένεται σὺ, πῦρ τέποκας. id est,
Seus Amor? seus. quid cum si talia mārens

Conquerar? atque iterum talia; seus Amor?

Nimirum puer haec conuicia ridet, & ipsis

Gaudet, εἴ τ' insultat iurgia si qua loquor.

Ast ego demiror, glauco Venus edita ponto

Qui flammam ex unda progenerasse potes:

Ouidianum hoc conuenit 3. Amor. eleg. 5.

Fiumina deberent omnes in amore iuuare:

Fiumina senserunt ipsi quid esset amor.

At tu ne tantiis.] Hactenus refutatio fuit veterum de Amore
commentationum, tandemque veram Amoris descriptio-
nem ultimo perstringit disticho.

Iucundus labor est, lasciva:] Libidinis & obscene voluntatis
actum significat; cuius schema est malum Punicum in nigra
scuti planicie, quæ repræsentant similitudine quadā sexus v-
triusque γενηπηγ μο?ia: Punicum quidem dulci sapore, sed
amaro cortice, mihi referre potest ιδοντες γλυκύπηρον: Ni-
gra planities cæcitatem & caliginem, quibus implicatur qui
turpiter amant. Cæterum vir doctus quispiam ait hic glande
significari partem obsceneum genitalium, quam Cornel. Cel-
sus, Arist. & Galenus Balanon appellant, quod glandem si-
gnificat: estque virilis penis prior pars, quæ Latinis est men-
tula. Certè clypei nomen, latens & arcanum habet significa-
tum. Clypeum quidem αλύσι dici volunt, quod cluere, id
est, morem gerere significat: vel eo quod clepat. & celet to-
tum corpus, ut notat Hosipater Charisius: vel γλύπτειν, eo
quod imago & facies cuiusque redderetur: quas tamen ori-
ginationes aliqui trahunt ad obsceneum sensum, de quo hic
aliquid aperte dicere me pudor vetat. Vide Godescal. ad Ve-
get. 129.

- Iucundus labor est, lasciva per otia.] Labor opponitur ocio:
duoque hec simul eodemque tempore, & eodem modo
possunt in eodem hærcere subiecto, ut loquuntur philoso-
phi. Vnde sunt illa de amore vulgo etiam nota, ex ocio amo-
rem nasci, ipsumque ociosum esse: sed amatores ipsos labo-
riosam & ærumnarum plenam vitam trahere, Vnde illa Oui-
diana: Ocia si tollas. & Tam Venus ocia amat, quia facile

Amor ex
ocio &
laborc crea-
re dicitur.

solet amor irrepere in male feriatos & desides animos, qui que ferè nulli honesto labori dant eperam. & vbi sunt amoris correpti vinctique laqueis, tum demum sentiunt se se laboriosam vitam agere. Ex quo hæc eiusdem poëta?

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.

Item,

Amor odit inertes. &c.

Militiae species amor est, discedite segnes.

Ceterum quod primo commentario monui, glandem accipi pro metula, obseceno nempe significato, confirmo Arcadum epitheton, qui *Calcaropægi* dicti, ob luxus nimios, & obsecenam Venerem legibus vetitam, & id quidè symbolum glandis in nigra clypei planicie mihi suggerit eiusdē sensus Hieroglyphicum. Veteres pingebant Venerem myrto coronatā. Myrtus spūdendi muliebris significatū habet. Iulius Pollux onomastico, caruncalam esse dicit intra muliebre pudendum lasciuo quadam motu nonnunquam subsultantem. Hinc iocus apud Aristophanem, vbi chorus senu air, ensem post hac se in myrti ramo gestaturum, Qua de re fabula hæc à Græcis circumfertur. Faunus Hecatem filiam solicauit ad stuprum; quem cum auersaretur petulantem, ille virga myrtlea ferrugem primum verberasse, deinde vini tormentum adhibuisse, mox in anguem conuersum spiris totam implicuisse, atque ita pudicitia virginis rapuisse, quæ fabula virga myrtlea, nequitie est imaginatio, vinum mentis hilaritas, at angues multiplices modi voluptatis repræsentant. Innuit hæc poëta.

— *Quos durus amor crudelitate peredit*

Secreti celant calles, & myrtlea circum.

Silua tegit. —

Appendix.

Inconstans puer hic, obdurans pectora.] Hoc de se fassus est Hezatus 1.lib. Carm. 4.

Intermissa Venus diu

Rursum bella mous, parce precor, precor

Non sum qualis eram bone

Sub regno Cynare: desine mollium

Mater seu a Cupidinum

Circa lustra decem flectere mollibus

Iam dudum imperijs, &c.

Ad idem videtur respexisse 1.epist.ad Mæcenam, id.

Non eadem est etas, non mens—

Solue senescentem mature sanus equum.

Sobrie ille quidem post emenū pelagus mollium voluptatum: sed sunt tamen plerique senes penè capulares, quorum in medullis regnat amor vuidus, turpis tamen, & risu, quam misericordia dignior: at eum ludum, seu lasciviam, seu morbum facilius est reprehendere, quam sistere, aut lenire, & bonorum virorum aliquando hic morbus est.

Inconstans puer.] Ex senarijs veterum Amor extorqueri nō potest, elabi potest, sed in constantiam amoris bellè Plautus expressit Trinummo:

Nihil sic celere est, nec volat ut amor,

Atque is mores hominum moros & morosos efficit:

Minus placet magis quod suscitetur, quod dissuaderetur, placeat.

Cùm inopia est, cupias, quando eius copia est, tantum non velis.

Ille qui expellit is conspellit: ille qui non suadet, vetat.

Insanum est & malum in hospitium di morti Cupidinis.

Sicacus.] Cæcum, non solum oculis captum, sed & insidiosum, & occulte malum, vel latens & tacitum quid veteres dicendum existimauerunt. Virgil. in 6.


— cœca regens filo vestigia.

Sisenna 4. historiar. Subito mare subhorrescere, cœcosque flatus in se prouoluere leuiter occēpit. Idem alio loco: Cœcum veteres pro improuido dixerunt Varro 4. de vita populi Romani; neque id cœci Consules fecissent.



In obliuionem patriæ.

EMBLEMA CXXXXI.



IAM DUDVM missa patria, oblitusque tuorum,
 Quos tibi seu sanguis, siue parauit amor;
 Romam habitas, nec cura domum subit ulla reuerti,
 Aeterna tantum te capit urbis honos.
 sic Itachum pramissa manus dulcedine loti
 Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.

Minimè mihi dubium est, Alciatum id Emblema cùm
 scriberet habuisse in manibus Ammianum Marcelli-
 num, & tum ad eum respexisse locum qui est lib. 14. quem
 integrum apponam, & deinde sententiā emblematis expla-
 nabo. Verba Ammiani sunt hæc: Illud autem non dubitatur,

quod cùm esset aliquando virtutum omnium domicilium Roma, ingenuos aduenas plerique nobilium, ut Homeric baccarum suavitate lotophagi, humanitatis multiformibus officijs retentabant. Et hæc quidem ille. In eos qui patriam obliuione delent, in alio quodā solo retenti, & fortuna quadam benigniore lactati, torquet Alciatus. Notissima est illa Teucri vox apud Ciceronem Tuscu. 5. Patria est ubicumque est bene, tum enim vel maximè patriam ipsumque natale solum tradere solemus obliuioni, cùm aliena regio meliorem nobis & lautiorem conditionem proponit. Sed certè hoc potissimum in eos torquetur, qui cùm ad amplū aliquem dignitatis gradū peruerterint, sui suorumque immemores facti, tumidas attollunt vertice cristas, ut ijs nihil intolerabilius esse possit, neque asperius; quippe qui nec de parentibus, nec de amicis amplius cogitent: ex quo perspicuum sit, quād desipient quāmque vecordes sint, cùm non intelligent leuissimo casu se posse deturbari: quāmque temerarij & instabiles fortunæ fluxus & refluxus. At Oratorem audiamus licet: Si quā virtutis præstantiam, aut ingenij, aut fortunę splendorem sumus consecuti, eam nostris impertire est opus, & cum proximis communicemus: ut si parentibus natī sumus humili & obscuro loco, si propinquos habeamus imbecilliores, vel animo vel fortuna, eorum augeamus opes, eisque honori sumus & dignitati: ut in fabulis, qui aliquando propter ignorantia stirpis & generis in famulatu fuerint: cùm cogniti sunt, & auct Deorum aut Regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt. Apud Euripidē Iphigenia, verba Menelai Agamemnoni mores mutatos objicientis & imperium & honorem ei delatum:

ἄνδρας χειών
τὸν ἀγαθὸν, περάσοντε μεγάλα
τοὺς πρόποις μεδίσανται
ἀλλὰ καὶ οὐ τοῖς
ηγίκ' οφελεῖν μάλιστα τοῖς,

φίλοις
ευπύχοι.

Virum bonum non decet, auctum rebus prosperis mores commutare: sed stabilem esse tunc amicis, cum iuuare maxime potest, fœlix existens.

Quos sibi.] Duo hic amicorum genera notat; vnum eorum qui sanguinis coniunctione, alterum qui vel vicinitate, vel studijs quibusdam paribus, vel commercio aliquo.

Duo ami-
corum ge-
nera.

aut vñu vitæq[ue] cōsuetudine amicitia nobiscum iuncti sunt.

Romanas habitas.] Potest hoc intelligi synecdochicōs, pro quavis vrbe celebri.

*Eternae urbis.] Vrbs, ῥιγτ' εξοχὴ Roma, vt olim Athenæ
d[eu]s, & Alexandria πόλις, quod ceteris excellerent. quod vi-
dit Magius Miscellan. lib. 4. cap. 6. Allusit autem ad priscorum
Romanorum opinionem, qui Romanam & Romanum impe-
rium semper duraturum credebant. Hinc illud est Iouis a-
pud Virg. Veneri perpetuum imperium pollicens:*

His ergo, nec metas rerum, nec tempora pono;

Imperium sine fine dedi. Et Ausonius:

Ignota eterna ne sint tibi tempora Romæ.

Idemque:

Vrbis ab eterna deductam rego Quirino.

Sed præter hæc placet etiam quæ sequuntur addere, philologorum gratia. Ammianus Marcellinus lib. 15. Tamen auctoritate qua potiores eternæ vrabis Ep[ist] copi, firmari desiderio nitebatur ardenti. Idem lib. 16. Et vrbis templorum, forūque Pacis, & Pompeij theatrum. & Odæum, & stadium, aliaque inter hæc decora vrbis eternæ. Idem lib. 19. Difficultatem aduentatis inopie frumentorum vrbis verebatur eterna. Idem Ammian. lib. 16. Remam ingressus, imperij virtutumque omnium larē. & lib. 7. Si ablatum uno templo miraculum Romæ sacraret, id est in templo mundi totius, &c. Nec dissimile est quod ait Cassiodorus lib. 1. Variar. epist. 32. Roma mater omnium dignitatum.. & epist. 39. Roma eloquentiae secunda mater, virtutum omnium latissimum templum &c. præclara hæc certè Romanæ vrbis elogia: & meritò quidem; ea enim tot populorū discordes ferasque linguas, Latini sermonis commercio ad colloquia contraxit, ait Plinius. mittit quæ notat Alciat. de verb. significatione, ad 1.87.

Ithacum premissa manus.] 1. Vlyssis socij missi ad explorandā Lotophagorū patriam. Manus, pro multitudine seu numero hominum ponit, alio loco monuimus.

*dulcedine loti.] Polybius, historiæ scriptor ἀξιότερος ait in
12. Loton arborem asperam, pumilam spinosam, frondibus
viridantem rhamno similibus, cuius fructus initio candidis
myrtidibus non sit dissimilis, mox increvens palmeo colore,
magnitudine rotundæ oliue, nucleo perpusillo, è quo deli-
catus exprimitur latex, quo sitis levatur, sine admixtu aquæ,
sed ultra diem decimum non durabilis. Theophrast. 4. lib. De*

Romes
vrbs por-
excellentiā.

Aeterna
Roma.

Romane
vrbis elo-
gia.

plantis, scribit loton parē habere cum pyro magnitudinem, eiusque pomum fabæ similem; quod dum maturescit variat colores vñæ instar: quo ex fructu memorant integrum quendam olim exercitum in Africa, commeatus inopia laborantem fuisse ad dies aliquot refectum. Mitto quæ Ouid. 9. Metamorph. Homerus Odyss. 9. ait, Vlyssis socios dulci quadā gustata loto, reliqua neglexisse, ac præsenti voluptate delinictos noluisse ad nauini redire, nisi verberibus adactos. Ponticus Heraclides ait, ab Homero voluptatem designari per Lotophagorum regionē, quæ voluptas posita esset in ea re perfruenda quæ dulcissima putaretur. Ηδονὴ μὲν τὸ λαθράγανον ξεπίον ζένης ξεργήν ἀπολαμπτεως, πνὸν ὁδυσσεος ἐγκεχυτως παρέπλευσε. Symmach. in epistolis allusit: Ut mihi, ait, quasi apud scopulos hæsiſe videaris. Aul. Gell. flexit in eos qui nimium immoretur in dialectæ gyris & mæandris. Legem prouerb. Lotum gustare De Lotophagis Strabo lib. 17. Plin. lib. 13. c. 17. Hanc fabulam plerique conuertunt in voluptuosos, & libidine prurientes, qui gustato semel dulci, blandisque turpium voluptatum veneno, ab eo non ferè abstineant. Lucianus De mercede conductis. Meminit & Dio Chrysost. Orat. 35.

*Locus &
Lotophagis
qui.*

Porrò Epitheton id vrbis æternæ, mirum quām sāpe usurpatum in Historijs Marcellini, nam præter locos à me in superioribus adductos commentarijs, placet & alios quosdā sublegere. Sic enim idem Ammian. lib. 21. In locum Tertulli Maximū vrbī præfecit æternæ. Et 23. Iisdem diebus legatos ad se missos vrbē æterna. Item 25. Tyberis intersecans vrbem æternam. At 26. Apronianus regens vrbem æternam. Initio 28. sœuiens per vrbem æternam vrebatur cuncta Bellona. Eodem: Per hæc & alia quæ decolorabant speciem vrbis æternæ. deinde post: Funera deplorauit vrbis æterna. Quod elegium certe magnificentum ne cui videatur omnino ridiculum, hoc cōfero numum veterem, in quo Romæ simulachrum est in sede cum ancili, & inscriptione, R O M A E T E R N I T A S. Et quidem ipsum Romæ nomen, nationes nonnullæ ex patriæ linguae significatione æternitatem interpretantur. Plutarch. libro de fortuna Romanorum, fortunam ait, Tyberi traiecta, alis positis, exutis talaribus, abiecta instabili pila, ita Romæ ingressam: quod indicium esset, eam ibi constanter permansuram, neque imposterū aliò non abuolaturā. Teneo
æmē memoria quid de ea re vrbis æternitate iam olim sensē.

*Urbs æterna
n. et Roma.*


rit Octavius Augustus, qui, ut Plutarc. retulit, Apophthegmatis, cum obseruaret Pisonem ita magnificè ædes excitatè, ut propter materiæ quam adhibebat, videretur cum æternitate pacisci, aut ædificium nunquam interitum cogitare, sic dixit: Pisonem ita ædificare quasi Roma foret æterna. Non repetam miseram Romæ desflagrationem sub Genserico barbaro, principe quamque fœdè attritum fuerit id imperium sub Athalarico & Odracie, id enim commodiùs ex paulo diacono & Orosio mutuandum est.

Syrenes



Sirenes.

EMBLEMA CXXV.



ABSQUE alis volucres, & curibus absque puellas,
 Rostro absque & pisces, qui tamen ore canant,
 Quis putat esse ullus? iungi hec Natura negavit:
 Sirenes fieri sed potuisse docent.
 Illicium est mulier quæ in pescem desicit aeram;
 Plurima quod secum monstra libido vehit.
 Aspectu, verbis, animi candere trahuntur,
 Parthenope, Ligia, Leucosiaque viri.
 Has Musæ explumant, has aquæ illudit & lasset:
 scilicet est doctis cum mercifice nihil.

Elegans est Sirenum mythologia: haec fuerunt Acheloi au-
minis & Calliopes Nymphæ filiae, tres nimirum. Parthe-
nope, Ligia, & Leucosia. Virginea facie sunt, & in pisces desi-
nunt. alij volucres eas faciunt. Cum littus Siculum incole-
rent, nautas prætereentes cantus & vocis amoenitate pellicie-
bant, pellecos sopiebant, sopitos demergebant posteaque
verabant. Vlysses cum illac sibi prætereundum esset,

Ille uuit cera sociorum callidus aures,
Atque suas vincis preebuit ipse manus.

Transfiluit scopulos & inhospita littora clasis:
Ille precipites desiliuere freto.

Sic blandas vocisque notas, & carmina vicit;
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

Martialis huc allusit lib. 3. ad Cassianum.

Sirenas hilarem nauigantium pœnam,

Blandasque mortes, gaudiūmque crudeles,

Quas nemo quondam deserebat auditas;

Fallax Vlysses dicitur reliquise.

Homerus Odyss. uid pertractat. Meminit & Plato in Phœdro:
Virgil. Æneid. 5. & 5. Metamorph. Ouid. Plerisque dicuntur
Σειρῆνες, sed altiore sensu, οἱ τῆς Λυχῆς εὐαγγεῖλοι καὶ μετο-
ρχεὶ διωξίης, ut Suidas: & in sua Repub. Plato, cum de sphæra-
rum cælestium volubilitate tractat, singulas Sirenas dicit sin-
gulis orbibus insidere, & motu sphærarum cantu numinibus
exhiberi: nam Siren, dea canens Græco intellectu valet. Ma-
crobi. 2. Commen. in somn. Scipionis. Sirenes aues fabulo-
fas esse putat Plinius lib. 10. cap. 49. cui sanè aduersantur
Theodorus Gaza & Trapezuntius, qui Sirenes in mari se yi-
disse affirmant. Reuera meretrices fuere, ut tradunt Seruius
& Palæphatus, quæ quia transeuntes deducerent ad egesta-
rem, his si etæ sunt inferre naufragia. Ad hanc fabulam allu-
dens D. Hieronymus ait in Epistola quadam: Et nos ad pa-
triam festinantes, mortiferos Sirenum cantus surda debe-
mus autem transire, quò spectat illud Socraticum, apud Xeno-
phantem; δεῖ γάρ της σειρῆνας τὰς οἰδούσας παρελθεῖν τὸν αὐδόν
δοῦται τὸν ἀρετὸν ἴδειν γάρ τατέλεσθαι: voluptates oportet
præterire, tāquam Sirenes, eutu qui virtutē ut patriam intue-
ri percipit. Cæterum in Vlysse typum sapientię obseruamus,
qui & suos auocat à turpivolutatum comitemercio, & ipse sibi
eandem legem imponit. Cicero 5. De finibus, paulo aliter e-
narratis sic enim: Mihi quidē Homerushuiusmodi quiddam

vidisse videtur in ijs quæ de Sirenum cātibus finxerit. Neque enim vocum suavitate videntur, aut nouitate quadam, & varietate cantādi reuocare eos solitæ, qui præteruehebātur: sed quia multa scire profitebantur, ut homines ad earum saxa descendendi cupiditate adhærescerent. Mirum sanè cur hīc Cicero per Sirenum cantus nil ab Homero significari dicat, quæ descendendi studium, & sciendi voluptatem: cūm Vlysses ne Sirenum cantibus caperetur, ligari se voluerit: quod non fecisset, nisi insignem quandam calamitatem & turpitudinem ab eis sibi suisque importatum iri cognouisset. Horatius Epist. 2. de voluptate intellexit:

Sirenum voces et Circe pocula nosti, &c.

Me non fugit ab alijs variè trahi hanc Sirenum fabulam: ve cūm Pausanias iii Atticis ait Sophoclem dictū fuisse nouam Sirenem. Siren etiam nominatus Bacchili des. εἰνθασι καὶ νωῦ ἐστι ποιημάτων, καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὴν σφελύι εἴρη. Synesius epistola quadam ad Herculianum: ἐγὼ μὲν δὲ οὐδὲ ποτέ σφεννας γένος τὴν ποιητὴν ήγεμοναί βλασφημοῦσθε, οὐ ποτὲ μελιγχώτης εἰσερχομένης απόλλυνον φωσαζόμενα τῶν ποτέ σαρτα, ηὔκεντα δὲ τὴν τέλειαν καὶ αληγορεούσαντα τὸν μοδεν Σφεννας γένος αὐτοῖς οὐδὲ τὰς απολαυσίας, οὐ δύρδας, οὐ τους εἰξατας καὶ γαγοντας διένεντας αὐτῶν τῷ φροσυνῇ, μεταμερούσαν απόλλυντο. Τί οὖν αποσέρεται Σφεννας αἱ τῆς τῶν ἀπισολέων ιδεντιαι. Ego sanè non aliam ob causam existimo Sirenas male à poëtis acceptas, quam quod vocis dulcedine adductos perderet. Audiui à quodam ex sapientibus, qui allegoricè fabulam explicares, Sirenas obscurè significare voluptates sensu oblectantes, quæ eos perdant qui ipsarum cantui & blanditijs aurem præbuerunt. Quid igitur impedit quominus tuaru epistolarum voluptates sint Sirenes, &c. Horat. 2. Serim. aliò torsit, nempe ad desidiam:

vitanda est improba Siren Desidia.

De Sirenum fabula post Platonē quid sentiat Plutarchus, repeat ex Sympos. 9. quæstione 14. Aliò torsit & Xenophon 2. ανημηνη. Lege Lucianū Commentario de saltatione: & proverb. Cerā auribus obdis. Syrenas semiuolucres appellat Lycophron in Cassandra, alijs semiferas vertunt. quo loco Isacius meminit victoriae Musarū, quæ se alis Sirenarum coronarū. Putat tamen fuisse portentosas, earūque fabulā trahit ad allegoriam, dicit enim nomine Sirenum τὰς ήδονάς intelligi, & Syrenes scorta eas fuisse, quæ lepore suo nauigantes retinerent. tradit quid. idem ex Plutarcho iuniore.

Absque alii volvres.] Eadem descriptio, qualis fuit in superiori Emblemate de homine anguipede, idque ænigmatis.

Eò pertinent Ouidiana hæc §. Metam.

— vobis Acheloides unda

Pluma pede que avium, cum virginis ora geratis?

Illicium est mulier.] ab illiciendo, quod blanditijs illictat.

que in piscem.] Absurdum est. quod alludit ad illud Horatij:

— ut turpiter antrum

Desinat in piscem mulier formosa supernæ.

Piscis quid allegoricas. Per piscem mollities & voluptas plerumque intelligitur. *Vide Lucianum De Syria Dea*, vbi mulierem supernæ in caudâ piscis desinentem visam fuisse ait.

Tres ad voluptate illecebræ. Plurima quod secum.] Quamplurimas certè calamitates ex libidine proficiunt nemo nescit: tamē eius tres sunt præcipue illecebræ. siquidem aut visu, aut cantu, aut commercio captiuntur, & in turpis amoris pedicas illaqueantur humani animi, vt mox dicemus.

Visus, amoris inuidum. *Aphelis*] visu nascitur amor. Hinc illud Propertij vulgarissimum:

Si nescis, oculi sunt in amore duces.

Pindarus formam amoris præconem 8. Nemeor. facit:

ωρη ποτνια καρπος αργοδιτας.

O veneranda pulchritudo, Veneris præco, &c.

Theocritus. *ωσιδην, ασημαντων.*

quod Maro Ecloga 8. sic est emulatus:

ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Ouidius item in Epistolis:

Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esset;

Illa fuit mentis prima ruina meæ,

Et vidi & perij, nec notis ignibus arsi.

Idem 3. Amorum, eleg. 10. (alloquitur amasi)

Perque tuos oculos, magni mihi numinis instar;

Perque tuos oculos qui rapere meos.

Apuleius lib. 10. Caussa omnis & origo præsentis doloris, & est medela ipsa, & salus unica, mihi tute ipse es. Ipsi enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia. meis medullis acerrimum contouent incendiū. Plato amoris vulnera radios esse quosdam attenuissimos, qui ex intimo cordis expirant, vbi vitalis sanguis dulcissimus & calidissimus sedē habet, viāque sibi per oculos patefacta, subinde per amatis oculis.

Ios illaphi ad intimum eius cor penetrant. Lucian. dialog. 5. par-
tes: ἐρωταὶ τον εἴξει οὐθίους οὐτεως, ιναὶ δημητρίαι,
πατέρι προσάγου εἰράταδει. qua ratione Philostratus διδύ-
χες amoris oculos fecit: ὡν κακοὶ διδύχει ερωτός, πρῶτοι
μετ' ήμιν τὸ κάλλος εἰπυρούσατε. Itaque probatur sententia
Plotini, ερωτα deducentis, απὸ τῆς οὐρανοῦ, lib. 3. De amore.
Ex quo illud Propertij:

Cynthia prima suis me incantum cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Assidue crescit spectando cura puelle,
Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.

Seneca De remedijs fortitorum: Non intelligis patrem innocentiae esse cæcitatem. Hinc oculi adulterium monstrant, hinc incestum: hinc domum quam concupiscat, hinc urbem & mala omnia. Certè oculi sunt irritamenta vitiorum, ducētque scelerum. Ex Plutarcho refertur illud è Stobæo εὐλόγῳ καλλίσ: formosos intueri iucundissimum: tangere autem & tractare sine periculo non licet. Imò, ut Xenophon docet, qui ignem tangunt, vruntur dumtaxat: formosi verò, quamquam procul distent, incendunt tamen. Est enim visus, incendi amoris occasio. Græca ita sonant: τὰς καλὰς οὐρανοὺς
επιτερπίσατον, ἀφαδός δὲ καὶ λαβεῖν οὐκ ἀκίνδυνος. μᾶλλον δέ, ὃς εἵστιν οὐρανοφάν τὸ μέρη πῦρ τὰς καλαίδες καίτιο μόνον. οἱ δὲ καλοὶ, καὶ τὰς μακρὰς οὐρανούς εἰσώτας νέαπειστιν. οὐ γάρ δέ τις, λαβεῖ τὰ παθήσει. Huc pertinet illa Hecuba ad Menelaum verba ex Euripide Troadibus, quo loco ei suadet Helenā de medio tollat:

οὐρῶν δὲ τῶν δέ, φεῦχε, μήσ' εἴλη πόθω
ἀιρεῖ γάρ οὐματα ἀνδρῶν, εἴξαρεῖ πόλεις
πίμωρησ δέ οκοις. οὐ δέ εἴχει καλημάτα.

Cernere hanc fuge, ne trahat sui desiderio: capit enim vlorum oculos, ciuitates delet: accedit ἔδει: sic enim habet mulcimenta.

verbis.] Et verba certè non minorem vim habent ad pelli- Verba in
ciendos animos quam oculi: imò verò maiorē plerūmque. flammam
candore.] eloquentia compta ornataque, qua vel pertinacissimi, ad amores,
vel etiam maximè refractarij molliri, & in aliam penè formam mutari queunt. Vel candor hīc pro pulchritudine usurpatur, ut apud Propertium in 1.

Nec Phrygium falso traxic candore maritum
Aucta extensis Hippodamia rotis.

Nisi candore referre maius ad illam Sirenem flexan imam, quam nostri gratiam, animumque purum ac simplicem & vere amabilem dicunt, qualis fuit mulieris cuiusdam Thessalæ lepos, cuius amore ita exarsisse Philippum Macedonem aiut, ut plerique suspicarentur eum amatorio quodam philtro eò adactum. Quam ob rem Olympias, Philippi vxor, tantu ope ræ posuit, ut tandem Thessalam illam prehenderit: quam cum diligenter intuita esset, eius formam certe bonam, verba omnia naturam ingenuam spirantia, præclarâ educationem admirata: facessant ergo calumniæ, ait Olympias: tu enim in te philum habes: non alio fascino capitut Philippus.

Trium Sirenum nomina non temere imposita sunt. παρτένη virginem sonat: Ligia. non à ligando, ut putat nonnulli, neque ab illiciendo, sed à Græco λιγίων, quod canorum sonat: aut λιγεώς, dulciter, quod ad sermonis & colloquij refertur illiciū: Leucosia, à λευκον, albū, ab albedine, quæ in sui admirationem rapit mentisque oculos quasi fascino aliquo decipit. Eā enim significatur verborum ornatus.

Has Musas explumant.] Per Musas intellige literatos, qui cù voluptatibus corporis nihil habent commercij: præcipuum autem libidinis antidotum est literarum studium. Huc placet adjicere fabulam Græcorum scholiastum poëticam satis vulgaram. Suasit aliquando Iuno Sirenibus, voce & cantus suavitate plus æquo tumescientibus, ut Musas ad canendum prouocarent, & eas vincere niterentur. Musæ conditionem, ybi aliquantum concertassent, non recusantes, facili negotio de ijs victoriā retulerunt. Nec verò mirum cuiquam vide ri debet, si tam facilè vicerint. Quis enim suauem & natuum Musarum modulum cum eo blando quidem, sed fallaci & captioso Sirenum cantu compateret? Musæ igitur plumas Sirenibus auulserunt, quibus sibi coronas confecerunt, in victoriæ signum. Mythologi Sirenum vocabulo, sophistiken: Musarum nomine, solidam & expressam sapientiam volunt intelligi: pluma, scripta sunt ridicula eorum qui adumbrata, non vera sapientia sese ostentant: de quibus docti sapientes que viri facillimè triumphant. Hoc veterum figuramentum Theodoreetus De curâdis Græcis affectionib⁹, statim initio lib. 8. attigit, cum ait ex Pythagoræ sententia, aut eorum certe qui eius vitam scriptis tradiderunt, esse Musas Sirenibus præferendas.

has atque illudit.] Antidotum est alterum in Amorem, nimis peregrinatio. Quid. 10, Metamorph.

Trium Sirenum nomina non temere imposita sunt. παρτένη virginem sonat: Ligia. non à ligando, ut putat nonnulli, neque ab illiciendo, sed à Græco λιγίων, quod canorum sonat: aut λιγεώς, dulciter, quod ad sermonis & colloquij refertur illiciū: Leucosia, à λευκον, albū, ab albedine, quæ in sui admirationem rapit mentisque oculos quasi fascino aliquo decipit. Eā enim significatur verborum ornatus.

A Musis Sirenas ex plumar quid.

EMBLEMATA.

Tre libet procul hinc, patriaq; relinquere fines,
Dum scius effugiam: retinet malus ardor amantem.
Id verò suadet apertius 1. De remedio:

Tu tantum quamvis firmis retinebere vincis,
I procul, & longas carpere perge vias.

Tempora nec numera, nec crebro respice Romam:
Sed fuge, tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.

Idem libro 2.

Manat amor rectus: si non ab amante recedas,

Turbaque in hoc omnes ingeniosa sumus.

Proximus à teclis ignis defenditur egrè:

Vtile finitimus abstinuisse locis.

Non facile esuriens posita retinebere mensa,

Et multam saliens incitat vnda sitim.

Scilicet est doctis. I Epimythion est: quod referendum videtur Ausoreno
capi Musas
quid.
lepidissimum Platonis tetraстichon, ut habet Laertius:

A^ρκύτρις μέσασι, κορέσια τὰν ἀρροδίταν

πμάτ, οὐ τὸν ἔρον ὅμμιν ἐσπλίσματ.

Χαὶ μέσαι ποτὶ κότριν, ἀρει τὰ σωμάτα ταῦτα,

ἥμην δὲ πέταται τότο τὸ παυδάριον. id est:

Hæ: Venus ad Musas: Venerem exhorrescite Nymphae!

In vos armatus aut Amor insiliet.

Cui contrâ Musæ, Verba hæc age dicio Marti:

Aliger huc ad nos non volat ille puer.

Idem argumentum tractat Lucianus in Dialogis Deorum, quod eò spectat, vt significetur, doctos, & laboriosa studiorum mole pressos, stulto amore non corripi: quod accidere solet ijs qui otio sese turpi dedunt, laboremque honestū refugiunt. id Cicero pro Cælio pluribus verbis extulit: Scitote Iudices, inquit, eas cupiditates, quæ objiciuntur Cælio, atque hæc studia, de quibus disputo, non facilè in eodem homine esse posse. Fieri enim non potest, vt animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpè nimia copia, inopia etiam nonnumquam impeditus, hoc quicquid est quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verùm etiam cogitando, possit sustinere. An vos aliam causam esse villam putatis, cur in tantis præmijs eloquentię, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam pauci sint, semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? Omittendæ sunt omnes voluptates, reliqua studia delectationis, ludus, iocus, conuium, sermo

etiam penè omnium familiarium deserendus: quæ res in hoc genere homines à labore st uidiōque dicēdi deterret, non quæ aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis.

Sciens est doctis.] Carmen Theocriti est ex Eidyllio 9.

*εἰ τὸν εἴπατον, γλυκὺ τὸ πέρον, εἴ τε μελίσσας
ἄντερ, δῶρον εἴμιν μᾶσται. οὐδὲ γάρ οἶρώσαι
γαθεῦσιν, τὰς δὲ τὴν ποτῶν δαλήσατο κίρρη. id est,
Neque ver subitum lenius est, neque apibus
Flore, (tā dulces) quā mihi māsa charae [sunt.] quos enim aspicio
Exhilarant, eos sua potionē non poterū fascinare Circe.*

Appendix.

Nescio quo casu præterieram Sirenū descriptionem, tales mihi lectam apud Claudianum:

*Dulce malam pelago Siren, volucrēsque puellæ
Scyllæs inter fremitus, audamq; Charybdim,
Musica sacra fretis habitabant dulcia monstra.
Blanda pericla maris, terror quoque gratus in undis,
Delatis liceat huc incumberet aura carimis,
Impressentque sinus venti de puppe furentes,
Figebat vox una ratem, nec tendere certum
Delectabat iter reditus, odiorūque iuuabat,
Nec dolor ullus erat, mortem dubat ipsa voluptas.*

Nec mirum, quod obitet dicam volo, figmentum hoc Sirenū adeò poëtis placuisse, in quo ipsorum stilus nō tam lascivijt, quam acutē eniuit ingeniosæ sedulitatis, qua hominū mores reuocare conati sunt à voluptatī, aut ineptiarū illecebribus, quæ passim obuersantur in hoc vite Oceano. Quin & sapiūt qui monentur eo cōmento frigida curarum momēta, nugas, lascivias, scurriles ineptias effugere, quin & vitare studiorum omnem fēditatem, in quibus occupantur quidam scripturientes vanitatum, qui suos amores, suas lascivias, suas insanias cum apparatu nobis ostentant, quas si magni æstiment, id ex priuilegio furentium poëtarum faciunt, ex quibus nemo est quin se optimum putet. ait Tullius. Sed id mihi bilem mouet, quod plerique viri docti ab ijs nugis non abhorreat, quip̄ istis aliquando pōstponunt seria ludis. Nos non quidem à poëtica vñquam abhorriūmus, sed lenocinia carminum detestamur, furta & proditiones amatōrias, stupra, adulteria, & quicquid omnino mōres inficit, tanquam pestem vitamus. Istud est melle litum virus,

dum carus in lumbum

Intrant, et tremulo scalpuntur ubi intima versu.

Et quid aliud ista blanda Syren nobis objicit, quam perniciem pudoris ac verecundiæ, cum si tor versuum nihil aliud pensi habeat, quam ut cogitec insidias, atque aspera bella pudori? Quare unus ex ecclesiæ sanctis patribus, consultor bonus ait, Bonum esse homini mulierem non audire: melius non videre: optimum non tangere: auditu illa mouer: visu accedit: tactu adurit, & corporis, animique vires depascitur.

Quis putet esse ullos!] vt Chimeras, ut Hippocentauros, & alia eius generis portenta fabulosa: vel ut tragelaphum, quod Aristoteles finxit in Analyticis, aut denique ut illud informe monstrum, quod Horatius exhibit initio epistolæ ad Pisones,

Et miranda canunt, sed non credenda poëta.

Certè Lucretius lib. 5. aliquot rationibus arguit Hippocentauros non esse, quales à poëtis describuntur. Et Xenophon 4. de institutione Cyri, ait Chrysanthū dubitare an sint Hippocentauri addit enim hoc verbum, εἰ εὔποιον. Valde stomachatur Galenus in Pindarum, quia fingere non dubitauerat ex hominibus & equis Magnesiis natos Hippocentauros. Et. M. Tullius 2. de natura deorum, *Quis, inquit, Hippocentaurum, aut Chimeram credit esse?* Quod & idem confidentius negat i. Tuscul. Eiusmodi tamen populos fuisse in Pelio Thessalique monte à Nymphis educatos tradit Diodorus Siculus lib. 5. facile à scriptoribus suis persuasus, id est poëtis, qui rerum omniū memoriam figmentis compleuerant. Alioqui constat primos Thessalos equitandi artem surpassasse: quos cum rudes homines, quales ea tempora ferebant, eminus in montibus equis sedere primū essent intuiti, putarunt quasi animalia noua, & supernè homines infernè verò equos: & quem vulgi errorem poëtæ amplexati, adeoque pictores noua hæc monstra representauerunt. Bene quidem Palæphatus lib. 1. ἀποθανὼν, ex Hippocentauri etymo, veritatem elicit. Nulli enim alij fuere Hippocentauri, quam equorum subactores, vel stimulatores, από τοῦ πτητοῦ, καὶ νευταῖς. Nihilò tamen minus scribit Plinius lib. 7. cap. 3. se vidisse Hippocentaurum in melle conditum, & Ægypto allatum, oblatumque Claudio Cesari, eodem die expirasse. Scimus adhæc multa de satyris & siluanis iactata: &


quod D. Antonius vidit in solitudine forma satyri monstrum, teste B. Hieronymo, id plerique putant fuisse dæmonem incubum, aut succubum. Et satyros fuisse in subsolanis Indiae montibus scribit Plinius, quin & eiusmodi animal fuisse aliquando ad Cornel. Syllam deductum Plutarchus auctor est. Sed de his plus satis.

Aspectu, verbis.] Apud Gratianum impudicus oculus est impudici cordis indicium, C. nec solo, 32. q. 5. Sed huc lubentius integrum D. Augustini sententiam ex lib. de fide Christiana conseruo: Nec solo, inquit, affectu & tactu, sed aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia feminarum. Nec dicite vobis habere animas pudicas, si habentis oculos impudicos, impudici cordis est nuncius oculus impudicus. Nam & racente lingua, conspectu mutuo corda se macerant impudica, & secundum concupiscētiā carnis ardore alternatiuo delectantnr, etiam intuitus ab inualida voluntate corporis fugit ipsa castitas. Eodem sensu, sed breuius, Hieronymus epist. ad Furiam, vbi de seruanda viduitate. Speculum mentis est facies, & taciti oculi fatentur cordis arcana.



Senex puellam amans.

EMBLEMA CXVI.



DVM Sophocles (quamuis affecta atate) puellam
 A quæstu Archippen ad sua voca trahit,
 Allicit & pretio, sulc' aegre insana iuuentus
 Ob Zelum, & tali carmine utrumque notat:
 Noctua ut in cumulis, super utq'ue cadauerabubo;
 Talis apud sophoclem nostra puella sedet.

VIlgò apud nostrates iactatur, vitia quædam esse, quæ ^gripiuntur
 Deo & Naturæ repugnant, hominibusque valde disipli- ^{senes,}
 cent: nimirū adolescentis ignauiam, inopis superbiam, & se-
 nis iam capularis libidinē intempestiuā. cùm enim vel maxi-
 mè d'is παιδες οι γέροντες, cùm vitiis plusquam iuuenilibus

*Senes pro-
tul à volu-
ptibue
corporis.*

intempestiuè delectantur. Quantò enim quis ætate prouestior est, tantò à voluptatum corporis titillationibus remo-
tor esse debet. Cicero in Catone maio re: At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus, credo, sed ne desideratio quidem. Bene Sophocles, cùm ex eo quidam iam confecta ætate quæreret, vteretúrne rebus Venieris: Dij meliora, in-
quit: libenter verò istinc tamquam à domino agresti & fu-
rioso profugi cupidis enim rerū talium odiosum est & mo-
lestum fortasse carere: satiatis verò & expletis iucundius est
carere quàm frui. Idem retulit Plutarch. Commentario *περὶ φιλοπάθειας*, & Valer. Max. lib. 4. Ad id facit lib. 7. Epigram-
mat. Græcorum institutum Philodemi poëtæ iam senectutę
cassi, qui fatetur se quondam amori dedisse operam, sicuti &
alios, lusisseque cùm per tempus liceret: sed tandem canicie
admonitum, grauioribus curis & studijs incubuisse. Modò,
inquit, rejiciatur amor: canus enim adest pro nigro capillus,
ætatis iam maturæ nuncius: vbi ludēdi tempus esset, lusimus:
cùm autem non amplius datur ad meliores curas propere-
mus licet. hactenus ille. Et certè, dum intempestiuos senum
quorūdam amores, & affectum libidinis huic ætati planè re-
pugnantem aduertimus, facile est colligere, verissimum esse
quod ait Plaut. Mercatore:

— labant iuuenes, itidem rapiuntur senes.

Ille se amant: quod amant, amatum volunt atque cognitum.

Illi verò si amare ea ætate occuperint, multò insaniunt acris, Tibullus Eleg. 2. lib. 1.

Vidi ego qui iuuenum miseros lusisset amores,

Post Veneris vincis subdere colla senem,

Et sibi blanditias tremula componere voce,

Et manibus canas fingere velle comæ.

Stare nec ante fores puduit, charæue puelle

Ancillam medio detinuisse foro.

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arcta,

Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Locus est elegas apud Plutarch. lib. Contra Coloten, vbi do-
cet senibus Venerem exercendam non esse. Minimè fefelle-
rit, Epicurum voluptates corporis, tamquam Etesias ventos,
vbi peruererint ad suum incrementū, expirare: quod in cau-
sa est ut inquirat, vtrum sapiēs ætate decrepita, qui res Vene-
reas nèqueat exercere, contactu formosarum, & contrectatio-
ne adhuc gaudeat: longè aliter sentiens, quàm Sophocles,

*Senum a-
mor uelhe-
mens.*

qui libenter istinc, ut à domino agresti & furioso, se profugisse dicebat. Sed cum plerasque voluptatum istarum senectute exarascere vidcant, cumque

Cytherea canos sit perosa milites,
 multo potius debebat homines voluptuarij, animi voluptates conquirere, ac velut cibaria quæ non putrescunt, & incorrupta durant. Et ibidem: Obsoleto intempestiuo, turpi remedio fatentur se vti, cum recordatione pristinarum voluptatum se ipsi recreant: & quia non suppetunt recentes, quibus vti queant, veteribus illis, id est mortuis & pollinatis, alias iam moribundas aut enectas in carne, ut in frigido cinere, mouent aduersante natura, ventilantque paulisper fouendo: quippe qui in animo nullam habeant domesticam voluptatem, dignam libero, conditam hilaritate. hæc ille. Sanè Iuuenal is in descriptione Senectutis ostendit, quām sit aliena Venus à senibus. Cæterūni quantum ex historijs deprehendi potest, Sophocles Veneris rebus multum fuit addictus, & iam grandæuus Theorida meretricē deperiit. Idem ^{Sophocles} amator se-
nexus: senex admodum, Archippen adamauit scortum nobile, cuius prior amasius, Smicrines nomine, à quodā rogatus quid ageret Archippe: respondit, Velut noctua tumulo insider. Athenæus Dipnosoph. lib. 13. cap. 22.

quamvis affecta etate.] id est, quamquam iam senex esset. Noctua tumulo:

Ouidius rectè:

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Huc pertinet illud Menandri,

γέρων ἐραστός, ἔχατη γέτη τύρῳ

Senex amator sumnum est fortune malum.

ins. in iuuenias,] aut quod iuuenes à commercio Archippes auocarentur: aut id referas ad pæderastiam, qua notatus est Sophocles: Athenæus cap. 27. lib. 13. & Hieronym. Rhodius in historicis Commentarijs meminit.

Ob zelum.] zelotypiam.

super utque cadavera bubo.] Senex morti proximus tumulum expectat, itidem mox cadaver futurus.

Appendix.

Allicit & precio.] Allusio est ad meretricis nomē, quod dūctum à merendo nemo nescit. differt ergo à prostibulo: est enim meretricis verbum paulò honestius, apud veteres, ut est

concubina, seu επαγγελία, Græcò. Nos non fugit apud Romanos, quibus & feminis vissuari permittæ, concubinarum usum fuisse, quod liquet ex tit. Digestor. de concubinis, & multis antiquitatum monumentis: sed instituto diuinæ legis mere tricū turpis omnis usus. Id adiungo, quod ad emblema facit apud Nonium verbum, adolescentiari, pro luxuriari, ex Varrone: tum quidem ut faciat, censeo, quoniam tu quoque adhuc adolescentiaris Einitimum illud Horatij:

—ne potum largius aquo

Rideat, & pulset lasciva decentius atas. Ait M. Tullius in Cæliana, oratorio more, non ad mentem sapientum iuueniibus quasdam voluptates permittendas. Et Plin. secundus adolescentes putat non dedecere perturbata quædam & non nunquam confusa. In sene turpem omnē luxuriā, & lasciuias: quod & Cato maior dixit apud eum quem citauit proximè Tullium. Æstatum omnium sua tempestivitas, suique mores. adeò nihil stultius aut contemptius, quam senem capularem & silicernum de amoribus cogitare. Id exemplo vidimus in duobus æui nostri doctissimis viris, Ioanne Aurato, Regio Græca linguae professore, & Iacobo Cuiacio, preclaro Romani iuris interprete, qui iam penè octogenarij, iuuenulas uxores sortiti, ea moliti sunt que iuuenes.



In colores.

EMBLEMA CXVII.



INDEX mæsticie est pullus color: utimur omnes
 Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.
 At sinceri animi, & mentis stola candida pura:
 Hinc sindon sacris linea grata viris.
 Nos sperare docet viridis. spes dicitur esse
 In viridi, quocies irrita retrò cadir
 Est cupidis flavius color, est & amantibus aptus,
 Et scorpiis, & quies spes sua certa fuit.
 Ac ruber armatos equites exornet amictus;
 Indicet & pacros erubuisse pudor.

Cæruleus nautas, & qui cælestia vases

Aitoniti nimia religione petunt.

Villia sunt giluis, natuâque vellera burrhis:

Qualia lignipedes stragula habere solent.

Quem cura ingentes cruciant vel Zelus amoris,

Creditur hic fulua non male veste regi.

Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet:

Fortunæ æquanimis cœdia quique ferat.

Et varia est natura coloribus in gignendis,

Sic aliis aliud: sed sua cuique placent.

Coloribus
exvariatur
affectus
animi.

Colorum fi-
gnificatio-
nis.

Nigoris
Symbolum:

Coloribus & eorum differentiæ non minimum solent animos nostros afficere, ob eamque rem docti & indocti παρημετα ea quæ sunt in animis, passim coloribus exprimitur. Horum tamen colorum tot significationes esse possunt, quot sunt hominum affectus & opiniones. Quæ quo ad rationem aliquam proprius accedunt, vel naturam rerum expressius declarant, eò pulchiores existunt: ut cùm nigrore utimur in mortuorum inferijs, albore ad puritatem animi significandam. At viror, spei nota, vt dictum est in superioribus: auaris, amantibus, & id genus alijs, qui spem pretio non emunt, rufus haud male conuenit. Ruber tum militum, qui circa cruentum versantur, tum puerorum, quos verecundia maximè decet, symbolum esse poterit: vt cæruleus nautarum: giluus & burrus, vilium, & eorum qui sunt tenuis fortunæ. Meticulosis denique & zelotypis, quod animo sint perturbato, nō male fuluus color tribuitur: ianthinus ijs qui sua sorte contenti viuunt de quibus in sequentibus singulare. Colorum octo differentias explicat Alciatus initio 2. Parergon.

InDEX mæstitia pullus.] Nigro vel pullo colore in parentalibus vtebantur, quod ex historia Thesei proditum nobis est. Ille enim imperfecto Minotauro cùm rediret in patriam, nigroque velo per imprudentiam vteretur, pater Ægeus hoc signo tamquam lugubri & funesto consternatus, quippe qui filium extinetum esse crederet se in mare præcipitem dedit. Quem colorem mæstitia & doloris notam fuisse significat Ouidius exul sive calamitatis memor, librum ab omni oratu cultuque semouens:

Infelix

Infelix habitum temporis huius habet.

Nec te purpureo velent vaccinia succos.

Non est conueniens luctibus ille color.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur:

Fortunæ memorem te decet esse meæ.

tumulis cùm damus inferias.] cùm mortuos sepulchro man-
damus. Inferiæ sacrificia fuere, quæ Dijs inferis solui dice-
bantur: & Inferias facere, est mortuorum animas sacrificijs Inferia.
placare, vel iusta defunctis persoluere. Virgil. in 9.

Absentiferae inferias, decoret quis se puichio.

Idem 4. Georg.

Inferias Orphei mittit, lacumque rinifit.

Catullas:

Multas per gentes multa / per æquora vellus;

Aduenio misse. as frater ad inferias.

& deinde:

Nunc tamen interea prisca quæ more parentum

Tradita sunt vestes munera ad inferias.

Tradit Seruius morem fuisse in sepulchris virorum fortium captiuos necari. Quod postquam crudelè nimium visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui à bustis bustuarij dicti sunt. Eorum si forte copia non fuisset, laniantes feminæ genas suas effundebant sanguinem. De hoc inferiarum nomine nonnihil Gellius 19. cap. 8. Contrà tamen, quod prætermissum nolim, Plutarch. libro Questionum Romanarum, querit quam ob causam mulieres in luctu vestibus albis uterentur: quod factum ab ijs pürat exemplo magorum, qui aduersus tenebras ipsumque Plutonem lucida & illustri veste se se obregunt: utque defuncti cadauer albo amictu tegitur, sic putant æquum esse amicos ac familiares vestiri. At in luctu vilia maximè conuenire putant: quæ autem colore aliquo tintæ sunt & suffusa, luxum arguant, & superfluarum rerum apparatum. Cùm itaque solum album sincerum sit, minimè mixtum, pürum, & tintura non imitabile, optimè putant ijs conuenire qui sepulturæ committuntur. Proinde & Socrates scribit, Argis vestes albas in vsu esse dum lugent, quæ eodem sint aqua élutæ. Sed enim tamen obsoleuisse morem idem Plutarch. scribit: nimirum deprauata constitudine, viros albas vestes in luctu usurpasse; quod ferè colligimus ex ijs quæ Paulus Iulius ait, in tit. De sepulchris & lugendis: Qui luget, abstinere debet à coniuij ijs, ornamenti, &

Gladiato-
rum primæ
inflititiva

luctu
que habuit
Romane
mulieres
zse.

alba veste. Constat enim ex Varrone, de vita pattium, uti citatur à Nonio, mulieres in luctu nigrum colorem solemnem habuisse Amiculō nigello (inquit ille) capillo demisso seque-retur luctum. alio loco funere ipso pullis pallis amictæ. Idem fuisse usus traditur apud Græcis ex ultimo Iliados Homericæ, ubi Thetys futuram filij Achillis necem deflens velo nigro testa Iouem adit. Apud Euripidem, Iphigenia matrem Clytemnestram monet, ne comam laniet suam ob mortem: suisque ut renunciet sororibus ne vestibus nigris corpus eam ob rem contegant.

Alboris significations.

At sinceri animi.] Albedo, puritatis, fidei, castimoniæ, integratatis, & aliarum generis eiusdem virtutum nota: ideoque religioni accommoda. Cic. 2. De legib. Coloribus præcipue decorus Deo est, cum in cæteris, tum maximè in textili. Plutarchus lib. De Iside & Osiride, quærit caussam cur Sacerdotes linteistantum vestibus vterentur. Id quidem factum ait, quod immortalibus Diis omnia pura, mundaque conueniunt. Non enim fas est (ait Plato) pura Deorum numina contaminatis & impuris rebus coli. Itaque cum linum maximè purum fiat, sitque ad eluendum expeditissimum, sacrificijs, & Deum cultoribus præ cæteris conuenire censuerunt. Pierius 40. Hieroglyph. meminit, & alijs nonnulli: Reperio & vestem candidam, signum fuisse lætitiae, apud Val. Max. lib. 1. cap. 1. quo loco scribit post Cannensem cladem, qua maior virorum Romanorum pars absorpta fuit, decretum fuisse ne matronæ ultra trigesimum diem luctus extenderent, ut ab ijs sacra Cereris peragerentur. Hę itaque absterfisis lacrymis, depositisque doloris insignibus, candidam vestem induerunt. Nec prætermittendus Romanorum mos in bonorum petitionibus: qui enim magistratus ambibant, toga candida induti sese commendabant populo: hoc cultu integritatem, probitatemque ex colore omnium purissimo & simplicissimo significantes, sequē pecunia minimè usos quam populum corrumparent: ideo candidati a candore vestis nominati, vel simplicitate, puritatēque animi potius.

Sindon. Vestis alba, vel amictus è lino Ægyptiaco.

Viror Spei *Nos sperare.*] Spei color est viridis, quod omnia spe duce vernet. Ut enim cum virescunt segetes & arbores, ab eis fructum expectamus: fit tamen interdum ea spes irrita, fellax, & nullius omnino frugis. Ouid.

Fallitur augurio spes bona sapè suo.

notas.

& Plautus: *Ego scio qui sperauerint spem decepisse multis.*

Est cupidis flauus.] Auaris, amantibus, & ijs qui meretricias artes sectantur, nō male quadrabit color flauus qui ex albo, rufo & viridi concretus est, qualis est color mellis, aurii & aristarum. Auatis quidem, qui spem pretio non emunt, cum sint coloris flavi, ob insatiabilem habendi cupiditatē: Amantibus, ob flaued: nem contractam ex amoris affectu, licet interdum propter conceptam in animo spem, viseant: Scortis denique, & turpium voluptatū sectatoribus, qui presentis opinione boni ducuntur

Flavus color, quorum
pt. 16.

At ruber armatos.] Rubor militum est ardorem enim bellum cædem & ferocitatem tacite arguit. Apud Pœnos in casulis Annibal's rubeam vestem Ducis tabernaculo protetam, vt alijs purpuram, indicium fuisse certaminis proditum est, quo viso miles ad pugnam se accingerent. Scribunt Val Maxim & Plutarch. Lacedæmonios, non vt vulnerum suorum in bello cruentum dissimularent & occultarent, Phœniceis in prælio tunicis vso: aut ne ipsis terrorē incuteret, sed ne hostibus fiducia aliquid afferret.

Ruberis nota.

Indicit & pueros.] Purpureus color pudoris indicium. Hinc prætexta Romanos pueros admonebat, verecundiam in die factisque seruandam. Notum est Catonis illud, cum dicebat sibi magis placere adolescentes qui rubescerent, quam qui pallescerent. Et Diogenes verenti cuidam, Confide fili, inquit; hic enim virtutis est color. Claudian. i. de raptu Proserpinæ: Vbi iuuençulam viro iam maturam describit ab adjuncto pudore:

Purpureus
color, sym-
bolum ve-
re cædere.

— nubes inficit purpura vultus

Per liquidas succensa genas.

Cæruleus nauar.] Seruius in 8 Æneid. Cæruleus color mari est, à cuius Deo equum constat esse inuentum. Hunc cæruleum colorem, vt mundi colorem laudat obiter polyhistor Plutarch. i. de philosophorum decretis, cap. 6. Sed vt est varia hominum mens, aliud que aliorum sensus in coloru usurpandis symbolis, reperio Agrigentinos tyrannide Phalaridis liberatos, publicè constituisse, nulli cæruleo colore vestitum gestare permittetur, quod tyranni satellites & corporis eius stipatores eo colore subligaculis fuissent ut soliti.

Vilia sunt gilvis] Tenuis fortunæ homines decent vilia, vt byrrhū siue rufum, giluum siue melinum: de quibus Gellius cap. vlt. lib. 13.

Byrrhus,
gilus.

Quem curae.] meticulosis, zelotypis, & ijs qui omnino sunt
perturbati, fuluus amictus ex viridi ruso permixtus potest es-
se peculiaris

*Lignipedes
qui.*

Lignipedes.] Hi sunt restigeri quidam Monachi, qui ex insti-
tuto seueriore ligneis calceis vtuntur, aut potius soleis qui-
busdam è subere vell ligno. Itali vocant Capussinos. Pro ve-
ste, pallia cinericia gerunt, eo colore, quo vilia rusticorum sa-
ga qui caminos emundant.

*Violaceus
color.*

Quisquis forte.] Violaceus ad eos pertinet qui sua contenti
forte viuunt, vel etiā fortunæ ludibria pro nihilo ducunt: eos
enim affectus violæ & rose significare possunt. *la xij dñi.*

Vt varia est natura.] Verba sunt ipsius Alciati ex 2. Pererg.
cap. 1. Colorum omnes appellationes Latinè expressim ostē-
dere vix quisquam possit. tam enim hac in re varia natura
est, vt quod in alijs plerisque accidit, rerum multitudo voca-
bula supereret

Sed sua cuique placent.] Homerus, ἀλλα παρ' ἄλλοις καλά.
Suum enim cuique pulchrum, ait Cic. & sic se res habet, te tu
delectant, me mea. Virgil.

Trahit sua quemque voluptas.

De coloribus iterum quædam, sed obiter, vt in-
mentem veniunt, placet addere, quo emblematis ratio-
fiat illustrior. Plato itaque in Timæo dicit colorem, splen-
dorem esse quandam deuentem sigillatim de corporibus, &
talibus quibusdam partibus, quæ sunt aptæ ad oculorum sen-
sum. Colorum autem sunt penè innumerabiles differentiæ,
sed de notioribus, ijsque maximè quas Alciatus hic attingit,
agimus, primumque de colore pullo, lustibus & funeribus
accommodato, eum obseruamus esse terræ colorem, quæ
magnâ sui parte pulla est: quodque mortuis injiciatur, insti-
tuto maiorum, qui iusta persolaunt mortuis, induuntur pul-
lis pallijs, terræ nimirum colore: indéque nominantur ple-
risque atrati, pullati. Nam pullum sæpenumero cum atro cō-
funditur. Sic enim mors atra dicuntur, eò quod cadauer ex-
tincto calore vitali, & exhaustis spiritibus atrum relinqui-
tur: At differt ater à nigro; quoniam omnis ater niger est;
at non omnis niger ater est, ater enim aliquid horroris habet,
estque visu tristis & iniucundus, proindéque lugentibus pe-
culiaris, at niger non item: est enim nonnunquam lepidus &

*Color pal-
lus.*

*Cur pullæ
veste, in
funeribus.*

*Mors atra,
eura.*

*Ater à ni-
gro differt.*

Color albus purissimus, quo circa pro sincero capit, cum •

Allus.

transfertur ad animum. Cum eo confundunt candidum: inde candor animi pro simplicitate puritatēque non raro accipitur. Itaque apud omnes ferè nationes nos inoleuit, ut ad Dei cultum indumentis albis ut plurimum vrantur. Quo refero illud è Satyr. 2. Persij.

— Negato Iuppiter hæc illi quamuis te ablata rogarit.

Et Flamen Ioui sacra faciens albatus erat, albōque pileo vte- Flamen Io-
batur. Magi etiam Persæ putabant Deum non delectari nisi niss albatus.
in albis vestibus. Fuit & Vestalium suffibulum vestimentum
album, pretextum, quadrangulum, oblongum. Itemque ser- Ves tales
ui accepta libertate albis vestibus vsi memorantur, vt liquet
ex Septimio Florente. Denique fuit iste color modestiæ si-
gnum, ut purpura ambitionis, sublimisque animi & elati. Album &
Hinc illud Alexandri de Antipatro, quem quidam ob mode- purpureum
stiam commendabat. Foris albo pallio vritur, inquit Rex, in- quid.
tus autem totus purpureus. notabat simulatam hominis am- Viridis.
bitiosi & summa petentis parsimoniam. Color viridis, her-
barum color est, & avis psittaci, & lapilli, quem smaragdum Pra sinafa-
nominant, Huic colori similis est Praasinus, qui nomen Pra- atio.
sinæ factio dedit. Appellatur hic color etiam cæruleus, ut Flavus.
à Græcis glaucus, vnde Pallas γλαυκῶμς, à veteribus Lat-
inis cæsia, quasi cælia, à colore cœli, ait Nigidius. Flauum, alij Eatio ve-
Venetum, vulgo blauum appellant, colorem illum quidem
à factione Circensi nobilitatum. Quidam eundem esse ac Flavia fa-
cæruleum volunt, quem Græci κυάνιον, nonnulli lazurion- milia.
sed inter hos magnum discrimen. Flauæ familiæ nomen de-
dit flava cæsaries. Lucanus 10. belli Pharsalici.

— Tam flauos gerit altera erines

Vt nullus Cesar Rheni se dicat in armis,

Tam rutilas vidisse comas.

Loquitur de Cleopatræ pedisequis. Sic Iuuenal. 13. Satyra.

Cernla quis stupuit Germani lumina, flauam

Cesariem, & madido torquament cornua Cirro:

Legi alicubi flauam Achillis comam, caloris & iracundiæ Achilles
fuisse argumentum: quoniam iij ferè sint ξενδοχόλοι, id est, flaua comæ,
flaua bile laborantes, & ad iram propensiores qui crines fla- Men-
uos habent: sed tamen flauum fuisse Menelaum memorant laus.
virum quidem mitem proindeque mollem bellatorem.

Rubeus ex animantium sanguine, & quo lana inficitur, Rubens:
crocus, vnde coccineæ vestes, id est, purpureæ. Vestis autem
rubicunda erat pugnæ acieue committendæ apud Romanos

Ceruleus. symbolum, ut Plutarch. testatur multis locis.

De ceruleo nihil amplius, quā à cœlo denominari nostri colorem celestem dicunt, non quod cœlum particeps sit coloris alicuius, sed quia ita nobis appareat. Proinde sacerdotes Ægyptij Deum yeste induitum cœrulea, quia præcipua eius in cœlo sedes, effingebant. Non referam quæ notantur à Plutarcho de colore Isidis & Tiphonis cœruleo, hæc enim dæc στόν γυρα. hunc colorem cœruleum ἀλογονίαν à colore mari, ἀπὸ τῆς ἀλος, dici volunt ut enim cœlum cœruleum, sic mare cœruleum dicunt poëtæ.

Cymatilis. Cœrulei coloris vestis nominatur etiā cymatilis, quia nomen ab vndis trahit. Ouidius,

sic undas imitatur, habet quoque nomen ab vndis.

κύματα enim fluctum sonat. apud Plautum vestis cymatilis est vndulata, nos camelotum vocamus.

Canus color isque na-
bius. Candido colori proximus est quem canum nominant: qui color est albi nigritique particeps, Græcis λευκός εἰσι, qualis est capillorum & barbe in senibus, vnde canities appellata est. Is nativus color est, ut qui non inficitur, sed ex ipsa ouis lana ita capitur. Quia verò cineri penè similis est cinericus, inde vestes cinericæ, quales Franciscanorum sodalium. huic colori proximus est rufus quem penè refert gilius, seu helius, sic nominatus, à vini genere quod colorē habet inter rufum albumque: russum barbari appellant, aut russeum: alijs saginatum, quasi sanguinatum, qui sit cruentato similis. Est ille qui dicitur impluviatus pullo similis, sic nominatus, quasi fumato stillicidio implutus. Sunt qui volunt suasim esse, à stillicidio factum fumoso in albo panno, & is color est peculiaris monachis, quos Minimos appellant, Parisini bonos homines. Eo fortasse sensu homines seculi aurei designati, ob morum vitæque simplicitatem, quam ipsi profitentur: vestis enim nativi coloris minimèque infecti, vite innocentis, & ab omni alienæ luxu index est. Tum autem primum cœpit hominum exundare luxuries, cum nativas lanas cœperunt ad cultum tingere.

Fuluus. Fuluus, est color cœli & stellarum: qua ratione sidera fulua dixit Tibullus. Sed hic existimo intelligi maximè rauum colorē, qui obvius est quodammodo atque obscuratus. Gellius cap. 20. lib 2. ex Frontone docet fuluum videri de rufo atque viridi mixtum, & in alijs plus habere rufi: vide apud eundem reliqua. Janthinus qui & violaceus, ex quo

Hyanthinus, è purpura factus & viola, vt nomen indicat.
hinc vestis Ianthina. Martial. in 2. Coccina famosæ donas &
Ianthina mæchæ. significat vestimenti genus infecti purpua
violacea. Quo de colore perdoctè Bayfius cap. 3. de re vè-
stiaria.

Vt varia est natura coloribus in gignendis, vt sunt colores
in infinita penè varietate, sic eorum nomina varia diuersa-
que, sicuti ab herbis seu floribus, hiacynthinus, violaceus,
roseus, papaueratus, malachinus: à plantis phœniceus, bu-
xeus, prasinus, à virenti porti folio: à locis, Tyrius, Puniceus,
Indicus: ab animantibus, vt ceruinus, mustellinus, clo-
rinus, coracinus: ab aqua, aquilus, neque albus, neque niger,
ait Festus: Cæterum quia nihil absque luce possumus intueri
variéque ipsa mutetur lux, nō est mirum si cum luce varient
ipſi colores. Ea de re nonnulla Cælius Rhodig. antiq. lect. 17.
lib. cap. 7.

Appendix.

Index mæsticie est pullus color.] Hieronym. ad Iulianum: Lu-
gubrē vestem mutaueris: & dedicatio ossium martyris candi-
da tibi vestimenta reddent, vt non sentires dolores orbitatis
tuæ, quām ciuitas vniuersa sentiret. hæc ille. Quo ex loco fa-
cile est intelligere mōrem etiam fuisse apud veteres sumendę
pullæ vestis temporibus orbitatis, & sepulcralium: at cùm
festi dies martyrum celebrarentur, in gaudij signum sumpsi-
se vestes candidas & hilares. Ad id nostrum de coloribus em-
blema pertinere video Tertulliani id de spectaculis, vbide
coloribus paganicis: meritò & coloribus idololatriam ve-
stierunt, & ab initio Deo Soli fecerunt albas & russeas: albas
hyemi ob niues candidas: russeas æstati, ad Solis ruborem
voti erant, sed posteà tam voluptate quām superstitione pro-
uecta; russem alijs Marti, alijs album Zephyris consecrarunt:
prasinum verò terre matri, vel verno venetum colorem ma-
ri vel autumno. Cùm autem omnis species idololatriæ dam-
nata sit à Deo, vtque etiam illa damnatur quæ elemētis mun-
dialibus profanatur.

Hinc syndon sacris linea grata viris.] Poëta lib. 12. Æneid. te-
stis est locuples,

— puraque in ueste sacerdos

Setigere in frontem suis, intonsamque videntem Attulit.

Seruius in schedis, pura interpretatur, non polluta: & pura vestis est, ait, qua festis vti diebus consueuerant sacrificari, vt neque fausta sit, neque fulgurita, neque maculam habeat. Esta autem purpurea & linea: purpura enim maris yicem ad præbet linum verò fluminis, quia cum vere primùm in Oriente flumen inundasset, linum natum ait Plinius. Et Festus Pompeius, Pura vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est, non obsita, non fulgurita, non fausta, non maculam habentia. Neminem fugit quod olim magistratum petituri, toga candida vtebantur, ex quo dicti candidati. Fragmenta quædam nobis Tulliana supersunt orationis, *in toga candida.* Lilius album vestimentum dicit. Vopiscus in Floriano: Senatores bñnes ea letitia elatos, vt domibus suis omnes albas hostias cederent, imagines frequenter aperirent, albatii sederent, quia antiquitatem sibi redditā crederent. Acerrimè Vatinius incessitur à Tullio, quod toga pulla accubuisse, contra decorum festi conuiuij. Illud ex te, ait, scire capio, quo consilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Arij, familiaris mei, cum toga pulla accumberes? quem vñquam videras? quem audiueras? quo exemplo, quo more feceris? Dices, supplicationes te illas non probasse optimè, nullus faciebat supplicationes. Vidēsne menihil de anni illius casu, nihil de eo quod tibi cum summis viris commune esse videatur, sed de tuis proprijs sceleribus ex te querere? nulla supplicatio fuerat: cedo, quis vñquam cenat atratus ita enim illud epulum est funebre, vt manus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis: Sed ornatur epulum populi Romani festum diem argento, veste niuea, omni apparatu, ornatique visendo, quis vñquam in luctu domestico, quis in fædere familiariter cernit cum toga pulla i cui de balneis exempti preter te togæ pullæ vñquam data est? cum tot hominum millia accunherent? cum ipse epuli dominus Q. Arius albatus esset: tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, ceterisque tuis furijs funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit Reipub. casum? quis sermo aliis in illo epulo fuit, nisi hanc tantam, & tam grauem ciuitatem subiectam esse non modiciori, verum etiam irrisio ni tú? Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? numquā puer aut adolescentis inter coquos fueras? Fausti adolescentis nobilissimi ex epulo magnificientissimo famem illam veterem tuam non expule-

ras? quām acerbē atratum videras, dominum cum toga pulla,
& eius amicos ante conuiuum? quae te tanta tenuit amentia,
tu, nisi id fecīles, quod fas non fuit, nisi violasset templum
Castoris, nomen epuli, oculos ciuium morem veterem, eius
qui te inuitataū toritatē parum putares testificatum esse,
supplicationes te illas non putare? Hucusque orator morem
patrum violatum questus in Vatinio, non frustrā quidem,
cūm quis sapiat non abhorreat à more patrio. Memini ad hæc
Aurelium Victorem in Marco Antonino Philosopho, dice-
re, Nuncio accepto de morte principis, confusam luctu pu-
blico Urbem: senatores in curia veste tetra amictos lacrymas
effudisse.

camulo cūm damus inferias.] Ouid. epist. Iasonis,

Inferias umbras fratris habete mei

Claudian. 4. de Honorij consulatu,

Has dedit inferias cum malis, iuuenūmque duorum

Purpureos merito placauit sanguine manus.

Idem de laudibus Stiliconis,

Inferis gens tota datur

*stola canida.] Nomine stolæ, quamcunque vestem oblon-
gam intelligo: alias stola erat muliebris & demissa ad talos
ysque.*

Hinc syndon sacris linea grata viris.] Ouid. 15. Metamorph.

— cognovit numina castus

Errantes vitta crines albate sacerdos

Idem 5. eiusdem operis,

Cererisque sacerdos

Amphycus, albenti velatus tempora vitta

quoties irrita retrò cadit.] Ouid. 3. de Ponto, 4. eleg.

Irrita verorum non sunt presagia vacua.

cod.lib.eleg. 7.

Spem inuac amplecti, que non inuac, irrita semper.

& 4. eiusd. operis, 7.

— fides non irrita.

In 2. Fastor. — venit irritus illuc Romulus. hoc est,

re infecta. Idem in 3. eiusdem,

Si mea nota fides, irrita nulla putas.

& de Narcisso, eod.lib.

Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti.

Curtius lib. 4.

Tam discedere irriatum, quam morari pudebat.

Est cupidis flauus.] Meretrices tamen toga pulla à matronis adulterij conuictis, quæ albatæ erant, distinctæ.

At ruber armatos.] Plutarchus auctor est, Demadem oratores olim dixisse, Athenienses de bello numquam decreuisse, nisi pullis vestibus indutos: eo verbo significabat eos bellandi cupidiores, nec nisi de clade suorum admonitos, pacem cogitare.

pueros erubuisse pudor.] ad hunc modum Virgil. in 12. de Latinī vxore, belli dubiū euentum reformidante:

*Accipit vocem lacrymis Lauinia matris,
Flagrantes pulsata genas, qui pluribus ignem
Subierat rubor, & calefacta per ora —*

Iudem sanguineo.

Si quis ebur, vel mista rubent vbililia —

Alba rosa, tales virgo dabat ore colores.

Attonti nimia religione.] Lucretius lib. 3.

— multoque in rebus acerbis

Acrius aduentunt animos ad religionem,

Quo magis in dubijs homines spectare periclis

Scilicet aduersisque in rebus noscere qui sint,

Nam vere voces tum demum pectori ab imo

Eliciuntur, & eripitur fortuna manet res.

At putò hîc alludi ad vocabulum δέος, timor unde putant Dei Latinum nomen trahi, ex quo illud Petronij,

Primus in orbe Deos fecit timor.

qualia lignipedes stragula.] stragulum, οὐ σπουδὴν, apud nos, couverture de lit, ou, lodier, housse. & recte quidem hîc stragula, nam quidā horridiore cultu fraterculi, vt Capucini, nō tam pallia, quam formam quandam stragulorum induunt, non vt Franciscani nostrates, qui initio cultu seueriore, at nunc tamē cœperunt nitidiores esse.

*sed sua cuique placent.] Elegans illud Eueni Parij,
πολλοῖς ἀνπλέγειν μὲν εἴδος τοῖς οἷοῖς,
ορθῶς δὲ ἀνπλέγειν εἰκότα τῷ τοι εἴδει,
καὶ πρὸς μὲν τέ τοις αρκεῖ λόγος εἰς ὁ πάλαι,
σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦσθ' θεῖν, εμοίδε ταῦτα.*

Significat multis esse solemne reprehendere, recte autem id non facere, quin aduersus illos posse verbum vetus retorqueri, haec tibi videntur talia, mihi vero contra. Plinius Secund. scitè admodum epist. 20. lib. 1. Adieceram quod me docuit ysus magister egregius, Frequenter ego iudicavi, frequenter

in confilio fui: aliud alios mouet, ac plerūmque paruæ res
maximas trahunt: varia sunt hominum iudicia, variæ volū-
tates. Inde qui eandem caussam simul audiuerint s̄pē diuer-
sum, interdum idem, sed & diuersis animi moribus sentiūt.
Video hue trahi ore populi celebratum adagium, Quot ca-
pita, tot sensus, cuius etiā meminere nostri iuris scholastæ,
l. 4. Dig. ad S. C. Trebellian Alia enim alijs nationibus hone-
sta, quæ alijs turpia, & sic varij quot in orbے colores, tot etiā
notiones animi fluxę ut vagæ peruvolitāt. Confertem huic
exempli gratia sectarum varias species, nedum colores va-
rios: hominum ac regionum faciem dissimilem, sed id for-
tasse bilem moueret quibusdam delicatulis, qui domesticis
vitijs, ut naturalibus moribus delectantur, & veluti Balbinū
polypus agnæ, quod ille dixit. Malim ad colores ludorum
Circensium, circa quos imprudens antiquitas insanijs: vel ad
colores varios cœnobitarum, qui patrum instituto non ad
alium finem inducti yidentur. quam ut familiarum distinctio
fieret, confusio vitaretur. Nihil hic de coloribus castrorum,
aut militantium, qui necessariò varij sunt, ut hec varietas suæ
gulas copias in officio contineat.



Virtutifortuna comes.

EMBLEMA CXVIII.



ANGVIBVS implicitis, geminis caduceus alis
Inter Aemalibæ cornua rectus adest.
Pollentes sic mente viros, fandi que peritos
Indicat, ut rerum copia multa beet.

*Symbolum
Alciati.*

Hoc ipsissimum fuisse Alciati symbolū refert Paulus Io-
nianus, lepido eo libro, quem scripsit lingua sua vernacula
De notis armorum & amoris. Quod schema quām bellè Al-
ciato conuenerit, facilè possunt intelligere, qui eius pruden-
tiam iuris & eloquentiam, qua cæteris excelluit, vñà secum
reputant. Id enim studium, eaque facultas effecit, vt magnos
honores & honestas opes ad vitæ præsidium sibi compararit.

Idem Iouius me docet eodem dialogo, symbolū hoc, VIRTUTI FORTUNA COMES, fuisse usurpatum antē ab Iasone Maino nobili Iurisconsulto. quo, sua se virtute ac studio, lautam fortunam esse consecutū ostendebat. Sed id Emblemā placet ad quoscumque doctos & sapientes homines transferre. His symbolis, virga nempe Mercuriali caduceo, duobus inter se connexis serpentibus & duplice copiae cornu significatur homines sapientia & eloquentia præditos, rerum omnium copiam facile consequi. Quod spectat Aristotelicum illud, Diuitem si velit esse posse, qui sapientia fuerit cultus. quod quidem symbola hæc tacite indicant. Nam caducus, Amaltheæ cornu. deuse discipline, eloquentiae, sapientiae, sed & felicitatis nostram habet, teste Pierio lib. 15. De sacris Ægyptiorum literis. Cornu vero Amaltheæ, rerum omnium abundantia est Hinc apud Stobæum Hippodamus Thurius ciuitatem bonis legibus constitutam, cornu Amaltheæ appellat: quandoquidem bona ingenia eius beneficio profectum capiant, tuni mores, studia legesque fiant optimæ, item rationes rectæ & æquæ, pietas, sanctimonia, reuerentia. Ab hac sententia non multum abscessit Socrates: Τὸ γὰρ ἀμάλθειον κέρας εἴη γόνη τοῦ Θεοῦ τῶν οὐρανῶν, δὲν μάτις οὐ μάλθων, διὸ ἐργατές, πάνθ' εἴσειν τὸ ἀγαθὸν τῷ μὲν τοῖς ἀμαλθείαιν, τῷ μὲν μάλθωντοις απομένει. Καὶ τὸ κέρας τὸ θεῖον εἴρηται πάντα τοῦ οὐρανοῦ τὸ γάγακα. Quid per Amaltheæ cornu ex Stobæo.

τὸν εὐτρυπινεῖδην. Εότε τοῦτο τὸ κέρας πάντα τὰ δύματα, διπλὰ τὴν γεωργίαν πάντα εἴσιν οὖν γεεῖαι εἴρηται. Μὴ τοῦτο τὸ εὔχοντες αὐτὸν εἰσάγονται, τὸ ἀγαθὸν δαιμόνων, οὐ τὸ ἀγαθὸν τοῦ γάγακον. id est, Amaltheæ cornu sic interpretabatur: eum quidem significare qui minimè sit dissolutus, sed opere intentus, genus omne boni consecutum: Per cornu vero bouis, quod animal est laboriosissimum, virum operarium intelligi. Vuas autem & similia in cornu haberit, quia ex agricultura cōsequimur quemque necessaria sunt. Itaque ipsum gestantes inducuntur bonus genius & bona fortuna. Hanc Socratis sententiam de cornu Amaltheæ obiter volo ita restitui τὸ γὰρ τῆς ἀμάλθειος κέρας εἴη γόνη τοῦ Θεοῦ πνοὸς τοῦ εὐρετοῦ τοῦ Ιωσήφ. Amaltheæ cornu explicans eō referri volebat, ut esset symbolum, quo designaretur is qui minime dissolutus esset, sed intentus operi, genus boni consecutum. vocabulum enim Amaltheæ loco μὲν μάλθων, hoc est, non dissoluti, ponit. per cornu vero bouis &c. In Collectaneis ex Philemone de pecunia idem intelligitur:

qui ius idem haberent cū facialibus, eandemq; pēnē potesta-
tē, vt belli denunciādi, pacis incūndē: quos εἰρηνοῦ δίκαιος, pacis
sequestros Dionys. Halicarn. interpretatur. De Serpentibus
autem Caduceo implicatis, hæc est Mythographorum nar-
ratio. Mercurius in Arcadiam iter faciens, dūos inter se Dra-
cones acerrimē concertātes offendit, quos interposito bacu-
lo statim pacauit: qua de causa ne posteri miraculum igno-
rarent, Ægyptij virgam duobus interpositā draconibus Mer-
curio consecrarunt, & Caduceum nominarunt. Baculus hic ^{Baculus}
eloquentiæ typus est: dracones sapientiæ gerunt symbolum.
Alij ad pacem referunt, quam plerumque legati siue cadu-
ceatores cōponunt Huc respexit Isidorus; Mercurius, inquit,
virgam tenet quę serpentes diuidit: nam bellantes & diffi-
dentes interpretum oratione sedantur. Iamblichus in Episto-
la ad Deuxippum: Reuera Deus quispiam fuit, qui homini-
bus Dialecticā ostendit, & ē cælo demisit: vel, vt quidam ^{Serpentes,}
dicunt, eloquens Mercurius qui in manibus Dialecticæ sym-
bolum gestat, serpentes scilicet se inuicem respicientes. ^{dialecticæ} ^{Symbolum.}

Ama/thee cornua.] Amalthea capræ nomen fuit cuius lacte ^{Amalthea;}
Iupiter est enutritus, Adrastes & Idæ Nymphařū ministerio ^{historia.}
& opera. Cūm verò aliquando capra cornu, quod habebat
amplissimum, in obiecta fregisset arbore, Nympha id sustu-
lit diuersis pomis ac herbis onustum, & ad os ipsius Iouis de-
tulit: cuius beneficij memor iam grandior factus, cornu ser-
uatum Nymphæ cuius erat capra, dōno dedit ea virtute im-
butum, vt quicquid appeterēt, ex eo cornu protinus exiliret.
Alij hoc cornu referunt ab Hercule ereptum fuisse Acheloo
sese in varias figuras commutanti. Ouid. 9. Metamorph. &
Fastorum 5. Strabo lib. 10. Lactant lib. 1. cap. 21. Mythologi
referunt ad regionem antea sterilem & infecundam, quam
labore & industria Hercules feracissimam reddiderit. Nos fa-
cultatem & omnium bonorum copiam hic interpretamur,
qua virtutem & liberalē omnem eruditionem consequi iure
debeat: quod significat huius Emblematis inscriptio. cuius
Cicero meminit in Catone Maiore his verbis: Te Cyre bea-
tum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. qua
petita videntur ex Oeconomico Xenophontis. Quò etiam
refer Adagium, Virtute duce, comite fortuna, ex Ciceronis
Epistolis familiaribus.

Pollentes mente.] exprimit Græcam locutionem νοῦς ἐχε-
τας, i. p̄p̄ovίμως.

sandiq; peritos.] Aristot. I. artis dicendi appellate eos εἰνεῖς
δωρεψίες.

copia multa beat.] beare, est prodesse, inquit Vlpian. l. 49. D;
De verb. sign. naturaliter enim bona ex eo dicuntur, quod
beant, hoc est, beatos faciunt.

Appendix.

Virtutis fortuna comes.] Gnome pulchra, non semper verá, vt
res humanæ fluunt ad eam facit locus Plinianus ex panegy-
rico ad Traianum. Possum ire per omnes appellationes tuas,
quas olim virtus dedit: quas proximè fortuna concessit, quas
adhæc indulgētia diuina meditatur. hæc ille. Sed nomen vir-
tutis non hic accipitur pro eo habitu quem rectæ rationi cō-
sentaneum philosophi dicunt, sed speciatim sonat τιμὴ ἀν-
δρεῖα, quæ Italica dialecto dicitur, il valore, Gallicè, la valeur;
proüesse, grandeur de courage. Alioqui virtutis nomine, præclaræ
quæque dotes animi continentur. Vnde nostris appellatur
homme de valeur & merite, pietate grauem & meritis poëta
dicit. & hinc ἀνδρία καὶ μεγαλοφυχία, la vassilance, la suffisance:
fortè hoc referas Horatianum istud ē 3. Carmin. 2.

Virtus repulsa nescia / Jordidæ,

Incontaminata fulget honoribus.

& deinde,

Virtus recludens immeritis mori;

Cælum negata tentat iter via.

Et illud Plauti Amphitruone:

Virtute ambire oportet, non fautoribas;

Sat ille habet fautorum qui virtutem habet.

Item Senecæ de ira, cap. 7. lib. 2. Non est fortior nequitia
virtute. Et Virgil.

Tam pudor incenditq; viros & vinida virtus.

At fortunæ vocabulū aliquando pro incerto rerum euentu,
nonnumquam etiam pro felici successu & affluentia opum
accipi nemo nescit. ad primum illud significatum refero va-
rios de fortunæ varietate questus, vt ille Horati,

Fortuna seu lata negotio,

Ludum insolentem ludere peruvicax

Transmutat incertos honores

Nunc mihi, nunc alijs benigna.

Et Plautinum illud Pseudolo:

profecto

~~Si~~ profecto hocce erit

Centum duclū n̄ hominum consilia sola h̄c deuicis dea
 Fortuna atque hoc verum est perinde ut quisque fortuna utilius
 Ita precellit, atq; eum sapere omnes dicimus
 Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem carum
 Eum esse declaramus: stultum autem eum cui venit male.

Illud tritum Terentij:

O fortuna, ô fōrs fortuna.

Ouid.vlt.Tristium,eleg.15.

Rara quidem ēst virtus, quām non fortuna gubernet,

Quē maneat sibi cūm fugit illa gradu.

Secundo mōdo fortunæ verbum sumitur pro felici opū suc-
 ceatu, vnde dīti viri fortunati, ὁλοι, εὐσαιμονες, quare &
 nos fortunas numero plurali dicimus opes, vt apud Horā-
 tiūm.

Quōd mihi fortunas, si non conceditur uita?

Virgil.r.ecloga:

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.

& alia eius generis multa, illud ad rem propriū Alciatus ca-
 duceū & Amaltheæ cornū sibi proprium symbolum fecit,
 quod in ipsius vita memini. Adjicio ex Nonio, caduceū fuī-
 se pacis signū, ex Varrone, de vita populi Romani lib.2.
 inquit, vbi verbenarius ferebat verbenā, id erat caduceus,
 signum pacis, nam Mercurij virginam possumus appellare. Ita
 Martialis in 7.

Cylenes, cæliq; decus facunde minister,

Aurea cui torso virga draconē viret.

Pollentes sic mente viros.] significat eos qui prædicti τῷ λόγῳ
 ἐνδιαδέτω καὶ προσογίκω, nam multi quidem docti, ait elin-
 gues, & quorum domi doctrina silet, foras prodire nescia.
 Sed alij verbosi ac locutuleij, qui nullum garriendi modum
 faciant, & quibus nihil aut parum mentis. At quibus utrum-
 que datum, felices. Sic laudatur apud Flaccum Iulius Florus
 epist.3.lib.1.

—non tibi paruum

Ingenium, non incultum, neque turpiter hirtum,

Seu linguam caußis acuis, seu ciuica iura.

Respondere paras, seu condis amabile carmen

Prima feres edera vītricis premia.

Apud Tullium commendatur nescio quis, cui promptum,
 paratumque ingenium, & qui præclaras animi notiones

pari lingue volubilitate sciret exprimere. Sic apud Plinium t.
epist. 22. Aristo, iuris peritissimus impense ornatur.

Nec abs re Socrates execrabantur sophistas, qui primi sa-
pientiam ab eloquentia sciunxissent res natura indiuisas, qua-
dere Tullius præfat. 2. libr. de inuentione.

Memini ab Homero tribui Ulyssi ciuilem prudentiam, πλε
σιών πολιτική, & promptam eloquendi facultatem, πλε
σιμηνευπική, his omnino verbis,

οἱ δὲ τοι μέν μορφὴ ἐπιειν, εὐτὸς φρένες ἀθλοῖ,
Mente vales, iuncta est facundis gratia dilectis.



Fortuna virtutem superans,

EMBLEMA CXIX.



CÆSAREO posq; quām superatus milite, vidie
Ciuii undani em sanguinē Pharsaliam;
Iam iam stricturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
Infelix virtus; & solis prouida verbis,
Fortunam in rebus sursequeris dominam?

Infecto Iulio Cæsare à Bruto & Cassio, ut libertatem ci-
uiibus erexit affercent, res tamen non cessit ut sperabat.
Siquidem extincto Cassio in bello ciuiili, cùm Brutus vidis-
set se superatum iri, quibusdam de fuga suadentibus : Non

Mors Mar- certè pedibus, inquit, est fugiendum, sed manibus: tandem
ei Brutii. que arrepto gladio prorsus desperas se ipsum confodit, iuuante Stratone Rhetore. Dion in Augusto refert tum versus hos
Fons Em- pronunciasse, qui in tragœdia Herculi tribuuntur: ὁ τλῆμον
blematis. ἀπετί, λόγῳ Θάρης οὐδα μλως, εἰς τὸ δέ σε αὐτὸν εἴργον οὐκούσω, σὺ
δέ εἶτε οὐλαδες νιχη. hoc est, O misera virtutis, quam tu res
eras nugatoria: equidem serio in te exercebat, at tu fortunæ in-
seruiebas. vel sic: O misera virtus, ergo nō mē inane eras; ego
verò te ut rem solidam exercui, quamuis interim fortunæ
seruires. Significabat tunc quidem temporis plus momenti
& virium fortunæ quam virtuti fuisse, virōsque bonos im-
proborum machinis fractos & extinctos. quod Q. Curtius lib.
8. confirmat, cùm ait; Quis neget eximiā quoque gloriā sæ-
pius fortunæ quam virtutis esse beneficium? Alciatus Parer-
gōn libro 2. cap. 7. retulit hanc Brutii sententiam, usurpauit
que in Epitaphio à se conscripto de Pyrrhi Anglabeर्माई
Aurelianensis Academiæ Iureconsulti morte, his omnino verbis.

*Quis non malignas mortis accusat vices,
Virtute clares quæ viros præcepit rapit,
Viuaciores improbos cornis finens?
En Pyrrhus ille tot animi illustris bouis,
Latoque clavo, est ante præceptus diem:
Frustra putauit esse te Virtus Deam,
Quæ fortuitis seruebas casibus.*

At reuera hæc fuit Brutii, id est hominis pagani, nec veri Phi-
Desperatis. losophi, imò verò desperantis opinio, qui quantum in eo ex-
opinio quæ. rarit, colligere est facillimum ex scriptis Platonicoꝝ & aliorū, quorum fuit iudicium acrius, & auctoritas maior. Certè non multum ei potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute quam in fortuna præsidium collocauit. Virtus enim omnia quæ in hominem caderet possunt, subtus se habet, eaque des-
piciens casus contemnit humanos, culpaque omni carens, præter seipsam nihil censem ad se pertinere: vt recte docet Ci-
cero Tuscul. 5. & Lactant. lib. 3. De falsa sapientia c. 28. Ne-
que verò censendus est fortis, & magno præditus animo, qui vt aliquid damnum, aut alioqui asperam vitæ calamitatem effugiat, vitæ sibi usuram adimit: quod in Cleomene Plutar-
chus exaggerat. Cùm enim post miseram accepta cladem in-
bello contra Antigonū, Cleomenes rebus omnibus despera-
tis admoneretur à Therycione, ut se interficeret: Generosum

Virtutis
ris. Vide
Seneca epi-
75. lib. 10.
que beatus
esse consti-
tuīt &c.
Fortis non
est qui se
meat.

Cleomenis
verba g. &
uissima.

verò putas esse, inquit, magnique animi facinus, sibi vitam adimere: quo uno nihil facilius aut promptū magis esse potest; Id verò ignauit hominis & inconsulti maximum argumentum est. Quis enim eum qui simile quidpiam in se receperit, non à sua ipsius ignauia victum esse confitebitur? Minime est oppetenda mors, ut honestas actiones detrectemus, immo diligenter prouidendū, ut ipsa mors in se generosi quidpiam & honesti habeat: quia cum probro non minimo coniunctum sit, aut viuere, aut mori sui caussa velle. Quod si aliquando cogitandum esse videatur (quod numquam tamen permisum fuit instituto Christiano, id fortasse permittitur, cùm nulla spes superfit amplius defendendæ patriæ). Recte ille quidem, sed verius tamen Poëta.

Rebus incertis facile est contemnere vitam:

Fortius ille facit, qui miser esse potest.

Huc Martialis in primo ad Decianum quendam,

Nolo virum faciliter redimit qui sanguine famans:

Hunc volo laudari qui sine morte potest.

Idem sic lepidè perstrinxit Fannium:

Hostes cum fugeret, se Fannius ipse peremit:

Dic mihi, num furor est, ne moriare, mori?

Recte Aristot. 3. de Morib. ad Nicomach. τὸ ἀποθνήσκειν γέγοντα πενίαν, οὐ φωτα, οὐ παυπηρόν, οὐ κακόπεις, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοδ. ργλαχία γέ τὸ γέγοντα επίπνεα, καὶ οὐκ ὅπερ καλῶν θάσομεν, ἀλλὰ φεύγοντα κρέον. Cæsar in 7. de bello Galliæ: Animi est ista mollities, inquit, non virtus, inopiam paullisper ferre non posse, qui se morti vltro offerant facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. Idem pñne Curtius lib. 5. de Alexandri gestis: Fortium virorum magis est mortem contemnere, quam odisse vitam. Sæpe tædio laboris ad utilitatem sui compelluntur ignauit. At in primis audiēda vox Herodiani 6. Χεὶ δ' ἀνδρας γενναῖες τε καὶ σωφρονες δύ-
χεδροὶ νοτίοις χειν τὰ Κέλπια, πέρην τε τὰ ερωτισμοντα: Viros generosos atque sapientes decet optima quidē optare. sed ferre quæcunque incident. Laudata non temerè sapientibus & consultis hominibus M. Tullij sententia, qui cùm videret fractas omnino & extra spem positas esse Pœianorum copias, cum Cæsare & Crasso sentire maluit, quam ijs quos vincere se minimè posse sperabat, obsistere, aut etiam verbis molestus esse. Nam neque pugnandum sibi arbitrabatur esse tumultum aut facile contra tantas opes, neque permanendum in landagur, Ciceronis
dissimulatio, post ci-
uile bellum
Pompeianum

eadem sententia, conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis, sed temporibus assentiendum. Numquam enim, vt ait ille, præstantibus in gubernanda Repub. viris laudata est in vna sententia perpetua permanacio: sed vt in nauigando tempestate obsequi, artis est, etiam si portum, tenere nequeas: cum vero id possis, mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum quem coeperis, potius quam eo commutato, quod velis tandem peruenire: sic in administranda Republ. prudentibus viris propositum debet esse OTIVM CVM DIGNITATE: & non idem semper dicere, sed idem semper spectare. Quae laus Catonis fuit, qui cum esset eo ingenio ijsque moribus, vt seipsum mutare, & (vt Sallustij verbo) ut naturam versare minimè posset, non modò suæ Reipubl. nihil profuit, sed etiam valde obfuit. Eum quidem hominem cordatum & fortem & temperatem facilè patior fuisse, at non tam prouidum neque tam circumspectum video in ijs, quibus erat in primis ea aetate eoque tempore prouidendum. Utque solis cursus non recto per cælum meatu feratur, sed obliquo, leni, atque moderato; tamen orbis vniuersi machinam equabiliter temperie caleficit: Ita Principes & magistratus sese populi nonnumquam studijs, vt ita dicam, obquis accommodare debent, vt melius sit ijs cōsultum, quæ regi par est non summo iure, sed æquitatis variisque mutabili præscripto. In quo Cicero, quamquam in ceteris vita partibus oculatus, infeliciter lapsus est ea quam in M. Antonium instituit misera contentione. Nam quamquam non inuitus fatear illius causæ, quam pro libertate suscipiebat, optimam conditionem fuisse, non possum tamen quin una cum Poëta dicam,

Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuī!

Putabat enim se Antonium tam facile, & eo iure, posse de medio tollere, aut certe in ordinem cogere, vt quondam Catilinam, Verrem, & alios facinorosos. Non videbat, inquam, se versari in Romulidum face, & cum alia vita esset, aliam esse diætā debere; vt non mirū videri debeat, si ei fato inquisissimo pereundum fuerit. Sed iam satis ad alia nobis proponendum. In eam Bruti mortem spontaneam disputat Seneca De beneficijs 2.c.20. & undecimo Epistolarum ad Lucilium, 83. Epist. At D. Augustin. Catonis factum tribuit ignauia patiū, quam fortitudini.

Infelix virtus.] Manilius: *Quinetiam infelix virtus,* *Ego voxq[ue]*

Catoni
pertinax
animus
impreba-
tur.

Infelix
contentio
M. Tullij in
Antonium.

felix. quo sensu dicitur à Septim. Florente lib. aduersus Valentianos, desultrix virtus, id est instabilis & motoria: tantum quod desultricem & defectricem illam virtutē non vult.
Ita Seneca in Hercule Oeteo:

*Sine hoste vincor, quodq; me torquet magis
(O misera virtus) summus Alcida dies.*

*Hunc pertinent Menandri quidam senarij;
παύσασθε νοῦν ἔχοντες. οὐδὲν γέ τι πλέον
ἀνθρώπων Θεοῖς οὖν, ἀλλ' οὐ τοῖς πύχλαις &c.*

*— ή προνοία δ' ή θυτή, καπνός,
καλώντες η πίστη, καὶ μέμνεσθε με
ἀπανθρώπων, λέγομεν, ή προθύμοις,
πύχλαις οὖν, ήμοις δ' εἰ συμβούλους σπουδαίους.*

*Definite mantem habere: nam nil amplius
Humana mens est, tota fortuna manet.*

Mortalis autem fumus est prudentia

Nugaque, non vos pœnitibit, credito

Quecunque sentimus, agimus, vel dicimus,

Fortuna cum det, nos quidem inscripti sumus.

Solus prouida verbis.] In hoc sequebatur quorundam dogma, quia asserebant, Virtutem nihil aliud esse quam verba & voces cuius meminit etiam Plutarchus Comment. De superstitione, ubi hoc quod ante ascripsi ferè, citat ex Poëta quopiam: ὁ τλημον ἀρστή, λόγοι Θεοί, ήδα, εἶδος δ' ὡς ἐργον στίσκοις, ἀρετὴς τῶν πλευτοποιὸν ἀδικίας καὶ τῶν γόνιμον ἀπάντης οἰδοντος ἀκολασίας. Idem scriptum tamdem reperio (quid enim prætermittam quod sese ultro offert?) in Epitoma historiarum Romanarum, quæ L. Flori nomine circumfertur: Quanto est, inquit, efficacior fortuna quam virtus? & quam verum est quod moriēs efflauit, Non in re sed in verbo tantum esse virtutem?
hæc lib. 4. c. 6. Cæterū ad eorum opinionem qui putarent virtutem, nihil aliud esse quam verba, Horatius videtur alluisse in Epistolis, cum ait,

*— virtutem verba putas, ut
Lucum ligna,*

Appendix.

In eos qui sibiipsis violentas manus afferunt, longè plura peti possunt ex refertissimo cum sapientum, cum Historiæ scriptorum penu sed prætermisis alijs ferè omnibus succur-

Lucus He-
gessippi lib.
3.c.17.

rit nobilis apud Hegesippum disputatio, quo loco Iudei ob-
sidione pressi à Tito Vespasiano, extra omnem spem conie-
cti mucrones iamiam in se parant, aliisque ad simile adhor-
tantur facinus. A qua sententia eos conatur reuocare Iosephus
in multis, ijsque validis rationibus. Quis enim, ait, animam
sui, ad Iudeos, nisi ei qui ligauerit. Iuncta est anima corpori
ipsius manus
preferant. naturae quodam quasi vinculo. Quis naturae auctor nisi pre-
potens Deus? Ecquis hoc animae & corporis contubernium
à Deo informatum intercidere aut dissociare audeat? Si quis
seruus manibus suis imposita vincula, ita volente & iubente
domino, non exspectato eius arbitrio detraxerit, is damna-
bitur, ut qui dominum iniuria certe graui afficerit. Nos vero
Dei possessio sumus, ipsique seruitum debemus: itaque ut
serui exspectemus imperia, ut vincti, nos in vinculis continean-
mus; ut fideles, depositum fide omni & religione asseverem-
mus. Non est recusandum vitæ istius munus quod à Deo no-
bis est permisum ac conceatum; nec refugiendū istud profe-
ctò cœlestè ac diuinū naturae donum; species est contumelia,
si quis aspernerit ac rejiciat quod ab homine, vel offertur, vel
dono datur: quanta cura seruare debemus, quod à Deo gratis
accipimus? Eius enim munere ac dono viuimus & spiramus;
ipsius ergo debet esse ut simus, quamdiu volet. si quidem v-
trumque ad ingratum hominem pertinet, & citus vita ce-
dere quam volet, & diutius velle vitam producere, quam
volet qui vitæ auctore est. Optarunt permulti viri pij ex hoc
corpo quasi è quodam carcere & vinculis excedere: nullus
ramen ex ijs vñquā fuit qui sibi necem inferret. Quod si quid
est in morte lucri, furti est instar præcipere quod exspecta-
gur.

Si viuere bona est, sacrilegium est vitam amittere ante-
quam reposcatur. Si gloriosum est in bello, multo gloriōsius
est pro patria morte oppetere. Malo hostium latrocinio pe-
rire, quam meo latrocinium meū est si mihi manus intulero
violentas, si hostes beneficiū erit, vtque hanc mihi necem fa-
cilius persuadeatis ministras vestras manus pollicemini. Sed
neque meo ipsius, neque vestro scelerē perire volo. Nonnulli
ex vobis afferunt suave esse pro libertate viuere. Timidus est
& qui mori detrectat cū oportet, & qui mori cupit, cū non o-
porteat. Nā quis nescit esse muliere ne moriare mori velle?
Cōstat enim aliquādo vñuenisse vt percussæ metu mulieres,

cum sibi aliquod imminere periculum præsentiscerent se se de edito loco dedisse præcipites. Reuera qui sunt animi angusti & pusilli quidquid tumendum putant, horrent ipsumque mortis metum perferrere non possunt. At vir fortis qui nō metuit ei quæ instant, quæque futura sunt cogitat, non trepidat quid causæ est cur damnatur qui seipsum interficerit? quia nihil est adeò alienum à naturæ legibus.

Nullum est ex animalibus brutis quod non consentiat inter se se mutua quadam cōcordia. Naturæ lex omnibus insita, vitam tutari, à sui abhorrere interitu. Informe leti laqueum, homines inuenérūt, f. ræ, quanquam immites, nesciūt. Quid si quis dicat ferarum morsus pro armis e. se, dentesque ut gladios & sicas videri: quis inquam, aliquādo vidit belluam vel adeò ferocem quæ membrū sibi sacererit, seque vel munericbus priuarit? Nobis quid amicius vita, quid tam inimicum quam mors? denique qui vitam alterius ope consiliue tutatus erit defensor est: qui vitam alteri tollere conatur, insidiator est. Si ergo necem tam miseram tamque ab omni non di. eam humanitate, sed vniuersi natura alienam censemus execrabilem, quid causæ est cur ipsi nobis inferre volumus? iure insectare murum gubernatorem. qui cōmissam sibi nauem saxis illideret, vel eam quoquo modo ad naufragium faciendum perforaret: nos à Deo nobis commissam nostri corporis gubernationem ferro exscindemus', & voluntario naufragio addicemus? Sed obiectur mihi cito mors cum peruenero in hostium manus? hoc si ita est futurum, quid faciam lucri, si quod ab hoste metuo, hoc mihi ipse inferam? fieri enim potest ut desæuiat hostilis ita, id nō aliter se habeat ac si quis gubernator metu tempestatis, quam præuiderit, nauē fluctibus obruendam curet. An verò quodd supplicia grauiora sit exæturus hostis, ideò putatis anteuerendum: an quia fortis & intrepida animi censetis argumentum, mortem sibi cōscisce? sed ita se gerere imbecillitatis potius habendum est suffugium, non trophæum virtutis. Sit igitur apud nos constitutum, id neque esse fortitudinis, ne habere aliquod momentum utilitatis. Quid enim adiungam violati depositi religionem? Deus thesaurum dedit optimum, inclusum illud quidē in hac fictili vase, idque custodiendum dedit, pro arbitrio, tempestive repetitur. Nunquid in utroque crimen vel abijcere depositum non reposcenti qui dederit, vel negare reposcentis? Pœna infamiae est si quis homini depositum non red-

diderit: quanto magis violare Dei depositum? anima in corpore depositum est, quam ut inutilē nobis remittimus, atque domo pellimus, corpūsque ipsum sui gratia spoliamus atque in terram resoluimus. Cur hinc exeundi præceptum non expectamus? Miles non discedit à castris nisi accepta tessera serui imperio domini retinentur, sin aliter fecerint, alter desertor, alter fugitiuus est. Qui seruus herum fugerit pœna est obnoxius, quanquam improbum fugerit nos cùm omnium optimum fugimus possumus non astringi impietatis flagitio? haec ille longè præclare & eruditè, ut nihil apud Platonem vel sapientes alios eruditius.

Appendix.

Fortuna virtutem superans.] Mirum quantum pagani veteres fortunę, tanquam numini tribuerint. Ex multis nos pauciora. Sic Ouid.

Kara quidem est virtus. quam non fortuna gubernet,

Quæ maneat, stabili cùm fugit illa pede.

& Horatius:

Fortuna saeu lata negotio

Ludum insolentem ludere pertinax,

Transmutat incertos honores

Nunc mihi, nunc alijs benigna.

Plautus pseudolo:

—profectò hocce erit

Centum doctūm hominū consilia sola hac deuicit dea

Fortuna, atque hoc verum est, perinde ut quisque fortuna utitur,

Ita præcellit, atque sapere eum omnes dicitant:

Bene ubi quid consultum dicimus accidisse

Bene: hominem autem esse declaravimus stultum autē cui venit male.

Sed & Sallust. in Catilina: fortuna in omni re dominatur : ait

Denique Q. Currius lib. 8. *Quis neget eximiam quoque gloriam s̄epius fortunę quām virtutis esse beneficium? Fortuna rebus famam, pretiūmq̄e constituit, & militiae probrum plerumq̄e venit in gloriam.*

Civili undantem sanguine Pharsaliam.] Versiculum hūc placet ita immutari,

Civili undantem sanguine fractus humum.

Nam vox Pharsaliam, non bene quadrat ad hunc numerum ut cuius antepenultimam semper productam reperias apud Lucantum & ceteros. M. Brutii opinionem fuisse merum ac perniciosum Romanorū veterum deliriū intelligimus, quo

plures viri etiam graues laborarunt , quod ex Seneca , Plinio Secundo , Plutarcho meminimus . Val. Maxim. c.de amore coniugali , Tuos castissimos ignes , Portia , M. Catonis filia , cuncta secula debita admiratione prosequetur: quæ cū apud Philippos vi^{ctum} & interemptum virum tuum cognosceres , quia ferrum non dabatur , ardentes ore carbones haurire nō dubitasti , muliebri spiritu virilem patris exitum imitata , sed nescio an hoc fortius , quod ille visitato , tu nouo genere mortis absunta es . Sic Martialis ,

Coniugis audisset fatum duni Portia Brutis,

Et substracta sibi quereret arma dolor,

Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?

Credideram satis hos vos docuisse patrem.

Dixit, Ardentes auido babit ore fauillas,

I, nunc & ferrum turbam molesta nega.

Coniunge exemplum de Aria , Pæti Thræsex uxore apud Plin. Secund. 3. epist. 16 de qua & Martialis ,

Castæ suo gladium cùm iraderet Aria Pæto,

Quem de visceribus traxerat ipsa suis, &c.

Et vereor ne quis hīc me putet nimis diligētem , quare ad alia proprio . Redeo ad institutum . M. Brutus vetus insania de se ipsis tam prauè ac nequiter iudicantium nusquam plus haberi debuit , quām sapientum iudicium . Ex multis profero vnum inculpatum . Solon cùm Athenas Pisistratus occupasset , videretque conatum omnem suum frustra esse , pro libertate arma , & scutum ante fores curiæ ponens , ô patria inquit , tibi & di^{ctis} & factis opitulatus sum . atque ita domum abijt , in posterū quieturus : mihi meritò videtur graue illud Velleij Paternuli lib. 1. vbi de Cæsare : ineluctabilis fortunæ vis , cuius fortunam mutare constituit , consilia corruptit . Itēmque : Quippe ita res habet , vt plerūmque qui fortunam mutatus est Deus , consilia corruptat , efficiatque quod est miserrimum , vt quod accidit , etiam meritò accidisse videatur . Hæc Paternulus . Idem iudicium M. Tullij in Ligariana defensione : Mihi quidem , ait , si proprium & verum nomen nostri malitiae queritur , fatalis quædam calamitas incidisse videtur , & improuidas hominū mentes occupasse , vt nemo mirari debeat humana consilia diuina necessitate esse superata . Loquitur de vi^{ctis} Pompeianis , victore Cæsare : hoc adiungo , ad sententiam carminis perpoliendam . Alterum lædere ius prohibet , sic neque seipsum permittitur . Ita D. Augustin . Iuno centia

vera est, quæ nec sibi, nec alteri nocet, quoniam qui diligit iniquitatem odit animam suā: & nemo non prius in se, quam in alterum peccat. Bene D. Paulus ad Ephes. 6. Carnem suam nemo unquam odio habuit. Referre possis huc quod Seneca consolatione ad Polybium, cap. 3.

Ab eo viri sapientes abhoruerunt, adeoque Romani iuris auctores. Scilicet alteri non parceret qui sibi ipsi nō pepercit, l. 3. §. sic autem, in fi. D. de bon. eor. qui ante senten. Sic enim Martian. Qui sibi nō pepercit, multò minus alij parceret. l. omne delictum, §. qui vulnerauit, D. de re milit. I. cū autem, §. cū excipitur, D. de ædilit. edict. malus seruus creditus est qui aliquid faciat quod magis se rebus humanis extrahat, puta si laqueum torsit, si medicamentum pro veneno bibit, præcipitemve se ex alto misit, aliudve quid fecit, quo facto sperarit mortem præuenturū, tanquam nihil nō in aliū ausurus qui hæc aduersus se ausus esset. Video ego mortis spontaneæ consilium probari apud Plinium Secūdum, lib. 1. epist. 2. hoc videntur attinere hi mimi veteres.

Heu quād est timendus qui mori tutum putat!

Crimen relinquit vitæ qui mortem appetit.

Mori est necesse, sed non quoties volueris.

Locus apud Gratianum elegans 25. q. 5. ex scriptis Augustini in Ionam: non est nostrum, ait mortem arripere, sed illam ab alijs libenter accipere: unde & in persecutionibus mihi non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas percellatur, sed percutienti colla submittere. Idem Augustin. contra Petilianum: non veneramur nomine martyrum eos qui collum ligauerunt. Verum ut ad metam properemus, sapiūt qui fortunæ voces ferre constanti possint animo, non qui rebus desperatis consilia querunt animā euocandi, & vitæ nobis usum permisam anteuertendi.

Civili undantem sanguine Pharsaliam.] Vellem ita versiculum leui aliqua mutatione corrigi,

*Civili undantem sanguine fractus humum.
nisi quis ita malit,*

*Civili plenam sanguinis æmatiam.
nempe quod nomen Pharsalia, producit antepenultimam,
ut apud Lucanum maximè. sic enim lib. 1. de bello ciuili,*

Hac mercede, duros Pharsalia campos Impleat, & lib. 6.

Qui iuga de nexus Pharsalia porrigit æmus, Item in 7.

Spectari è toto potuit Pharsalia mundo. & passim sequentib.

Paupertatem summis ingenij obesse ne
prouehantur.

EMBLEMĀ CXX.



D R X T R A tenet lapidem, manus altera sustinet alas:
Ut me pluma leuat, sic grane mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimerebat.

A Dolescētis est ingeniosi prosopopœia, quæ multis alijs
communis est: quibus si quid suppeteret ad studiorū
progressum, non sanè ita hærerent in pūluere, sed absolutam
aliquam perfectamque disciplinarum cognitionem obtinē-
rent. At quia summa laborant inopia, non possunt vltra pro-
uchi: neque enim parentes habent, aut cognatos, aut alios
etiam beneficos studiorū liberalium nūtricjos, qui sumptus

necessarios suggerant. Notissimum illud Iuuenialis:

Haud facile emerunt quorum virtutibus obstac

Ris angusta domi.

Idemque: — cantare sub antro

Pterio thyrsum ve potest contingere sans

Paupertas, atque ars inops, quo nocte dieque

Corpus eger: satur est cum dicit Horatius ohe.

Excursus in miseram adolescentum felicissimi ingenij conditionem. Sed ne transiliam tam oscitanter eam vulgatam & solemnum studiosorum penè innumerabilium querelam, qui miseram suam fortinam vitæq; genus incusat: quot quæsto iā olim & hoc nostro tempore adolescentum myriades esse constat, in quibus ea sit ingenij dexteritas, ut ad liberalem omnē disciplinam non imbuti, sed facti à natura esse videantur? At in puluere cœnōque misero hærere coguntur, & cum meliores fruges non possint, siliquas affestantūt, imò verò cum grauibus & molestis admodum colluctantur difficultatibus; quia quamquam ingenij mentisque perè diuinæ pennas expeditas & alacres habeat, nullum tamen aut amicum aut locupletem hominem, vel certè Mæcenatē beneficium nancisci possunt, qui nodum, qui saxum illud egestatis adeò vrgentis, qui validum fortunæ impedimentum tollat. Quis labotiosum & industrium Cleanthem in historiis laude dignum non censat, qui noctis magnam partem in aqua haurienda impeñebat, quò sibi victum compararet, interdiu verò Chrysippi doctrinæ operam daret? Nam ne longius abeam, nullus nostrum est cui compertū non sit vbiuis gentiū permultos esse studio addictos adolescentes, qui incredibili amore flagrent eas capessendi artes, quibus humanitas & eruditio comparatur. Qui tamen arctiore, nimisque violenta paupertatis remora sic interdum prohibetur, ut cum ijs facultatibus omnino careant, quæ ad hoc iter conficiendum necessariæ sunt, ad artes quasdam sordidas, tamquam in pistrinum, fortunæ, ut ita dicam, tyrannide compelluntur: vel si quid spei reliquum sit, non tamen possunt emergere, nisi deuotè infinitas in studio perseguendo molestias. Nam aut pædagogiae onera sustinēt (qua conditione, si cū alijs conferatur, nulla alia miserior) aut deterius aliquod subire m̄nus & viliores quasdam partes, imò verò labores indignos literatis hominibus perferre ac pati coguntur. Quæ ingenia certe acuta per se & viuida, sed inopiæ tamen nimis molestiis sopita nimium ac languida si quis liberali animo iacētia excitaret, non dubiū est quin lon-

gè plures haberemus in rebus Theologicis exercitatos, grāues profectò & eruditos Iuris vtriusque consultos, fidos & perspicaces Medicos, Doctores longè plures in omni literārū genere, Mathematicos, Physicos, Logicos, Oratores, Poëtas, Grammaticos, ad Reipub non minimū & ornamentiū, & adiumentum. Quod cùm ita queror, nescio profectò an dicere ausim quæ mihi nunc in mentē veniunt: nēpē huic inopiae diligenter, magnāque liberalitate fuisse iam olim occursum à nostris maioribus sapientibus certè ac pijs hominibus, qui tot scholas hac in nostra Parisiensi Academia (vt de cæteris raceā) à fundamēntis excitarunt, legibus & institutis informarunt, redditibus etiam ac censibus annuis locupletarū: quas Academia opes rebus primū ijs quæ ad Religionem pertinent, & pauperibus alendis, iisque quibus nimis esse arcta supelleret, assignari voluerūt. Quæ pia certè & Christianis hominib⁹ dignæ beneficētia, iustitutiōque liberalis, mirū quām hodie immunita sit. Hunc enim adolescentum studiosorum & pauperum censum nescio qui scholarū malis artibus interdum occupant: ex quo fit. vt quæ iuste conferri debebant in usus publicos, miserè ab ijsdem & iniquè rapiuntur: nec iā inopes ijs admittantur, quos solos participes esse par erat huius munificētiae, sed ignavi quidam ventres impunē sanctos illos redditus depeculentur. Sed de his aliās fortasse commodiūs. Lapis paupertatis est symbolum, propter grauitatem & difficultatem ponderis. Citur à multis hic senarius:

εἰς τινὰς έπονον δέη ποτίον:

Nullum pauperie molestius est onus Dextræ etiam lapis adhærens, referri non incommodè potest ad impedimentum scribendi. Nam præ inopia nihil eloqui potest, vel scriptis mandare adolescentis, fortunæ bonis omnino destitutus. Et certè talis futurus erat Virgilius, talisq; Horatius, nisi liberalitatem Mæcenatis fuissent experti. Per alas sive pennas, vigorem ingenij & acumen intellige.

Appendix.

Ait hic noster paupertatem summis obesse ingenij: quod verbo puto intelligi egestatem, duris in rebus urgentem, ut poëta loquitur. Pauper enim dictus à paruo vel paucō ære at egens, cui nulla gens vel qui nullius familiæ, quasi ergens, ut apud Grammaticos veteros, ait Seneca, epist. 17. non est quod

Multæ in
Parisensi
Academia
schola.

Paupertas nos à Philosophia reuocet, sed ne égestas quidem.
 Idem epist. 59. Quanta nobis verborum paupertas, imò égestas sit, nunquam magis quam hodie intellexi. Plin. Secundus lib. 4. epist. 18. exprimere tentavi latinè epigram mata tua, in deteriorius tamen accedit hoc, primùm imbecillitate ingenij mei, deinde inopia, ac potius, ut Lucretius ait, hac egestate patrijs sermonis. M. Tullius 2. in Antonium: modo egens, repente diues. Sed de verborum differentia satis, ad rem veniamus. Iure canonum recte constatum, ut omnis sordes ab Ecclesia remoueretur, sed in primis exactio pretij pro descendit facultate, quamquam id iam olim ex aliqua consuetudine, vel videntium more receptum esset. id enim sapere simoniam canonistę assuerant, ut Abbas c. 1. ext. de magistr. Non minus consulto prouisum consilio primùm Laterano, deinde pancelticis comitiis Aurelianensis, ut praceptoris Grammatico, & Doctoris Theologo probanda fructus adsignarentur, ut iuuentus in litteris humanioribus informaretur, & Christianus populus fidei sanctæ rationem addisceret. Me non fugit quod quanquā pauper, non egens tamē, αὐταρχής aliqui facilius aliquando ad Philosophiam perueniat. At contingit Platoni & Aristoteli, in magna rerum copia beatis, ut Philosophiae cultum assumerent: sed hec verborum philosophia, non morum fuit Diogenes sanctus, tressis homo, ac diobolaris, pallio tenus philosophus, nec tam proposito animi, quā necessitate. Aristippus, scurra nitidus, beneque pexus in aula regia. Cleanthis iuuenis industria, & laudabile studium merito laudari debet, cuius οὐνία τὸ σοφία εἰλαχέ. Quid multis? Laudat paupertatem Seneca splendidè & magnificè, ipse tamen in summa rerum affluentia diues: quibus non resignauit, nisi cum morti proximus eo sibi nomine inuideri seruisse. Nec enim abjecit, ut qui factio naufragio ad pallium se contulerunt.

In Occasionem

In Occasionem.

EMBLEMA CXXI. διαλογίσικῶς.



LYSIOPIS hoc opus est, si eyon cui patria. tu quis?
 Cuncta domans capti temporis articulus
 Cur pinnis stas? usque rotar. talaria plantis
 Cur retines: passim me leuis aura rapit.
 Index tra est tenuis dic unde nouacula? acutum
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.
 Cur in fronte coma? occurrens ut prenderat. Arheus eu
 Dic, eur pars calua est posterior capitisi?
 Ne semel ali pedem si quis permittat abire,
 Ne possim appenso postmodo crine capio.

Tali opifex nos arte, sui caussa edidit, hospes:

Vrque omnes moneam, pergula aperta tenet.

ID suniptum è Græco Posidippi Epigrammate, quod sic habet:

tis πόθεν οὐ πλάσις; σκυώνι Θένομα δῆ τίς;
 λύσιππος. τὸν δὲ, τίς; καρός οὐ πανδαμάτωρ.
 πίπης δὲ εἰπεῖ αὔτε βέβηκας; δεῖ θύχα. τί δὲ ταρσός
 ποσιν εἰχεῖς διφεῖς; ἵπαιρος ναυλεμι Θ.
 χειρὶ δὲ δεξιτέντι τι γέρεις ξυρόν; δινδράσος δειγμα
 οὐς αἴμης πάσις οὖτερος τελέθω.
 ή δὲ κόπι, τί κατ' οὐτιν; ναυπάσαντα λαβέθη.
 την διά τε ξόπιθεν τρόπος τι φαλαρέπιλει;
 τὸν γὰρ ἀπαξ πηνοῖσι τρέχεται ξαντα μεποσιν.
 γῆπις εἴδει, ἴμείρων δεργέξεται εἰξόπιθεν.
 τοιόν οὐτεχίτης με διέπλασεν εἰνεκεν υμέων
 ξείνει, καὶ εὐ προδύροις θήκε διδυσκαλίων.

Erasmus eosdem versus paraphrasticos reddidit, id est, multo paulo fusiore, in Proverb. Nosce tempus. Ausonius in Epigrammatis eodem fermè argumento descriptis occasionem, sed huic comitem fecit metanciam, id est pœnitentiam. qua de re Politianus cap. 4. Miscellan. Retulit & Syntagm. I. Gyraldus Ad monemur hac iconē occasionem, cum sese offerat, statim esse arripiendam: eius enim tanta est opportunitas, ut plerisque ex voluptate tristitiam, ex damno lucrum, ex honesto in honestum efficiantur: & contraria breuitérque rerum naturam permutent. In aggrediendo itaque & conficiendo negotio præcipuum habet momentum, ut non ab re veteres eam donasse diuinitate videantur. Occasionem Cicero definit libris De inuentione, partem temporis, in se habentem aliquius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Eam qui oblatam arripunt, quique cum maximè tempus postulat aut dicunt aliquid aut faciunt, recte illi sapere dicuntur. Quædam enim sunt eius generis, ut quanquam honesta per se & utilia videri possunt, nisi tamen tempestivè siant, planè vilescunt M. Cicero 3. Antoniana Cæsaris Octauij virtutem verbis auget, quod oportuno tempore periclitante Remp. iuuerit. Sic enim: Cesar adolescens, incredibili ac diuina quædam mente atque virtute, cum maximè furor arderet Antonij, cumque eius à Brundisio crudelis & pestifer redditus timeretur, nec postulatibus, nec cogitantibus, nec opinantibus

quidem nobis ! quia heri posse non videbatur) firmissimum exercitum inuicto genere veteranorum militum comparauit. Idem oratione pro Pompeio laudat eum imperatorē, quod præter omnium spem breui tempore bellum contra piratas suscepimus cōficerit. Pro dij immortales! tantane vnius hominis incredibilis ac diuina virtus, tam breui tempore lucet Reip. afferre potuit, &c. Et Aeneas Virgilianus Didonem laudat quod sola miseris Troianis opem tulerit, quo tempore maxime opis indigerent.

O sola infandos Troie miserata labores,

Quæ nos reliquias Danaum, terræq; marisq;

Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos

Vrbe, domo socias —

Lysippi hoc opus.] Lysippus statuarius ex Sicyone urbe Pelo- Lysippus.
ponensi, multis variisque sua artis monumentis nobilitatus,
ut Alexander vetererit, ne à quoquam pingeretur, aut sculpe-
tur, præterquam ab Apelle & Lysippo. Horat. Epist. 2.

Edicto vetust ne quis se, præter Apellem,

Pingeret, aut alius Lysippo duceret era

Fortis Alexandri vultum simulacra. —

Idem Plutarch. lib. De Alexandri fortuna. Lege Plin. cap. 7. &
8. lib. 34.

Cuncta dominans.] Descriptio est Occasionis, per articulum, punctum & momentum intellige breuissimum. Proverb. Tem-
poris punctum.

Cuncta dominans.] voluit exprimere Græcum epitheton, πανδεμάτως ὁ κερός. rebus enim permultis causam & ini-
tium dat occasio, ut etiam quæ potentem è paupere faciat, ait
Menander,

πολλῶν ὁ κερός γίγνεται παρεῖν Θ., &c.

κερός πυχάν γόπωντες ιχύες μέγα.

Imo & strenuos facit qui non erant.

Cur pinnaflas?] Hoc significatur, volaticam esse & fluxam occasionem, idcircoque talaria pedibus, ut Mercurio, ei transi- larica. buuntur.

nouacula.] culter rasoarius: quo etiam acutissimum momen- Nouacula
tum temporis exprimitur. Occasionis

In dextra est tenuis dic unde nouacula.] Fuit & fortunæ simula-
chrum pilæ insistens nouacula, cum nauali clavo, & copiæ Fortuna pi-
corru. Nouacula significat fœlicitatis amputationem: pilæ la insisten-
cios volubilitatem: clavus, vitæ nostræ cursus sub eius cula, cum noua-
cula,

ditione cornucopix, bonorum largitionem.

*Calua Oc-
casio à ter-
80.* Acutum omni acie hoc signum, &c.] Mutationem repente af-
ferre occasionem Menandri docet monostichon, πάχιδ' ο
χειρός μεταφέρει τὰ πρόγυματα.

Cur in fronte coma?] Alludit ad illud:

Fronte capillata, sed post Occasio calua est.

Nam post neglectam occasionem, ea frui non amplius licet.
χειρός recaluator occipitio à coma libero, capillis iu superci-
lia diffluentibus olim pingebatur, talémque prius finxit Sæ-
cyonius ille plastes Lysippus. Demosthenes Epistolis de Cō-
cordia, eandem sententiam Atheniensibus inculcat: Τὸν δὲ
παρόντα καιρὸν ὅρων, ἐλογίσων μὴ υἱόν ταῦτα σύντα, ἀμαδό-
ξαν καὶ αὐτηρίαν καὶ ἐλαθερίαν διασκέψουν κτίσασθε, καὶ μόνον
ὑμῖν, αἷλλα καὶ τοῖς ἀλλοῖς ἀπασιν ἔλλοσιν. ἀγνοσάντων δὲ ή
τοῦ προσώπου τῶν, καὶ διότι τὸν αὐτὸν ἀναλαβεῖν, αἴ-
δειν χειναὶ τὰ ἐματτὰ γνῶμεν, ὡς εἴχει τέτον εἰς μέσον
θεῖαι. Respxit huc Pindar. Pythior. 9. ο δὲ χειρός, ο μοίσας
πατρὸς εἴχει κορυφὴν id est, Occasio similiter totius negoti-
ij perfectionem in se habet. Athenagoras pro Christianis,
οι μὲν τὸν ἀέρα τὸν δία λέγοσιν, οἱ δὲ χειρόν. Cicero 5.
Philippica: Minimis momētis maximas inclinationes tem-
porum fieri, cūm in omnicalu Reip. tum in bello. Et in
6. Dies affert & hora magnas clades, Horat. primo Epist. ad
Bullatum:

Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam,
Gratias sume manu, nec dulcia differ in annum.

Ouid. t. De remedio:

Sed præpara, nec te venturas differ in horas:
Quinon est hodie, cras minus aptus erit.

Idem alio loco:

Temporibus medicina valet: dat a tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Martialis item:

Non bene distal' eris videas quod posse negari.

Drouerb. Premenda occasio: & Capere crines.

alipedem.] celerem & velocem, quasi alas pedibus habētem.
Ausonius, de æstatib. animalium, ceruam alipedem dixit.

Tali opifex.] Admonet spectatorem imago, docētque cu-
jus rei gratia, & propter quam caussam locata sit in loco vir-
dique patent, scilicet, ut omnes & quoscumque obuios sui
negoti; admoneat & duceat..

Pergula.] Plin. 35. de Apelle: perfecta opera proponebat in
pergula transiuntibus. Laetant. i. c. 22. ex Lucilio,


Pergula pilorum veri nihil, omnia ficta.

Appendix.

Me semel alipedem.] Intellige de motu præcipiti occasio-
nis: alioqui, quod iniure dicitur, mora modici temporis
non nocet, l. si debitori, 21. D. de iudic. vel quod Ouidius,
Differ, habet parue commoda magna more.

Sunt tamen res quædam in quibus rapienda potius consilia sunt, quæm quærenda, quod dixit veterum unus. Exempla in tumultu, naufragio, incendio, in quibus mora omnis vel minima, periculosa. Comatam in fronte occasionem dicit hic, ita ut facies eius nusquam appareat, quare Græcis ἀρρογμὲ dicta. & quis ymquam occasionem vidit, nisi ferè eodem momento abeuntem? Hinc verbum occare, & nomen occa: quamquam occasio deflectitur ex ob, & casus. Veterum exempla non deficiunt. Gyges, occasione data usurpauit regnum Candaulis, & regem interfecit qui vxorem nudam exhibuisset. Occasionem stuprandæ Lucretiæ arriput Sextus Tarquinius, quia cum Romanis principibus Ardeam obsidentibus audisset à Collatino marito suam uxorem pudicam impense laudari. Ad Capreæ paludem discerptus Romulus arrepta occasione. Et occasione Lucretiæ violata pulsi Tarquinij, & mutata Reip. forma. Plebis secessio in sacrum montem extorsit à patribus tribunos, & sic sese vindicauit à contemptu patritiorum. Decem-viri sublati occasione corruptæ Virginiae, De exscindenda Carthagino Cato consilium cedit, occasione ficuum quas patribus ostendit. Cæsar Gallias subegit occasione factionum inter Heduos & Sequanos. Occasione mortis Cæsaris senatus auctoritatem suam amisit, & populus quasi furens ad libertatem proclamauit. Rixæ implacabiles inter Octauium & Antonium, occasione vxoris Antonij, quæ soror Octauij, Quin & occasio dedit exitio Heliogabalum, Bassianum, Caligulam, Domitianum, Maximianum, Galienum. Et sexcenta occurunt alia, quæ non nisi in maiore otio possim cumulare. Cicero pro Murena: dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe turbat omnia: & parua nonnunquam commutat aura tumoris. Plinius lib. 1. epist. 8. pleraque quæ

Sunt agendæ rei necessaria eadem perfecta, nec utilitatem parrem, nec gratiam retinent. Idem epist. 9. sequ. ad finem: Tu strepitum istum, inanésque labores, vbi primùm fuerit occasio, relinque, tēque studijs assere. Pulcrè Tull. ad Brutum: desiderabam nonnullis in rebus prudentiam & celeritatem: quia si essemus usi, iam pridē rem recuperassemus. non enim ignoras quanta sint momenta in Repub. temporum, & quid inter sit idem illud utrum antē, an post decernatur, suscipiatur, agatur. Omniaquæ seuerè decreta sunt hoc tumultu, si aut quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non ex die in diē dilata: aut quo ex tempore suscepta sunt, utagerentur nō tardata, & procrastinata, bellum nullum haberemus. Facit huc Val. Max. lib. 7. cap. 1. De Scipione Africano, qui dictabat, cum hoste non aliter esse configendum, quam aut si occasio venisset aut necessitas incidisset: nam & prosperè gerendæ rei facultatem omittere maximam deinentiam esse.



In subitum terrorem.

EMBLEMA CXXII.



*EFF V S O cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc instat cornua? Faunus ait.*

EX Poliæni auctoriſ Græci Stratagematōn lib. primo tra-
Etum id Emblema video: ſententiam ita reddere ſum co-
natus: Pan Bacchi dux fuit. Is Pan primus aciem inuenit,
quam phalangem nominavit. Dextrum etiā & ſinistrū cornu
instituit: quæ cauſa fuit cur ei cornua tribuantur. Primus
etiam fuit, qui arte & calliditate hostes intercepit. Cūm enim
aliquādo qui miſſi fuerant exploratum, retuliffent hostes in
altera ſylvæ concauæ parte ciſtra metari: Pan eo accepto nū-
cio ſuis præcepit, ut ingentem clamorem tollerent. quibus
ita conclamantibus, locis cauernofis ſonus exceptus multò
quidem maior exauditus eſt. quare perculsi metu hostes,

O. igo cer-
tis. iina Em-
blematis.
Pan dux
Bacchi, &
eius inueni-
tum.

statim se in pedes coniecerunt. Quo stratagemate cùm Pan
fuerit vsus, Echo Pani amica esse singitur ideoque vani no-
cturnique terrores Panicū dicuntur. hæc ferē Polianus. Alij
verò ad hunc modum explicant, sed non ita scitè & verè, meo
quidem iudicio. Putauit antiquitas Panā pastorum Deum se-
pentinos terrores, & animi consternationes immittere usque
ad eō impotentes, ut non ratione modò, verū & mente ca-
reant: quemadmodum non raro usu venire solet in exercitu
cùm nulla mouente causa equi atque homines perturbātur.
Phornutus Pauicos terrores ait dici de repentinis & sine ra-
tione factis: ita enim nonnūnquam greges atque armēta pa-
nere videntur, cùm sonitus aliquis vel strepitus surgit in syl-
uis, aut ē speluncis, aut ex terræ caverne. De Panico illo tu-
multu præclarus Plutarchi locus est in M. Antonij vita: quo
loco tractat expeditionē Parthicam, magnus enim metus in-
cessit Antonij milites, ob auctea quædam vasā Mithridati libe-
raliter ab Antonio data. Hic terror Gallos inuasit, cùm Bren-
no Duce Delphos prædaturi accesserant. Terrores quippe,
inquit, nulla certa causa existētes a Pane oriri prodūtur. Silius
lib. 13. Punicorum scribit hoc terrore Panico Annibalem fuisse
perculsum, cùm ad yris nōcīa accessisset eam expugna-
turus. Apud Suidam Polybius ait: Cūm Luna defectum esset
passa, temporibus Persei Macedonum Regis, vulgo rumor
increbuit, hoc quasi ostento regis mortem significari. Quæ
res effecit, ut Macedones consternarentur, ipsique Romani
animos sumerēt. Itaque ἀληθές ήτι τὸ φείδερόν αὐτοῦ, ὅπλα
κερά τὰ πολέμα. Id significat Cicero pro Cæcinna: Exerci-
tus, inquit, maxi mī sapè pulsi fugatiq[ue] sunt terrore ipso.
impetuq[ue] hostium, sine cuiusquam non modò morte, sed
etiam vulnere. Huc refer prouerb. Panicus casus: &, Inanis
metus: &, Multa belli inania. Diodor. lib. 1. ea de re nonni-
hil. Quid si quis referat ad eum pauorem; qui omnē sapien-
tiæ vim ex animo expectorat, ut sit ille vel ad consternatio-
nem terroremque, cui viri etiā fortissimi nō possunt esse ali-
quando pares, non videbitur abhorre forfasse à mente Al-
ciati. Recte siquidem Pindarus:

— φόβος ἀνδρῶν μάχης
ἔπαιστεν ἀληθέν φεύγων.

Timor virorum domitor fortitudinem animis adimit.

Effuso agmine.] disperso exercitu & perturbato.

Pausus.] Pan, cuius cornua credebantur terrorē immittere.

Panicū tu-
multus ac
terrores.

Appendix.

Opinio sanè præceps ac volatrica, & quæ Aristotelis non
temerè comparatur cum statuis Dædali volitantibus; ea per-
iude se habet ut fama;

*malum quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, viresq; acquirit evendo:
Parva metu primo mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; sole, & caput inter nubila condit.*

Et quid tandem? opinio sæpe terrorem inducit, hincque cō-
sternationem, quæ sapientiam omnem ex animo expectorat.
Nos non deficit exemplum domesticum proximi tumultus
infanda suscepti occasione, nam qui in maxima trepidatione
præfuerunt, omnia terroribus miscuerunt dum suppeterent
cataphracti centum, iactabant mille: si trecenti vel quadringen-
tigi pedites, aiebant esse decem, aut duodecim millia: exte-
rorum copias, auxiliares non nisi multititudine innumerabiles
habere se dicebant: imo tanquam castra Xerxis, aut Turcis
principis magno apparatu nobis obijciebāt, sed quid illis in-
flabat cornua? vanitas, impostura, perfidia, furor, rabies, &
mentita iniquitas sibi. Ut hæc missa faciam, succurrat illud a-
pud Ouid Penelopes ad Vlyssem,

*Quando ego non tñmisi graviora pericula veris?
& deinceps,*

*In te fingebam violentos Troas iuros,
Nomine in Hectoro pallida semper eram.*

In illaudata laudantes.

EMBLEMA CXXIII.



IN GENTES Galatium semer mi milite iurmas,
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus:
 Lucarum cum saeva boum vis, ira, proboscis,
 Tum primum hostiles corripuisse equos.
 Ergo trophea locans Elephantis imagine pinxit,
 Insuper & socijs, Occideramus, ait,
 Bellua seruasset ni vos fædissima barrus:
 Ut superasse iuuat, sic superasse pudet.

Antiochus
 fratagem
 in Galatas: **H**istoria hæc refertur à Luciano in Apologia quadam,
 quæ inscribitur Zeuxis sive Antiochus. Cum non igno-
 raret Antiochus, cui cognomen Soter erat, & corporis viribus

& audacia instructos esse Galatas, illorumque multitudinem innumerabilem videret, spem valde malignam animo concipiebat potiundæ victoriae, illis tamquam inuictis existentibus. Itaque iam de fœdere ineundo pacisque conditionibus petendis cogitabat, cùm Theodotas vir animi generosi, & instruendæ aciei peritus iussit interea Elephantos, quos Antiochus vndeceim habebat, clam occultissime tenere. ne ex acie apparentes hostibus fierent conspicui: ubi verò manus essent conseruandæ, & Galatae aperta phalange currus immitteret, Elephanti in Galatas fecerunt impetum; ipsique equi ferociam Elephantorum non sustinentes, lessores dorso excusserunt. Ad extremum itaque Antiocho cessit victoria; ideoque Macedones regem victore coronabant, lœtumque Pæana canebant. Ille tamen effusis lacrymis dixisse fertur: αἰχμαλωταὶ σπασθεῖσι μὲν τὸ καρυγγὸν τῷ δείνατος ἐπέτραπησε τὸ πολεμίους, πίστιν δὲ μηδὲν οὐτε τοῦτος αὐτὸς; ἀπότελος Θεοπάτρων κελδεῖς ἀλλομηδεν, εἰ λέπαρτα ἢ μόνον εγκολάψαι. hoc est, Pudore afficimur, inquit, o milites, quibus salus in hisce vndeceim stetit belluis, adeò ut nisi spectaculi nouitas hostium animos terruisset, quid tandem in eos potuissemus? Itaque trophæum nullum aliud quam Elephanti iussit sculpere. Hoc exemplo belli duces potissimum notantur, qui sæpiissime honesto utile anteponunt, Antigonus rogatus, quo modo essent hostes aggrediendi, dixit: Aut dolo, aut vi, aut aperite, aut insidijs. Sed improbius Lysander, qui exprobrati cuidam artes & dolos quibus in prælijs uteretur: Si, inquit, leonina pellis sufficere non possit, induenda certè vulpina est. Innuerat quidem ad artes confundiendum esse, si quid virtute parari non queat. Huic quidem Chilonis aduersatur sententia, Damnum inquietis præferendum esse turpi lucro: siquidē illud semel dolemus, hoc semper cum infamia durat. At ut Chorœbus apud Virgilium,

dolus an virtus quis in hoste requiratur?

quod nostris temporibus (prò dolor) in quibus virtuti fortuna comes esse debebat, magno nostro malo plus quam satis est, experimur. Quando enim vberior vitiorum copia? quando maior avaritiæ patuit sinus? Imperator Ethnicus & Barbas fassus est se superasse hostes non vi, sed dolo, vnde & trophæū iussit erigi: plerique verò Christiani duces (quod grauè dico) sèpenumero dolis & insidijs hostē circuueniunt, idq; virtuti bellicæ ascribūt: nec est quod apud eos de vincendi via

Imperatores ipsi que principes sepe honesto utile præferuntur. Lysander apud.

Excursus in fœderum & fidei violatores principes.

disputetur, quælibet Martis alea vel aperta vel insidiosa cōmittitur: sicque,

Cura quid expedit prior est, quam quid sit honestum.

Rex Sapor scribens ad Constantinum, apud Ammian. Marcellin. lib. 17. inter alia, tum hoc eleganter: Ideoque Armeniam recuperare cum Mesopotamia debo, a meo cōposita fraude præceptam. Illud apud nos numquā acceptū fuit, quod afferitis vos exultantes nullo discrimine virtutis ac doli, prosperos omnes laudari debere bellorum euentus. Isocrates in Panathenaico iniusta bella ita exagitat: θαυμόζω δὲ εἴπυε τὰς μάχις καὶ τὰς νίκας τὰς ὁδοὺς τὸ δίκαιον γενοφέας, μὴ ρουμίσοντας αὐχεῖς ἐθοῦ, καὶ πλέον τὸν ὄντα δῶν μετάσ, οὐ τὰς οἰνας τὰς ἀνδρικαῖς συμβαντας· καὶ ταῦτα εἰδότες, ὅπερα λαλεῖ διωδῆς, πονηρὶ δὲ, πολλάκις γίγνονται κρείττας ἀνδρῶν απεδαιών, αἱ κανδαλίδην ἔστερη τῆς πατεῖ δὲ παραγουμένων οὓς πολὺ δίκαιοτερον ἀνέπαινοι μέν. οὐ τούς τοι τοὺς ἀλλοτείων ἀποδημοκέντροις εἰδέλοντας, καὶ τοῖς ξενικοῖς σπεττάλμασιν ὅμοιος δύνται. ταῦτα μέντοι δὲ διτί εργα πονηρῶν ἀνδρῶπων τὸ δὲ τοὺς χειρούς εὐτότε χειρούς αἰγανιζετ τὸ δίκαιον Σελούχῳ, δέων ἀνταντας ἐθοῖστεν. Miror autem si qui sunt qui prælia & victorias præter ius & æquum partas, nō turpiores, & pluribus plenas esse probris existiment, quā clades sine ignavia acceptas: præsertim cum sciant magnos exercitus, quamuis sceleratos, sæpè superiores esse viris honestis qui pro patria pugnare nō dubitant: quos laudari multò sit æquius, quā eos qui alienarum opum cupiditate mortem oppetere non recusant, conductitijs militibus similes. nam hæc facta sunt hominum improborum. Quod verà boni viri nonnumquam infeličius, quā qui student iniurijs inferendis, prælianturn, id Deorum incuriae fortassis est tribuendum. Ceterum cum hoc Antiochi stratagemate, coniungo historiam certè nobilem de Megarenib. qui afflicti ab

Stratega-
ma Megae-
rensis. 23

Antipatro ad exitium usque, illéque uteretur elephantis, ex cogitarunt porcos pice oblitos, & injecto mox igne flammatos in elephantorum gregem immissos, quo facto elephanti statim in fugam coniecti victoriam Megarenib. reliquerunt. Et quidem nullum animal est æque inuisum elephanto atque porcus, adeo ut eius præsentiam nullo preferre modo possit, atque cum primum audit grunitū, fugam elephas arripiat. Ceterum veteres in bellis multum fuisse usos elephatis facile est videre apud auctores rerum antiquarum. Amm.

De elephā-
tis ex Am-
miano.

Marcellin.lib.19. Lux nobis aduenit mæstissima, Persarum et ranipulos formidatos ostentans, adiectis elephantorum agminibus, quorum stridore, immanitatéque corporum nihil humanæ mætes terribilius cernunt. Item eo lib.vbi de pompis funebris filij regis Chionitarum Grumbatis, in oblidione Amide vebis balista perfossi: Occidentali portæ, inquit. oppositi sunt Segestani, acerrimi omnium bellatores, cum quibus elata in arduum speciei elephantorum agmina, rugosis horrenda corporibus, leuiter incedebant armatis onusta, ultra omnem dritatem terræ spectaculi formidanda, idem lib.25. vbi de Iuliani in Parthos expeditione: Post hos elephantorum fulgentium formidandam speciem & truculētos hiatus vix mentes audire perferebant: ad quorum stridorem, odorēmque & insuetum aspectum magis equi terrebantur: quibus insidentes magistri, manubriatos cultros dexteris manibus illigatos gestabant, acceptæ apud Nisibin memores cladis, & si ferociens animal vires exsuperasset regētis, ne reuersum per suos, ut tūc acciderat, collisam sterneret plebem, vertebram quæ caput à eeuice disternat, ictu maximo trebrabant.

Galatūm.] Galatæ frue Gallogæci, populi minoris Asiarum, *Galates;* Phrygiæ & Bithyniæ finitimi: de quibus Liuius 8.lib. Decad. 7^{ma}. 4.& Iustin.lib.25.

semermi militiæ.] semiarmatis militibus.

foderat.] disiecerat. Liuius lib. 2. Exercitum fundit, fusum persecuitur.

Lucarum bouem.] Elephantum, qui primū ab Italib[us] visi sunt in Lucanis, ut sentit Plin.lib.8. cap.6. & Solinus polyhist.cap. 28. itēmque Vegetius lib.3. cap.16. Varro 6.de lingua Latina: Luca Bos, elephas: curita dicta sit duobus modis inuenio scriptum: nam in Caij Ælij commentario erat, à Libycis Lucas, & in Virginij comment.ab Lucanis Lucas, ab eo quod nostri maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bouem, & cùm in Lucanis Pyrrhi bello, primū vidissent apud hostes elephantos, identidē quadrupedes cornutas (nam quos dentes multi dicunt, sunt cornua) Lucam bouem appellasse. Si à Libya dictæ sunt Lucæ, Pantheræ & Leones non Africanæ bestiæ cicerentur, sed Lucæ: si ab Lucanis dictæ, vrsi cur potius Lucani, quam Luci dicti? Quare ego potius Lucas ab luce: quod longè relucebat propter inauatas regios clypeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres.

Proboscis Vide Prou. Prius locusta Lucam bouem pariet.

pro-
mucis. proboscis.] autò r̄s προκόστι, quod estantē pascere. Parsen siue corporis porrectio naribus inhærens, qua utitur Elephātus tamquam manū. Plin. cap. 7. lib. 8.

Trophæum unde. trophæa.] Trophēum απὸ τῆς τερψίας, à conuertendo: quid qui hostes in fugā conuerterat, trophæum merebatur; quod in loco publico conspicuum erat, ut victoriæ signum. hinc illud est Virgilij vndecimo Ænid.

Mezenti ducis exunias tibi magne trophæum

Bellipotens aptat vorantes sanguine cristas.

Barrus & barrare. Bellina sœdissima barrus.] Barrus, Elephas est, qui barrire dicitur: inde barritus, talis vox. Appul. Florid. 3. Ut est Taurorum grauis mugitus, Luporum acutus vlularus, Elephantorum tristis barritus, &c. sed & p̄to clamore militari vſupatur. Veget. lib. 3. cap. 18. Clamor, quem barritum vocant, prius non debet attolli, quām acies vtraque se iūnixerit. Corn. Tacitus: Sunt Germanis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem barritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. Obiter admoneo, melius hic fortasse lègi fidissima quām sœdissima sed in hoc scrupo tātillo immorari nolim. Armm. sic lib. 16. Corñuti & Bracati vsu præliorum diuturno firmati excipiunt eos, iam gesturiētes barritum ære vel maximum: qui clamor ipso feruore certaminum à tenui susurro exoriens paulatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum, idem lib. 26 de Procopio agens imperium fœdè ac misere mercató: pro terriblico fremitu quem barbari dicunt barritum, nuncupatum. Imperatorem stipatumq̄ue de more consentientes in vnum, reduxerunt ad castra. lib. ver. 31. sic: & Romani quidem voce vndique martia concinentes, à minore solita ad maiorem protolli, quam gentilitate appellant barritum, vires validas erigebant.

Ut superasse iūiat.] Allusio ad illud, Lucrum pudori præstar: & Plauti in Trinummo,

Pol pudere, quām pigerē præstat, totidem literis.

Rectè Teodericus apud Cassiodorum lib. 1. Variar. ad Marcellum Aduocatum fisci: Non quoties, ait, superes, sed quem admodum vinca's, inquirimus. Non queras de potestate nostra, sed potius de iure victoriæ: quando laudabilius à parte fisci perditur, cùm iustitia non habetur, &c. Non minus rectè Claudian. Honoriūm admonens, ut non quod liceat, sed

Barritus
clamor
quis.

id quod deceat in vita priuata & publica spectet:

Non ibi quid licet, sed quid fecisse decebit Occurrat.

Et Iurisconsulti tradunt non modò quod liceat, sed & quod honestum sit videndum esse, l. semper, De ritu nupt. & l. 197. de verb. sign.

Appendix.

Quis parvis magnum me superimposuit?] Illud 3. Carmi. Horatij occurrit,

— define Magna modis tenuare patuis.

Sic Tull. dicebat Cn. Pompeij gloriam non regionis vnius, sed orbis vniuersi finibus esse terminandam. Et Alexander Macedo Iliadam Homeri non ad tibiam, sed tubam videri concelebrandam. Et nescio an possim hac adgregare illud E-paminondæ elogium, de quo Justin Vnus vir pluris fuit, quam vniuersa ciuitas. Non abludit Sallustianum hoc in Catilina, initio, quo loco ait videri sibi difficile Historiam scribere, quia dicta factis sequanda sunt.



In momentaneam felicitatem.

EMBLEM A CXXIII.



SER E A M propter creuisse cucurbita pinum
 Dicitur, & grandi luxuria se coma:
Cum ramo complexa, ipsu[m] que egressa caramen,
 Se præstare alijs credidit arboribus.
Eui pinus, Nimirum breuis est haec gloria: nam te
 protinus adueniet qua[m] male perdet hyems.

Unus Em-
blema pe-
nitum.

Scribit Guicciardinus Italus scriptor, id Alciati carmen af-
 fixum fuisse ianuæ cuiusdam hominis Angli, qui factus
 insolentior ob prosperos rerum successus, permultis inuisum
 se præbebat. Idem est apogorus apud Petrum Crinitum De
 honesta disciplina lib. 2. cap. 14. Sata est olim, inquit, cucur-
 bita

bita iuxta pinum arborem editissimam: cucurbita verò cùm
 multis pluuijs atque cæli temperamento creuisset, lasciuire
 cœpit, & ramulos audaciūs porrigeret: iamque in pinum ser-
 pebat, & suas in ramos frondes audebat inuoluere, prægran-
 dia poma & virescentia ostentas. Tahto itaque fastu ac inso-
 lentia intumuit, vt pinu[m] ausa sit aggredi: Et vides, inquit, vt
 te iam supero, vtque folijs & virore præsto? Tum pinus, quæ
 senili prudentia præstabat, nihil mirata est cucurbitæ insolē-
 tis audaciam; sed respondit: Ego verò h[ic] multos calores &
 hyemes, variasque temporis calamitates pertuli, adhuc ta-
 men integra consisto: tu ad primos rigores minus habebis
 audaciæ, cùm & frôdes concident, & viror omnis aberit. Hoc
 quidem dicitur in eos, qui ob momentaneam quandam feli-
 citatem gloriantur, quicque plus habent ostentationis & pô-
 pæ, quam facultatū aut viriū. Itaque non mirum videri de-
 bet, si dum se alijs præferunt, magnique videri volunt, sese
 natus hominibus ridejdos propinent, & tanquam sicci qui-
 dam flosculi citissimè exarescant ac decidant. Certè apud O-
 nirocitas cucurbita spes inaues præfigit, vt potè quæ cùm
 ventricosam admodū speciem præ se ferat, multumq[ue]; iden-
 tidem nutrimenti polliceri videatur, illud tamen tenue, & ni-
 si condimento aliquo iuuetur, egrégie fatuum est, vt refert
 Pierius lib. 58. Eodem planè modo sese habent Trasones illi,
 fortunæ suæ momentaneæ iactatores, vel qui secundis ven-
 tis plus æquo turgescunt, neque aduertunt seuerissimam
 illam Nemesis, quæ de superbis & fastuosis vindictam su-
 mit. Id apertis verbis Pausanias, Simonides ab eodem con-
 tinuo lautissimè exceptus significauit. Rogatus enim vt quid-
 piam ex arcanis Philosophiæ adferret in medium, vidensque
 Pausaniam rebus suis nimium fidere, dixit: Memineris te in
 tanto rerum successu hominem esse. At quæ es et verbi huius
 vis, quodque pondus, parum vidit Pausanias. Itaque cùm ip-
 se iam in summo vitæ discrimine constitutus, mortem sibi im-
 pendere intelligeret, exclamasse fertur: Quam inani persuasione
 deceptus eram, qui Cœi hospitis saluberrimū consiliū
 ad me pertinere non putabam: unde nunc miserè perire cogor.
 Reste Philippus Macedo, qui ne felicitate nimia se offerret,
 ex pueris aulicis yni id munera denuncianda ut, vt summo ma-
 ne cubiculum ingressus pronunciaret, ἀνδρωπός εἰ γίλιτρο.
 cuius rei facienda occasione fortasse dederat Archida-
 mus Agesilai filius; qui cùm à Philippo post partam victo-
 deyans,

in eos quæ
 ob prosperos
 successus in-
 sumescunt.

Cucurbitæ
 quid alle-
 gorice?

Pausanias
 insolent.

Philippus
 Macedo ex
 insolenti mo-
 deyans.

riam ad Cheronæam acerbas & mininarum plenas literas accessisset huic respondit: Si metieris vimbram tuam, Philippe, haudquam reperies illam factam maiorem, quam erat ante victoriam. Aliud, sed vita priuata apponam exemplum in Mæna liberto Pompeij, quem insectatur Horatiū Epod.

4. Oda. Hunc populus indignabundus Romanos ludos è primis quatuordecim ordinibus spectantem, nuper seruum, nec modò saxe vinclum, sed & verberatum, Ibericis funibus, durisque cōpedibus perusta latera cruraque habent; quod etiam grauius est, magni alicuius delicti causa seruilibus affectum flagris: modò repenteque liberum, opulentum, superbum, delicatum, praefectum classi aduersus piratas. Carmen Horatianum quia sit in omnium manibus, facile prætermitto. Interea tamen ad hunc locum multa obseruari facile possunt; primùm eos longè arrogantiores esse, qui nuper diuites euaserunt, quam qui in ampio patrimonio educati opes & fortunas acceperunt à maioribus, quod notat Aristot. secundo de arte dicendi. Deinde sæpenumero fieri, ut diuitiae mērem perstringant, ut hominem insolentem reddant. quam mobrem noster Flaccus, Stultiam patiuntur opes. & Publij mimus: Fortuna quem nimium fouet, stultum facit, ut Cicero de amicitia dicit, nihil quicquam insipiente fortunato intolerabilius; adeò verum est quod multorum est in ore, fortunam non solum ipsam esse cœcam, sed etiam eos quos amplexa sit, cœcos efficere. Sallust. Res secundæ animum etiam sapientū fatigant. Virgil. 10. Æneid.

Nescia mens hominum fati, sortisque futura,

Et seruare modum rebus sublata secundis.

Idem Ouid. i. artis:

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

Adhæc non posse non indignari viros bonos & cordatos aliqui, cum vident abiectos, viles, improbos in altum prouehi, opibus & honoribus augeri, potentiam consequi, quam tam indigni sunt. Juuenalis satyra prima:

Patritios omnes opibas cum prouocet unus,

Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat,

Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi

Crispinus, Tyrias humero reuocante lacernas

Ventilet astrium digitis sudantibus aurum,

Nec sufferre queat maioris pondera gemme,

Dificile est Satyram non scribere. sequitur.

Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira, &c.

Sed in summa, ferè fit ut cùm fortuna ita blanditur, captatū
véniat : quod subinde debemus meminisse ne opprimamur
incauti, nam fallacia sunt & caducā quæcunque à fortuna pē-
dient, opes, diuitiae, honores, clientelæ, magistratus, potentiae
affluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco stabili fixa
fadice consistunt : sed incerto flatu huc atque illuc acta quos
extulerunt in sublime, decursu improviso destitutos miser-
tim è dejiciunt. Seiani factum terribile imprimis & miserum
facile occurrerit, sed quia iam alio loco adductum memini, fa-
cile transilio. Venit in mentem quod Dion retulit de Nar-
ciso quodam liberto Claudi Cæsar. Cùm expeditionem
Britannicam legiones detrectarent, nec duci militiæ Plantio,
laudato viro, parere vellent ; Narcissus ab Imperatore missus
suggestum concendit, verbaque facturus pro concione ad
milites, prohibitus est omnium acclamationibus, usurpato
etiam in eum diuerbio, Io Saturnalia; quia in Saturnalibus
serui herili cultu induti epulari consueverant. Hoç autem
dicterium nonnumquam in eos torquebatur qui suæ condi-
tionis immemores, insolescébant. Non est igitur pruden-
tis ob fortunæ successum intumescere, sed opus habet ut
se proprijs non externis bonis metiatur. Et quidem recte
principere videntur, qui monent, ut quantò superiores sumus,
tantò nos summissius geramus. timida est enim vel maximè
fortunæ volubilitas, quæ tantum constans est in levitate sua,
ut Naso ait. Ceterum ad hanc epigramem, id adiungo,

*Fortune
varietas.*

τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης είχε φόβον,
καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν γένον αἰρεῖ,
χρήστης πᾶν ὑπόθεσιν διητῶ γένεσι,
οὐδεὶς πρέπει νήκρον θησαντος φέρει.
Ἐπάντιον δέ τοι πάντα τοιαῦτα πέριττα δέρμα.

quod ait Apollodorus Comicus. Sic vero Latinè;

Habent per ampla dona fortune metum,
Periculaque non carent prælustria:
Nec villa celsa tutæ sunt mortaliibus,
Quæ euertere vel iniuria, vel tempus sollet
Fælicitatis culmen ubi quis attigit..

Eodem spectant verba Hecuba ad Ulyssem ex Euripide,
οὐ χειρί τούς διπυχεῖντας, εὖ δεκεῖν περιξειν δεῖ,
καὶ αγω γέδει πάτε, διλαδοῦντες καὶ εἰμ' εἴπη,
τοὺς πάγια δέ σλαβού, οἵματα δὲν μέρειλετο.

Non decet felices existimare se felices semper fore. Ego enim eram quondam, nunc non sum amplius: cunctas sed opes dies unica mihi abstulit. Citatur illud Menandri,

ως δικόνος παπούσιν αἱ λαμπεγὶ τύχαι:
quām facilē cadunt qui secunda fortuna vtuntur.

Aëriam.] editissimam, altissimam: ut Virgil. in i. Ecloga:

Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

& 3. — *notauis*

Ispē locum aërie quō congeffere palumbes.

Aëriam propter.] i. prope aëriam pinum. Terent. Adelphis: Hic, propter hunc assiste. M. Tull. in Pisonem: Hic vir clarissimus qui propter te sedet, L. Gellius, &c. Ouid. 8. Metam.

Prōpter humum volitat, ponitque in sepibus oua.

Appendix.

Ad id accedunt mimi quidam veteres, ut illud: 'Citò ignominia fit superbī gloria. & hoc, Citò improborum læta in perniciem cadunt. Sallustius, Lasciuiam atque superbiam alunt res secundæ. & Seneca: Prospera animos efferunt. Q. Curtius lib. 2. fragilitatis humanæ nimia in rebus prosperis obliuio est. Et appositè Iuuenal. satyr. 2.

— *iam nunc ad culmina rerum,
In iustos creuisse reor; tolluntur in altum,* }
Vt lapsus grauiore ruant —



Ex damno alterius, alterius utilitas.

EMBLEMA CXXV.



DVM sauis ruerent in mutua vulnera telis,
Vngue leana ferox, dente timendus aper,
Accurrit vultur spectatum, & prandia captat.
Gloria victoris, præda futura sua est.

Hoc petitum constat è Gabriæ apologis. sic enim est te-
trastichon Senarijs iambicis:

λέων μάχης ἐστος πότε χάρωφ.
γύπτες δὲ ἀνωδεν ἐσκόπιον τῶν ἔριν,
ερῶσιν τὸν μῆνιθέντα ποιῆσαι τὰ χεῖ-
ριλας δὲ ὄργαντες οἰστόχους τῷ εἰλπίδων.
Quos sic vicinque reddidimus:

Fons Em-
blematis.

In aprum leo certare quandoque ausus est,
Quos longè spectans lite mota vultus,
Qui vinceretur ut vorarent; attamen
Ius tandem amicis tota spes præda excidit.

Principum Christiano-rum rixum auctum est Turicum imperium. Suscepsum tamen id videtur speciatim in Principes Christianorum rixum auctum est Turicum imperium. qui cùm inter se non longè antè decertarent, Solimus Turca, quasi spectatorem agens, suam non parum ditionem auxit, & in Germaniam irrupt, magna & ingenti totius Reipub. Christianę calamitate & damno. Quod Georgius Sabinius hoc hexasticho persecutus est:

Mutua discordes faciebant prælia turdi,
Acri & alatribus pugna duobus erat.
Vidit ut amborum prædo certamina Nesus,
Vnguis, & rostro diligiuit aves.
Sic modò dum faciunt discordes prælia reges,
Turcius Europa diripiit hostis opes.

Civili bello Ex quo facilè intelligimus, quantum mali afferat intestinum nihil exitio- dissidium non modò ciuitatibus, sed & imperijs tum labefactandis, tum etiam euertendis. Nihil enim civili bello periculosius esse potest, nimirum quod hosti extero non parua addat vires. Hic ego non incommode referam ex Iustini 8. historiar. nobilem de Philippo Macedone, qui se vulturem prestitit in dissidio duorum Thraciæ regum. Sic enim Iustinus: Forte euenerit Philippum fratres duo reges Thraciæ non contemplatione iustitiae, sed inuicem metuentes, ne alterius viribus accederet, disceptationum suarum iudicem eligeret. Sed Philippus more ingenij sui, ad iudicium veluti ad bellum inopinantibus fratribus, instructo exercitu, superuenit, regno utrumque non iudicis more, sed fraude latronis ac scelere spoliauit. Incidi aliquando in eam, quam de ijs belli temporibus Elegiam Christianam scripsit Franc. Frachinus, homo Italus, eamque ad dicere non putauit alienum, neque ingratus studiosis. Sic ergo:

Gallia cui paret, cui paret Bætica tellus,
Iam conferre manum Marte furente parant:
Tanque animis, & iam concurrent fortibus armis,
Turbidus ut iamiam sanguine Sabis eas.
Et tamen amborum crucibus imminet, hostis
Thracius, in pharetris acer, & acer equis.
Qui maius nil mente petti, vil voce precatur,
Quam semel ut pugnent hi duo Marte pari.

*Sperat enim nostris contractis viribus, omnem
Europam paruo posse labore premi.*

*Ne, Reges, ne tante animis discordibus irae,
Negerite hostili bella petita prece.*

*Illiis in vires & pectora vertite ferrum,
Sternere qui telis ardet utrumque suis.*

*Roma roget, Paulusq; roget, datq; arma, dat aurum
Paulus, & ad tantæ præmia laudis opem.*

*Tu Deus, ex alto qui prospicis omnia celo,
Quique vides, maneat quanta ruina tuos,
Consule militibus sacris & consule templis:
His ducibus prohibe bella cruenta geri.*

*Hipietate graves, duo sunt hilumina pacis:
Hi duo sunt bellis fulmina, magne pater.*

*Infer te medium, liquidis da nubibus imbres,
Fac rapidum tumidis flumen inundet aquis:*

*E castris ambosque iube discedere ab armis,
Coge domum armipotens alter & alter eat:
Seque putet neuter victimum, sed iactet uterque
Victorem populus se rediisse suis.*

*Dente timendus aper.] sic Martial.lib.13.
Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum,*

Et Ouid.in Epist.

— obliquo dente timendus aper.

Idem loco alio:

Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Martialis:

Fulmineo spumantis apri sum dente petita.

*Constat apros cum ira feruent, dentibus vrere, in ijsque ali-
quid igneum contineri, ut testatur Xenophō in Cynegetico.*

*prandia captat.] Captare prandia, est hic, ni fallor, prædam
expectare: quod explicat sequenti disticho. nisi tamē captare,
altiore quendam sensum habeat, ut apud Iureconsultos; apud
quos captare propriè dicitur qui dolis & illectamentis qui-
busdam aucupatur lucrū. Sic hereditatem captare dixit Vlpia-
nus. pro eo quod dicimus, artificiose nisi structisque technis,
ut eam præter defuncti voluntate corradamus, l. i. D. si quis
aliquem test. Et votum captandæ mortis, ardens ille affectus
est quo flagrant iniusti quidam homines, ex morte alterius
lucrum sibi pollicentes, vitæque insidias alij parantes, l. de fi-
deicommisso, Cod. de transact. Martialis hoc verbum ita*

ysurpauit ut propriè, ita lepidè:

Capto tuam, pudet heu, sed capto Maxime, cœnam:

Tu captus alias: iam sumus ergo pares.

Idem alio loco:

Dum me captare mitiebas munera nobis:

Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil.

Appendix.

Non malè quadrat hoe loco belli etymon, quod à belluis deductum volunt: siquidem belluarum, non hominū est inter se configere, hostilique odio dissidere. Grauis est & cor data Theodahadi epistola ad Francorum regem, lib.3. Cassiodori Variarum , ambo estis, inquit, summarum gentium reges : ambo ætate florentes. non leuiter vestra regna , quām satis si data partibus libertate configritis, virtus vestra patriæ non fiat inopina calamitas : quia grandis inuidia est regum. in caussis leuibus grauis ruina populorum Ammiani Marcellini. lib. 14 . Sarraceni , inquit, miliorū vitæ similes, qui si prædam despexerint, celsius volatu rapiunt celeri, aut si impetrarint, nihil morantur : Cicero 13. Philipp. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit, ne videret vnius corporis duas acies , lanista Cicerone dimitantes. Val. Max. lib.7.cap. 6. Caio Mario & Caio Carbone Coss. bello ciuili cum L. Sylla dissidentibus, quo tempore non Reipub. victoria quærebatur, sed præmium victoriae res erat publica.



Bonis auspicijs incipiendum.

EMPLEMA CXXVI.



AU SPICI IS res cœpta malis, bene cedere nescit.

Felici quæ sunt omne facta, iuvant.

Quidquid agis, mustela tibi si occurras, omittet;

signa mala hæc sortis bestia praua geris.

Sophoclis illud citatur à Plutarcho, lib. De Poëtis audien- Optima
dis:

Ἐργάς δὲ πατός οὐ περιέχεται καλῶς,
καὶ τὰς τελεῖτας εἰκός εἶδε τὸν εἴχειν.

Quiçunque rem rectoratione incepitur,

Bonum illius certò sperabis exitum.

Ἐνδοῦσσε τε, ait Polybius, τῷ τέλει τῷ καθάρῳ, μηδὲ τῆς ἀρχῆς

euσοχίσαντα: Minimè enim fieri potest, vt finem ritè consequatur, qui de principio non rectè primum coniecerit atque cogitarit. Tantam vim dicunt inesse bonis faustisque negotiorum suscipiendorum principijs, vt ea vix bene cadere possint quæ infelix initium sortiuntur. Et sanè omnia diligenter aduertenda esse, graues nec pœnitendi auctores censuerunt. Rectè quidem & prouidè, modò absit superstitione illa & inutijs obseruatio, quæ humanos animos terrore nescio quo afficit & torquet. Nam vt in re aliqua suscipienda non parum conducit faustum felixque principium, quandoquidem vel Poëta teste,

Facti dimidium qui bene cœpit habet:

Ita non parum adfert impedimenti, aut etiam incommodi, si vel malo, vel inertii, aut etiam flagitioso principio negotium ordiaris: tum enim mustelam, id est, omen habere inauspicatum diciuntur, cum flagitijs alius à nobis perpetrati, neandum expiati purgatique animo obrepit sinistra quædam cogitatio, quæ intimam conscientiam verberet atque lancinet: quo sit ut frigidius & ignavius rem alioqui magnam auspiceris. Rectè Ajax apud Homerum, qui Deos inuocat sese ad arma componens, neque enim putat sibi felicius rei bene gerendæ auspicium capere posse, quam ab inuocatione numinis. Cur poëticum illud, ut verè Philosophicum celebratur,

εκ διός αρχαὶ μηδέται: & Ab Igne principium Musæ? Cur Romani suorum consiliorum & Senatus habendi ducebant initium à sacro illo prectionis carmine, cuius tam sepè mentio est apud scriptores? Sed & in delectu militum iidem, ut legionibus conscribendis, operam dabant, ut qui primus vocaretur, auspiciatum nomen afferret: Neque verò ad utramque confirmandam partem (eorum nempe qui omina & auspicia vel neglexerint vel obseruarint) multis verbis opus est. Exempla si quis euoluere velit, petat à Valerio Maxim. lib. I. cap. 4. Non solum, ait Cic. i: De diuinat. Deorum voces Pythagorei obseruarunt, etiam hominum quæ vocant omina.

Quæ iniores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIX, FORTVNATVM QVB ESSET præfabantur: rebusque diuinis, quæ publicè fierent, ut EAVERENT LINIGVIS, imperabatur: inque ferijs imperandis, ut litibus & iurgijs se abstinerent. Itémque in lustranda colonia, ab eo qui eam deduceret: & cum Imperator exercitum, censor

*Mustelam
occurrere.*

*Ajax qua-
lis apud
Homer.*

*Sacrū car-
men preca-
tionis.*

populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu consules obseruantur, ut primus miles fiat bono omine. Celebre est quod retulit Cedrenus, Græcus auctor, de Persis, apud quos solemne fuit de nullare graui & seria quicquam statuere prius, eamque auspicari, quam oratio & colloquium religiosè haberetur. Legi alicubi equum in ingressu itineris cespitarem aut prioribus lapsum pedibus, pro inauspicato signo à veteribus accipi solitum fuisse. Cum enim Sulpitius Galba in prouinciam exiens, ad portam ipsam cauterium suum cecidisse animaduertisset, Rideo, inquit, cauterie, te iam lapsum esse, cum tam longum iturus iter, vix ingressus laberis, quæ historia prouerbio locum dedit, in eos qui animo deficiunt ipso statim negotij principio. Multe sunt eiusdem argumenti apud M. Tullium historiq libris de diuinatione.

*Equus in
ingressu iti-
neris cespiti-
ans.*

Mustela tibi si occurrat.] Occursus mustelæ ominosum fuisse tradunt auctores. Vnde nunc etiam apud quasdam nationes infelix habetur omen, si cum paratur venatio, aliquis mustelam nominat: cuius etiam occursus vulgo est inauspicatus habitus. Eadem picta infortunium significabat: animal enim putabatur infaustum esse, malique presagij, iisque maxime, quorum domos habitet. Dicitur enim insidiari, domesticis animalibus, presentiumque altilibus, easque ad internectionem usque persequi, ait Pier. lib. 13. idemque occursus plerisque religiosum haberi dicit. Adhuc in negotijs obeundis vel non men ipsum, utique efficacem contrarium, multos remorari. Lege prouerb. Mustelam habes.

Appendix.

Id lumen capit ab illo Isocratis ad Demonicum: ὡς δὲ Καλῆ
πονίζασθε πιλάτε, τηλόν πλέγετει αὐτῶν ὁρίς τούς ἀπαγ-
γέλλοντας ἀρχὴν μηδὲν πιλάτε, επαυγότε, εὐχθρὰς δὲ τόγύτε. Si
velis tibi patrare amicos, bonum quid dicito apud eos, quod
aliquis illis renūciet. nam principium amicitiae, laudatio est,
inimicitię autem vituperatio. Hanc sententiam variè usurpa-
tam reperio Iureconsultis. Originem enim rei aiunt inspi-
ciendam, l. 2. D. de orig. iur. Et, quæ malo sunt inchoata prin-
cipio, vix est ut bono peragantur exitu, c. principatus, 1. q. 1.
apud Gratian. c. miramur, 61. dist. Item, quod ab initio vi-
tiosum fuit, tractu temporis conualescere non potest, l. quod

ab initio, D. de reg. iur. l. si tibi decem. §. si pactus. D. de pacto.
 Alioqui satis est benè incœpisse, quamquam diuersus sequatur effectus, l. sed an vltrò, §. i. D. de neg. gest. Nec res subsistit, cum ad eum casum venit à quo non potuit incipere, l. pro parte, D. de seruitutib. Item, ubi nullum principium est, nullus finis sequitur, l. in vniuersis, C qui dar. tut. Et dispositio facta in tempore inhabili, cui lex ab initio resistit, si conferatur in tempus habile, hoc est in tempus permisum, non validatur. l. si minor, D. de seru. export l. in tempus, de hered. instit. & alia eiusmodi sexcenta occurruunt quæ studiosi pro suo arbitriatu possint sublegere.



Nihil reliqui.

EMBLEMA CXXVII.



SCILICET hoc deerat post eae mala, denique nostris
Locustæ ut raperent quicquid inesset agris.
Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
Qualia non Atylæ, castrâve Xerxis erant.
Hæfenum, milium farra omnia consumpserunt,
Spes & in angusto est, flant nisi vota super.

PAULUM immorabor in illustranda huius emblematis epigrapha, antequā veniam ad explicationem carminis. Nihil reliqui itaque, prouerb. olet, ei simile quod usurpauit Aristides, εν λόγῳ τοι τοι δέρεται ματ. οὐδὲ γέππων, Nihil amplius. Sed hec oratoris verba, ubi de Nestore: τί λεξέμενος

Sūtōutī, & dēv e'pōv eis tuōta vōyngwōs: iuxta id quod dici solet, nihil amplius exsisteret præ senio. Cui conuenit illud, Præter plorare nihil: quod Horat. in Satyris, & M. Tullius usurparunt. Hæc satis. nunc ad cārmen.

*Historia de
locustis.
Longobard
giae.*

Deflet horrificam quandam calamitatem, qua fuit affecta Insubrium Longobardia circa annum, ut conjicere facile est, 1541. Eleuata enim nube locustæ ex aëre dicuntur cecidisse, quæ legumina, herbas, & grana fermè omnia depastæ, induxerunt famem, & quorundam desperationem, quod post tot tantaque infortunia nihil esset relictum. Habebant digitæ longitudinem, turgida capita, ventres obesos, & sanie refertos. Itaque extinctæ intolerabili foetore aërem corrupérunt, ut etiam corvi, cornices, accipitres, aliæque aves cādaueribus alioqui inhiantes ferre nequierint: quod colligimus ex Commentarijs eorum qui nostri temporis històriam cōgesserunt. Idémque tradunt, in regionibus Poloniæ regno finitimis incredibilem fuisse eiusmodi animalculorum multitudinem: nullas primò alas habuisse, sed magnos dedisse saltus: paulo post quatuor adeptas, tantoque numero conuolasse, ut duo milliaria longum & latum cubito tenus ita occuparent, ut ipsius quoque splendorem Solis à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent: vnde colligere est facillimū, rebus humi, nascéntibus damna innumerabilia inde subsecuta esse, quæ ad radices usque omnia depastæ essent: Cùm vero succreuerint alæ, erant digitæ humani magnitudine, tumque in fruges atrocius grassabatur. Cæterum hæ neque vi, neque industria alia propulsari potuere. Hoc autem ei simile est, quod habetur Exod. 10. & apud Joseph. lib. Antiquitatum 2. cap. 13. Locustarum etiam in Africa multitudinem prodigijs similes fuisse tradit August. in lib. De ciuitate Dei tertio, cap. vltimo, cùm iam populi Romani prouincia esset. Consumptis enim fructibus & folijs lignorum, ingenti nube in mare dicūt esse deictam: qua mortua, secuta est aëris corruptio, quæ tantā adiexit pestilentiam, ut in solo Masinissæ regno octingenta hominum millia periisse referantur, & multo amplius in terris littoribus proximis. hæc ille. De Locusta ita scribit D. Ambrosius lib. 5. Hexaëmer. c. 24. Usque ad locustam, air, quoque gratia diuina penetrauit, quæ cùm agmine conferto regionis cuiusque occupauerit latitudinem, innoxio primū fertur habitaculo, nec fructus inhospitali incursione depascitur, nisi diuinæ signū præceptionis acte perit. Etenim sicut in

Exodo legimus, ea quoque cælestis vltionē offensionis exequitur, piæ ministra vindictæ. Hanc quoque aus deuorat Seleucis. Sic enim Græco hæc aus nuncupatur nomine, data ad remedium malorū, quæ locusta cōsuevit inferre, cui creator inexplebilem dedit deuorandi naturam, vt insatiabili pastu plagā suam possit extinguere. hæc Ambros. Hertmannus Schedel in Chronic. de damnis ab eodem animalium genere illatis ita commeminit: Lotharij Imperatoris tempore, ait, à Carolo Magno tertij, locustæ innumerabiles sex alas habentes & dentes duos lapide duriores in Gallia, veluti nix, terrā operuerunt, herbas, segetes & arbores, ac vniuersa viriditatē habentia deuastarunt. Tandem proiectæ in mare, & ad littora in terram electæ, secuta est magna putrefactio: & inde mortalitatem magnam, aërem inficientes, generalemq; hominum interitū suscitarunt. Idem auctor hac de re sic alibi scriptum reliquit: Tempore Caroli Burgundionum Ducis, filij Philippi optimi, locustæ per Italiā vagatae, Brixiae agrum deuastarunt, cùm in Brixiano agro in maxima multitudine aduolarunt: quæ Brixianis & Mantuanis maximum damnum intulerunt. Quibus nisi Ludouici Mantuani Princepis sollicitudo obstitisset, sara quoque in tota Lombardia corrosissent. Earum etiam meminere Imperatores in l. 18. C. De loc. & cond. Excepto, aiunt, tempore, quo edaci locustarum perniciē sterilitatis vitium intercessit, sequentis temporis fructus, quos tibi iuxta præteritam consuetudinem deberi constituit, reddi tibi Prouinciae Præses iubebit. Locustam depinxit Claudianus in Epigrammat.

Horret apex capitis, medio fera lumina surgunt

Vertice cognatus dorso durescit amictus.

Armanit natura entem, dum querabentes

Cupidibus parnis multis acuere rubores.

Aristoteles. Rhetic. ex Stesichoro prouerb. usurpauit, Cicero dæ apud eos humi canent. οὐος ἀπτις λέγει ὁ περ Σητούχης Οὐ Λοκροῖς εἶπεν, ὅπη οὐ δὲν υπεισάς εἶ, ὁ πας μή οἱ τέτηγε χαμόδεν ἀσωτην. vt si quis dicat id quod Stesichorus in Locris extulit, non oportere conuihari, ne cicadæ humi canant. Vouluit poëta vastationem rerum omniū, ruinamque extremam intelligere, adeò vt non ædificia modò, sed ne arbores quidem stantes relinquantur, omniāque solo æquentur, vt cicadæ nihil habeant quo insideant. Hoc inde ductū quod cicadæ arbustis maxime gaudeant. Exemplum est cōminationis, que

significatur cuncta arbusta succisum iri stirpitus ab hostibus, ita ut sic truncatis stipitibus cicadæ necessariò cogatür humi cantilare. Apud Theocratum, puella depastrix alieni patrimonij *καὶ αὐτία μάνης* appellatur, id est locusta, quæ messem intercipiat. Multa autem veteribus prodita remedia arcendis locustis. si vacat, lege apud Cassium Dionys. De agricultura lib. 13. cap. 1. De locustatum depastione ferè quid simile narrat Gregorius Turonensis historiæ Francicæ lib. 6. cap. 33. sub regno Childeberti prouinciam Carpitaniam gravioriter à locustis fuisse vastatam, ut non arbor, neque vitis, neque sylua, aut frutex, vel quicquam viride remaneret quod non à locustis euerteretur. Et cap. 44. Locustæ de Carpitania prouincia, quam per quinque corroserant annos progressæ, quasi publicum tenentes aggerem, ad aliam prouinciam huic vicinam se receperunt, harum spatia extendebantur in centum quanquaginta millia longitudinis: latitudo vero in centum milibus terminabatur, hæc ille.

Euro.] Eurus ventus est Orientalis calidus.

tendere turm. Ab exercitu allegoria.

Atyla.] Atyla Princeps ex Scytharum genere, qui post subiectam Panthoniam, Aquileiam deleuit, & in Germaniam transiens multa vastauit: eius exercitus armatorum fuit 500000. cui dux Romanorum Aetius, & Theodosius Hispianorum Gothorum rex fortiter in campis Catalaunicis occurrerunt; ubi commisso proelio 180000. vtrumque caesa sunt Hunnis vetis. Paucis vero interiectis annis, Aetij, deinde Valentiniani audita cede rediit infestior, Aquileiaque deleta Romam properabat, sed Leonis Pontificis Romani precibus delinitus, dum nouis intentus esset nuptiis, vino nimio obrutus, effusa è naribus sanguinis copia, est suffocatus.

Xerxes.] Xerxes rex Persarum, Darij filius, in Graecos dimicaturus, habuit de regno suo septingenta millia: de auxilijs trecenta: rostratas naues mille & ducentas: onerarias, ad tria millia: in quibus fuerunt hominum myriades 23. terrestris autem exercitus fuerunt centum & septuaginta myriades, equitum octo. Claudian. 2. in Rufinum:

Hanc aliter Xerxem toto simul orbe secutus

Narratur rapuisse vagos exercitus annes,

Et telis umbrasse diem, cum clasibus iret

Per scopulos, tectumq; pedes contemneret aquor.

Herodes lib. 7. Lege Iustinum lib. 2. & Plutarch. initio libri
cui Pa-

cui Pararella nomen fecit. De eodem exercitu, si mavis habere fidem Isacio Tzetzio Lycophronis interpreti, haec habeat: Numerus exercitus Xerxis erat, quingentæ Myriades: Naues mille ducentæ & sexaginta, quadringentis talentis opus erat exercitui singulis diebus.

farram omnia.] rei difficultas spondaicum fecit, priores editiones, non, *farram omnia*, sed, *corda omnia*, elegantiū habebant. Corda autem non à voce, cor cordis, sed à cordum cordei, quod est secundum fœnum post messionem primam germinans, ut ex Plinio liquet cap. 28. lib. 18.

Spes & in angusto est.] Restat desperatio. Videtur Metaphora à captiuis.

stant nisi vota super.] id est, nil nisi vota supersunt. vt habet Quid. lib. 1. Trist. Elegia 2. Hic enim notanda Tmesis, & Anastrophe.

Appendix.

Complicatis iam meis schedis occurrit ex Piside pulcra descriptio locustarum, lib. eo cui nomen fecit *αιγυπτιας*. Ea sic habet.

Tis θεσερέντ παγκενή τῶν αἰρίδα;
Εὐθυ περωτὸν εἰς οὐρανὸν Αἰγυπτίων,
Βέλος νεζωδες ἐξ ἀδίλητος τοξότου,
Λόγγη λιστάμενος, αὐτοκίνητον δόρυ
Πυκνῶν φάλαγγα, μυριόσουμον ξίφος
Πηδητικῶν ἐπαλξινάσσοτε μάχης.
Οὐχ' ισαται γάρ, ἀλλὰ πλεῖσται, καὶ τείχοι,
Ερπεσ απορθεῖ, καὶ κλονεῖ περεμένον,
Δοκεῖ δὲ εὑνυχίν καὶ παλίνδρομος μάχει,
Φθείρει πρὸ καρερῆ, θερίζει πρὸ καρόνε,
Ωμον ἀμέληγει τῷ πόνῳ τῶν ικράδα,
Τρυγά τὰ σύλλα, τὰ πεύγλα δὲ Κόσκεται,
Καὶ σύλλεγει τὰ κώλα, καὶ τείνει πάλιν
Ωπερ τὰ νεύει τῷ βελῶν. οἱ πεζοί ται.
Quisnam in aciem inducit Locustarum agmina
Aligera, collecta in neces Aegyptias,
Ut nubilum telum abditis sagittari,
Iaculum paratum, hastamque motam visua,
Densam ceteruam, centicipitatemque gladium,
Saliensque præsidium inquieti prælij:

Locusta enim non stat, feritque, & cursitat,
Vastatque repens, per uolitatem omnia loca,
Fugásque simulat, reciproca & sistit via,
Ac perimit ante tempus, ante diem metit:
Arbus ta marcere, & rigere herbas facit;
Crudum lignorum ex fugit humorem omnium;
Vindemiat folia, ac vorat vindemiam:
Cadauera modò congregat, modò dissipat,
Neruos sagittarum ut sagittipotens solet,
Et hostium corpus suorum vulnerat
Hastilibus ex urum recurvorum horridis,



Malè parta malè dilabuntur.

EMBLEMA CXXVIII.



MILVVS edax, nimiae quem nausea torserat escae,
Hei mihi, mater, ait, viscera ab ore fluunt.

Illa autem, quid fles? cur hæc tua viscera credas,
Qui rapto viuens sola aliena vomis.

EPigraphæ huius è Plauto petita, refero illud Menandri,

τὰ δὲ ἀρχεῖ τέρπησι συμπορεῖσι πολλὰς ἐχει.

quo sensu apte dixit Euripides, τὰ εἰς οἴκους ἀδίκως εἰσιόντα
εἰς ἐχεῖν συνηγίαν. Hoc malum esse maximū dicit Menander, Aliena cor-
quia qui aliena volunt vndique corraderet, spesua excidunt, radere, lu-
& ipsimet periclitantur: Nam contrà quām sperabant, bonis est.

Q. ij

aliorum sua tandem adjiciunt, eaque amittunt. Comici hæc verba sunt,

πλεονεξία μέγεσον ἀνθρώποις κακὸν,
οἱ γὰρ θέλοντες φρισταῖσιν τὰ τέλη πέλαι,
ἀποπυχένοισι πολλάκις νικώμενοι,
τὰ δὲ ιδία προσθέτοις τοῖς ἀλλοτεροῖς.

Refert Cornel. Tacit. i. hist. grande gaudium Romanos invasisse, quod iij tam pauperes forent quibus donasset Nero, quam quibus abstulisset. Sed audimus longè graviè & cœdatur Plauti monitum sic enim Rudente:

*O Gripe Gripe, in etate hominum plurimæ
Fiant transenne ubi decipiuntur dolis.
Atque ad eopol in ea plerumque esca imponitur
Quam si quis avidus poscit escam auariter,
Decipitur in transenna auaritia sua.
Ille qui consuliē, doct̄rē, atque astutē carice
Divitiae ei uti bene licet partim bene.*

Emblema-
tis typus.

Tetrastichon hoc paucis commutatis mutuatus est ex Gabrie apoloogo, quod sic habet:

Ἐορτὸς φαγὼν πάτησ εἰς ὁρτίων ἐγγεγρατα,
ὅπερι περιληγόντες πολάγχη, μῆτερ, ἐγγένεω.
ἢ δὲ αὐτὴν γελῶσα, μηδὲ τούτην, εἴρη,
τῷ σὸν γόνῳ δὲν, ἀλλ᾽ ἐμεῖς καὶ ἀλλοτεῖον. id est,
Puer die festo bouis cum viscera
Vorasset, Heimater, clamat, mea effluunt
Intestina. atridens ait, Fili, haud time,
Nam non tua hæc sunt, sola at aliena vomis.

In furaces
Or raptio
per.

Dicitur in eos, qui quæ rapto & fraude congesserunt, ægræ amittunt, ac si sua essent. Proculdubio non abs re dictum est à Chrysostomo, Pauca male parta, multa bene comparata perdere: vt & Plautus (vnde est Emblematis titulus) **Malè parte male dilabi**. Hoc si veniret aliquando in mentem ijs qui tam impensè animo secum agitant, vt faciendi lucri rationem conquerant, huc & illuc pecunias corradant, nec interea vnde habeant curant: aut certè timérent, ne amittendi alea fortasse aliquando impotentius cruciarentur: aut ne iustum in se numeri iram prouocarent: aut saltē cogitarēt, quam hæc flūta sint, quamque fragilia ea fortunæ bona, quorum habendorum causa tot tantisque curis distinguntur. Celebratum est iam olim doctorum hominum vocibus: Diuitem aut iniqutum, aut iniqui hæcedem, quod dictum esse suspicor in eos

alio-
rum

tantam, qui quicquid omnino auidè cupiunt, iure vel iniuria congerunt. Qui verò fieri potest, ut opum facultatumque, tam expedita facilisque, & pñè momentanea, vt ita loquar, adeptio, conquisitio, possesso, iusta esse & legitima censeri debeat: Iuuenal is optimè:

— dines qui fieri vult,

Et citò vult fieri, sed quæ reuerentia legum?

Qui metus aut pudor est vñquam proprieatis auarii?

His itaque violentis & inquis harpyijs, id est furacibus hominibus, si quid aduersa fortuna detrahât, aut alius quidam casus eripiat (quod nonnumquam solet accidere) iacturam hanc nō tam molestè ferre debent, quām certè boni quique & honesti viri in lucro depütarent, benéque cum mortaliū rebus actum esse non tam grauare dicerent, si quæ iniuste possederunt iniqui illi captatores, ad vero tandem possessores redirent. Eo de genere fūgum sunt plerique forenses tabulae, atque i mpostuni sycophantæ, & maximè æratio publico nonnumquam præfecti, qui æquissima numinis ultione, aduersa reflante fortuna, plerumque sumptus faciunt, quos numquam putassent. & se penumerò citius quām vellent, euomūt quod concoquere non potuerunt. Id etiam vulgo tritum:

De malequis suis non gaudet tertius heres.

Portò Cicer. Philipp. 2, usurpauit hoc Adagium Plautinum, transtulitque in Antonij rapacitatem & ingluuiem, his verbis: At quām insolenter statim hēluō inuasit in eius viri (Pompeiu intelligit) fortunas, cuius virtute terribilior erat populus Romanus exteris gentibus, iustitia charior? In eius igitur copias cùm se subito ingurgitasset, exultabat gaudiō, persona de mimo modo egens, repente diues: sed ut apud Poëtam nescio quem, Male parta male dilabuntur, incredibile ac simile portenti est, quoniam modo ille tam multa, quā paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit. Fortasse & hoc referri potest illud Democriti, πλεῖτο ἀτόκαιος ἐρασίας τετριώμηνος ἐπιχαρέσεον τὸ συνεδριῶντα. & Heliodus, mala lucra damnis esse simillima cecinit:

— γενίματα δὲ πάπακτα, quæque sunt τούτων.

Contrā laudat, γενίματα δὲ πάπακτα, quæque sunt τούτων. Sed præstat audire Euripidem:

ἀδίνως οὐ μη κτῶ γενίματ' οὐ εὐληπτόν
ζεόντων μελαθροῖς εὑμένειρ. τὰ δὲ αδίνως
ἴσκους ἐσελθόντ' οὐκ εὔχεται πατησίαν. id est,

Ne compares iniustè vllas opes, quas velis tibi esse diuturnas: quicquid enim iniquè domi cumularis, saluum esse minimè potest. Adhæc non prætermittam (quod attinet ad carminis enarrationem) Miluum in Hieroglyphicis locupletem designare & rapacem: quod in Phædone significat Socrates, cùm eos homines qui auaritiæ studiuerint, & ad imbecilliorum expilationes & rapinas parati ac semper prompti fuissent, in miluos & lupos conuerti ait. Sed & in sacris Miluus pro prædone ac grastatore accipitur: Pier.lib.17.Hieroglyph.

Viscera, di- *qui mænaea torserat.] qui præ ingluuievomebat.*
uitæ. *viscera ab ore fluunt.] Viscera sunt diuitiæ: vnde Penelope Ouidiana:*

Viscera nostra tue diripiuntur opes.

Et vulgariter dicitur apud nostrates, eum qui suū perdit, sensum perdere: vel, Qui censem perdit, perinde videri, ac sensum profundere. Sunt enim χειματα i. θυχη και ζωης, ut est in quodā Græco Epigrammate. Cicero pro Quintio: non pecuniam modò, verū etiam hominis propinqui sanguinem vitamque eripere conatur.

Viscera ab ore fluunt.] Notus est ex Syllana defensione M. Cicetonis locus, de ijs qui tanto amore suas possessiones anplexi tenent, ut ab eis membra diuelli citius & distrahi posse videantur. Amm. verò Marcell. lib. 17. Dum nullus ob sistet, &c. ex barbarorum visceribus alimenta congesta sunt.

Appendix.

Non alienum illud Iurisconsulti: Non videtur retinere possessionem qui eam sic nactus est ut retinere non possit, l. non videtur, D. de acq. possell. Refert Corn. Tacitus libris Annal. quosdam sub Neronis principatu locupletes, qui cùm tandem facti essent omnium egentissimi ac miserrimi, & Populus Romanus lætabatur fortunam ita conuersam, simulque pœnas dare qui meruissent. Illustris ille Taciti locus, & nos singulari de iudicio non ita pridem vidimus plerosque baltronies, qui medio tumultu, sub titulo sancti fœderis factos sanguine bonorum ciuium locupletes, tandem vrbe recepta, & rebus compositis factos omnium despectissimos.

Semper presto esse infortunia.

EMBLEMA CXXIX.



LUDIBRANT parili tres olim etate puellie
Sortibus, ad stygias qua prior irer aquari.
Ac cui iactato male cesserat alea calo,
Ridebat sortis cæca puella sue:
Cum subito ista caput labente est mortua tecto,
Soluta audacis debita fara ioci.
Rebus in aduersis mala sors non fallitur: ast in
Faustis, nec precibus, nec locus est manu.

APLOGUM hunc in primo Epigrammatum Græcorū te-
peri, de tribus puellis alea iacta inquirentibus, quæna
prior fato concessura esset: quæ verò sortē iactam viderat libet.

Qq iiiij

mortem portēdere, risū neglexit, cùm statim regula in caput
lapsa risui finem dedit. quod significat Adagium. Mala vel in-
Mala ve-
nunt etiam
non vocata: uocata veniunt. illudque apud Græcos vulgatum, διξημένοις
ετριγάδαι μόλις φέρεται, τὰ δὲ καὶ μη διξημένοισι: hoc
est, Mala vel etiam non quærentibus obtingunt, bona vix ac-
cedunt etiam quærentibus. Idem respondit Diogenes roga-
tus, quid de hominum sorte sentiret: Miseram & infortuna-
tam hominum conditionem esse dixit, cùm bona quærenti-
bus vix obtingant, cadant autem infortunia, non tantum nō
quæsita, sed præter omnem expectationem. Plautus Mo-
stellaria:

— om̄um hoc sc̄io, nimio celerius

Venire quod molestum est, quam id quod cupidè petas.

Græcum Epigramma eiusmodi est, in titulo εἰς δυωδεκάτην
αἱ τεῖσαι ποτὲ πᾶσσι εὐ ἀλλήλησιν εἴπαζον
χλιρῷ, τίς φοτέρη οἴστεται εἰς αἴδην.
καὶ τεῖσι μὲν χειρῶν εἴσαλον κύρον πλάνετη πασίων,
εἰς μίαν, οὐδὲ γέγλα καλῆρον ὁρθόμορον.
εἴτε τεχθεὶς δὲ αἴρεται πάλιν ποτέ πέσουσα
δύσμορος, εἰς αἴδην καὶ πλανετηρ, οὐδὲ εἴλαζε.
αἴδηδης οὐ κληρθεὶς ὁ πωγκόν, εἰς δὲ τὸ λάον
οὐτὸς καὶ τοῖς δισοχοῖς, οὐτὲ χέρι.

Cæterum Socrates aleæ ludo humanam vitam comparabat,
Aleæ ludo
vita homi-
nis compa-
rata. περθείσας τινὶ ζοικεροῖς θεοῖς, καὶ δεῖ αὐτοὺς φέρεντα τιθέντος τὸ
συμβαῖνον. εἰδὼν δὲ τὸν δινοῦν Καλεῖν, οὐδὲ θεοῖς πών φέρεν, Α-
λεæ ludo similis est vita, & quicquid euenit, veluti quandam
tesseram deponere oportet. Non enim denuò iaceret licet, ne-
que tesseram aliter ponere. Cui & conuenit illud Terentij in
Adelphis:

Sic in vita est hominum, quasi cum ludas tesseris:

Si illud quod est maximè opus, iactu non cadit,

Illud quod cecidit sorte, id arte ut corrigas.

Modestia
debet vel
maxime
fortunatos.

Huc forte non incōmodè transferes illud Demost. αὐτοδίαινος
δεῖν αὐθρώπων, οὐταν Σελτίση τὴν παρασητήριην χειρῶνται, τότε
πλειόν τῶν συρτίνων τοὺς τὸ σωρόνειν εὔχεται οὐδὲ τε τυλατ-
τούμενοις οὐ ποδεῖν τὸν αὐθύλακτον εἶται. οὐτε οὐλιγαρχοῦσι, οὐ ποτ-
σοκηπον πατεῖν. id est, Proborum hominum officium est,
cùm fortuna vtuntur maximè prospera, tum summū habere
modestiæ studium. Neque enim quicquam tam formidabile,
quin vigilantia præcaueri, neque ullum malum est, quin osci-
tantibus euenire possit.

id Stygias aquas.] id est, mortem. Styx inferorum flauius, per quem veteres putabant animas transire post mortem. Lat. et. lib. I. cap. II. Hanc phrasim mutuatus est ex Martiale: Nam in primo sic 79. epigr.

Decreuit Stygios Festus adire lacus.

Idem 102.

*Nec prius ad Stygias famulus descenderat umbras. & dein,
Dixit ad infernas liber iturus aquas.*

Mox 103.

Et Stygias equum fuerat patrem iisse sub umbras.

Libro etiam 4.73.

Et iam per Stygias esset iturus aquas.

Denique undecimo lib. 85.

. Qui nondum Stygias descendere querit ad und. 4.

cæca sortis.] ignara exitij futuri. Cæcus, quo sensu accipiatur, vide Nonium Marcell.

cello.) tegula.

Rebus in aduersis mala.] Prudēs quisque omnia quæ sibi speranda sunt, non in meliora, sed in peiora constitutæ: ut si quid præter spem accidat, id tamquam lucrum reputet, ut monet Comicus. Ouidius 4. De Ponto:

*Tu quoque fac timeas; & que tibi leta videntur,
Dum loqueris, fieri tristia posse puta.*

Appendix.

Accedit adagium illud, multa inter os & offam, & raulta inter calicem, supremaque labra, ex vetere quodam. Notant scholiastæ ad §. illud. Instit. de rer. diuisi. Q. Curtius lib. 8. Contra obsequia fortunæ non satis cauta mortalitas est. & illud veteris mimi: Nulla est adeò bona fortuna, de qua non possis queri & nescis quid opes, aut fugias, ita ludit dies. Virgilianunt illud ad finem 1. Georg. ex quadam Varronis satyra,

*Nescis quid vesper serus uenat, unde serenas
Venit agat nubes.—*

Remedia in arduo, mala in prono esse.

EMBLEMA CXXX.



ÆTHERI postquam deiecit sedibus Aten
 Iupiter, heu, vexat quam mala noxa viros!
 Euola hæc pedibus celer & pernicibus alis,
 Intactumque nihil casibus esse finit.
 Ergo Lite, proles Louis, hanc comitantur euntem;
 Sarturæ quidquid fecerit illa mali.
 Sed quis segnipes des, lusca, lassæque senecta,
 Nil nisi post longo tempore restituunt.

Titulus
 Emblema-
 ris unde
 datus.

Generalis ea thesis, præ fixa Emblemati, ad quascumque
 humanas calamitates & incommoda potest accommo-

dari: eaque nisi fallor, parœmia est medicis familiaris. Eam conferre placet cum aurea illa Nazarij sententia, ex Panegyrico quem Cæsari Constantino dixit: Facilior, inquit, & multo procluior lædendi quam cūmodandi semper est via: vulnerare integrū, quam sauciato mederi: dissipare rapta, quam diuulsa componere.

Aetherys.] Homerus Iliad. 1. Aten Deam fingit mortales *Ate Ho:*
varijs implicantem angustijs & perturbationibus, eorumque *merita.* [
mentes seducentem, varijsque opinionum monstros afficien-
tem: ad quæ mala sarcienda placandaque *Litæ* Louis filiæ op-
ponuntur, quæ tamen non statim possunt instaurare atque
componere, quod ab ea motum atque dissectum fuit: sed id
longo temporis interuallo fieri ait, ut potè quæ sint luscæ, tar-
dis pedibus, & senio confectæ. Versus Homericos huc adji-
cimus:

κύρας τε λιταὶ εἰσὶ διὸς καὶ εὐε μεγάλοιο,
χωλαὶ τε ρυταῖτε, μαρεγλῶπες τ' ὄφταλμώ.
αἱ γένε τε κύρετοπθεν ἀτην ἀλέγυσι καὶ σαι.
ἡ δὲ ἀτη θεναρίτε κύρτιπθε, θνεκ πάσας·
πιλὸν θεκηροθέει, φτάνετε τε πᾶσαν ἐπ' αἰδεν
Ελαπίτος ἀντρώπεις. αἰδος ἐξακέονται οπίσω.
οἱ μὲν τ' αὐδεσται καὶ φας διὸς ἀσον ιέσας.
τὸν δέμεγχ ὄνυσαν, κύρτιπθεν καὶ κλυνον ἐνξαρθύοιο.
οἱ δὲ καὶ ἀνηνται, καίτε σερεψ ἀποειπη,
λίσονται δὲ ταῦτα διακρονίωνται καὶ σαι,
τῷ ἀτην ἀμέπωδη, οὐα Ελαρτεῖς ἀποτίσῃ. *hoc est,*
Namque *Litæ* soboles magni Louis, *Et* pede clando,
Rugosæ, obliquoque oculo, medeantur ut illi,
Aten se tentur. celeri prenertitur omnes
Illa gradu, & passim damnum mortalibus affere.
Hec verò actutum sarture damna sequuntur,
Conciliant que suis cultorisbus optima semper.
At si quis recit præfractè, ac perneger illis,
Tunc adito Iouē patre, precantur, ut illicet *Ate*
Huic adsit, pœnasque suo det denique damno.

Eiusdem Ates etiam meminit Iliad. 7. quo loco Iupiter in eam confert, quod esset deceptus à Iunone: Illam enim ea caussa capillis arreptam in terras præcipite dedit, indixitq; ne *Res aduersa* unquā rediret in cælitū contuberniū. Hoc quidem significatur, aduersa quæque statim & ex improviso impetrere, tardè *sas statim* autem recedere: illud enim est quod Gallorum vulgus ait, *accedere,* *arde regi*

Mala & ægritudines in equis accedere, sed pedibus & lento gradu recedere. Ate enim noxa est velocissima, quæ propter motum celerem, infortuniorum aleam maximè subitam & improuisam significat. Hanc Christianæ pietatis auctores basus. Lucifer è cælo deturatum interpretantur, ut maximè Iustinus Philosopher ac martyris, Eusebius Pamphil. Suidas, & Budæus noster ex Bessarione Cardinale lib. 3. in calumniatorem Platonis. Stobæus Elegia ævi dixiostuimus ex Solone hoc distichon retulit, vbi emergentem è dijs nostram facit:

ἄπη δ' εξ αὐτῶν ἀγαράνεται, οὐ πόταν ζεύς
τέμνει τειροφύλωις, ἀλλοτε δῆλος εἶχε. id est,
Ex illis Ate apparet, quam ubi Iuppiter ipse
Miseric utricon, tunc aliam alter habet.

Littæ clausæ & lu- Litas autem Deas cludas interpretantur Mythologi de ijs-
fæ & lu- qui precantur, quòd genua flestant: quas rugis obsitas esse
fæ cur. Poëtae volunt ad designandam imbecillitatem. Has aiunt es-
se strabis luminibus, quòd conniuere videantur in quibusdā, sed postremò necessitate ad supplicationes deflecti. Phornu-
tus cludas esse tradit quòd tardè & vix accedant ad eos sup-
plicandos, quos antè affecerint iniuria: rugosas verò & stra-
bis oculis, quòd grauiter & ore parum hilari intueātur quos
offenderunt, & à quibus veniā deprecentur: Iouis porrò filias
quòd venerabiles sint. hæc ille. Itaque id transfertur ad illatā
cuipiā iniuriā, cuius difficulter memoria tollatur ex animo:
iniuriarum enim & contumeliarum memoria tardissimè se-
nescit, & ferè ut nisi morte deleatur. Vel ad id traducetur non
omnino male, quod habet Cornel. Tacitus in vita Iulij A-
gricolæ, saceris sui: Naturā infirmitatis humanæ, inquit, tar-
diora sunt remedia, quām mala: & vt corpora lentè augescūt,
citò extinguntur: sic ingenia studiaque facilius oppresseris,
quām reuocaueris. Sic Seneca Epistola 92. Eligit aliquid no-
ui casus, per quod velut oblitis vires suas ingerat. Quicquid
longa series multis laboribus, multa Dei indulgentia fluxit,
id vnu dies spargit ac dissipat. Esset aliquod imbecillitatis
nostræ solarium rerumque nostrarum, si tanto tempore re-
pararentur cuncta, quanto finiuntur. Nunc incrementa lente
exeunt: festinatur in damnum: nihil publicè, nihil priuatim
stabile est: tumultuantibus caussis mala, vnde minimè expe-
ctabantur, crumpunt. Huc pertinet Scytharum legati sen-
tentia ex Curtio lib. 7. Quid tu ignoras arbores magnas diu-

Louisi
Cornelij
Taciti.

erescere, vana hora extirpari? Ponticus Heraclides disputatione De allegorijs Homericis, eodē pedē modo intelligit: quo loco eos arguit imperitæ, qui Homerum vituperet, qui Litas Iouis filias impiè deformi & multilo corpore finxerit. His Poëta imaginem expressit eorum qui supplices sunt, qui enim peccarunt, ex conscientia verbere tardiores esse solent; eosque verentur aggredi quos læserunt, & à quibus veniam impetrare postulat: pudoris enim sui sunt ipsi continuo memores. Nec verò præsentia animo esse possunt, aut constanter intuentur, ut qui retrò auertant oculorum aciem. Primo itaque supplicum animus nullū præ se letum ruborem admittit, ut qui pallidi sint, demissō vultu, misericordiam elicere constantur. Ea ergo causa fuit, cur Lite ita fuerint ab Homero depictæ. Contraria valida est & pernix Ate, cuius nimirūm acris & vehementis stultitia hominū non modò ceruicibus, sed & animis impendeat. Nam toto impetu & sine aliqua ratione fertur ad omne flagitium. Is ergo Poëta perinde se gesit, ut qui pictor esset humanorum affectuum, quos affectus Deorū nominibus allegoricōs effingere solet. Lege Lucian. in Imaginibus, & Tragopodagra.

Aten.] Ate est noxa, θέρας διάσουαι, lædo.

heu mala noxa.] De nomine noxae & noxiæ hæc placet addere è commentario Alciati ad tit. De verb. signific. Noxam dixerunt antiqui, ait, id quod nocet: quapropter culpa, pœna, detrimentum, noxa est. unde & lib. 33. T. Liuius, noxæ exoluere, id est à pœna capitalis fraudis liberare, accepit. Seruus quoque qui contra legem Aquiliam alicui damnum dedit, noxa est. At noxia solummodo de maleficio ipso dicitur, nec tam generali significatione accipitur, sicuti noxa. Cicero lib. 3. de Legibus, Noxię pœna par esto, ut in suo vitio quisque plectatur, vis capite, avaritia mulctâ, honoris cupiditas ignominia. M. Manilius: Quinetiam infelix virtus, & noxia felix. Plautus in Bacchid Sat sit, suspectus sum, cùm careo noxiæ. Quo sensu & in Mostellaria & in Pseudolo usus est; Terenius quoque in Phormione: In re incipienda ad defendendam noxiā. sed & in Eunicho & Hecyra ad eundem modum. Nec noxam eos ascripsisse quisquam dixerit, cùm ratiō carminis non consentiret. Quæ adducere volui, ut palam fieret quā iniquo iure Justinianum in Elegantijs suis insectetur Valla, & Scruium Beroaldus, dum adiectiuē tantum dici noxiā opinentur contra veterum auctoritatem. Hæc ille.

Pontici
Heraclia's
allegoria
de Ate &
Litis.

Appendix.

Quod h̄c de Ata dicitur, rerum humanarum noxia perturbatrice, & à Ioue deturbata de cœlesti folio, potuit haud dubiè torqueri in funestam illam ac portentosam quorundam factionem, quæ nuper emētito nomine speciem pietatis induere videbatur: sed hoc pestifero quæsito colore Gallicas res tentabat euertere, & nomen penè Gallicum labefactare. Ex quo enim à Principe pulsa est, tardè quidem, aut non satis strenuè, non perse modò pacem turbauit, & tumultibus omnia miscuit, sed etiam infernales sibi adiunxit furias. Hoc grauius & implacabilius malū, quòd toto fermè decennio nullæ Litæ visæ sunt ad sarcenda tot damna, sanandas tot noxas & vulnera, ad sistendas tot cædes, & prodiciones; vel si quæ Litæ fuerint, non ausæ sunt caput exerere, quia pacis usurpare nomen, vel concordiæ summum piaculum erat.

Ergo Litæ, proles Iouis.] à Litis, nomen factum τῆς λιταρίας, & verbum λιταρέυειν, quod est supplicare, vota, precesque suppliciter fundere. Sic litatam, pro eo quod est alijs solutū, deditum deo, quasi luitatum, ait Festus.

proles Iouis.] rectè proles Iouis, quia vt Dei proprium iuuare mortales; ait Plin. initio historiæ mundi, sic nulla re alia magis ad Dei naturam accedimus, quam salutem hominibus, dando, vt Tull. Ligariana, vt Strabo, οὐεργητῶν δὲ dei μετεῖδες. Contra Atabulus apud Horat. i. sermon. 5. nomen habuit απὸ πλοῦ ἀπλοῦ, ζέλλην, quod damnum, noxamque ferret. Actius Menalippo, te esse huic noxæ obnoxium, citat Festus, tradens noxam esse peccatum, vel pro peccato pœnam.



Ex arduis perpetuum nomen.

EMBLEMA CXXXI.



CREDIDERAT platani ramis sua pignora passer,
Et bene, ni saeo visa dracone forent.
Glutiit hic pullos omnes, miseramque parentem
Saxens, & tali dignus obire nece.
Hac, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis eat.

PIndar.Olymp.5. αἰδ' ἀμφ' αρεταῖσι πόνον δαπά-
νατε μάργανα ται, τρός
ἔργον κανδύνω κεχαλυμένον, id est,
Circa virtutes labor sumptusque per petuò implicantur, ut
opus difficultate obtectum assequare. Sed proprius apud Plu-

earch. Bacchilides: ποσον γδε καταπέντε.

Crediderat platani.] Cùm in Aulide Bœotia portu, Grœcum ad Troiam euertendam nauigantiu classis aduerso vento detineretur, Calchas augur peritissimus cū cæteris Græcis profectus Agamemnonem docuit, qua ratione Dianam irata placaret, & ex serpentis vel draconis augurio (qui in arborum subrepens nouem passeris pullos vna cum matre degluterat) decimo tandem anno Ilium captum iri predixit. Nam pro passeribus annos, pro angue tempus intellexit, vt explicat Pierius Hyeroglyph.lib.20. Narratio est apud Homerum Iliad.6.& Cic.2.de Diuinat. quam eamdem reperi in vita Homeri, que Plutarchi nomine à quibusdam circumferuntur. De Calchantis illo vaticinio facile mihi esset adjicere Ciceronianos versus, quos citat ipse eodem De diuinatione: sed liber est in omnium manibus. Locus Homeri sic habet,

πίπτενεν εγένετε λαφικούμωντες ἀχαιοί?

ημῖν μὴν τὸ δὲ οὐν εἴτερα μέγα μητίετα ζεύς, &c.

Quem eundem satis feliciter Ouidius est æmulatus Trāsfo.1.2

— veri prouidus augur

Thestorides, Vincemus, ait, gaudete Pelasgi,

Troia caedes; sed erit mora longa laboris,

Atque nonem volucres in belli digerit annos.

Nullam
gloriam
sine labore
parari.

Hoc autem innuit, quod præclarum sit idem esse & arduum & rebus maximis difficultatē quandam à natura esse proposita, ait idem M. Tull. Tuscul. 3. Etenim nulla potest esse diuturna gloria, quam labor strenuus & indefessus primū non antecesserit. Quis enim magna coronari contendat Olympia, dulcis sine puluere palma? Vulgo tritū id, τά καλέτα δύστολα. Præclarè Xenophon ἀπομνημ. 2. αἱ διὰ καρτερίας επιμέλειαι τῷ καλῶν καὶ αἰσθῶν εἴργων εὔκατερ ποιῶσι, οἵς φασιν οἱ αἰσθόντες λέγειν περὶ καὶ οὐσίος Θεοῦ.

τέλος μὲν γδε κακόπιτα καὶ ιλασθήτειν εἰλέσθεται.

ἔπισθίως λείπειν μὲν οὐδέ τι μάλα δέ εἴγε γένεται ναιεῖται.

τῆς δέ αρετῆς ίδρωτα θεοὶ προπάροιδεν εἴδηνται

αἰδάνατοι μακροσ δέ καὶ οὐδέ οἷμα Θεοὶ εἰπ' αὐτοῖς,

καὶ τειχὺς τὸ φρῶτον εἰπών δέ εἰς αἴρεσσιν ικνηται,

ἔπισθίν δέ πεπτυπέλεις χαλεπή περίεσσα.

μαρτυρεῖ δέ καὶ επὶ καρπού Θεοὶ πονων πωλεῖσιν ημῖν πάντα τούτα διαδειθεοί. id est, Curæ quidem laboriosæ efficiunt, ut ad pulchra & honesta facinora perueniantur, sicuti virorum optimorum habet adagium. Ait enim Hesiodus:

Amplexus

Amplexu vitium cumulatum & sumere promptum est:
Namque iter it facile est, nec eo vicinus ullum.
Dij quoque sudorem virtutis proposuerunt,
At qu. in longa via est atque ardua, & aspera multum
Offert: tam non est ubi ad alto cactum ventum,
Fit facilis oratio fuerat que tam ardua virtus.

Testitur autem Epicharmus, A Diis omnia nobis vedi laboribus. Memoriae succurrit & illud Clementis Alexandrinus Stromat. d. εἰσὶ τοις λόγοις τὰν ἀρετὰν φέρουσαν δυτικάτοις Εἰ μὲν τε τεχνίτης νῦν σέ μην χωραν αγνοῶν ἀμετέπιν, εἰ γέ τάντους θεούδηροις διατελεῖσθαι τοις, οὐ μη δικεδημοί οἱ σφίσις εὐδοξεῖ πολλὴ οὐκτέλεσθαι τοις αὔροις εὐδείας. quorum verborum hęc est sententia: Fama est virtutis domicilium esse in quibusdam rupibus, ad quas difficilis admodum sit ascensus, eamque celearem incolere locum castum. Ea vero non conspicitur qui buscumque hominum oculis: neque unquam ad eam quisquam petuehier, tamquam ad fortitudinis propugnaculum, nisi primum sudore ac labore animum affidente suam industriam probarit: Quid enim gloriae Alexander, quid Epaminondas, quid Themistocles sibi comparassent, nisi laboriosis & molestis expeditionum angustijs arduum virtutis iter sibi conficiendum proposuissent? Υδρυτικαὶ τὰ φίμωταν, άλλα τανυστῶν καὶ ἀρετῆς τὰ δεινὰ χωρούντων, eis τὸ προσῆλθε δωράνεως, ait in Crasso Plutarch. id est: Non tam fortunae prosper euentus Romanorum potentiam auxit, quam egregia virtus ac summa in laboribus asperisque in rebus tolerantia, aduersis casibus succumbere nescia. Illud etiam mihi succurrunt Pindari ex Olymp. sexto: ἀχινδωτοι δ' αρεταὶ εἴ τε παρ' ἀνδρεστήσι, ετ' οὐρανοῖ κοίλαις τίμαι πλλοὶ δὲ μέγινοι ται, καλον εἴπη ποναδην. id est, Virtus periculorum expers neque apud homines, neque mari habetur in pretio: at multi memorant. si quid honesti laboriosae peractum est. Quid, ut hoc postremò, laudis Cesar eiset consecutus, si facile illi fuisse Britanni's inferre bellum? Aut Annibal quantum sibi famae cumulasset, si dum Italiam adiret, peruias Alpes citra puluerem & sudorem, ac non magna suorum cæde fecisset? Reste Naso Tristium 4.

Ardua per precepit gloria vadit iter.

Et Propertius 4. Elegiarum:

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires;

Non innat ex facile lecta corona ingo.

Porrò Alciatus id carminis videtur imitatus è Græco incertè cuiusdam Poëtæ, apud quem tamen non est eadem conclusio, cùm de hirundine verba faciat, cuius nidum serpens deieceret & exturbasset, in eoque tandem igni ardenti combustus esset.

Crediderat.] commiserat, nidificauerat.

sua pignora.] pullos, ut alibi monuimus, de Ciconia nido.

*Saxeus.] Fatalis serpens est: necnon perpetuæ belli Troiani memoriae per metamorphosim serpētis in perpetuæ duri-
tiei saxum. sonat etiam saxeus, durum, crudelem, inexorabilem, quique nulla fleti prece possit. Huc pertinet quod alio
loco memini retulisse me de illo angui qui Tarquinij Superbi animū stupefecit, attonitumque reddidit, cùm à columna lignea repente lapsus omnes in fugam vertisset, rei miraculo consernatos: nimirum portendebat ille serpens nouum
& inexpectatum principem, eundemque ætate florentem Junium Brutum, de lignea columna, hoc est, stupore,
quem diu simulauerat, ne oppimeretur à tyranno, prodi-
rum.*

*Serpens
saxeus.*



Ex literarum studijs immortalitatem acquiri.

EMBLEMA CXXXII.



NEPTVN I tubicen (cuius pars ultima cetum
Æquoreum facies indicat esse deum)
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama viros animo insignes, præclaraque gestæ
Prosequitur; toto mundat & orbe legi.

TID petitum appareat è Macrobio Saturnal. i. cap. 8. illud non
omiserim, ait, Tritonas cum buccinis fastigio Saturni ædis Tybus Embelmatis.
super positos, quoniam ab eius commemoratione ad nostrā
æratem historia elata & quasi vocalis est: antè verò muta &
obscura, & incognita: quod testantur caudæ Tritonum hu- Triton, Deus me-
tui mensæ & absconditæ. Triton marinus Deus, Neptunique rinnæ

filius, & tubicen, hoc scheme serpentes circulo continentur: quod refertur quidē ad perpetuam & numquam inter mortuam doctorum virorum memoriam. Tuba enim famæ & commendationis nota est, ut quæ ab omnibus exaudiatur. Serpens in se revolutus, æternitatem designat, vt docet Orus Niliacus in ipso Hieroglyph. principio. Hoc significat histriam rerum gestarum ab Saturni commemoratione ad nostra usque tēporā, quæ alias oblitterata esset, notā & quasi vocalem extitisse Nam quæ ante Saturnū gesta sunt, obscura & incognita in tenebris delituisse: quod ostendunt Tritonum caudæ ad humum inclinatae, quæque oculos effugient. Id Alciatus ipse Annotationibus in Tacitum sic attigit: Veteres, inquit, in temp' oruī Saturni ianuis imagunculas Tritonum statuebant non aliam ob causam, quam ut ab eo cœpisse historiam, æternitatemque illis debere Deos ostéderent, quorum præconio fūit celebrati. Tibullus idem significat his verbis:

*Quid referent Musæ, viuet, dum robora tellus,
Dum cel'm stellas, dum vehet amnis aquas.*

Ouid 3. Tristium:

*Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris excepti singenijq; bonis.
En ego, cùm patria caream, vobisq; domōque,
Raptaque fuit, a lumi quæ potuere mihi:
Quilibet hanc s'eu vitam mihi finiat ense,
Me iam n'exuncto fama superstes erit.*

Spartani
Musis cur
ante u'la
faciſſeu
rem.

Quid spectat Eudamidæ illud, qui rogatus eis Lacedæmonijs ad bellum profecturi Musis sacrificarent, cùm nullum cum Marte haberent commercium: Ut, inquit, post præclarè facta memoria apud posteros maneat. Et quidem docti, non solum viui ac præsentes studiosos descendì erudirent atque docent, sed hoc idem etiam post mortem literarum monumentis assequuntur, Cic. i. Officiorum. De Tritone plura apud Macrob. eo quent proximè citaui loco, & Gyraldum Syntag. s.

c. tūm.] inferiore sui corporis parte pīscem refert, superiore Dēum. Plutarch. de Iside commentario ait Amphitritem minoresque Dēos marinos, Tritonas dici. Eos descripsit vberrimè 4. Argonautic. Apollonius Mitto quæ in Arcadiis habet Pausanias: sunt enim prolixiora, quam ut huc attingere habeam necesse: Virgilius in decimo, ubi de apparatu nautico Mēzentij:

Hunc vehit immanis Triton, & cerula concha
 Exterreni freta, cuius labrum tenus hispida nantis
 Frons hominem presertim Prinston desinit aluus.
 Spuma serifero sub pectore murmurat vnda.

Fama viros animo insignes.] Sic initio panegyrici Maximino,
 & Constantino A.A. dicti, Evidem scio gaudentium studia
 nunc ita toto orbe florescere, quacunque fama ultra natu-
 ram, qua fugitur discussio volucris mutuata, & plusquam
 mille vocibus sonora percrebuit, ut omnium nationum gra-
 tulationibus consecretur.

Viros animo insignes.] Hi dicuntur eleganti verbo Greco. οἱ
 πολύενοι ἀνδρες, εὐλογημένοι, καὶ ἐνδόξοι, qui & ὁ λαός Homero.
 quæ sanè laudatio petitur à virtutibus primarijs, fortitudine, & iustitia: quali elogio donati heroës toto orbe omniq[ue] posteritate celebrati. Pertinent huc arguti & in mirabili
 les hymni Pindarici, in gratiam eorum scripti qui victores redierant ex Olympijs, Nemeis, Pythijs. Isthmeis: item quæ
 ab epicis, & tragicis graui descripta charactere, ad res gestas
 posteris mandandis. Et quod maximè pertinent historicorum
 monumenta, nisi ut egregiè facta à mortalitate vindicentur.
 Et pertinet ad exemplum, bonos & præstantes viros honori-
 bus affici, nec modò dum in viuis sint, sed etiam fato funer-
 etos, ut virtuti suum reddatur præmium, quæ sanè laudata
 crescit: & id permultos accendit ad similem virtutem, & fa-
 cta similia.

Rr iij



Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, primi
Ducis Mediolanensis.

EMBLEMA CXXXIII.



PRO cumulo pone Italiam, pone arma Ducésque,
Et mare, quod geminos mugit adusque sinus.
Adde his Barbariem conantem irrumpere frustra,
Et mercede empræs in fera bella manus.
Anguiger t' est summo sistens in culmine, dicit:
Qui pariis magnam me super imposuit?

Epitaphium est Ioannis Galeacij quem celebrat eo maxi-
mum nomine, quod fortissimè Turcis in Italiani irrumpere
conantibus resistiterit, & Remp. suam legum auctoritate
composuerit. Huius historiam repete ex Sabellico Ennead.

Galeacius.
tal. 87

9.lib. 9. sed maximè Paulum Iouium consule de Ducibus Mediolanen. Videtur autem Alciatus id confinxisse ad Græcorum quorundam Epigrammatum imitationem, vt est Germanici quoddam lib. 3. quo Themistocles rerum à se gestarum commemoratione indicat, quo pacto à Græcis sepeliri Unde p-
velit: alioqui nullum satis magnum & dignum sepulchrum tū-
tum Em-
suis virtutibus erigi posse. quò spectat & Parmenionis in A-
lexandrum, cui pro magnitudine rerum non posse scribi di-
gnum epitaphium, sed Europam & Asiam, quas subiugauit,
eius esse sepulchrum tradit. Simile est quod in Hectoris tu-
mulo fecit Poëta quispiam: in quo Héctor non vult compa-
rari sepulchro aut tumulo; quippè qui vniuersæ Græciæ re-
stiterit, & cuius amplissimum sepulchrum sint Ilias, Home-
rus ipse, Græcia, & Achii fugientes. Eodē modo vt dignus
Galeacio tumulus ad perpetuam nominis commendationem
extruatur, ait Alciatus, describendam esse Italiam vniuersam,
Duces ipsos, regiones conterminas, & Barbaros toto impetu
Italiæ ceruicibus imminentes: postremò constituatur An-
guifer, qui symbolum habeat scriptum, T I' M E' M I-
K P O I' Σ T O' N M E' Γ A N E' N T I Θ E T E; Sed huc
apponam Germanici in Themistoclem epicedium, quod
imitatus est, & fermè integrum (vocabulis aliquot dumtaxat
immutatis) mutuatus est Alciatus, vt videre est:

αρτὶ τάχεις θοῖο θεῖς ε̄λαίδη, θεῖς δὲ ἐπὶ ταῦτα
δέρεται, βαρβαρίης σύμβολα νονοδοφίας.
καὶ πόμβω κρηπίδα πελίγρηγε τερπικὸν ἔρη,
καὶ ξέρξις· τέπτοις δάμπε δεμισεκλέα.
σάλα δὲ ὁσταλαμίς ὀπικεσται, εὐργαλέγυσα
τάμα περιμηροῖς τὸν μέγαν ευπίθετο;

Character
Emblem.

Meminerimus interea, quòd priori huius libri Emblemate adnotauimus, Anguem siue serpentem stemma esse Ducis Mediolanensis: quod hoc loco nimis anxiè répetere, nihil at-
tinet. Hoc mihi reuocat in memoriā species undecim hono-
rum qui ab Aristotele statuuntur Rheticorum primo, nem-
pe sacrificia, monumenta vel carmine, vel oratione soluta,
præmia certa, luci, superiores in sedendo loci, sepulchra,
imagines, publicæ epulæ, & quibus vtuntur Barbari, habi-
tus adorantium, & conspectus euitationes, munera quæ
apud quasque gentes in precio sunt. De quibus sigillatim
aliquid dicere nihil hic necesse habeo. De sepulchris & mo-
numentis agimus, quæ inter honores non paruos ponit so-

lempne iam olim fuit exemplorum varietate obruor: vnum
huc conferam vetus quidem & memorabile. Menandro Ba-
etrorum regi, homini mitissimo, in expeditione quadam vita
funesta, cuncte regni ciuitates, cunctique populi in ferias de
more communique consensu soluerunt. Sed de reliquis cu
diu certatum esset, quibus in primis commendarietur vix tam
dem inter omnes conuenit, ut æquæ partitæ singulis d stra
buerentur rata pro parte, nempe quod illius viri monumen
tum apud omnes pariter cum veneratione existaret testis est
Plutarch. commentario quo ciuilem hominem instituit. Cum
his quæ antea dicta sunt ad tumulum Galeacij, de qua inscrip
tione illa magnifica; Quis parvus magnum me superimpo
suit? Velim annecti quæ mihi nunc occurrunt ex alijs certe
non pœnitentiais auctoribus. Sic igitur Horat. epod. oda. 9.

— *Africano; cui super Carthaginem virtus sepulchrum condidit.*
Veilleius Paterculus de Carthagine Eccl. in urbem inuisam Ro
mano nomini Pub. Scipio funditus sustulit, fecitque suæ vir
tutis monumentum. Sed interea dum haec meditor, nescio quo
modo mihi præ ceteris placet Martialis sane argutum & le
pidum de Pompeio & filijs Cænotaphium:

Pompeios iuvenes Asia, atque Europa, sed ipsum

Terra tegit Libyrs, si tamen vlla tegit.

Quid mirum toto si spargitur orbe? iaceat

Vno non poterat tanta ruina loco.

Dion Nicæus in Adriano: postquam venit in Græciā specta
uit mysteria, cumque per Iudeam in Ægyptum venisset.

Pone arna.] pro describe, aut dispone, non placet Fornerio
nostro, ut quod à mera lingua Romana deflectat; quamquam
Cicero initio s. Antonianæ dixerit: Pacem vult Antonius,
arma ponat. hic enim, pro deponat, usurpati liquet.

Et mare, quod geminos mugit] Italia hinc & illinc mari Siculo
& Adriatico clauditur.

mugit.] A tauris translatio.

emptas manus.] exercitum mercede conductum.

parvus magnam.] Antitheton. Apud Caletam in sepulchro
marmoreo geneaque urna, haec inscripta reperiuntur Scipioni
Africano:

Deuicto Annibale, capta Carthaginem, et aucto
Imperio, hos cineres marmore rectus habes.

Cui non Europa, non obstat Africa quondam,

(Respicere hominum) quam bruisis urna premis.

Optimus ciuis.

EMBLEMA CXXXIIL



Dum iustis patriam iherasibulus vindicat armis,
Dumque similitates ponere quemque iubet,
Concors ordo omnis magni instar muneris, illi
Palladia ferrum frondis habere dedit.
Cinge eomam Thrasibule, garas hunc solus honorem:
In magna nō mo est emulus urbe ti.

Optimi ciuis est Rempub. suam non modò legum metu
coērcere, sed & omnes omnium animos pacis vi uolo
continere, & omnem rixarum occasione adimere. Præfio est
exemplum Thrasibuli. Athenieribus enim longissima obsi-
dione pressis à Spartanis, post longam famem, & assiduam pe-

Historia Thrasybuli qui tyranpos expulsi.

stilentiam, pacem postularunt; quām tandem impetrarunt, ea tamen conditione, vt ciuitas Atheniensis à triginta Ducibus gubernaretur. Sed temporis successu horum tanta tyrannis & sauitia fuit, vt boni quique ciuitatis principes & opulentii, benēque nummati homines exularent: inter quos Thrasybulus vñus ex præstatiſſimis, cū alijs in exiliū abire est coactus. Itaque ille suo consilio, & sociorum ope, tyrannos omnes industria singulari repulit, patriæque libertatem recepit. Sed vt inter Atheniensēs ciues pax stabilior esset, interposita fide publica, Thrasybulus legem sanxit De abolendis præteritis iniurijs, quem ἀμυνσίαν nuncupauit: quo circa coronam ciuicam magno totius ciuitatis applausu meruit. Hæc lex conformis est oraculo Euangelico de iniurijs remittēdis & obliuione delendis. Huc Proverb. Ne malorum memineris. De Thrasybulo Æmilius Probus in eius vita, Iustin. in Trogum lib. 5. & Valer. lib. 4. cap. 1. Marullus in eam fermè sententiam scripsit Epigramma certè venustum:

Cūm fugeret ciuem ciuis deuictus in hostem
In patriam sceleris conscius ipse sui;
State viri, Thrasybulus ait, victoria vestra est:
Net mihi, sed vobis vicimus, et patriæ.
Dixit, per mediosq; ruens ensesq; virōsque,
Parcendum paſsim cinib⁹, ingeminat.

Palladiæ ſertum.] id est ciuicam coronam, quæ dabatur ei ciui qui ciuem in bello ſeruauerat: fiebatque ex oliuæ fronde, aut querna, interdum ilice. Gel. lib. 5. c. 6. & Plin. lib. 16. cap. 4.

Appendix.

Benē inditum nomen Thrasybulo, qui audenti consilio rem magnam aggressus est, & feliciter perduxit ad exitum. Atqui quod habet Publij minus: In rebus dubijs plurimi est audacia. Quo ferè ſenu Euenus dixit ad ſapientiam permulum conducere audentiam: ſeorsum ſi ſcit, noxam adferre: *πρὸς σοφίαν μὴ εἴχειν τολμάν μάλα σύμφορον θέτι, χωρίς δὲ βλαβερήν, κακότητα οὐέρει.* In nostro iure, audacia circa licita adprobatur, l. Celsus, 20. §. videndū. D. de lib. & poſtum. 1. ſi quis in tantum 7. Cod. vnde vi.

Dum iustis patriam.] *εἰ οἰοῦσθε δέρις Οὐδέποτε δέργει πάτρας,* ait ille, & quæ pictus prior, quām in patriam & parentes: imò quæ arma iustiora quām quæ capiūtur ad vindicandā patriā?


Dumque simultantes ponere.] Iniuria femel remissa reuocari nō debet c. si illi. 23. q. 4 ex Gelasio. & qui dissimulat iniuriam callidissimus est, apud Hebræum parcmia stem proverb cap. 12 sed hic callidissimus, prudentissimo, vt apud Tull. Partitionib. Refero huc locum ex Ausonij panegyrico, ad finem pen', vbi de combustis fœneritorum nominibus, vt noue & veteres rixandi occasiones tollerentur auspice Gratiano, bono principe. Exemplum aliud celebre Constantini magni de combustis libellis expostulatorijs episcoporum, qui Nicenam synodum conuenerant.

gerashunc solus honorem.] Seneca epist. 41. In homine id laudandum est quod ipsius est familiam formosam habet, & domum pulcrum: multum serit, multum fœneratur, nihil bonum in ipso est sed circa ipsum. Lauda in eo quod nec eripi, nec dari potest. Quod proprium hominis est quæris? animus & ratio in anima perfecta.



Strenuorum immortale nomen.

EMBLEMA CXXXV.



ÆACIDÆ sumulum Khæco in luto cernis;
 Quem plerumque pedes visu'at alba Theris.
 Obregitur s'mper viridi lapis hic amarantho,
 Quòd numquam herois sit moriturus honos.
 Hic Graiūm murus, magni' nex Hectoris. Haud plus
 Debet Mæonidæ, q' àm sibi Mæonides.

H Vic epigraphe conuenit illud Euripidis, Hercule Furente.

γενναίων ἀρεται πόνων,
 τοῖς δανοεστιν ἔγαλμα.

Fortium laborum virtutes mortuis etiā decus existunt. Achil-
 lis sepulcrum fuisse in Sigæo Troiæ promontorio, scriptores

tradūc. Id sepulchrum amarantho viridi semper ornatum, famam heroū perpetuā virescentem, & apud posteros numquam intermorituram arguit. Restē Sophocles in Philocteta *doceat*, quod idem *doceat* & *adspiciat* intelligere par est. *η δέ τέταρτη*, inquit, *μηδὲ σωθύσεις έποτοις*, *νήν ζώτις, νήν θάνατοις απολύται*. & Pindar. Isthm. 5 non obliterari prolixum laborem virorum ait, *οὐτοις τετύχασται μάκρος υπόστασις ασπῶν*. Adhac tertio Græcorum Epigrammatum simile reperio in Laërtæ tumulum: quod ascribere placuit, quia eodem ferme spectat:

Ἄλλοι δὲ περὶ τοῦ πολυτέλεος καὶ τῆς θεραπείας.

φησται, ἀλλ᾽ μὴ πάντ' οὐλέχει δαπάνη.

ας καὶ λαζαρταότο δι' ἵψεων ὁ γεδὼν ἀκτᾶς

Βασιν απο, τυχεων λειτουργησεται εξ ορθων.

δ' ανοματικός ήρθε ταῖς νέων· τοις δοιδαῖς

αὐτοῦνδι αἴν (κλι εἰσέλη) διώσαται. id est,

Saxa cauat tempus, ferro nec tempora parcunt,

Omnia sed molit tempore longa dies.

Laetitia sic busta terit quoque littora propterea

Aethere de summō desūus imber aquis.

*Immortale sed, heu, non men delere vetus.
Hoc in Mea quod in die nolle potest?*

Apponam & illud argumenti eiusdem.

ponam & illud argumenti eiusdem:

ՏԱՐԵԾ Ա ՀՅՈՒՄ ԲՈՒՋՈՔ, ՕՎ ՊԵՏ Ա;
ՏԻՄՈՒՆ ՏԵՇԻ ՏԵՇԻ Ա՛ ԵՇԱՎԻՆ

δωματιν, ή ρωσιν δεκάνη εποργίαν.

καὶ τὰ ἔτεντα κεντρικά σταθμούς οὐδὲν πάσις γίνεται. Εἰς τέλος δὲ

Hippocastanum Graeis cumulum rugosum Achillis

*Et possum Graecum tumulus pugnare Achil
Dardanile cuius membra seruit cimenta*

*Distantie tuis membra separata ciment
Adiaceat ad littus pelagi quo murmure natu*

Laudetur Thetidis conspicillatus humo-

*Cæterum Philostratus ad tumulos exornandos scribit amaranthum usurpatum fuisse, ortu à Thessaliam initio; qui Achil- Amaro-
lis sepulcrum eiusmodi coronis redimeret. Vel certe refere- lus tumu-
mus Emblematis huius materiam ad id quod t. Attic. retulit
Pausinias de incolis, ni fallor, Salaminis, qui tradunt apud se Typus Em-
post Aiakis cladem, florem quendam primum enatum can-blematis,
didum, modice rubentem, lilio cum cæteris partibus tum
folijs minorem, inscriptum ijsdem, quibus Hyacinthum,
literis.*

Rhæteo.] Rhætæum oppidum & promontorium Troiadis, Rhætæum;

Aiacis sepulcro à Poëtis celebratum, sicut & Sigæum sepulcro Achillis. Videtur idcirco Alciatus abutus vocabulo, est quæ μηνυούντονος ἀμάρτημα.

Tethys. *alba Thetis.*] Dea maris, quæ quia semper in aquis habitat, pedes albissimos dicitur habere à Poëtis

Amaran-
thos. *Amarantho.*] Amaranthus ab e priuante, & μαρανθόν, tamen beneficio, quod numquam siccatur neque mortificat. Plin lib. 21. c. 8

Graium murus.] id est, Græcorum monumentum & robur elegas Metaphora, ut apud Maronem duo fulmina be li Scipiadas, & Cic. in Paradox. Duo bellū propugnacula. Eo sensu Pindarus in Olympijs Hectorem Troiæ columnam appellat; ὁ δὲ Εὔπολις ἔστελλε τοῖς δύο χρ. αἰσεγένη κίονες: id est, qui Hectorem subvertit, inexpugnabilem, immobilem columnam de Achille loquitur: quod referri possunt allegoricos à Iuuenale dicta in ementitos nobiles, qui iactant magnificos generis titulos:

— miserum est aliena incumbere famæ,

Ne collapsa ruant sub ductis tecta columnis.

Scribit Hyginus exclamasse Achillem cum bigis illigatu Hectorem raptaret: Troiam expugnauit. in appendicibus Virginianis hoc legitur:

Defensor patriæ, iuuenum fortissimus Hector,

Qui murus miseriis ciuibus alter erat,

Occubuit telo violenti vietus Achillus:

Occubuerat simul spesque decusque Phrygum.

Scribit Ælianu 12. var. hist. Epaminondam, accepto mortis fero vulnere in pugna Mantinensi, delatum in castra iussisse acciri Daiphatum, ut eum ducem sibi moribundo sufficeret: quæcum in acie cecidisse retulissent, rurum Iolaudem vocari imperasse, quem etiam imperfectum cum diceret nihil aliud habuisse, quam ut suaderet pacem cum hostibus esse faciendam nullo iam duce Thebanis superstite: in Euripidis Hecuba, sic loquitur umbra Polydori: ἐπεὶ δὲ θεία θέσις τὸ ἀπόλετον εὐχή, πατρῷον αθέσια κατεκαιρέντεν vbi Troia, & Hectoris animus perire, & patrij lares diruti sunt.

Haud plus debet Maenidae.] Tantum Homero debet Achilles (scuius Poëtæ beneficio virtus tam insignis transmissa est posteris) quantum Homerus ipsi Achilli. Nisi enim tam insignes & præclarum virtutis exemplar Homerus sibi nactus esset, fortasse ingenij admirabilis vim non ita excruisset. Fuit ergo

ingenium par materiæ quod ait Iuuinalis.

Appendix.

Hec epigraphe reuocat in memoriam illud Iustiniani principis & filij. de excusat. tut. institut. Hi qui in acie pro republica ceciderint, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. Vlpian. in l. bello amissi, eod. tit. Sic Tullius 9. Philipp. Horum mortuorum vitam in memoria viuorum ponam. Idem 14. Philipp. O fortunata mors, quæ naturæ debita, patriæ est potissimum redditum. Brevis nobis data vita est: et memoria bene redditum vitæ sempiterna, quæ si non esset longior quam hæc vita, quis esset tam amens, qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem, gloriāmque contendenter? Etoratione pro Cornelio Balbo; constituit discrimen inter gratiosos, ambitiosos ciues & fortes, quod illi viui fruuntur suis operibus: horum etiam mortuorum si quisquam, inquit, huīus imperij defensor mori potest. vincit auctoritas immortalis. Nec verò apud Romanos tantum, sed & alios priscos populos hæc gratia redditum est, his qui pro Republica vitam suam profudissent. Exstat apud Thucydidem ea de re ἐπτά-ριθρον. Et non solum ijs qui mortui sunt, hunc honorem esse tribuendum, sed eorum quoque proximos consolandos, ait Cicero 14. Philipp. Et quidem parentibus hanc esse consolationem optimam, quod tanta presidia republicæ genuerunt. Deinde addit, atque etiam censeo, P. C. quæ præmia militibus commisimus, nos reipubl. recuperata tributuros, ea vi- zis, victoribusque cùmulate cum tempus venerit, persoluen- da. Qui autem ex ijs quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus tri- buenda censeo. Scribit Aristoteles 1. politicor. Hippodamium apud Athenienses aliquando lege cauisse, ut ex publico alerentur filii quorum patres pro patria cecidissent. Quod apud Thucydidem Pericles faciendum suadet. Cicero 1. Tu- scul. retulit ex quodam vetere,

Dic, hospes, Sparte noste hic videre iacentes,
Dum sanctis, patriæ legibus obsequimur.

Nobiles & generosi.

EMBLEMA CXXXVI.



AVREA Cecropias neclibat fibula vestes,
 Cui coniuncta tenax denee cicada fuit:
 Calceus Arcadico suberat cui lunula ritus,
 Gestatur patribus mallea Romulidu:
 Indigenas quod se adsererent, haec signa tulerunt
 Antiqua illustres nobilitate virti:

Qui Gene-
 rosi & qui
 Nobiles.

EX eruditis hominibus, iisque maxime qui vetera diligenter obseruarunt, aliquando didici, inter Nobiles & Generosi interesse nonnihil. Aristoteles animalium historiæ. I. suye's ὅτι τὸ εὖ αἰαθος γένους, γερραῖον δὲ το μη εὖσαύλων
 οὐδὲ αὐτοῦ

τῆς ἀντίστοιχης. Nobile id est, quod ex bono genere proficitum est: generosum, quod à sua natura nō degenerat. Exemplumque apponit in lupis, quos generosos; & leonibus, quos nobiles esse dicit. Idem penē 2. De arte dicendi. quo loco ait præclarius esse generosum quām nobilem dici; nobilis enim maiorum tantum virtute gloriaque nititur: generosus & virtute maiorum & sua commendatur: itaque generosos omnes esse nobiles, sed non contrā, nobiles generosos omnes. Quidam enim nobiles, degenerant à virtute maiorum; & humiliac demissō animo fiunt, atque ad ignauiam sordes delabuntur. Cicero in Bruto, Scipionum stuprem generosam vocat; quod in ea multi excellentes viri fuerint: & Offic. 1. Pyrrhum Epirotam, generosum & potentem dicit: ut in defensione Cæliana, Clodiam impudicam mulierem, & nobilem & notam appellat. Idem 2. de Offic. ait Phalaridis præter cæteros nobilitatam crudelitatem. ex quibus appareat nobile, accipi etiam in malam partem: generosum, non nisi in bonam. Cornel. Fronto, nobilem appellat rerum nobilitate, generosum verò cognatione. Eam significationem Cicero in Paradoxis obseruat. Ipsi⁹, inquit libido lapsa est in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quām si petulans fuisset in aliqua generosa virgine ac nobili. Ea de re dissertationis nobilis est euoluenda Phauorini apud Gellium cap. 23. lib. 13. Certè duo hæc tamquam synonyma coniungi certò scio, & interdum etiam confundi. Apud M. Tullium, Rosciij Amerini pater, generē & nobilitate sui municipij principis dicitur. Iuuenal. 7. Satyra:

Felix & sapiens, & nobilis & generosus.

& Ouidius in Heroidum epistolis:

Si te nobilitas, generosaq; nomina tangunt.

Sed, vt vno verbo claudamus, Hi nobiles generaliter appellantur, qui vel familię nomine, vel alio tandem modo innotuerunt: generosi verò speciatim, qui è nobili genere ortum duxerunt. Apud Athenienses Cicada nobilitatis insigne fuit: aureas enim cicadas crinibus innodabant, vt significarent se indigenas esse & nobiles, id est (Græco utar verbo) αὐτό-
χθονας, καὶ γεντικὲς ψυχὴ τῆς πατερίδος τοῖται: quod Cicero expressit Oratione pro Flacco. Id verò ridebat Antisthenes, vt refert Laërt. lib. 6. aiebat enim hoc illis esse cum cochleis & testudinibus commune, quippè qui aliunde nou' commigrassent, nec vñquam solum mutassent. Hinc ergo τετταρες

Cicada, nobilitatis insigne Athenis.

ρόποι, id est, Cicadigeri dicti Athenienses: hæc enim nota in indigenas & ingenuos ab aduenis & seruis distinguebat: cuius rei caussam nonnulli adserūt, quod Cicadæ inter alia animalia indigenæ præcipuè videantur, quod in ea regione, in qua nascuntur, viuant & emoriantur teliqua ferè omnia migrant aliò, neque sedem ullam firmam habeant. In quaue autem ciuitate & municipio nobiliores eos agnoscimus, quorum maiores pluribus antè annis in sua patria claruerunt, ait Pierius lib. 26. qua de re Plato nonnihil in Menexeno, Herodus in Terpsic. Ælianus lib. 4. Variar. histor. cap. 22. Scio ego per cōtemptum dici eos τετίγων ἀράπεσοι cicadis opertos, gloriosi quidam iactatores, obsoletis iam & nimium vetustis videntes. Romanos autem, qui nobilitate generis alijs excellerent, aiunt lunulas in calceis habuisse, fortasse ut significarent Romani Imperij conditionem, quod sensim creuit, & temporū lapsu decreuit, vt in lunæ hemicyclis fieri solet. Alij putabant signum esse eius habitationis, quæ in luna esse dicuntur, & quod post mortem, animi rursus lunam sub pedibus habebant. Vel superbos homines admonebant rerum humanañ instabilitatis, cuius rei luna sit exemplo, quæ ab obscurō in lumen, inde in obscurum redit. Philostratus de Hero de sophista narrat eū fratri de generis sui claritate multa iæstanti dixisse: Certè nobilitatem habes in talis. quod significauit Iuuenalis, cùm de Fabio loquitur his verbis:

— & nobilis & generosus

Appositam nigra lunam subtexit alute.

Quin & Zonaras auctor Græcus, ait patricios gestasse in rebe calceos corrigiarum inflexione, & formæ literæ, C, adornatos: quod & Plutarch. retulit in Problemata. Nec quidem prætermittendum, id genus calceorum lunatorum Arcadiis in vsu fuisse, quo à diluio Deucalionis primi ipsi lunam inspexisse nascentem se credidere, quodque putarent vniuersum genus mortalium aquis obrutum petiisse, & à se rursus originem propagationis emanasse, ait præter alias vetustiores Pierius lib. 44. De sacris Ægyptiorum literis. Apollon. Argonautic. 4.

A' ergaτε, εἰ καὶ πρόδε σεληνάῖς, οὐδέονται.

Strabo in 8. Geograp. δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη τινα τὰ A' εργαζόμενα. Sic primo Fastorum Ouidius:

Orta prior Luna (de se si creditur ipsi)

A magno tellus Arcade nomen habet.

Lunulae in
calceis Ro-
manorum.

Arcades
lunam pri-
mū obserua-

Secundo Fastor. huc respexit Naso:

*Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, & luna gens prior illa fuit.*

Itaque cùm se luna vellent antiquiores dici (adecò sui generis antiquitatē iactabant) dicti sunt à Thucydide initio historiæ ἐποκέλων, id est, ante lunam editi. Plerique ad historiam naturæ referre malunt, quia lunæ cursum prīmi obseruarint. Præter has rationes alias adfert Plutarch in Problematis. Sed hæc quorsum attineant, non planè video, nisi ad communem locum referam de nobilitate, quam sibi longè multi tribuunt, vanis quibusdam schematis & imaginibus maiorum tumidi: quorum arrogantiam intolerabilem quibus maximè verbis incessere debeam, planè non habeo. Quis enim sustineat aliquem tollere cristas, sibi quæ arrogare quidpiam, quod tamen propriè non possideat? Atqui genus suum qui laudat, quiq. attollit animos ob maiorū nobilitatem, & alienum laudat, & falsis nominibus sibi tribuit quod ad se minimè pertineat. Qui proculdubio mihi non videntur absimiles fugitiuis ijs qui præ metu cùm ad aras se repperint, tamdiu latent, in que tuto se esse putant, quamdiu eo perfugio uti possūt. At cùm inde fuerint eruti, quid ijs superest quam certa quædam crux, aut extremum aliquod dispendium? Sic vulgares illi nobiles, qui nihil præter maiorū nomina crepāt, ad quæ sola hærent suis diffisi virtutibus, veraque gloria, quam nullam habent, non sentiunt quam miseri sint, & quanto in errore versentur. Sed retineamus assensionem cum ijs qui nobilitatem in animo generoso sitam esse volunt, & qui pécudum nobilitatem incorpore valido ac vegeto, hominum autem in vitæ morūmque bonitate ponunt. Laudatur à Dioce Chrysostomo, Thebanorum optimum & æquissimum institutum, qui eos seruorum numero non habebant, qui per vim & iniuriam belli serui facti essent: Cur ignobiles eos esse vulgari opinione iudicamus, quorū si virtutes æstimentur, si moderatio animi, si prudētia, si sagacitas, alios quos vulgus admiratur, infinitis, vt ita dicā, spatijs anteuerunt: Magnum fuit & plenum æquitatis eorū quos proximè nominaui, iudicium atque consilium, qui solos eos nobiles esse cōnsebant, qui ad virtutem propensi es- sent: neque tam curiosè, inò verò superstitione quærebāt, ex quibus orti parentibus essent, de quibus aliquid statuendum videretur. Sic autem yndicū rationes conficiebant;

In ementi-
tam nobili-
tatem.

Antiquitùs vt in animalibus quibusdam muris, ita & in hominibns idem nomē perdurauit. Nam in canibus, equis, gallis etiā gallinaceis id facile est aduertere: quia equum si quis animosum & ad cursum idoneum facto periculo norit, non rogat an eius pater sit ex Arcadia, an Thessalia: satis enim esse putat, quòd equus animum generosum habeat. Ita cùm canis venaticus egregiè ad cursum valere intelligitur, nihil opus est scire an ottum duxerit è Caria, vel Lacedæmone, sed existimatur esse satis, quod generosa illa canis sit. Idem de gallis, déque alijs iudicium: idémque postremò de hominibus sentiendum: ex quibus qui virtutum studiosi sunt, qui iustitiam colunt, qui humanitatis iura, qui religionem obseruāt, is reuera generosus est & nobilis, tametsi parentes eiusdem & auos nemo vñquam fortasse nouerit. Democritus, magnus in primis & catus philosophus iam olim, vt ait Satyricus.

— materiam r̄isus inuenit, ad omnes

Occursus hominum, & cuius prudentia monstrat
Summos posse viros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, crassóque sub aëre nasci.

quod tortum esse constat in superbos quosdam ementitæ nobilitatis homines, qui orti stirpe Romana cæteros præ se nihil ducebant. Iactent itaque suum genus, qui de parentum virtute nihil habent præter imagines: quos nihilo tamen putato meliores esse quām equus aliquis nō re, sed opinione vulgari generosus habitus, quòd frenos aureos quòd stragula, quòd ornamenta externa omnia exquisitissima circumferat. Quæ de Arcadibus adduximus, lumē capiēt ex ijs quæ apud Tzetzen legimus in Cassandra: ideo natos dici Arcadas ante Lunam, quia nūtrirentur ante lunæ coitum coquendo glædes in igne vel ἀροτελών dicti, οὐδὲ τὸ ἀροτελέν quod est afficere iniuria. Apud alios verò pro stultis habentur, quia putat se luna priores esse: sed sic se habet ratio Annum, mēses, æquinoctia, & his similia omnia quæ sunt artis Astrologicæ rex Arcadum siue Atlas fuerit, seu Pœnus, à Luna supputas adinuenit, postea Tales.

Aurea Cecropias.] Vests Athenienses noctebantur fibula aurea, cui cicada circumligabatur.

Arcadico ritu.] ad morem Arcadum.

lunula.] parua luna ad morem hemicycli.

Indigenas.] Indigena, inde genitus, nec aliunde natus Greci autογθωσ& εγγόπιος, cui opponitur aduena.

Oblitus eram apponere huc quod Demosthenes aduersus
Æschinem τεῖ θρησοθείας, quo loco de Atheniensibus
& Arcadibus verba facit, μόνοι γάπάντων υμείς αὐτόχθονες
ἔτε κακεῖνοι.

Euripidis hæc refert Plutarch. commentario De exilio:

ἴνωρῶτα μὴ λεὼς ἀτέκε επακτὸς. ἀλλοδεν,
αὐτόχθονες δ' εὖρον μὲν. εἰ δὲ ἀλλοι πόλεις
περιών οἱ μοιως διασορθεῖται οὐλαις,
ἀλλοι παρ' ἀλλοι εἰσὶν εἴσαγοργοι.

Primū nec inquinilinus nos populus sumus,

Sed indigena, ciues at aliarum urbium

Sunt comparandi tessera rum iactibus,

Quæ alijs aliae ciues mittunt identidem.

Hoc postremò quod mihi alia conquirenti occurrit ex Tze-
ze 301. Historia io. Chiliad. vbi cicadas Atheniensium refert
ad eorum nimiam loquacitatem:

Ἄγοντες τέλιχες, κατάδηλοι τοῖς πᾶσιν
οἱ απίκοι οἱ μοιως δὲ πάλον τῷ μαγνητῷ,
λείκωρες βεργυλόγοι δὲ τούτοις ἀπεναντίως. id est,

Quòd cicadas sint loquaces compertum est omnibus,

Sunt eodem modo Athenenses qui muli sunt et garruli in per-
orando:

Contrà Lacones paucis utuntur verbis.

De cicadigeris Atheniensibus, déque Romanorum crepidis Ius imagi-
lunatis superiore commentario quæ dicenda videbantur at- num apud
tulimus. Non erit autem alienum ab huius carminis argu- Romanos.
mento , deiure imaginum quædam subijcere , est enim res
non indigna coitu, neque certe iniacula , studiosis fue- Vide multa
runt ergo imagines insignium virorum simulachra ad oris apud Li-
similitudinem artificiosè facta coloribus & pigmentis ad- psum 1. ele-
umbratum corpus referentia , eaque in domus parte ali- 29.
qua celebriore posita , ligneoque armario inclusa. Licuit
autem non omnibus habere imagines , sed ijs tantum qui
curules magistratus gessissent: eaque valebant ad memoriam
posterioratēmque prodendam, & vt ijs quasi insignijs nobiles
ab ignobilibus distinguerentur. M. Cicero oratione 2. Con-
tra Rullum, est hoc in more positum, Quirites, institutōque
maiorum , vt ij qui beneficio vestro imagines familie suæ
consecuti sunt, cum primam habeant concionem qua gratiā
beneficij vestri eam suorum laude coniungant. Idem in Ver-
rem actione postrema, ob earum rerum laborem, ac solicitu-

dinem fructus illos datos , antiquorem in senatu sententia dicendæ locum,togam prætextam, sellam curulem ius imaginum ad memoriam posteritatēmque prodendam. Quod ideo dicitur à Cicerone , quia tunc edilis erat , & quæstura iam perfunctus,nempe ius hoc imaginum non tam nobilitatis & generis quam virtutis insigne fuit quamquā & generis etiam esset. Qui enim familiæ imagines & generi suo consequebantur, non dubium est quin & nobilitatem afferrent: at nescio quid maius & excellentius fuit, posse vti imaginibus. In oratione verò Sylla sic : ipse si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta , quæ solatiæ reliquæ vite, quibus luctari & perfrui possit? domus erit , credo, exornata: aperientur maiorum imagines, ipse ornatum ac vestitum recuperabit. Omnia iudicis , hæc amissa sunt, omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta . vnius iudicij calamitate occiderunt, hoc dicit Cicero, quia Pub. Sylla conuictus ambitus cum Pub. Antonio ius imaginum perdidit, non vt censeri desineret inter nobiles , sed vt eius mortui imago cum maiorum suorum imaginib⁹ non portaretur, nec horum imaginibus funus eius ornaretur. Ad id ostendendū multo apertius , adduco in medium Plinij & Polybij auctoritatē certè locupletem. Plinius enim cap. 2. lib. 35. Apud maiores, imagines in atrijs erant quæ spectarentur, non signa extenorū artificum, nec æra aut marmora. Expressi cera vultus singulis disponebantur armarijs , vt essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius , qui vnquam fuerat populus. Polybius verò lib. 6. scribit Romanos festis diebus, apertis armarijs imagines exornasse, cumq; ex domesticis mortuus esset aliquis eas in funere extulisse, addito reliquo corporis truncō, vt magnitudine quam simillimæ apparerent. Ius autem illud imaginum non sic transibat ad posteros, vt ijs vt omnes & singuli possent, id enim usurpabatur ab ijs dunataxat, qui simile ius adepti erant. Afferuabantur autem domi, & in gentilitio funere afferebantur, ad exemplum rerum egregiæ gestarum. Occurrit Valerij Maximi dictum præclare lib. 5. cap. 8. vbi de Marlio Torquato Iurisc. agit. videbat se in eo atrio consedisse, in quo illius imperiosi Torquati seueritate conspicua imago posita erat: prudentissim⁹que viro succurrebat effigies maiorum cum titulis suis, idcirco in prima ædiu[m] parte poni solere, vt eorum virtutes posteri nos

solum legerent, sed etiam imitarentur. M. Tullius Pisonem
vellicat quod obrepserit ad honores errore hominum, com-
mendatione fumosarum imaginum, fumosas imagines appellat
benè antiquas quibus opponuntur subitæ imagines apud
Plin. lib. 8. epist. pro recenti & nuper nata nobilitate, aut cer-
cè non diu diuratura. Et hæc quidē hactenus de imaginibus,
quarum usum fuisse tum primum antiquarum puto, cùm im-
peratores in Christi familiam transierunt, relictis superiorū
temporum deliramentis, ob metum nempe superstitioni cul-
tus & idololatriæ, quæ non minus facile insinuari potuit ea
imaginum approbatione quam olim Deorum & simulacrum
inducta persuasio. Loco itaque imaginum nobiles & ge-
nerosi uti cœperunt stemmatis gentilitijs, de quibus passim
diximus. De iure imaginum multa collegit Rosinus lib. 1. c.
59. rerum antiq.

Sf. iiiij



Duodecim certamina Herculis.

EMBLEMA CXXXVII.



ROBORIS invicti superat facundia laudes:
 Dicta sophistarum, laqueosque resoluta inanes:
 Non furor aut rabies virtute potentior ulla est:
 Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit:
 Spernit auaritiam, nec rapto aut fœnore gaudet:
 Vincit femineos spoliataque insignibus astus:
 Expergit sordes, & cultum mentibus addit:
 Illicitos odit coitus, abigieque nocentes:
 Barbaries feritásque dat impia denique pœnam:
 Unius virtus collectos dissipat hostes:

Inuenit in patriam externis bona plurima ab oris:
Docta per ora virum volat, & non interit unquam.

Multos fuisse Hercules tradunt quam plurimi, sed quem *Multi*
ex Alcmena suscepit Iupiter, potissimum celebrant ob *Hercules*:
varia certamina, virtutemque bellicam: cuius duodecim la-
bores praeclaros (longe enim plures persequitur Diodorus
rerum Antiquarum lib. 4.) complectuntur alij, quos hic se-
quitur Alciatus, quantum ad laborum numerum pertinet, quid
per unumquemque laborem sit intelligendum, allegoricos
enarrans. In Collectancis Graecorum Epigrammatum hoc
hexastichon reperi:

Ἄλεστα τὸν νεμέας Δῆρ' ἀπλετον, ὄλεστα δὲ οὐδὲ λι

χὶ ταῦρον, κέφαλος δὲ ἀμφετίναξα γένυα.

Ζωσῆρ' ἐλκύσας, πῶλον διώμηδε Θεόντον,

χεύσα μηλαχλάσας. γηρυόνιον ἔλαβον.

αὐγεῖαν ἐδάλιον, κεφαλὴ φύγεν, ἔκτανον οὐρανος.

κέρερον ηγαγόμενον, αὐτὸς σλυμπον ἔχω.

Extinxi Nemees monstrum, lernāmque peremī,

Et taurum, cecidit dilaceratus aper.

Balteon arripuit, Diomedis equosque cecidi,

Geryonem stravi, pomaque fulua tulī.

Augiam noui, capta est cerua, atque volucres,

Cerberus abductus, latius in astra feror.

Sic in appendicibus Virg.

Prima Cleonei tolerata erumna leonis.

Proxima lerneam ferro & face contulit hydras.

Mox Erymantheum vis tercia perculit apnum

Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.

Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.

Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo.

Septima in Augiae stabulis impensa laboris.

Oc̄taua expulso numeratur adorea tanto.

In Diomedis victoria nona quadrigis.

Geryone extincto decimam dat Iberia palmarum:

Vndeclimum mala Hesperidum distracta triumphum.

Cerberus extremis supra est meta laboris.

Heraclidis Pontici disputatio ad Homeri allegorias mirè ad

hanc nostrā facit explicationē. Verba eius auctoris hæc sunt: Locus H:

ὑπερχλέα γεμισέεν οὐκ ἀπὸ σωματικῆς διωτίμος ἀγαθέντες residit;

Duodecim
labores
Herculis;

ποσῆτον ἐχύσαι πεῖς δὲ χρόνοις, ἀλλ' ἀνήρ ἐμφέρων καὶ σφίσῃ
κερνίου μυστης, θωματεῖ καὶ βαθεῖας ἀχλύθ, ὅπερ μεμυγμένον ε-
ρώποτε τὸν φιλοσοφίαν καθάπερ ὁ μολοχ ἔστι καὶ σοικῶν οἱ δοκι-
μώτατοι. τοιὶ μὲν οὖν τὸν ἄλλων ἀθλῶν, οὐ πόσοι τῆς παρ' Ομήρῳ
μνήμης ὑπερβοτι, πλεῖστον τοῦτον τὸν ἀποπλάζεσταν ἀνθρώποις ἀκολασίαν.
λέοντα ἡ τὸν ἀκρίτων ὁρμῶσταν ἐστὶν αἱ μὴ δεῖ φορέσθν. κατ' αὐ-
τὸν δὲ θυμὸς ἀλογίστης πεδίσας, τὸν ὑπερισκέν ταῦρον ἐνομίσθη
δεκτένας. δειλίαν γηραιοῦ ἐφυγάδασεν ἐπει τὸν τοιούτον κεραυ-
νίαν ἔλαβαν, καὶ πιστάπρεπος ἐνομαζόμενον Θεόν τοιούτον κεραυ-
νίαν, θλακυθήραντ Θεόν τοιούτον ἐπιτρέψασταν ἀπίδιαν, ὁργής
δὲ τῆς σωνυνέμετος ἐλπίδας, αἱ δόκιμοι τὸν Εἰον θμῆσι, ἀποκε-
δαστε δὲ καὶ τὸν πολὺ χρων κάρπον, καὶ πολυκένοσαλον ὕδραν, οἵπε-
ραν ἐνκαπτή, πάλιν ἀρχεται βλασάντιν. ὀπτερεῖς ἀτροπειαν πνε-
ματα πυροῦ τῆς ὁρμανέστεως ἐξέκοψεν αὐτὸς γηραιοῦ ὁ τειχέεσ-
τα Θεοχεῖς πλιώκερερ Θεότοτος ἐν τῷ τειμερῷ φιλοσο-
φίαν ἔσταντι πετατο. τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς λογικὸν, τὸ δὲ φυσικὸν, τὸ δὲ
πνευματικόν ἐνομάζεται τοῦτα δὲ ὀπτερεῖς ἐνὸς ἐκπευκότα, τε-
χνῇ καὶ τῷ τοιούτῳ κεραυνῷ μερίζεται. τοιὶ δὲ τοῦτον ἄλλον ὀπτερεῖς
ἀθλῶν ἐν σωτόμα δεδηλωται. quorū sententia verborū hæc
est: Minime putandū est Herculem corporis viribus olim tā-
rum præstare potuisse: at cùm prudēs esset, & caelesti sapientia
plenus, ceu profunda caligine demersam Philosophiam illu-
strauit: quæ sententia etiam principum Stoicorū est. De alijs
itaque certaminibus Herculis, quæ ab Homero non memo-
rantur, quid attinet ad ingenij ostentationem multa præter
rem verba facere? Aprum enim cepit, hoc est versantein inter
homines intemperantiam: & leonem domuit, nemipè impe-
tum temerē ruentem quō minimē decet. Eadem ratione cū
brutam iracundiam compescuisse atque frenasset, taurū cor-
nupetam dictus est astrinxisse. Expulit etiam & propulsauit ē
vita metum, quod per Cerauniam ceruam ostenditur. Et
quoddam etiam certamen, quod nominare non conuenit,
idem subiit, repurgata qua prius tenebatur, animi fœdite-
re. Cohibuit & volucres, nemipè spem inanem & ven-
erosam, qua hominum vita ut plurimum lactatur. Adhæc
plurimum simi expulit, & multis capitibus hydram supe-
rauit, quæ abscissa renasci non desinebat. Hanc sicuti ἀ-
τροπειαν, id est imperitiam aliquam, igni excidit, hoc est ad-
monitione. Iam verò Cerberus triceps in lucem pertractus,
non male triplicem philosophandi rationē innuit. Sunt enim

Philosophicē partēs, ea quæ rationis est, Logica: quæ naturæ,
 Physiologia: quæ morum, Ethica nominatur: & eæ quidem
 tamquā ex vna cœrvice prognatæ, triplici etiam modo iuxta
 caput distribuuntur. Et hæc quidem de alijs laboribus dicta
 sufficient. Hactenus Heraclides. cum quo insigni loco velim
 vñā conferri quæ disputat Lactantius diuin. Institut. cap. 9.
 Cætera enim percensere nihil attinet, nisi maximè ad rem fa-
 ciant. Quo in argumento dum animus elaborat, mihi arrisit
 nobilis disputatio Dionis Chrysostomi, qui Herculis & θλες
 seu labores vel ærūnas ita celebrat, vt eu ex aduerso athle-
 tis apponat, & Principem fortissimum atque iustissimum fa-
 ciat. Peruigil & tenuis erat, inquit ille, vt leones; neque enim
 carnibus onustus, vrathletæ, potuisset Asiam Europamque
 peragrare. Acutè videbat, acutè audiebat: neque hyemis aut
 æstus vim curabat, vt à preclaris actionibus reuocaretur. Sor-
 dida pelle induitus, interdū fame correptus, bonis opē fere-
 bat, improbos verò aut de medio tollebat, aut in ordinē cogebat.
 Diomedem enim Thracium delicijs affluentem, & hos-
 pites afficiētem iniuria, suosque subditos miserè seruire co-
 gentem, clava percussum de medio sustulit. Geryonem bo-
 ues permultos & multa pecuaria possidentem, vt opulentia
 Principes omnes qui in Occidente essent, facile superaret,
 sed tamen eundem nimia superbia elatum, vñā cū fratribus
 interfecit, eorumq; armenta corripuit. Idem cùm Busirim
 offenderet certaminibus totos dies occupatū, totos dies con-
 uiua agitantem, sibi vnicè placentem, quod egregius lucta-
 tor esset, prostrauit. Amazonum reginæ zonam soluit, que
 illum fuerat aspernata: quo congressu ostendit, se illius for-
 ma minimè fuisse superatū, vel mulieris gratia potuisse vnu-
 quam à rebus excellentibus, quas primum animo concepe-
 rat, auocari. Ne autem videretur arduis tantum rebus & glo-
 rīa dignis operam impendisse, sumum iacentem in Augie
 stabulis, à multis annis collectum sterquilinium repurga-
 uit. Putabat enim non minus esse sibi aduersus gloriam de-
 certandum, quā belluas & homines sceleratos. Hæc penè
 Dio oratione 8. De virtute. Idem labores Herculis re-
 tulit ad purgationem animi & vitiorum expulsionem,
 Oratione 5. Sed obiter adnioneo, plerosque existimare,
 vt Lucianus (quemadmodum postea dicemus) Hercu-
 lem virum fuisse Gallum, qui tum sollerti quadam pru-
 dentia, tum admirabili eloquentia, qua maximè valebat: *Hercules,*
vix Gallus.

Dionis
 Chrysostomi
 locus.

p̄æclarā facinora insigni fortitudine sit exantlatus, & ingenij dexteritate summas quasque difficultates superarit: quę tamē omnia Græcia quamplurimum mendax, ad armorum gloriā conuertere maluit. Prætermiseram Apuleij ἐπιμύθου, quod imprimis ad rem facit, ex 4. Floridorum: Quod Herculem Poëtæ olim memorant monstra illa immania hominum ac ferarum virtute subegisse, orbemque terræ purgasse: simili- ter aduersum iracundiam & inuidiam, atque auaritiam ac libidinem, cæteraque animi monstra ac flagitia Philosophus iste Hercules fuit. Eas pestes omnes mentibus exegit, familiias purgauit, malitiam perdomuit, seminudus & ipse, & claua insignis, etiam Thebis oriūdus, vnde Herculem fuisse memoria extat. Videram ego pridem locum Plutarchi in Problem. quo rationem reddit, cur olim Herculī atque Musis communis ara facta sit: quia nimirūm Hercules Euandrū literas docuit, vt à Iuba memoria traditum est honestum enim & liberale ducebant, si amici ac propinquī literarū & sapientiæ cognitione perpolirentur.

Leonis Nemeæ cades. quid. Roberis inuicti.] Huic respondet ptimum Herculis certame, nempe leonis Nemeæ iuxta Cleonas internecio: quo intel- ligi datur, facundiam corporis viribus esse præstantiorem. Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, ratione, prudentia, eloquē- tia. Nec vero aliquid magni momenti vires obire possunt, aut suscipere, nisi consiliū & ingenij dexteritas antecesserit. Sung qui aliter Nemeæ leonis cædē interpretentur, fuerunt enim qui è Lunæ globo decidisse vana persuasione crederent: nam & veteres monstra immania in Lunæ globo putabant nasci. Hunc ergo leonem inermis Hercules interfecit, vt ait Pisan- der: hoc est itā cohibuit ac repressit, quæ in fortium viro- rum animis maximè regnat.

Hydra Lynceus. Dicta sophistarum.] Secundo labore, hydram, septem capi- cum belluam, in Lerna palude omnia vestantem pugna per- difficulti vicit, & ferro facibusque oppressit. quo arguitur, vi- rum sapientem & facundum, multiplices sophistarum argu- tias, & elenchos veritatis specie adumbratos, ingenij viribus reçundere. Hydræ uno capite refecto septem alia repullula- bant: quod notat artis sophisticæ captionem. Si enim agas cum sophista, uno argumento reprehenso, multa alia tibi apponet, tēque (ni diligēter caueris) ad absurdum, vel adūva- gō adiget. Certamen hoc ad alios vsus conuertunt alij, vt ad

diluuium, ad vitia, ad inuidiam. qua de re prouerbium est, Lerna malorum : &, Hydram secas. Socrates apud Platonem in Euthydemō fatetur se multò imbecilliores Hercule, qui pugnare simul non potuit aduersus hydram sophisticam, cui propter vnam sapientiam pro uno sermonis capite amputato multa repullulabant. Adhuc Pierium lib. 16. euolute.

laqueos.] paralogismos & captiones.

Non furor aut.] Tertio, a prum te terribilem Erymantho móte A rcadiæ omnia vastantem cepit, & ad Eurystheum, viuum perduxit. quod innuit, virtutem furori & rabiei non cedere, imò longè antecellere. Impetus enim & furor per a prum indicatur, vt docet Pierius Hieroglyph. 9.

Continuum ob cursum.] Quarto, ceruam aëripedem & celierrimam, aurea cornua gestantem interfecit. quod ad sapientem referendum est, cui & ditissimi cedunt & opulentissimi. Notum illud Aristotelis in Politicis, facile esse ditari Philosophis, si velint; quod spectat adagium, Sapiens non eget.

Spernit auaritiam.] Quinta pugna fuit, avium Stymphalidum expulsio, sonitu ahenei cuiusdam instrumenti: quod est luerum inane, & auaritiam aspernari, raptumque omnem putare nefas. Sed quæ potest esse volucrum cù auaritia collatio? Volucres per aërem volitantes, in quo tamen victum cōparare non possunt, cupidi & auari hominis cogitationem (alijs atque alijs opibus semper inhantem, qui tamen nec partis bonis vtatur, sed tenuissimo victu genium defraudet, & in quo consistat non habeat) satis ostendunt, qui quoniam vel natura deprauata, vel vsu longo induratus est, ad resipiscientiam aliquando pertrahi potest quibusdam acerrimæ orationis crepitaculis, quibus aut arceatur, aut à proposito, malaque consuetudine dimoueatur. Alij malunt hoc intelligi de scortillis quibusdam & impuris mulierculis, quarum illecebros & insidias detegimus æneo sapientiæ crepitaculo, quod tanquam tuba in aures penetret, vt Basilius loquitur: vix enim alia fugantur ratione communes illæ pestes adolescentium.

Vincit feminineos.] Sexto certamine mulieres Amazonas debellauit, earumque reginam Hippolytam cepit, cui cingulum militare abstulit. quod est astutiam muliebrem & dolos, fallaciásque coercere & vafritie i materiam penitus eripere. Amazon h̄ic mulier bellicosa, meretricem refert, quæ vel for-

Aper Erymantho shans,

Cerua aëripes,

Aues Stymphalides,

tissimum possit deuincere.

*Augia
Pargatio.* *Expurgat sordes.]* Labore septimo Augiam repurgauit. quod arguit vitiorum errorumque innatorū, vel etiam qui succreuerunt assuetudine quadam longa, ab animo expulsionem. Nihil est enim tam horridū tamque sordens, quod eloquētia non possit excoli:

*Crus tauru
luctus.* *Illicitos odit.]* Octauo, taurum luctamine domuit: quod est fontes abigere, & omne illicitū facinus scelusque execrari: vel furorem aut truculentiam animi cohibere.

abiq̄; nocentes. *] hinc nomen habuit ἀλεξανδρός.* nam & ples risque dictus est natus ad homines iuuandos.

*Diomedes
victus.* *Barbaries.]* Nono, Diomedem Regem Thraciæ crudelissimum, qui sanguine & carnibus humanis equos alere consueuerat, perdomuit, & eius exemplo ipsum suis equis dedit pabulum. quod significat, Herculem eloquentiæ & sapientiæ viribus barbariem & ferocitatem ab omnibus, quas incolexit, regionibus submouisse.

*Geryon
tricorpus
superatus.* *Vnius virtus.]* Decimo labore Geryonem tricorporem & tricipitem bello expugnauit: id est, collectam, & vnaminem hostium multitudinem sua virtute compressit, indeque & viator euasit. De Geryone in superioribus satis.

*Poma Hes-
peridum.* *Inuenit in patriam.]* Vndecimo aureā mala Hesperidum, occiso prius dracone peruigili, sustulit. quod est referendum ad illam, qua docti & sapientes homines abundant, insignem rerum copiam, qua eos sua fortuna vitaque conditio beat.

*Cerberus
triceps.* *Dicit per ora,]* Duodecimo & postremo, Cerberum tricipitem ab inferis tractum ad auras deduxit, quod fortitudine per omnia omnium ora volitantem, & immortalem nominis gloriam, apud posteros semper victuram perspicue significat. Nam, ut est apud Diodorum, magnos multosque, dum vixit, labores & pericula sponte adjit Hercules, ut pro suis erga omnes gentes beneficijs immortalitate donaretur. Cic. i. Tusc. Abiit ad Deos Hercules: numquam abiisset, nisi cum inter homines esset, eam sibi viam muniuisse. Facile transilio Pindari locum, ut potè longiore, de Hercule, i. Nemeorū. Nonnulli hoc traduci malūt ad auaritiā thesauros in tenebris occlusos asseruantem, nec in lucem erui permittentem. Et tamen si a viro gloriæ cupidō coērceatur, & ex animi receſſu, in quo locū occuparat, expellatur, opésque illę cōferantur ad vsus hominum, magnum certè momentum afferunt ad

obtinendum nomen: licet enim vera gloria sita non sit in o-
pibus & facultatibus, ad gloriam tamen obtinendam magnū
adūmentum adfert.


*Docta per ora virum.] Allusio ad illud veteris poëtæ,
— volito docta per ora virum.*

Videtur hic noster versiculo postremo allusisse ad nomen
Hegesantes, quod à ΧΑΣΘΑΝΤΕΣ, καὶ ἩΓΕΣΑΤΕΣ. at ἩΓΕΣΑΤΕΣ ponitur pro aëre, ne-
dum Iunone, ut tradit Macrobius *Saturnal*. Sic præstantes vi-
tri post præclarè gesta viuunt, perpetua hominum memoria,
ad eò ut etiam mortui præsentes esse videantur, ut Horat. 2.
Carm.

Vivet extento Proculeius anno.

Non possum transuolare Martialis carmen de Herculis la-
boribus, lib. 9.

*Si cupis Alcide cognoscere facta prioris,
Disce, Lybin domuit, aurea poma tulit,
Tulatum Scythico discidit Amazona nodo,
Addidit Arcadio terga leonis apro.
Aeripedem siluis ceruum, Stymphalidas undis
Abstulit, à Stygia cum cane venit aqua.
Fecundam uetus reparari mortibus hydrans,
Hesperiam Tusco lauit in amne bowes.*



In nothos.

EMBLEMA CXXXVIII.



*H E R C U L E O S spurijs semper celebretis honores:
 Nam vestri princeps ordinis ille fuit.
 Nec prius esse Deus potuit, quam sugeret infans
 Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.*

Neb. no-
biles.
*E*orum qui nati sunt ex iniusto concubito misera videri conditio potest; quanquam enim ex nobilibus orti parentibus, nobiles tamen dici non possunt, neque in ius hæreditatis ac familiæ succedunt, nisi soluātur legibus, & à principibus agnoscantur, quasique adoptentur (quod vulgo dicimus aduouere) tunc enim succedere in familiam possunt, sed naturalem illam maculam delere minimè vñquam posse sunt.

unt. Qua de causa Solon statuit spurios nihil debere parentibus, à quibus infamiae laberi accepissent. Sed & Athenies locum quendam habebant, in quo spurij seorsum ab ingenuis exerceri essent soliti: cum Cynosargem appellabant: nam contaminari nobilitatem putabant spuriorum consuetudine. Themistocles tamen asturo ingenio vir, adolescentes ingenuos & nobiles sensim primus ad Cynosarges blanditijs allexit, vt tolleretur ea spuriorum & legitimorum differentia. Sed ad rem. Recte quidem & prouidè constitutum à sapientibus fuit, vt parentes vaga vsl Venere, quasi in filiis puni rentur; & effrenes homines sancti connubij quasi cancellis vi legū continerentur: vtque descrimē seruaretur inter legitimos & illegitimos partus. Hi & honorū & bonorū paternorum hæredes iure sicut, eoque admoneri debet paternæ virtutis: at illegitimis nihil sæpenumero præter viuere triste relinquunt, adeò vt conqueri possint quod adeò infelicer nati malisque accepti sint. Sunt tamē permulti ex ijs qui omni alia ope destituti, omnia sua in seip̄lis ponunt, suāque industriam excitant. Nemini dubium est qui vel paulum assuevit in monumentis veterū, permultos fuisse spurios, qui fortitudine & animi dexteritate legitimis quibusque liberis antecelluerunt, quique suscepertuunt audēti magnōque animo; & certe perfecerunt, quæ legitimī ipsi liberi numquam exequi, nedum attingere potuere. Talis Hercules fuit, ipsique omnes Iouis filij, Poëtarum fabulis decantati. Eo de numero fuere Themistocles, Æneas, Theseus, Romulus, sed & ipse Alexander Magnus, totius fermè Orientis domitor: quibus adijciam Constantiū Magnum, Theodericum Gothū, Gulielmum Normannum, & alios quamplures; qui nisi hæreditate aliqua paterna frēti essent, vix aut numquam perfugere potuissent tantos rerum successus: vt ipse Hercules, qui nec fieri quidem Deus potuisset, id est, immortalem famam non sibi eam comparasset, qua omnium voce prædicatur, nisi mammas Iunonis insciæ suxisset, vt putarunt Thebani. testis est Cælius Rhodigin. lib. 21. cap. 21. Non piget huc conjectare verba eadem Alciati ex 4. Parergōn iuris, cap. 3. Apud Græcos scriptum legi Iouem, nato Hercule, quod spurius esset, nec in Deorum numerum posset admitti, dormienti cōiugi suæ Iunoni clam supposuisse, & exusto de mammis ab ea lacte, infantem ceu natalibus restitutum, diuinitatis iura acquisiuisse. Cuius rei & Higinus meminit, & Arati inter-

Nothi nō;
bi.les.Locuit ex
Alciati
Parergo,

*Ad Cyno-
farges quid.* pres, & qui Collectanea rei rusticæ Constantino Cæsari inscripsit. Hincque factū est, ut nothi ad Cynosarges, vbi tem-
plum est Herculis, exercentur, quoniam is Deus illis p̄est,
cuius rei & in Emblemati mentionem fecimus. Idem lib.
De singulari certamine, cap. 19. Legimus in historijs Arnulfum, qui primus & ante Othonem ex Gallia in Germaniam Imperij titulum trāstulit ex Caroli Magni prō nepotib-
us spuriū fuisse. Fuerint & in Cypro Reges ferunt vbi
que etiam approbatissimi duces, non absimilibus orti natali-
bus: vt verissimum sit ille ad Platonis oraculum, Seruos à Re-
gibus Reges à servis oriri.

[*Spurij.*] Nothi dicantur illegitimi, qui incerto patre natī
sunt, vel qui nati sunt illegitimo concubita, l. vulgo quæsti,
D. de statu homin. & l. Diui D. de captiu. Spurij distinguntur à
vulgò conceptis sunt enim iij quorūm pater est incertus, d. l.
vulgo, vt qui nascuntur ex vulgari meretrice. Sed & qui pa-
trem quidem certum demonstrare potuit sed non eum quæ
habere liceat, veluti qui nati sunt ex concubina, vulgò con-
cepti, at impropriē tamēt & translate dicuntur, d. l. vulgò
quæsti, & l. Adoptiūs D. de ritu nupt. Olim spurij duabus
literis S.P. depingebantur, quasi qui sine patre essent. ra-
tiones exquirit Plutarch. in Problem.

Nec prius esse.] De Herculis apoteosi Cicero Offic. 3. Plin.
lib. 35. cap. 11. & Ouid. 11. Metam.

*Emblema-
tis hu-
mus
typus.* Quām sageret infans lac.] Historiam hanc bis reperi in Isaci
Tzetzis commentario ad Lycophronis Cassandram. hinc ita-
que refero acceptū Emblemati characterem, cuius ego qui-
dem vim ac sententiam longè ante perspicerem, sed auco-
rem tamen satis idoneum laudare nondum poteram.



Imparilitas.

EMBLEMA CXXXIX.



Ut sublime volans tenuem secat aer a falcō,
 Ut pascuntur humi graculus, anser, ands:
 Sic sumimum scandit super aetherā Pindarus ingens;
 Sic scit humili tantum serpere Bacchilides.

D'apparet è Pindaro tractum. Sic enim de se ipse in Bacchilidem, Olymp. 2.

ορος ο πολ-
 λα ειδως ενα.
 μαστόντες δέ, λάχροι
 παγγλωσία κόρεχες ως
 ἀκρεπτα γαρύετοι

¶ 17

διός ἡρώς ὀρνίχα θεῖον.

id est,

Sapiens multarum rerum gnatus est natura: at discentes pro-
caces inepta loquacitate corui imperfectè admodum gar-
riunt, aduersus diuinum Iouis alitem. ad quem Scholia-
stes locum, ἀποτείνεται δὲ ἡρώς τὸν Βακχολίδην, γένε
γδὲ αὐτῷ αὐτογνωστής. Alius est etiam locus ad finem Ne-
meorum γ.

— ἐσὶ δὲ αἰετὸς ὄχὺς εὐ πεταροῖς,
οἱς ἐλαῖεν αἴφα τηλόθεν μεταμείομεν
δεσμοῖν δῆγεν πωσίν.
κεχρύται δὲ κολοιτα πεινάνε μονται.

id est,

Aquila in aibus velox est, quæ statim corripit procul vesti-
gans pedibus cruentam prædam: clamosi verò graculi res hu-
miles pascunt. Quibus verbis intelligimus Pindarum se cū
aquila conferre, alios verò, ut Bacchylidem, & alios Bacchy-
lidi similes nunc cum coruo, nūc cū graculis. Sic Scholiastes:

Ingeniorum
in aequali-
tas.

δοκεῖ δὲ ταῦτα τείνειν τὸν Βακχολίδην, λῳ γδὲ αὐτοῖς καὶ φέρεσι
ἡρώς αλλήλους. Οὐδεδίλει δέ εἰ αυτὸν μὴ δετῷ, κολοιτα δὲ
Βακχολίδην. Similitudine docet Alciatus, aliquam semper
obseruari facile in ingenij inæqualitatem. Sunt enim qui vt
falco vel aquila volatu præstent, id est, qui ingenij viribus
cæteris antecellant: sunt & qui dumtaxat humi gradiuntur, vt
æues illæ domesticæ, quibus vna est cura vulgatoria tantum
consectari. quod certè referendum est ad debiliora quæque
ingenia & minus viuida, quæ tenues captant siliquas: qui-
que plura & magis ardua velint, quam possint; cùm vt impe-
riti pictores, nihil sciant præterquam simulare cupressum, vt
loquitur F accus. Primas tenet inter Lyricos Poëtas Pindar-
rus, Bacchylides inferiora tantum consectari dicitur. Potest

Non omnes
possunt tene-
re primas.

non inconcinnè hue referri, quod in Oratore Cicero ait: Si
quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis fortè de-
ficiet, aut minus instructus erit magnarū artium disciplinis,
teneat tamen eum cursum quem poterit. Prima enim sequen-
tem honestum est in secundis tertisque consistere. Nam in
Poëtis non Homero soli locus est (vt de Græcis loquar) aut
Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secu-
dis, vel etiam infra secundos. Nec verò Aristotelem in Phi-
losophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse
Aristoteles admirabili quadā sciētia & copia cæterorum stu-

dia restinxit. Reuera tamen suspicor, id Alciatum traducere voluisse in quosdam legum doctores sibi nullo modo conferendos, à quibus tamen vel impeteretur, vel sugillaretur; ut colligere est ex eius aliquot scriptis. Huic conuenit illud ex Olymp. 10.

— ἐντὶς γῳ ἀλλα
οὐδὲν οὐδὲν φέρεσθαι.
μία δ' ἔχαπτα τας ἀμφε τρέψει
μελέτα —

Viae sunt aliae alijs excellentiores: eadem autem non omnes nos alit exercitatio. Ausonius ad Paulinum:

Si vitulum tauro, vel equum committi onagro,
Si confers fuiccas cycni, & aēdona parre,
Castaneis corylos, eques, viburna cupressis.

Cæterū mihi videtur allusisse Alciatus ad vetus Adagium, *Aquila in nubibus.*
Aquila in nubibus: cuius explicationē studiosus vbi euoluerit, non nihil sibi ad huius loci diluciditatem comparabit.

sublime.] adiectiu[m neutru[m pro]aduerbio, more Græco-
rum.

Pindarus.] Pindarus Lyricorum Poëtarum princeps imitationi inaccessus, vt referunt Horatius lib. 4. Carm. & Macrob. iuacessus. 5. Saturnal. de quo Plinius lib. 7. cap. 29.

Pindarus imitationi inaccessus.
Humī serpētē.

humī iantūm serpere.] sic Horatius in Arte:

Serpit humī tutū nimium, timidusq; procelle.
& 2. Epistol.

— nec sermones ego mallem

Repentes per humum, —

Hisunt Pindaro λόγοι χαμαπεττῆς.

Bacchylides.] Lyricus Poëta, Cous genere, filius Medonis nothi Bacchilidē athletæ, vt ait Suidas. Tres fuisse Ælianus tradidit: hunc primum, alium Athenensem, tertium Arcadem. Porrò mirum videri potest cur hīc Bacchylidem adeō eleuet, qui dictus est Siren ob carminis suavitatem: sic enim in epigrammate. I. ἀντολογία.

— καὶ λόλε σειρήν

Ἐξαχιλύθη. quod imitatus est Politian. Nutricia,

Nec vulgare canit dulcis ab Iulide Siren

• Bacchylides.

Propterea Laetantius in Phœnices (si tamen est eius poëmatum) Iuleas voces pro suauissimis & delicatissimis accepit, vocabulo ab Iulide, Bacchilydis melici patria, duxto.

Appendix.

Quām magna sit ingeniorum dissimilitudo nos quotidianus docet usus, & ipse M. Cicero de claris oratoribus, itemque Fabius Quintilius. Sed ea nonnumquam comparatio paucem in multorum nates concitat. & sunt qui ne quidem Iouem pro gliali ferant, & se quāniū optimos haberi velint; Nam & Palamedoni glorioso Grammatico, Varro togatorū peritissimus displicuit. & Maro ipse Bauium & Nævium zuersatus est scuti Pacuvium Petrus, quos suo ævo placuisse credibile est, cūm alij meliores non essent. Sic qui vixerū tempořibus anterum nostrorum Ioannes Meurus, Quadrigarius, Marotus, Sangelaſus, pro bonis habiti, cūm nondum polica potissimum Gallicę foret; sed si conferuntur cūm sequentiæ ui nostri poëtis egregijs Egnatius, Bellaio, Bellaquo, Barattio, id perinde erit atque anteribus olores adæquare. Nam quis ea vacordia est qui Maroni Enniū cōparet, vel Homezum Chærius, ut ætate superiorē quidam Budæo Badium cōferre non dubitaret? In materia quamquam dissimili comparisonis excendijs Caputellus, suam Amasiam non æquè lajari questus,

Tecum Lesbia nostra conferatur!

O seclum insipiens / inficerum

& Martialis iñ quemdam qui se pro amico fido haberi vellet;

Dispeream, si tu Pyiadi præstari matellam

*Dignus es, aut porcos pastere Pyrithoi,
Qæd hæc satis ad alia properanti.*

In descendentes.

EMBLEMA CXL.



Q V O D fine egregios turpi maculaueris orsus,
 In noxamque tuum verteris officium;
 Ecisti, quod capra, sui multralia laetis
 Cum ferit, & proprias calce profundit opes.

C Vm quispiam fermè toro etatis curriculoprudeter pro-
 bęque sese gesserit, & in extrema senectute vel etiam
 post præclarę facta, criminis aliquid aut vitij admittit, nec
 gloriæ debitum sibi præmium expectat, efficit ut capra, quæ
 multria moto pede dispergit, totumque lac emissum, iamq;
 in multrali paratum effundit; vnde natum prouerb. Capra ^{Cypria}
 Scyria. Eiusmodi sunt qui è felici principio id est, pueritia ^{Scyria}
 Tt iiiij

bene & liberaliter instituta, deflectunt ad mores corruptissimos, vitamque deploratissimam, ut Nero, Tiberius, & similes Rom. Reipub. pestes, qui è præclaris initijs semper in peiora processerunt, & vitam omnium infelicissimè clause-
runt. His annumerari potest Metellus Pius, qui cætero vitæ tempore continentissimus, ad extremū iam senex in Hispania Consul, fœdis indulxit voluptatibus. Idem euenit Hortē-
sio, & Lucullo, & apud Græcos sapientissimo legislatori Soloni, Antiocho magno, Xerxi, & aliis multis: &, vt etiam ex historia sacra colligere est. Sauli, Salomonis & Samsonis, qui in peius progressi sunt. Huc adagia referre possum, Auris Bataua: &, Primū Æzina optimos pueros alit: &, Mandrabuli more res succedit. Exemplaverò ex Val. Max. cap. De mutatione morum & fortunæ.

*Quod fine egregios orfus.] optimum principium Liuius lib.
1. Ut orfis tanti operis successus prosperos darent.*

In noxamq; tuum.] Proverbialis locutio, vt cum officium dicitur in maleficium conuerti.

*Multrale. multralia.] vas in quo mulgetur, quod multrum, & mul-
trale dicitur. Virgil. in Georgicis:*

*— implebunt multralia vacce.
calce.] extrema pedis parte.*



Æmulator impar.

EMBLEMA CXLI.



ALTI VIO LAM milius comicitur degener harpam,
 Et prædæ partem sapè cadentis habet.
 Nullum prosequitur, qui spretas sargus ab illo
 Præteritasque audiens deuorat ore dapes.
 Sic mecum Oenocrates agit: at deserta Studentum
 Ytitur hoc lippo curia tamquam oculo.

Aegrè ferebat Alciatus æmulum quempiā esse sibi syn- Emblema
 dromum, eum quidem legum interpretē auditores scriptum-
 quosdam malè affectos allicientem, qui quantum poterat, in quendam
 operā dabat, ut eius gloriam obscuraret, vel etiam eruditior σωίσπο-
 haberetur: quem tamē ut imitatorem ignarum grauius pun- μον.

gar, per bella vtitur similitudine, ac tum non sibi temperat à conuicijs nempe in eum conficto nomine οἰκονεότης, quasi dicas, vinipotens aut meripotor: & tādem lippum oculis ap-

Oenocrates. pellat, quod ad iudicij imperitiam refertur. Quemadmodū, inquit, miluus degener comitatur harpam altè velantem, vt ijs vescatur ciborum reliquijs, quæ ex eius rostro frustulat m concidant: vtque sargus marinus pisciculus mullum pīscem consequitur, vt quæ præterierit arripere queat: eodem modo mecum agit Oenocrates ille, ludimagister bibax, qui relīctos à me quosdam auditores excipit: quo ijdem vtuntur, tamquam lippo oculo, id est, nullius iudicij doctore, & imperito legum interprete, cui sit Iuris ciuilis abstrusa scientia penitus incognita. Eum itaque hominem maledicentia notat, vio- lentiæ, stultæ & cuiusdam imitationis & imperitiæ Hunc fuisse Alexandrinum nomine, iuris interpretem Alciato infestum non leui coniectura fassus mihi est Germanus Audebertus, Regijs tributis Aurelijs prefectus; cuius viri certè docti & amici non potest non esse mihi gratissima iucundissimāque recordatio, quem scio à permultis eruditis hominibus officiosè & honorificè cultum & cū quo sāpe de literis sermones vtrò citroqué habui superioribus anteactis annis cū iuri ciuili operam darem apud Aurelianenses.

Miluus.

Miluas.] auis rapacissima & guleissima: de qua Plin. lib. 10. cap. 10. Miluum verò degenerem dixit, vt suo Oenocrati accommodet, quasi extra ordinem doctori, scu potius inertis & imperito leguleio.

Harpa:

Harpam.] Harpa auis voracissima, ἀπὸ τῆς ἀρπάζειν, à dizi- piendo dicta de qua Plin. lib. 11. cap. 74.

Mullus.

Mullum.] genus marini pīscis & fluuiatilis, qui quōd gemina barba insignitur, barbatulus, barbo, vel barbatus dicitur. Huius mentio est apud Plin. lib. 9. cap. 17 & 33. cap. 11. quo- modo differant inter se fluuiatilis & marinus, notent curiosi.

Sargus.

Sargus.] Sargus pīscis, de quo iam antè, in mari nascens Ägyptiaco, vt est apud Festum: qui teste Plin. eum quem Lutarium nominant, comitatur: & illo cœnum fodiente, hic ex- citatum pabulum deuorat. Vnde hominem ex alijs laboribus sibi fructum & gloriam usurpatem, & alienā, vt dicitur, messem demetentem, qui velint significari, sargum & mullum pingunt. Sequitur enim sargi reliquias mullus, atqùe vbi ille excitato luto abierit (fodere enim potest mullus) descendit & pascitur, vt retulit Pierius lib. 30.

deserta curia.] Ironicōs dictum, pro decuria, vel auditorio
deserto.

lippo oculo.] Ipse met Alciatus proverbiale hoc dicendi ge-
nus interpretatur Parerzōn lib. 6. c. 11. Vti tamquam lippo
oculo, inquit, proverbialiter dicitur de re qua carere nō pos-
sumus, cūm tamen damnosa nobis sit. Eleganter Plaut. ad
seruos improbos traxit, quos quamuis dominum decipient, *Oculo lippo*
tamen retinet dominus, & vt potest, eorum opera vtitur, cūm uti.
vt velit non possit. Eius carmen est in Persa:

Ego neque ibenter seruo, neque sum hero ex sententia,

Sed quasilippo oculo me meus heros vtitur, manum

Haud abstinere quis tamen, quin imperet mihi.

Sed & apud eundem in Bacchidibus sic senex loquitur:

Lippo ille oculo seruus est simillimus, &c.


Lege Proverb. Lippo oculo similis.

curia.] De curiae nomine si vacat, euolue caput 16. lib. 1. Gez. *Cypria*.
zial. dierum Alexandri Neapolitanī: non enim mihi vacat
qm̄nes minutias persequi.



Albutij ad D. Alciatum suadentis, vt de tumultibus
Italicis se subducat, & in Gallia profiteatur.

EMBLEMA CXCII.



Quæ dedit hos fructus arbor, calo aduenanostro,
Venit ab Eoo Persidis axe prius,
Translatu facta est melior, quæ noxia quondam
In patria, hic nobis dulcia poma gerit.
Fert folium lingua, fert poma simillima cordi;
Alciate hinc vitam degere disce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus;
Multum corde sapi, nec minus ore vales.

Albutij
s.c.

Albutij, cuius hoc Epigramma est, Aurelij Iureconsulti
meminit Alciatus ipse libro Prætermissorū 2 Legi apo-

Iogiam quandam eius nomine aduersus Petrum Stellam, & Longouallium legum doctores. Hic monet, ut Alciatus à tumultibus & factionibus Italicas sese submoueat, & florentissimam Galliam petat, in qua futurus sit commendator sum argumenti materiam à pōni Persici tralatione, quod in Perside virulentum fuit, in Italia verò consitum, loci muratione toxicum habere desit. Eodem modo si patriam relinquit, in extera regione admirabilem futurum Alciatum sperat: sicque tacitè alludit ad illud Euangelicum, Non est Propheta sine honore nisi in patria sua. Simile est quod Erasmus in quadam ad Alciatum epistola scribit: Pietatis erat, inquit, quod patriæ tuæ potissimum bonum ciuem præstare volueris: sed Deus voluit eruditionem tuam velut in edito lucere pluribus. Nam virtutis splendor nescio quo pacto in sua cuique patria ferè obscurior obtingit. Quod apertius (ut carminis nostri enarrationem habeamus magis perspicuam) Alciatus ipse met explicit oratione quadam Ferrariæ habita, his omnino verbis: Scio, inquit, plerisque suspectam esse posse tam frequentem mutationem meam, qui nunc Auenionii: nunc Biturigibus, nunc Ticini, nunc Bonouix professus sim: nec deerunt qui inconstantiae hoc tribuant, tamquam nusquam possim consistere, & quod in carmine Horatiano est,

Rome Tibur amen, ventosus Tibure Romam.

Etenim non bene compositæ mentis argumentum est, cum quis huc atque illuc vagus discurrit, nec quiescere potest. Ceterum mihi excusatio est in promptu, notissimumq; omnibus est, me, dum bellicos tumultus subterfugio, tutamque studijs meis sedem perquiro, diutissimè esse peregrinatum, Principumque iussionibus huc atque illuc agitatum, certam sedem tenere non potuisse. Idem Oratione Ticini habita sic: Quam plurimi vestrum optimè sciunt, ut belli calamitatibus eiectus, relicta patria trans Alpes profectus sum: ibi professorio muneri addictus, aliquot annos summa cum gratia moram traxi: quod an illorum humanitati tribuam, an qualibuscumque nostris studijs, non sat is scio. Tria certè magnifica hac in disciplina tribus in celeberrimis gymnasijs mihi contigerunt, quæ nescio (quod circa arrogantiam dictum sit) an cuiquam alij: primū vt Auenioni cum numquam ad eam diem cathedram ascendisse, stipendium sexcentorum mererer, & ætate longè impar, senioribus tamen æquarer: alterum in Biturigibus, quorum liberalitate magistratus, Chri-

*Locus an
Erasmi epi-
stola.*

*Locus ex
Alciati
quadam
oratione.*

*Alter locus
et eodem.*

stianissimo ipso Rege adiuuante, secundo quām cō venerantur
anno duplicatum mihi est honorarium, & mille ducentique
præstigi : tertium est, quod tam à longinquis partib. in pa-
triā ab excellentissimo Duce nostro accessitus, Senatoria
dignitate ornatus . hanc accessionem ne quidem cogitans,
tantum abest ut petierim , sām cōsecutus. haec tenus ille. Nec
verò prætermittam hoc Persicis symbolum à Paulo Iouio ex-
plicari in eo Dialogo qui est De notis armorum amoris, cum
inseriptione , Translata proficit arbo, ipsique Alciato ascrib.
Sed & pomum Persicum notā fuisse eius in alio cēlo melior
sit, tradit Pierius lib. De sacrī Ägypt. literis 54.

*Locus ē
Paulo lo-
vio.*

*Persica py-
es, unde.* Que dedit hos.] Cūm Persæ aliquando in Romanos bellū
gererent multis in locis Italiæ Persica implantarunt, quæ in
Perside venenū præsentaneū ferunt. Hac tandem arbore
hostes extinctū iri spérabant: sed in Italia mutato solo na-
turam etiam mutauit. qua in opinione est Columel. his fe-
nīe verbis:

— pomis cūtū barbarā Persis

Miserat, ut fama est, patrīs armata venenist.

At nunc expositi parvo discrimine lecli,

Ambrosios præbent succos oblite, noceendi.

Id non videtur Plinius veris mīle lib. 15. cui tamen aduersantur
Galenus, Paulus Ägineta, Plutarchus, & alij.
Martial 13 Persica nux.

Vtli i maternis fueramis præcoqua ramis,

Nunc in adoptiis persica cara sumus.

Translatu facta est mīlior] Quasdam arboreis fructuose natu-
ram pro regionū varietate, testis est Plutarch eo libro quenam
inseriptis, De facie quæ apparet in orbe Lūne. Plin. lib. 17
cap. 10. vbi agit de arboribus quæ auulsione nascuntur omniq.
ea non statim moris est in sua locari, sed prius nitrici dari, at-
que in seminarijs adolescere, iterumque migrare. Qui trāsi-
tus mirum in modum mitigat etiam sylvestres, siue arborū
quoque, vt hominum natura, nouitatē ac peregrinationis
auida est: siue descendentes viris relinqunt, masuecant-
que in tractatu, ceu feræ dum radici attellitur planta.

Fert folium linguae.] Plutarch. commentario De Iside & Osi-
De persico eride, Persicam arborēm Isidi consecratam fuisse scribit, quo &
linguæ folium habeat fructū cordi similem. Eius haec verba
sunt: οὐδὲ τὸν αἰγύπτιον εὐρὺ μάλιστα δέ τοι καρδιά πολὺ λέ-
γεται τοῦ μεγάτορος της καρδιας πολὺ λαθόν δε τη

φύλακον εστιχεν. οὐδὲν γένην αὐθιπάτρος εἴγενη μένει τε περιόδεον
λόγος, καὶ μάλιστα τὸν θεοῦ διένει, οὐδὲ μετέστη ποτέ τὸν θεόν
διδασκαλίαν. οὐδὲ ποτὲ εἰς τὸ χειροπίδιον ενταῦθα γενόντε
παρεγγυῶμαι, οὐδὲν προνείν, εἰργνα λέγων: De stribus A-
egyptiis maximè consecratam Deum aiunt Persam: quod eius
fructus cordis, folium lingua speciem referat. Nam eorum que
in hominem cadere possunt, nihil diuinius est oratione, præ-
cipue vero de Diis tieque illa res alia maius ad felicitatem
affert momentum. Itaque hic præcipitur ei qui sit oraculum
aditus ut sanctè pieque sentiat, & modestè loquatur.

Tu procul à patria.] Virgiliana initatio ē 10. Eclogā:

Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum

Alpinas, ah, dura niues. —

Apud Euripidem hercule furante.

— οὐκ εἴδε' ὅπη

εὐθαλόντη δέργας, μάρτυρ' αὐν λαβέσθις, πάτεργον,

Non est ubi strenue quid agens testem habeas patriam. verba
sunt Amphitruonis ad Licum, quibus docet magnorum Her-
culis operum testes esse gentes extetas.

Appendix.

*Translatio facta est melior.] Simile illud Plinius historiæ mudi
lib. 2. cap. 96 In Crustumino natum fenum ibi noxium, ex-
træ salubre esse. Ex quo intellige quædam soli mutatione fieri
meliora, alia deteriora, quod rei rusticæ periti auctores ob-
seruant Palladius, Columella, Cato, Varro, alij.*

*Tu procul à patria in pretio es maiore futurus.] quod contigit
multis olim sapientibus qui longinquis peregrinationibus
notiores facti sese toti orbi commendarunt, ut hi de quibus
B. Hieronym. prologo ad Biblia, suppetunt ea de te exempla
longè multa apud Diogenem Laërtium, Philostratum, Eu-
napium Sardianum. Occurrit ex veteribus unus Anacharsis
Scytha, qui apud suos multo in honore, Athenis admiratione
fuit. Romæ non nisi setò admodum excepta & admissa
Rheticæ & Philosophicæ schola, sub auspicio Græcorum
sapientum. Et seculis superioribus maiores nostri exceper-
runt Alcuinum, seu Albinum, Scoticæ gentis, qui doctrinas
liberales primus Lutetiæ sub pacta mercede sic plausibiliter
docuit, ut fundamēta principis Academiæ tum primūm mo-
litus dicitur. Taceo de Alciato, homine extero, qui iuris sa-
pientiæ nitorem primus apud Biturigas nostrates celebra-
vit.*

Princeps subditorum in columitatem procurans.

EMBLEMA CXLIII.



TITANII quoties conturbant æqua fratres,
Tum miseros nautas anchora iacta iuuat:
Hanc pius erga hamines Delphin complectitur, imis
Tutius ut possit figier illa vadis.
Quam decet hæc memores gestare insignia Reges,
Anchora quo l' nautis, se populo esse suo!

Pigraphe similis mihi videtur sententia Marcellini Am-
miani, qui 29. lib. grauiter pronunciauit, Imperium cura-
esse salutis alienæ. Principes enim debent habere perspectū
se sibi minimè natos esse, sed ad publicā omnium quietem.
Plinius lib. 18. ait, Delphinum futurā tempestatē præslagire.
Quocirca

Quocirca ut etiam θρωπός si nauem ventis agitatam offendit, tamen ut figura anchorarum quasi humano quodam instanti dirigit: sic Princeps quisque suorum maximè studiosus esse debet, potissimum vero semente tempestate & impetu belli, vel etiam in fortunio quodam alio impendente, ne Reipub. status aliquo modo conuertatur, aut etiam periclitetur. Cæterum Delphinum anchoræ illiyatum pro insigni & stemmate publico gesserunt olim nonnulli Principes & Imperatores laudatissimi, ut Augustus Cæsar, T. Vesp. sian. Seleucus & Nicanor: nostrisque saeculo Ald. Manutius, nobilis apud Venetos typographus, quade re est elegantissima παρέκβασις in Prouerb. Festina lente, apud Erasmiūm. nostris etiam temporibus Gallici imperij Thalassiarachus, id est, Admiralius, insignie hoc circuifert, ut nuper laudatus ille nostrorum patrui ætate Philippus Chabotius. In scuto Ulyssis Delphinum depictum fuisse scribit Plutarch ad finem disputationis, qua querit, Vt̄ra animalium plus rationis habeant, an terrestria, an aquatilia. Apponam & id Xenophontis εἰς ἀπομνημονίαν, vbi facit Socratem disputantem cum Dionysiodoro: Quam ob causam, inquit, Homerus appellat Agamemnonem πριμάρα λαῶν; nisi quod ut pastor suarum ouium curam habere debet, quo habeant quae sunt ad victimum necessaria; sic etiam Principem curare est neceſſe, quæ populo expediantur. Non enim tantum laudatur Agamemnon ut xερτῆρος αἰγυπτίος, sed maximè ut Λασιθεὺς αἰγαθός, qui non se modò bene regeret, sed etiam suis felicitatis causa efficeret. Οὐδὲ Λασιθεὺς εἰρηται, εἴ τι οὐτε τὰ κακὰ ἐπιμελεῖται, αλλ' ισχὺ οἱ Εἰρηνεύοις διὰ τὸν τεῦ περίτεστος: Rex non elegitur ut sui curam habeat, sed ut per ipsum qui eum elegerunt, in felicitate viuant.

Titanes fratres. Venti, qui Titanes dicuntur, à patre Titane, *Titane*. Saturni fratre, Gigantes robustissimi, qui pro ventis usurparuntur à Poëtis.

miseros.] Epitheton conueniens, ut illud est Lucani lib. 8.
— *miseros salutis nautas*

Sidera non sequuntur —

Anchora iacta iuvat.] Propterò anchoram sicutam soluere. *Anchora*. Fuit autem anchora præsidij & salutis typus. Pierius lib. 45. quigh Hierogl. Ad gloriam & felicitatem retulit Pindarus 6. Istamiorum: Si quis, inquit, hominum sumptu & labore diuinas virtutes exequitur, Deus illi amabilem gloriā præstat, &

Delphinus
illiyatus
anchora.

Anchora
Thalassiaro-
ch: Galliæ.

Præclarus
locum & no-
phonitis.

θόναρος ὁ λέγεται καὶ κωνστάντιος δέοντος: id est, Felicitatis iacit anchoram diuino honore auctus. Quid si huc resuocemus aureum Plutarchi monitum ē vita Solonis: quo loco dicit, Senatu velut anchora firmat quietatem? Memini, & Euripidem in Hecuba, Polydorū gentis familiaeque suae anchoram nominare, οὐ μόνον οὐκων αὐγωνεργότερον: qui tantus solus genetis superest anchora nostri. Aristides oratione Panathenaica prima, dicit Graecos omnes sibi visos fuisse importu quodam duabus nixos anchoris, quasi gemino fulto præsidio.

Appendix.

Princeps subditorum in columitatem procurans. I præclara γνώμη, cui simile illud ex Spartiano, sèpè numero in concione & senatu dixisse Cæsare in Adrianum, ita se Remp. gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam. Et Capitolia. Antonius Fio huius primæ hoc fertur, quod cùm ab uxore argueretur, quasi suis patrum relicturus dixit, Sulta, postquam ad imperium transiimus, & illud quod habuimus ante perdidimus. Elogium & hoc veridicum Traiani ex Plinio lib. 3. epist. 20. Sunt quidem cuncta sub unius arbitrio, qui pro utilitate communis solus omnium curas, laboresque suscepit. Idem panegyrico magnificens: Bona conscientia principatum sibi delatum acceptat, qui nos nisi animæ seruandi illud accepit, & quem ipsius Reip. utilitas & vox ad illud arcessit, non sua idem ibidem: Quod precatus es, ut illa ipsa ordinatio comitiorum besie ac feliciter eueniret nobis, Reipub. nonne tibi tale est, ut nos hunc ordinem votorum comitiere debeamus: Deos denique obsecrare, ut omnia quæ facis quæque facies, prosperè cedant tibi, Reipub. nobis: vel si breuius sit optandum, ut vici tibi, in quo & Respub. & nos simus. Cicero 8. Philipp. O dij immortales, quæ magnum est personam in Repub. tueri principis, quæ non animis solùm debet, sed etiam oculis servire ciuium! Illud Iloçrateum pérplacet ad Nicoclem, regem Cypriorum: οὐδὲν αὖτον γένειν οὐκέντα τὸ πολλῶν, ἀλλὰ πολὺν οὐτε τριπλασίον, μητιν αυτιν γνώμην εἴχεν τοῖς αἱλοις μηδὲ τει πεισται τὸν θραυματῶν, μηδὲ τους εἰς διερονοῦτας τὸν αἱρεπον ταῖς ιδογοῖς εἰπεῖγεν, διλέγει τὸν θραξεῶν τὸ γεντιμων αὐτοῖς δοκιμάζει. Oportet existimes te non unum ex multis, sed multorum principem existentem, non tuam ipsius habere mētem cum alijs; id est, aliorū inservire,

affectibus debere, neque honesta consilia, neque recte sentientes homines voluptatibus estimare, sed utilibus actionibus probare.

*S*anctag; iudicibus credit a iura bonis. Bonus princeps similes sui iuridicos & magistratus amplexatur, ut simile simili gaudeat alioqui non caret culpa qui hominum improborum opera virtutur ait Iuriscon. Exemplum in Alexandro Seuero apud Lampridium, in Cocecio Nerua, apud Aurel. Victorem, idem in Traiano, & in Theodosio, ibi sagax, multumque diligens ad cognoscenda maiorum gesta: e quibus non desinebat exsecrari quorum facta superba, crudelia, libertati infesta legerat, ut Cinnam, Marium, Sullamque, atque universos dominantium, &c. Bene Claudian. 2 de laudibus Stiliconis,

— non te gorges corruptior ari

*T*raxit ad exemplum: quod iam firmauerat omnis

Crimen, & in legem rapundi veteras usum. post;

— non obruta virtus

*P*aupertate latet, lectos ex omnibus oris

*E*nchis, & nunquam meriti cunabula queris,

*E*t qualis non undatus, sub teste benigno

*V*isitatur, egregios inuitant premita mores.

Magnificè Plinius panegyrico: Per magnum quodd te ab omni contagione vitiorum reprimis, ac reuocas: sed magnificètius, quod tuos. Quantò enim magis arduum est alios præstare, quam se, tanto laudabilius quod cum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. Tu amicos ex optimis legis, & hercule æquum est esse eos charissimos bono principi, qui inuisi malo fuerint.

In Senatum boni Principis.

EMBLEMA CXLIV. Dialogismus.



EFFIGIES manibus truncæ ante altaria diuina

Hinc resident, quarum lumine capta prior.

Signa potestatis summae, sanctique Senatus

Ih bani fuerant ista reperta viris.

Cur resident? quia mente graues decet esse quiete;

Iuridicos, animo nec variare leui.

Cur sine sunt manibus? capiant ne xenia, nec se

Pollucis fleti muneribus; ve sinant.

Cæcus ar est Princeps, quod solis auribus absque

Affectu, constans iussa Senatus agit.

Dagalma Iudicum Thebanorum è varijs auctòribus peti
posse scio. Certè Plutarchus attigit libro de Iside & Osiride;
quod idem Sermone 44. Stobæus retulit ex eodem Plutar-
cho, his verbis: ἐν δικαιούσι καὶ οὐδὲν αὐτοῖς πράγμα
ἀχρήστες, οὐδὲ τὸ αἴρεσθαι μέτρα τοῖς οὐρανοῖς, οὐδὲ προπο-
λευτικούς στόλους καὶ αὐτοτάξιον βοσκού, id est, Thebis
imagines conspicuntur Iudicum, manibus carentes: at sumi-
mi Iudicis imago conniunct oculis: eò quòd iustitia nec mu-
neribus capi, nec hominum vultu flecti debeat. Alciatus ipse
Oratione quadam in laudem Iuris ciuilis hęc ait: Chrysippus
Iustitiae imaginem ita expressit, ut puellari virginis forma,
aspectu vehementi, luminibus oculorum aterram conspi-
ceretur, quòd videlicet iudice in corrupto iudicio, sanctū,
seuerum, contra improbos inexorabilem, vi ac maiestate æ-
quitatis, veritatisque terrificum esse oporteat. Quapropter
memoria est traditum, magistratum statuas à Thebanis ita
solere formari, ut sine manibus essent: Principum vero clau-
sis oculis, nimis etiam eam iustitiae naturam esse ostendentes, ut
incorrupta sit, nec pretio preciblissime, aut alienę vlli cupiditati,
cedat. Non verebor in usum rapere meum quę retulit auctor
industrius, multaque lectionis, Alexand. ab Alexand. lib. 3.
Thebani, inquit, ut incorruptam iustitiam signarent, nec va-
riari gratia, Iudicum imagines sine manibus, Principis vero
sine oculis in foro proposuere, ut signis ostenderent, Iudices
affectibus capi non oportere, caussaque definita damnatos
vnde simuiris pœnis afficiendos tradebant. Certè legibus
diuinis & humanis iudices à muneribus capiundis abstine-
re debent: iccirco hic trunca manibus pinguntur. quod non
prætermisit Pierius lib. Hieroglyph. 35. Præses ipse captus
est oculis, ne affectu quodā moueatur. siquidem, ut ait Cicero
Officiorum 3. neque contra Rēpubl. neque contra iusurā-
dum ac finē amici caussa vir bonus faciet, ne si iudex quidem
erit de ipso amico. Ponit enim personam amici cum induit
iudicis. Nam si omnia facienda sint, quae amici vellint, non
aracitiae tales, sed coniurationes putandæ sunt. quo circa
non oculis vtratur, sed auribus, ne citō moueatur: & cum
ipsi dicenda est sententia, meminerit se Deum habere te-
stem, id est, mentem suam, qua nihil ipse dedit homini diui-
nius. Adhac omnes sedent, quod animus eorum debeat Cir sedent
esse optimè compositus, nec hinc atque hinc aesti, quod est indices
leuitatis: sedendo etenim & quiescendo stranima prudens,

ait Philosophus. Eustathius ad Iliad. ζ. notat statuas Miner-
væ olim omnes sedentis specie fieri solitas. Interdum enim
sedere idem est quod consilium capere, ut apud Plautum is
qui nimio plus sapere se sedentem assertit. Vulgatumque est
illud, Romanus sedendo vincit, id est consultando. Piætius
libro 43. Lubens hoc referrem quæ de iustitiae iunctione olim
a Carneade expressa Gellius adnotauit lib. 11. c. 4, sed quia li-
ber est in omnium manibus, facile transeo. Velim potius id
obseruiri diligenter, quæ concisè lib. 14. Histor. var. scriptio
Ælian. Olim ipud Ægyptios eodem fuisse iudices, qui sa-
cerdotes erant: quorum Princeps natu proximus in omnes
statuendi ius habebat quem omnium optimum atque æquis-
timum esse oportebat. Is circa collum imaginem è sapphiro
gemma confectam gestabat; quæ Veritatis nomine huncu-
pabat. Atqui, ait ille, Iudex veritatem non tam in lapide
sculptam aut expressam circumferre, quam in animo menté-
que insitam & infixam habere debet.

Sedere quidlibet orat. Sed quo, inquit, facilius sermo explicetur, sedentes si
videtur agamus. Cum id placuisse illis, tum in propatulo
consedimus. Hæc ille Personæ Dialogorum sedere vel dicu-
tur, vel intelliguntur: Dicuntur quidem in libris Oratorijs in
quæst. Acad. in lib. De nat. Deorum, in Phædro Platonicō:
Intelliguntur libris De finibꝫ quatuor, in Lælio, in Catone,
Judices cur & multis Platonis dialogis. Ceteri M. Tullius videtur semper
sedentes. ambulare, cum Peripateticum agit, ut s. De finib. 1. De diui-
nat. 1. De lezib. alijs, vt Academicum, vult sedere, quo signi-
ficerit aliquid stabilius disseri. Constat ex veteribus iudices se-
dere solitos, cum quid statuendum esset. Ita enim Justinianus
in Nouella 8. De iudicibus: Scdebunt autem, ait, hi pedanei
iudices continuū & nunc in regia basilica, in quibus & tunc
domunculis iudicant, &c. Idem in Nov. Ut ab illustrib. & qui
super eam dignit. Secundum quod, ait, datum est eis super
hoc priuilegium, ne cogantur aut sedetur cum iudicibus cum
iudicant, aut stare rursus tamquam litigantes. Marcianus l. 7
D. Quod met. caus. Confestim autem pro tribunali te seden-
te adjicit sic in l. 2. D. Ad senat. Tertyll. sedere dicitur Prætor
Confestim autem sic erit accipiendum. Vbi primum potuit, id
est, Prætoris copiam habuit huic rei sedentis. Et in l. 7. D. De
in integ. restit. Confestim autem pro tribunal te sedente adjicit
Bonifacius in cap. fin. Desinent & re iudic. in vi. Sententia

ait, quam scriptam edi, à iudice litigatoribus non recitari, vel
quam ab ipso stando, non sedendo proferti contigit, nullius
penitus est momenti. Gellius lib. 7. De Scipione: Et quodam
die, ait, ius in castris sedens dicebat Plinius libro 5. Epistol.
Sedebant iudices, centumviri venerant, obseruabant aduo-
cati, silentium longum, &c. Cicero Pro Rabir. Accusaui de
pecunijs reperundis, iudex sedi. Ad hanc verò rem Plautus in
Mostellaria:

Nimio plus sapio sedens.

quia mente graues.] Huc illa Callistrati verba aptanda, quæ
habentur l. 19. D. De offic. Presid. Sed in cognoscendo, ait,
neque excandescere aduersus eos quos malos putat. neque
precibus calamitosorum in lacrymari oportet. Id enim non
est constantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus de-
tegit, hæc ille.

capiant ne xenia.] Prohibetur enim 1. & 6. Deuteronomij, Munera nō
Ecclesiast. 42. & Proverb. 24. multisque alijs in locis. Refert
Plinius 8. Epist. Iulium Bassum accusatum repetundarū, quod in
Bithynia quædam munera ab amicis prouincialibus acce-
pisset. Lex enim dona & munera à magistratibus accipi, imò
verò & quid emi vetat, nisi vietus quotidiani caussa. Hoc tā-
mē addamus sicut. Non in totum xenijs abstinerè debet Pro-
consul, (ait Vlpian. in 1. 6. de offic. procons.) sed modum adij-
cere: ut neque morose in totura abstineat neque avarè modū
xeniorum excedat. quæ de re verba hæc sunt Seueri & Anto-
nnini: Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus. Verus
proverbium est: οὐ πάντα, οὐ πάντα, οὐ πάντα.
Nam valde inhumana est à nemine accipere, sed passim vi-
lissimum est, & per omnia auarissimum, &c. Qua ratione Plin.
epistol. 5. ad Seuerianum, ait in causis agendis & exercendis
iudicijs non modò pactione, dono, munere, verū etiam
xenijs se semper abstinxisse, ubi recte subiicit oportere quæ
sunt inhonesta, parūmque decora non quasi illicita, sed quasi
pudenda vitare. Sic Spartan. tradit Pescennium Nigrum sa-
laria iudicibus è publico dari voluisse, ne cui essent oneri: ad-
ieciisseque, iudicem nec dare debere, nec accipere.

Cecus ap est Princeps.] Oculus in Hieroglyph. progratia, seu,
vt ita dicam, fanore usurpat, vt tradit lib. 33. Pierius. Non
est quod suspicionibus aut cōiecturis aliquid vspiam tribuat
ipse iudex, nec litigantium verbis hæreit, sed probationibus
manifestis veritatem inuestiget. Quod elegati complexus est

V u. iiij.

monosticho Poëta nescio quis:

unse dixiu dirigos, apiv duosis iudicis auctoritatis.

Ne de lité pronuncies, nisi vtramque partem prius audieris. Decretum id dicitur propriè quod causa cognita pronuntiatur à iudice: nec enim decretum dici potest nisi vtraque audita parte. Tertullianus Apologeticus: Respondendi, altercandique potestas patet, quando nec liceat inauditos & indefensos omnino damnari. Huius conuenit l. i. Cod. de condemn. reis: & veterum consuetudo qui reos nisi auditos condemnabant, quoniam qui auditi non essent, pro indemnatis habebantur, ex Lvcurgi legibus; vt tradit Val. Max. cap. De sapienter dictis & factis. Triptum id e Solonis elegijs:

apxwv dpxis xj dixias n' dixas.

Magistratum gerens audi & iusta & iniusta.

quod solis auribus assque Affectu.] Memini legere me, Athenienses iudic: a de cedibus habituros, ad Areopagum, Martis vicum, ire noctu solitos: ijsque qui causas dicerent, affectibus abstinentium suis estatur Isocrates Areopagitico. Nolebat enim iudices miserabilium personarum intuitu vocisque lenocinio, quod magnas ad flectendum perturbandumque vires habet, commoueri. Longè alia Romanorum consuetudo fuit, qui quo cunque modo iudices ad iracundiam vel misericordiam flectebant: quod Cicero facere solet in perorationibus. Celebre est exemplum Sergij Galbae, qui reus à Libone trib. pleb. accusatus quod prætor contra fidem Lusitanos quosdam interfecisset, cum nihil haberet quo se purgaret, paruos suos liberos flens commendare coepit: quo facto ita iudices permouit, ut nihil in eum grauius statuerint. Hanc rationem producendi reorum liberos Fabius lib. 6. ca. 2. mémorat, vt & Val. Max. 8. cap. 1. eamque ter usurpatam memini à M. Tullio, nempe pio Flacco, pro Sylla pro Sestio. Idem in Plancianas sic: Non opibus contendō, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lachrymis, sed misericordia: mecumque vos simul miserimus & optimus obtestatur parens: & pro uno filio duo patres deprecamur. pro Fontcio: Tendit ad vos virgo vestalis manus supplices easdem, quas pro vobis Diis immortalibus redere consuevit: cayete ne periculosem superbumque sit, eius vos obsecrationē repudiare, cuius preces si Dij asperarentur, hęc salua esse non possent. Quibus ex locis intelligimus quam graues illae motuum faces admoueat, vt iudicium animos ad lenitatem & misericordiam impellat.

Appendix.

Cur sine sunt manibus?] Apud Gratianum sic: Citò vulnera-
zurauro iustitia, nullamque reus culpam pertimescit, quam
redimere nummis existimat. Pauper dum nihil habet quod
offerat in iudicio, non solum non contemnitur, sed etiā ad-
uersus veritatem opprimitur, i. q. 3.

*Vel prece, vel pretio maiè verum examinat omnis
Corruptus iudex,* — ait ille.

quod solis auribus absque Affectu.] Plinius Secund. 6. epist. 2.
Primum religioni suæ iudex debet patientiam, quæ magna
pars iustitiæ est. Tullius ad Q. fratrem, i. epist. Constantia
est adhibenda & grauitas, quæ resistat non solum gratiæ, ve-
rū etiam suspicioni. Vlpian. I. C. ijsdem insistens vestigijs,
I. generaliter, 2. 4. D. de fideicommiss. libertatib. Ne aliquam,
ait, ambitionis vel gratiæ suspicionem Prætor habeat.



Consiliarij Principum,

EMBLEMA CXLV.



HEROV M genitos, & magnum fertur Achillem
 In stabulis Chiron eruditiss suis.
 semiferum doctorem, & semiuirum Centaurum.
 Absideat quisquis Regibus, esse decet.
 Est fera, dum violat socios, dum proterit hostes:
 Estque homo, dum simulat se populo esse pium.

*Chiron
Centaurus.*

C Hiron Centaurus Saturni & Phillyræ filius (inde Phil-
 lyrides à Poëtis dictus) superiore sui parte homo, equus
 inferiore, datus creditur Achilli pædagogus sub quo discipli-
 nas liberales exciperet. Ut enim ait Homerus, fecit eum ora-
 torem verborum, factorem rerum id est,

Si satne uolu rati tanta

mu das te fntis e mu u, mnu ntu et te e p yav.

Ferina in Chirone natura varijs modis exponi tur à Mytho- *Terira chi-*
lo- gis sed hic notantur maxime Principum Regumque cōsi- ronis natu-
larij, qui ferinam quidem & plusquā belluinā naturam te- re quido.
ferunt, cūm suo principi praua consilia suggestunt, vt popu-
lates suos pecunijs emungāt, vel suo commodo, Reipub. pro-
curent incommodū. Speciem humanitatis habent; cūm iu-
sticie & pietatis imagine populū sibi deuinciunt. Quod iti-
dem explicatum est ab ipso Alciato lib. 9. Parergon cap. 13.
his omnino verbis: In Grecis auctoriibus annotauit à Chiro-
ne Centauro Achillem, aliósque Regum filios eruditos fuis-
se fingi, quād soleant doctores & consultores Principum na-
tura quidem feri te, & promptum ad alspetiora ingenij ha-
bere: humanitatem verò in specie tantum præ se ferre. Idem
dīspusat Macciauelli, auctor Italus (de quo quid ego cum *Maccianel-*
alijs multis in rotum sentiam, nihil habeo dicere, nisi quād *linus Italus,*
existinem eum in ciuilibus negotijs alioqui perspicacem, &
magni certe ingenij virum, sed in quo tamē parum aut nihil
planū fidei eset & verē religionis, vt eius scripta quādā te-
stantur.) ille itaque feret sic disserit c. 18. eius libri, quem de
Principe lingua sua edidit Primùni quidem Principi fidem
hosti & alijs eu. in quibus rem habet seruandam esse dicit, sed
ea tamē legē, ne sibi noceat. Si quid enim noxæ importatū iri
ob si tem dāta Princeps metuat, ei suadet ad fraudem & astus
esse recurrendū Docet perspicuū concertationem omnē le-
gibus vel fraude institui atq; perfici: has quidē em hominū
e te, hanc verò belluarum. Sed quia interdūm leges non satis
esse firmæ ac stabiles videantur, inclinandū animū ad do-
los ille præcipit: Principem enim decere, vt humanam &
belluinā naturam præ se ferat, quod à veteribus figmento
quodam expressum notat in Achillis educatione, quem à
Chirone Centauro institutum tradunt, vt significarent Prin-
cipem quemcumque hic natura duplici præditum esse debe-
re. E belluis autem duas in primis proponendas. Leonem
nempē & Vulpem: illum quidē viribus, hanc astu & vafri-
tie petmultum valere: illum, vt incautus est, non rarō se in
retia temeriter coni, cere: hanc, quia non satis virtum habeat,
fallacijs vti. Quibus argumentis, parum quidem Philosophicis,
ne dicant impijs, Principem eum qui res magnas & periculosas aggrediatur, easque tutō ad exitum perduce-

se velit, fraude instructissimum esse debere, docet non tam
πολιτικὸς ἀνὴρ, quām ἀθεος. Huc ferè pertinet Ciceronis il-
lud ex primolib. Offic. Duobus modis fit iniurja, aut ei, aut
fraude: fraus quasi vulpeculae, vis leonis videtur: sed fraus
odio digna maiore.

Magnico- - genitos.] liberos.

gnomen - *magnum Achillem.*] Diximus in superioribus, Magni cogno-
quibus tri- men pauca quibusdam, & ijs illustribus, tributum esse, ut
butum. Alexandro, Pompeio, & alijs. Plutarch. in Pompeio.

Centauri - *Semiferum Centaurum.*] De Centauris ea mihi minimè repe-
qui: tendasunt, quæ studiōsē tradit Palæphat us eo, quem scripsit,
libro De nō credendo fabulis. Id dumtaxat è Plinio, lib. 7. c.

36. Pugnare, inquit, ex equo, Thessalorum inuentum est, qui
Centauri appellati sunt. hinc nata fabula; quod biformes di-
cantur, siq[ue]is ab Isocrate, inferiori parte referentes equum,
superiore hominem. Dicuntur autem Centauri, κένταυροι,
stimulatores, ἄχεντάω, stimulo. sic enim. & ιπποκένταυροι,
equorum stimulatores Luciano nominantur. id est, equites,
nec modò qui vehuntur equis, sed qui sunt assueti prædis:
quales sunt & aulici permulti, & alij quidam reguli; vt & vi-
cani illi præfecti qui apud nos honorificè nomine Gentiles
homines appellantur, ij sunt quos Obæreos vel potius Obæ-
ratos (nescio quam ob causam) urbana petulentia nominat.
Aliunde dicit etymon centauri Tzezes 7. Chiliad. Historia
99. nimirum à κένταυροι, sed nihil ad hoc nostrum ar-
gumentum.



Opulentia tyranni, paupertas subiectorum.

EMBLEMA CXLVI.



HUMANI quod sphen est corporis, in populi re.

Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.

Splene aucto reliqui tabescunt corporis artus.

Fisco aucto arguitur ciuica pauperies.

Similitudine ostendit opulentiam tyrani, caussam esse subditorum inopiae. Ut enim in corpore humano si spleen sit auctor & tumidior, tabem & maciem cæteris partibus inducit. Rationem adferat Aristot. in Problem. Quod splen multam ad se trahit materiam quæ cedere debebat in alimentum, constat enim, ait ille, homines partu splenis pingues effici. Spleen autem viscus est in sinistra animalis parte, succos ad se attrahens crassos & melancholicos in hepate genitos. Lien quid
& eius
officium

Latini vocant, de quo Galenus lib. 4. De vsu partium cap. 15. Id verò Traiani Cæsaris apophthegma fuit, siquidem fiscum
 hinc appellabat, quod eo crescente reliqua membra tabes-
 cent. Magno certe regni & Reipubl. malo Prnceps auarus
 nascitur, cui nimirum census publici, & vectigalia plus & quo
 placeant, quo sit, ut miserrima plebecula cogatur ad egesta-
 tem & extremam pauperiem, cum tyrannis in suorum polles-
 sionem violenter irruit eorumq; peculium depeculatur. Cer-
 tamen à doctis illud Tiberij celebratum est: Boni pastoris esse
 tondere pècùs, non deglubere. Quo damnabat ty: annos il-
 los *duos*, qui suis abradunt quicquid possunt, & sic im-
 portunus in fiscum suum cōvertunt, ut à misera plebecula
 non pellem modò, sed & carnes ipsas detractas velint. Ean-
 dem sententiam, sed alijs verbis expressam ab Alexander Ma-
 xeder Ma-
 sed, certe
 vid tur po-
 tius ale
 xander Se-
 verus.
 Vide an
 fuerit Ale-
 xander Ma-
 sed, certe
 vid tur po-
 tius ale
 xander Se-
 verus.
 Locus pre-
 clarus ē
 Cassiodoro.
 Engrāvūr ēntēp̄vov tu m̄a x̄ava, Olitorem odi qui radi-
 citus herbās conuellit, atque ab ima stirpe arbores excidit.
 Artaxerxes Longimanus dictabat, Addere quām auferre
 magis esse régium: Ptolemæus Lagi filius, Ditatē quām di-
 tem esse, conuenientius Principi: Notum illud, Lūcri ho-
 nus odor ex re qualibet. Sed ad illustrandum d'argumen-
 tum, conferre placet alia quædam. Theodericus scribens
 ad Marcellum Aduocatum fisci, apud Cassiodor. Variar.
 lib. 1. Epist. 22. Non quoties superes, ait, sed quemadmo-
 dum vincas inquirimus: non quæras de potestate nostra,
 sed de iure victotiae: quando laudabilius à parte fisci perdi-
 tur, cūm iustitia non habetur. Nam si dominus vincat, op-
 pressio: inuidia est: æquitas vero creditur, si suppli-
 cem superare contingat. Et lib. 4. Epist. 37. Clementia
 fiscalium tributorum iustissimo sunt pensanda iudicio:
 quia feruentium imminutio est huius illationis accessio,
 quantumque pars illa proficit, tantum se hæc à firmitate
 subducit. Sed à nobis, qui fisci utilitatem stabili volum-
 us diuturnitate consistere, excludenda est dispendiosa
 semper enormitas, ne augmento suo tuimens summa deficiat,
 incipiaturque magis deesse, quia immaniter visa est accre-
 uisse. Rectè itaque idem Cassiod. lib. 1. Fit interdum caussa
 mala fisci, ut bonus Princeps esse videatur. Raro enī

ut eiusdem Cassiodori verbis utar) utrumque sub admiratio-
 ne perfectum est, ut & fiscus cresceret, & priuata utilitas nul-
 la damna perficeret. Ex Alciati lib. Patergōn 8.c. 6. notanda:
 hæc Pliniana ex Panegyrico ad Traianum: Quæ præcipua
 tua gloria est, sæpè vincitur fiscus: cuius mala caussa num-
 quam est, nisi sub bono Principe. Julius Capitonus in M.
 Antonini vita: Fisco in caussis compendij numquam iudi-
 cans fuit. Eutropius & Sextus Aurelius in Constantij, seu
 Juliani vita: Pompeia Plotina; incredibile dictu est quantum
 auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores cùm calumnijs
 provincias agitarent, adeò ut viñus ex ijs diceretur locuplet-
 tum quemque ita conuenire. Quæ habes? pone quod habes:
 illa coniugem corripuit, atque increpuit, quod gloriæ suæ
 esset incuriosus, talemque postea reddidit, ut exactiones
 improbas detestans, fiscum liensem vocaret quod eo cres-
 cente reliqui artus tabescunt. Et hæc quidem bonorum
 Printipum exempla sunt. Haec tenus Alciatus. Ad illustrandū
 hoc tyrannicę rapacitatis argumentum pulcher se se mihi lo-
 cus offert ex Ammiano Marcellino, ut sauitiam auaram Va-
 lentiniani exagitat. Auiditas plus habendi, inquit, sine hone-
 sti prauique differentia, & indagandi quæstus varios per alie-
 nae vitæ naufragia, exundauit in hoc principe, flagrantius a-
 dolescens; quam quidem prætententes Imperatorem Aure-
 lium purgare tentabant, id affirmando, quod vt ille post
 Galienum, & lamentabiles Reipub. casus exinanito æratio
 torrentis ritu ferebatur in diuites: ita hic quoque post procin-
 etus Parthici clades magnitudine indigenis impensatum ut
 militi supplementa supppererent, & impendium, crudelitati
 cupiditatem opes nimias congerendi miscebat: dissimulans
 scire quod sunt aliqua quæ fieri non oporteat, etiam si licet.
 Te mistoë illius dissimilis qui cum post pugnam, agmina-
 que deleta Persarum, libenter obambulas armillas aureas vi-
 disset humi proiectas, & torquem: Tolle, inquit, hæc ad co-
 mitum quandam prope astantem, tu qui Themistoles non
 es; non quodlibet probaris in duce magnahimo lucrum. Hu-
 ius exempla continentię in Romanis exuberat ducibus: qui-
 bus omissis, quoviam non sint perfectæ virtutis iudicia (nec
 enim aliena non rapere laudis est; vnum ex multis constans,
 innocentiae vulgi veteris specimen ponam. Cum proscriptio-
 rum locupletes, domos diripiendas Romanæ plebi Marius
 dedisset & Cinaa vulgi rudes animi & humanae soliti respecta-
 Romani
 continuerunt
 manus à
 bonis pro-
 scriptoribus
 cunctis bellis
 tempore,

Lib. 2. T. 163

Lucus ex

Alciati

Patergo.

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

re, alienis laboribus perceperunt, ut nullus egens reperiatur aut insimus, qui de ciuili luctu fructum contrectare patetur sibi concessum hactenus Amm. apud Cassiodorū epistola est Theoderici Gothorum regis ad senatū vrb. Ro. qua Venātium laudat honore donatū Comitiū, mōxque præfectum Prætorio, qui sic principis fisco cōsuluit, ut nihil priuatis videretur offecisse. Sensimus auctas illationes, inquit, vos addita tributa nescitis. Ita vtrumq; magna fuit admirationis, quod fiscus cresceret, & priuata vtilitas nulla damna perferret.

Fiscum. quid. Fiscum.] Fiscus, receptaculum nummorum est, propriéque principis, l. i. §. hoc interdicū, D. ne quid in loco publ. Res fiscales, ait Vlpian. quasi propriæ & priuatæ principis sunt: à fiscis, id est sportulis, vt apud Asconium 2. Verrina, quæ nummorum receptacula sunt ad maioris summæ pecunias capie das. Hinc confiscare deflexum verbum, pro deferre ad fiscū principis. Et apud Sueton. in Augusto cōfiscata bona, quæ fisco sunt ad iudicata. Aerarium vero publicū est, populiq; Romanī, quod Plinius Iunior testatur in panegyrico.

arguitur ciuica pauperies.] Constans Imperator Romanus dicebat opes publicas melius à priuatis pluribus haberi, quām intra vnum Principis claustrum reseruari. Nec alienum est ab eo quod ad Nicocle scripsit Isocrates: ομητον εσω inquit, οι τοι καλως εασιλευειν, εαν τοις αρχαιοις οργησ ευπορωτεροις και σωρρονεσ εροις γενομηνοις δια την στην επιμελειαν: Arguitum hoc tibi sit imperij recte honesteque administrati, vbi videris eos, quibus præs, tua diligentia curaque locupletiores & ditiores factos.

Appendix.

Benè Iurisc. in l. non puto, D. de iur. fisci. non puto eum delinquere qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facile responderet. Certè iuris auctores vix fisci compendijs indulserunt, vt neque principes boni. Sic Isocrat. ad Nicoclem: ομητον εσω της καλως εασιλευειν, εαν τοις αρχαιοις οργησ ευπορωτεροις και σωρρονεσ εροις γενεραιοις δια την στην επιμελειαν. hoc tibi signum sit imperij recte administrati, cum subditos habueris locupletiores, & modestiores ex tua ipsius solitudine. In Autent. vt iudic. sin. quoq. suffrag. Expedit Reipub. subditos esse locupletes. & imperium, fiscusque abundabit, si subditos habuerit fortunatos.

Quod

Quod non capit Christus, rapit fiscus.

EMBLEMA CXLVII.



EXPRIMIT humentes, quas iam madefecerat ante
spōngolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad summum fures, quos deinde coeret,
Vertat ut in fiscum que male parta suum.

Principes auari eos publicis & maximis functionibus
præficiunt, quos ingeniosos & strenuos esse norunt: qui
sialiquando ad rem plus æquo attenti publica in priuatum
transfundant (quales potissimum solent esse qui fisci rationes
tractant) ita ut populum & regiones in quibus negotiū prin-
cipis agunt, vel tributa cogunt, expilent, se penumerò dam-
nantur capitisi: malèque parta bona fisco addicuntur, adeò ut

*Commentis
Principum
auarorum.*

sint tamquam spongiæ, quæ pro arbitrio nunc humectantur aut arescunt. Exempla quamplurima sunt in monumētis antiquitatum, sed & in nostris Galliæ annalibus; quæ non placet hoc adducere vel quòd peruria sint, aut quòd ea scribendi libertas quosdā offēderet, Satis est si subijciā quod Suetonius de Flavio Vespasiano scripsit. Solus est in quo meritò culpetur pecuniæ cupiditas, inquit: nō enim contentus omissa sub Galba vestigalia reuocasse, noua & grauia addidisse negotiæ quoque vel priuato pudēdas propalam exercuit. Creditur etiam procuratorū rapacissimū quemque ad ampliora officia ex industria solitus promouere: quò locupletiores condemnaret quibus quidem vulgò pro spongijs dicebatur vti, quòd quasi & siccis madefaceret, & exprimeret humentes. æterum heminē latere velim epigraphen huius tetta-stichi tractam esse ex causa 16. q. 7. can. Maiores. sic enim scriptum: reperio: Maiores nostri ideo copijs omnibus abū-dabant, quia decimas Deo dabant, & Cæsari census redde-bant modò autem quia discessit deuotio Dei, accessit indi-ctio fisci Nolumus partiri cum Deo decimas, modò autem tollit totum. Hoc tollit fiscus, quod non capit Christus.

Principis arcta manus.] Alludit ad illud Ouidianum:


An nescis longas Regibus esse manus?

Prouerbium, Longæ Regum manus. fortè non malè, arcta manus sumitur pro auara & rapaci.

Prouebit fures.] i. depeculatorum. Furum enim nomen gene-ris est. Peculatorum crimen notum in iure.

Principis clementia.

EMBLEMA CXLVIII.



*V E S P A R V M quod nulla unquam Rex spicula figet,
 Quodque alijs duplo corpore maior erit;
 Arguet imperium clemens; moderataque regna,
 Sanctaque iudicibus credita iura bones.*

VEsparum vocabulum pro apum nomine h̄c summi *xate*. *Vesp̄e pro
 apibus abusine.*
Xeniskōs docti quidam homines coniiciunt. Alij non
 minus erudit̄ citra figuram id scribi arguunt. Harum itaque
 h̄c natura est, ut quem sequantur, Principem habeant aliis
 proceriorem, & quasi honore potiorem, qui quamquam *iura*
 imperium in alias habeat, aculeo tamen caret. quod his te-
 statut̄ verbis Basilius homilia 8. in Hexaēmeron: δὲ κέρδη
Apum nā

τῷ διοικεῖ μηλισῶν, ἀλλ' εἰς χῆται τέτω πρὸς θύματα. νόμοι
πνεῖ εἰσὶν εἰς τὰς θύσεις αὐγεστοι, αργεῖς εἰναι προσ-
γιαν τοὺς τοῦ μεγίστου δώματοις ἐπιδιονυτας. id est, Regi
apum aculeus est, sed et ad vlciscendum non utitur. Sunt hæ
naturæ leges non scriptæ, ut quisque maxima est potētia pre-
ditus, ita tardum ad puniendum esse oportere. hæc Basil. Ea-
dem ferè retulit D. Ambros. Hexaëmer lib. 5. cap. 20. Ælian.
historiæ animal. 1. & c. Dio Chrysostom. Orat. de regno 4.
Sed audiamus Principem Stoïcorum Senecam. Sic enim lib.
De clementia: Maiorem potestatem non oportet esse noxiā,
si ad naturæ legem componitur. Natura enim commenta est
regem, quod ex alijs animalibus licet cognoscere, & ex a-
pibus, quarum regi amplissimū cubile est, mediisque ac tu-
tissimo loco. Et ibid Præterea insignis Regi forma est, dissi-
milisque ceteris, tum magnitudine tum nitore. Hoc tamen
maxime distinguitur. Ira unndissimæ, ac pro corporis captu
pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt: Rex
ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec sanguinem esse, nec
vltionem magno constatarim petere, telumque detrxit, &
iram eius intermem reliquit. Exemplum hoc magnis Regibus
ingens est. Est enim illi mos exercere se in paruis, & inge-
nium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis a-
nimalibus non trahere mores, cum tanto hominum mode-
rator animus esse debeat, quanto vehementius nocet. Ut
nam quidē eadem homini lex esset, & ira cum telo suo fran-
geretur, nec saepius liceret nocere quam semel, nec alienis vi-
ribus exercere odia, hæc ille. Et hoc optimo Principi sym-
bolum propositum est, ut inter alias virtutes, quibus opus ha-
bet ad suę Reipubl. administrationem, nihil animi moder-
atione habeat antiquius. Etenim eius auctoritas & agendi fa-
cultas, etiam si maior sit quam in alijs, minimè tamen sanguire
debet, ijsque quibus præst, terrificum se præbere. Nam inter
virtutes alias que Principem maximè deceant clementia est.
M. Antonius, qui Philosophi cognomen non ab re est con-
secutus, nihil quicquam esse dicebat, quod Imperatore Ro-
manum magis deceret, quam clementiam: eamque ob causam
neque in rebelles suos sanguitum voluit. Recte apud Clau-
diaum Theodosius Honorio filio salubre hoc consilium
ingerit:

Sis pius in primis: nam cum vincamus in omni-

Munere, sola Deos æquas clementia nobis.

Clementia
vera p in-
cipis vir-
tus.

Ouid. I. de Ponto eleg. 3.

Sed piger ad panas princeps, ad premia velox?

Quiq; dolet, quoties cogitatur esse feruox.

Compertum est Cæsarem Iulium Deorum numero ascriptū, ^{Iuli) Cesa-}
quod clemēs ac placabilis in eos fuerit, à quibus iniuriā bel-^{rū clemen-}
lis ciuilibus acceperat. Eadem virtus Augustum consecravit:
Pij cognomen dedit, aliosque permultos immortalitate do-
nauit. Pyrrhi Epitrotæ laudatur animi moderatio, qui iuue-^{Boni pij-}
nes, à quibus inter pocula irrisus erat, & convicijs imperitus,^{que Impre-}
^{rati res.} illæsos abire sicut, cùm unus ex ijs respondisset id vini caussa
contigi l'c. Celebratur è plus Augustus Cæsar, cuius gratia
cùm Senatus ijs ademprurus esset ius testandi, qui eum cōtu-
melijs & probris affecissent, non est passus id decerni, vt est
apud Suetonium. Eam ipsam patientiam initio imperij, fin-
xisse Tiberium, testis est Cornelius Tacitus. Nam libellos
famosos & dicta in se mordacia dissimulauit, eorumque au-
tores ad cognitionem vocari noluit. Vsurpabat enim illud
sépenumérò, In libera ciuitate liberas etiam linguas esse dé-
bere: & si quando hęc aperta fenestra esset, nullas alias in Se-
natū fore lites, & accusandi occasiones. Magas Poëta quidam
in ludis publicis Philemonem perstrinxerat Is cum venisset
in Philemonis potestatem, statim ministro cuidam Phile-
mon præcepit aperta voce, vt maledico caput gladio ampu-
tarer: sed clam, vt nudo ense ceruices attingeret, móxque vt
eum illæsum abire sineret, cíque daret nuces, talos, pilam &
alia quædam ludicra. Ibus ille Princeps apertè indicabat,
se aculeum quidem habere, sed eo vti minimè velle: déque
potentiore maledicere, magis esse puerorum quam virorum.
Eam regiam virtutem vt actionibus alijs permultis certè he-
reicis, sic rescripto egregie probarunt Theodosius, Arca-
dius, & Honorius: cuius rescripti ad Rufinum hęc formula:
Si opprobrium ex leuitate processerit, negligendum: si ex
furore & insania, condolendum: si ab iniuria, remittendum.
Occurrunt insignia exempla clementiæ apud Suetonium,
quæ quia longè plura sunt, hęc dantaxat ex Vespasiano: Of-
fensarū inimicitarumque minimè memor, executörve Vi-
tellij, hostis filiam splendidissimè maritauit, dotauitque e-^{Vespasianus}
tiam & instruxit &c. Non temerè quis insons punitus reperi-
tur, nisi absente eo & ignaro, aut certè inuiio atque decepto.
Heluidium Priscum, quamuis relegatū primò, deinde & in-
terfici iussum, magni aestimauit seruare quoquo modo missis

qui percussores revocarent, & seruasset, nisi se perire falso nunciatum esset. Cæterum neque cæde cuiusquam umquam lætatus, iustis supplicijs illacrimauit etiam & ingemuit. Idem in Tito sic, Pontificatum maximum ideo se professus accipere, ut puras seruaret manus, fidem præstítit nec author posthac cuiusquam necis nec conscius, quamuis interdum vlciscendi causa non decesseret, sed periturum se potius, quam perditur adiurans, &c. Animianus vero Marcellinus ad finem 21. lib. cum alijs comparans Imperatorem Constantium, ait immanitatem facilè superasse Caligulæ, Domitia-ni, Commodi, & id vnum egisse maximè, ut quamquam fœuissimus esset, iustus tamē vellet & clemens æstimari qui-que ex minimis causis malorum congeries excitabat, dissimilis Marci illius, principis verecundi, qui cum ad Imperiale culmen in Syria Cassius surrexisset, epistolarum fascem ab eo ad cōscios missum perlatore capto sibi oblatum, illicò signatum exuri præcepit, agens adhuc in Illyrico ne insidatoribus cognitis inuitus, habere quosdam posset infenos, vtque rectè quidam sentientes arbitrantur, virtutis erat potius indicium magnæ, Imperio eundem comitantium sine cruento cessisse, quam vindicasse tam inle-menter: ut Tullius quoque docet, crudelitatis increpans Cæsarem in quadam ad nepotem epistola: Neque enim quicquam aliud est fœlicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas. vel vt alio modo definian-

” Fœlicitas est fortuna, adjutrix consiliorum bonorum: quibus qui non vtitur, fœlix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis impijsque consilijs quibus Cæsar usus erat, nulla potuit esse fœlicitas: fœliciorque meo iudicio Camillus exulans, quam temporibus ijsdem Manilius etiamsi id quod cupierat regnare potuisset. Id Ephesius quoque Heraclitus adserens monet, & ab inertibus & ignavis, eventus variante fortuna, superatos aliquoties viros fuisse præstantes. Illud verò eminere inter præcipuas laudes, cum potestas in gradu, velut sub iugum missa nocendi, fœuiendique cupiditate: & irascendi, in arce victoris animi trophæum crexit gloriosum: Hactenus Ammianus. Addam etiam ex eiusdem 30. libro vituperationem sanè acerrimam Valentiniani Imperatoris: Nonnumquam etiam clementiæ speciem præ-

Fœlicitas
quid.

Valentinia-
ni trucule-
tia.

se tulit, cùm esset in acerbitatem, naturæ calore propensior, „
 oblitus profectò quod regenti imperium omnia nimia ve- „
 lut prærupti scopuli, sunt deuitanda. Nec enim vñquam „
 reperitur miti coërcitione contentus, sed aliquoties quaëstio- „
 nes multiplicari iussisse cruentas, post interrogationes fu- „
 nestas nonnullis ad vñque discrimina vitæ vexatis. Et ita „
 erat effusior ad nocendum, vt nullum aliquando damnato- „
 rum capit is eriperet morte subscriptionis elogio leui, „
 cùm id etiam principes interdum fecerint scuissimi. At „
 qui potuit exempla multa contueri maiorum & imitari „
 peregrina atque interna humanitatis & pietatis, quas sa- „
 pientes consanguineas virtutes esse definiunt: è quibus hæc „
 ponit sufficiet. Ataxerxes Persarum ille rex sapientissimus, „
 quem Macrochira membra vnius longitudo commemorata „
 uit, suppliciorum varietates, quas natio semper cruda exer- „
 cuit, leuitate gemina castigans, tiaras ad vicem, capi- „
 tum, quibusdam noxijs amputabat: & ne scaret aures „
 more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia præci- „
 debat: quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fe- „
 cit & verecundum, vt adnitentibus cunctis multo & mi- „
 rabilis actus impleret Græcis scriptoribus celebratos. „
 Prænestino Prætore, qui bello quodam Samnitico præpara- „
 re iuslus ad præsidium venerat segnius, ad crimen diluen- „
 dum exhibitio, Papyrius Cursor ea tempestate dictator, se- „
 curem per lectorem expediri, hominéque abiecta se pur- „
 gandi fiducia stupefacto, visum propè fruticem iussit ab- „
 scindi: hocque ioci genere castigatum eum absoluit, non „
 ideò contemptus, vt ad refendendum opus Alexandro Ma- „
 gno, si calcasset Italiam æstimatus. Hæc forsitan Valenti- „
 nianus ignorans, minimèque reputans afficti solatia sta- „
 tus semper esse lenitudinem principum, pœnas per ignes lumen stu- „
 augebat & gladios: quod vltimum in aduetis rebus re- „
 medium pietas reperit maiorum, vt Isocratis memorat, „
 pulchritudo : cuius vox est perpetua docentis, ignosci de- „
 bere interdum armis superato rectori; quām iustim quid „
 sit ignorantis: vnde motum existimo Tullium græc'atè pro „
 nunciasse, cùm defenderet Oppium: Etenim multum posse „
 ad salutem alterius, honori multis: parum potuisse ad exitiū „
 probro nemini fuit. Et hæc ille hactenustanto quidem li- „
 benter in eo sermone certè præclaro exspatiatus, quā agre- „
taxerxis
a vñs
moderatus.
Lenitudo
vñs cupido
affici. so-
latus

cōmemoraret multorum principum Romanorum nimiam
 sc̄uitiam ad sua vsque tempora impunē grassantem. Quia
 vero de conuicijs & probris in Principes nonnihil diximus
 in prima nostra commentatione, placet atroxere nonnulla ex
 Tacito quæ ad id faciūt, sic enim ille oratione Cremutij Cor-
 di apud Imperatorem Tiberium accusati, quod editis annali-
 bus, laudatōque M. Bruto, C. Cassium vltimum Romano-
 rum dixisset. Marci Ciceronis libro, inquit ille, quo Catonem
 cælo æquauit, quid aliud dicitator Cæsar quam rescripta
 oratione, velut apud Iudices, respondit? Antonij epistolæ,
 Bruti conciones, falsa quidem in Augustū probra, sed mul-
 ta cum acerbitate habent; Carmina Bibacoli & Catulli referta
 contumelijs Cæsarum leguntur, sed ipse D. Julius, ipse D.
 Augustus & culere ista & reliquere, haud facile dixerim mo-
 deratione magis an sapientia; namque spreta exolescunt: si
 irascare, agnita videntur. Nos multa ex Seneca transiliendo
 ducimus, tot enim penè sententiæ & decreta leguntur apud
 eundem, quot verba: satis habemus hunc commentariū clau-
 dere oraculo imperiali. Nihil tam peculiare esse Imperatoria ma-
 iestati, quam humanitatem, per quam solum Dei seruatur Imitatio, l.
 Imperialis, C. de nupt. Nec arbitror alia fuisse mentē Scueri,
 qui numo quodā suo simulachrū mulieris leoni exporre &
 insidentis, altera manu hastam terrę affixam tenentis, altera
 fulmen subiicientis ostentauit, vt clementiam insinuaret: Nā
 & eius id inscriptio declarat, INDVLGENTIA AVG. IN
 C A R.

Scueri nu-
 m̄s.

Appendix.

Nihil tam peculiare imperiali maiestati quam humanitas,
 per quam solam dei seruatur imitatio, l. imperialis, 23. C. de
 nupt. Auten. vt iudic. sin. quoq. suffrag. Benè & sapienter
 Xenophon, quo loco ait, ἀρχοντας ἀγαθούς οὐ διάφερεν πα-
 τέρων ἀγαθῶν: meminimus alioqui patris patrię nomē tribu-
 tum bonis principibus, usurpatū etiam ambitiosē ab impro-
 bis; meminit Corn. Tacit. 2. Annal. Id magnifice declarat
 Seneca 1. de clementia: Hoc quod parenti, principi faciendū
 est, quem appellamus patrem patriæ. Certa & si cognominā
 data sint, magnos, & felices, & Augustos dicimus: & ambi-
 tiosæ maiestati quicquid potuimus titulorum concessimus
 Patrem patriæ appellamus, vt sciret datam sibi potestatem

patriam quæ est temperatissima liberis cōfulens, suāque poſt illos reponens. Hæc ille. Et eodem elogio à Persis donatum Cyrus legimus. Iustinian. Nouell. 7. οὐπος ἀρχόντες τῷ σταύρῳ ὡς ἀν πάτερ, εἰς οἰκον. Quid plura? & T. Liuius ait, Imperatores esse debere parētum loco. Martialis adblandiēs Domitiano,

Tu verus patrie diceris esse pater.

sanctaque iudicibus.] ait Iurisc. Parum est in ciuitate iura esse, nisi sint qui ea possint reddere, l. 2. §. post originem, D. de orig. iur. At quidem bonus princeps sui similes, bonos magistratus euehit, quibus & iuris dicundi facultatē permittit.



Salus publica.

EMBLEMA CXLIX.



PHOEBIGENA erectis Epidaurius infidet artis
 Muis, & immanni conditir angue Deus.
Accurrunt ægri, veniatque salutifer orant.
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

AEsculapius insignis Medicus, Dianaæ precibus Hippo-
 lytum ab equis discerptum in vitam reuocauit: quam
 ob rem Iupiter iratus eum fulmine percussit. Post mortem
 Deus est habitus. & sub serpentis imagine diuinis honoribus
 affectus. Tali cultus effigie Romam graui pestilentia labo-
 rantem dicitur liberasse, ad quam tandem deductus est à fa-
 no sibi sacro, quod erat quinque millibus ab Epidauro pas-
 suum. Historiam hanc fusiūs pertractant Valer. Max. c. De

*Aescula-
 pius cur-
 Deus ha-
 bitus.*

miracul.libro 1.Plin.24.cap. 4. Diuus August. De ciuit. 3.
cap.17. meminit & Laetantius varijs locis. ex quo notum il-
lud Sereni:

*Qui coli: Ægeas, qui Pergama, quiq; Epidaurum,
Qui quondam placida te&tus sub pelle draconis
Terpeius arces, atque indita templa petisti,
Depellens terros presenti numine morbos.*

Hoc serpentis inuolucro (nihil enim fabulam moror:emble-
matis vim, vnâque auctoris mentem inspicio) hoc inquam *Serpens*
serpente, nihil aliud verius & expressius intelligi datur, quâm *quid.*
Seruator noster Christus, verus animarum nostrarum *Æ-*
sculapius, & salutis humanæ vindex, qui sub serpentis ima-
gine, in des:rito à Mose legatore appensus, omnes omniū
morbos & vulnera sanitati restituit, & in cruce omnes no-
xas & crimina expiauit Nec verò immerito salutis notâ ser-
pens sibi videtur vindicasse, à quo nimirum multa in huma-
num genus remedia proficiuntur. qua de re pluribus libro *Serpens, fa-*
lutiis Symbo-
16. De sacris Ægyptiorum literis Pierius. *Æsculapium etiā, lnm.*
præter alios Medicorum præsidem Plutar. Sympo.9.quæst.
10. tradit. Sed occurrit interea mihi locus è 2. Artemidori
lib. De somniis: qui ait, per *Æsculapium* in templo erectum,
& in basi stantem, significari quoddam bonum præfigium.
Qui si moueat, aut accedat, morbum & pestem portendit:
tum enim maximè hominibus eo Deo est opus His autē qui
ægrotant, salutem prædicit. At non videtur omittendum,
quod veterum monumentis proditum est. In numo Antio-
chi Soteris, s A L vs Dea Romanis habita pingebatur forma
mulieris, habitu regio sedentis, pateram tenentis, iuxta quā
ara, & ad aram inuolutus anguis caput attollens. Plerique no-
stra ætate viri eruditii coniiciunt ab Alciato hic tacitam esse
factam allusionem ad Ambrosianū illum anguem, qui Me-
diolani visitur in marmorea columna erectus ipsa æde D,
Ambrosij.

*Epidaurius.] ab urbe notissima Peloponensi in sinu Saroni-
co , ex qua serpentis imagine Romam adductus creditur.
Propertius:*

*Est Deus extinctum Cressis Epidaurius herbis,
Restituit patrys Androgeona focis.*

Lege Ouid.lib 15.Metamorph.

*Annuit, atque ratas] Ouidium imitatur 1. Fastorum:
Efficiatq; ratas utraque Diana precet.*

*Anguis
Ambrosia-
nus Medio-
lani.*

Respublica liberata.

EMBLEMA CL.



CÆSAR i sexuto, ceu libertate recepta,
Hæc ducibus Brutis cusa moneta fuit.

Bnsiculi in primis, queis pileus insuper astat,
Qualem missa manu seruitia accipiunt.

Occiso in Pôpeij curia, vbi senatus habebatur, Iulio Cæsare à Bruto, Cassio, & cæteris coniuratis, ij ceu libertate populo restituta, fabricari numisma curarunt, in quo sculpi erant duo pugiones adiecto pileo. Pugio cedem patratam omnino significabat: pileus verò libertatem, ut refert Dion lib. 47. Vulgare olim proverbum fuit, Vocare ad pileum; cuius meminit Noctium Atticarum 7. c. 4. Gellius,

*Numisma
di Bruti.*

& Macrobius i. Saturnal. Aurelius Victor scribit, mortuo Nē-
tōne sic cunctas prouincias, omnēnique Rōmā exultasse,
vt plebs induita pileis manumissionum, tāquam sēpo exem-
pta dominio triumpharet. Compertum habemus libertatis *Pileus se-*
indictum pileum fuisse: vnde & qui serui libertate donabā. *grām liber-*
tur, pileum gestabant raso capite. Longum esset auctores huc
aduocare, qui longē multi idem tradiderunt. Suppetunt exē- *pileus in*
pla quam multa de pilei vsu & gestatione, & huc quidem per- *numis.*
tinent numi veteres quamplurimi in quibus est piletis cum
inscriptio libertas, vt in numis Tiberij est enim effigies ho-
minis dextera pileum tenentis, lāua expansa, cum inscriptio-
ne, libertas Augusta. Longum esset: & alia eiusdē generis nu-
mismata percurrere. In Seru. Galbae numo simulacrum est
eum iaculo & pileo: inscriptio verò, libertas publica. Casto-
res etiam Diōscuros fuisse pileatos legimus, quo habitu fuisse
lacones volunt, hi enim patrio instituto pugnabant pileati ut *Diōscūrē*
animū in barbaros & tyrannos indomitum significatione *pileati,*
libertatis ostenderent. Eadem fortè causa Græci illi qui no-
strorum patrum temporibus tyrannidem Turcicam fugien-
tes in Italiam se receperunt ingenuam suam libertatē & pri-
scam nobilitatem pilei sui gestatione professi sunt. Quid e-
nim memorem pilei celebrem lauream iamdiu in scolis non
temere usurpatam?

mīssā manū seruitiā.] Serui manumissi, liberti facti, aut li- *seruitiā;*
bertate donati. Seruitiorum nomen pro seruis, præter ex-
ecros in Catilinaria usurpat Sallustius, & Cicero sēpē.



In vitam humanam.

EMBLEMA CLI.



P L V S solito humanæ nunc defle incommoda vita,
 Heraclite: scatet pluribus illa malis.
 Tururus, si quando alias, extolle cachinnum,
 Democrite: illa magis ludicra facta fuit.
 Fine fleam, aut tecum quo modò ſplene iocer.

Heracliti
fletus &
rurus De-
mocriti.

H Eraclitus quoties domo egrederetur, ineptias humanas fletu solebat excipere, quod omnia illi misera & deplo-randa viderentur: contrà Democritus eadem de causa ridebat effusius, quod humanas actiones ludicas & stultas con-spiceret: qui si hodie reuiuiscant, ampliorem siuidem & vbe-

ziorem vel luctus vel risus materiam offendent, quām unquam antea, cām omnia in dies deteriora fiant. quando enim vñterior vitiorum copia? quando major avaritiae patuit sinus?

Ver. Horatius:

Dum nōia quid non imminuit dies;

Aetas par. neum peior aui. tulit

Nos neq;iores, mox daturos

Progeniem vñtissorem.

Dubium itaque relinquitur, utrum sequi sit satius, cūm sit utrumque nec planè tutum, nec omnino probatum. Repone ipsissima Senecæ verba: ad rem enim faciunt vitæ, i.c. 15. opinionem Democriti meliorein fuisse, & ad imitandum accommodatiorē, quām Heracliti fletum, ait. In qua sententia fuit pulcher etiam Satyra 10. Iuuinalis. Sed præstat audire Philosophum eundem lib. 2. De ira, sic disputantein: Heraclitus, quoties prodierat, & tantum circa se male viventium, imò male perreuntium viderat, flebat: miserebatur omniū qui sibi læti felicésque occurrabant: nisi animo, sed nimis imbecillo & ipse inter deplorandos erat. Democritum contrà aiunt nū quā sine risu n publico fuisse: adeò nihil illi serium videbatur eorum quæ seriò gerebantur. Vbi isti hīc iræ locus est? Aut ridenda omnia, aut flenda sunt. Non irascetur sapiens peccati bus. quare? quia scit neminem nasci sapientem, sed fieri: scit paucissimos omni ævo sapientes euadere, quia conditione humanae vitæ perspectam habet. Nemo autem sanus naturæ irascitur. Quid enim si mirari velit non in sylvestribus dumis poma pendere? quid si miretur spineta fentesque non. utili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, vbi vitium naturæ defendit. Placidus itaque sapiens & æquus erroribus, non hostis, sed correttor peccantium, hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurront vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi auari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia ista tam propitius aspiciet, quā ægros suos medicus. Emblema sumptum est ex incerti Poëtæ Græci Epigrammate, quod eiusmodi est:

τὸν δίον, ἡγεμονεῖτε, πολὺν πλέον ἡπερ ὅτ' εὔχης
δάκρυε, νῦν δὲ διέσ' ἐλεεινότερος,
τὰν δίον ἀρπαγέλα θημόκριτε τὸ πλέον ἡ πρήιν,
νῦν δὲ διέσ' πάντων δῆται γελοιότερος.
οὐδὲ μέτε τί καὶ αὐτὸς ὁρθὸν τὸ μεταξὺ μεριμνῶ
πῶς ἄμφα σοὶ κλαύσω, πῶς ἄμφα σοὶ γέλάσω.

Typeus Eur^o
blematis.

Heraclitus. Heraclite.] Heraclitus Philosophus Ephesius, cuius vita
repete ex Laërtij lib. 9.

extolle cathinnum. I déride, *naso* suspende adunco. Cachin-
nus, fictum vocabulum est à sono risus. Est enim risus elat-
tus, & solutus. Persius 1. Satyra:

Ingeminat tremulos naso crissante cachinno.

Democritus. Democrite.] Democritus Abderita fuit; de quo Plinius variis
locis, & lib. 9. Laërtius: Gelasinum fuisse cognominatum ob
risus petulnatiam nō tant vetéres plerique. Juuenalis:

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat.

Democritus.

Splene iocer.] abunde rideam. Lien siue spleen, sedes est risus.
Persius Satyr. 1.

—sum pesulantis splene cachinno.

Appendix.

Mores hominum lapsos semper in deterius auctores non
pauci perstrinxerunt. Virgil. 1. lib. Georgico:

—sic omnia fatis

In peius raere, et retrò sublapsa referri, &c.

Horatius sic,

Damnosā quid non imminuit dies!

Ætas parentum, pior auis, tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiostorem.

Sallustius in Catilina: Sic imperium à bonis ad non à quic-
bonos deriuatur. Ouidius,

Vtendum est etate: cito pede labitur ætas:

Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Juuenalis saty. 1.

Nil habet ulterius quod nostris moribus addat

Posteritas: eadem cupient, facientque nepotes.

Res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem eras.

Aere quandoque salutem redimendam.

EMBLEMA CLII.



ET pedibus segnis, tumida et propendulus alius,

Hac tamen insidias effugit arte fiber.

Mordicus ipse fibi medicata virilia vellit,

Atque abicit, sese gnarus ob illa peti.

Huius ab exemplo disces non parcere rebus,

Et, vitam ut redimas, hostibus æra dare.

A Pologus est Æsopus de Castore, quem proditum est
in venatione deprehensum suos sibi testes abscondere,
atque eos projicere, gnarum se eoram præcipue caussa peti;
Idque arguit, ὅτι τὴν ἀνδρῶν οἰ πρόνυμον καὶ τὸς εὐτῶν

Yy

Castoris feso
fibri sellæ

σώτηρις εδέντα λόγον τῷ χειράτων ποιεῖνται, hoc est, Viros prudentes suæ salutis gratia non debere ullam pecuniarū rationem habere; id est, non ægrè ferēdam esse pecuniæ iacturam. potissimum verò virginite necessitate non magni est ducentum, nummorum dispensium facere, si modò vitæ hoc pacto possit consuli. Id Aristippus suo exemplo confirmauit, qui cum in eadem naui sece cum piratis versari cognouisset, suas omnes pecunias de industria in mare proiecit, imprudenter se id fecisse simulas: præuiderat enim se ab ijs quibuscum nauigabat, spoliatum, & in aquas propter pecuniam, præcipitem datū iri. Ut itaque abesset effectus tam nefarius, causam sustulit. Idem Crates Thebanus cum thesaurum sponte perderet, Hinc abite, ait, malæ diuitiæ: satius enim est à me vos demergi, quam ego à vobis ipse. Simile quid apud Plutarch. traditur de Philoxeno, qui cum opulentissimam hæreditatem nactus esset, & pestiferas aduenarū delicias obseruasset, Per deos, inquit, me illa non perdent, sed ego illa potius. μὰ τοὺς Δεοὺς εὐε ταῦτα τ' ἀγαθὰ οὐκ ἀπολεῖ, ἀλλ' εἰς ταῦτα. Non secùs quam Catullus ille, de quo Satyra 12. Iuuenalis, qui in amico in discrimine tempestatis, partem suarum rerū quibus nauis onerabatur, proiecit in pelagus, quo nauis facta leuior, commodiū portum appelleret.

*Accidit et nostro similis fortuna Catullo,
Cum plenus fluctu medius foret alueus, et iam
Alternum puppis latus euertentibus undis
Ab horis incerte, nullam prædencia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
Testiculum, a deo medicatum intelligit inguen.
Cui affine Ouidianum illud primo De remedio:*

Vt corpus redimas, ferrum patieris et ignes;

Arida nec sitiens ora lauabis aqua.

Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?

At pretium pars hæc corpore maius habet.

Huc confer Adagium, Pax redimenda.

propinquulus.] propter pedum tarditatem, & ventrem pendulum.

Mordicus.] οὐδὲξ, mordicatum, mordendo. Id tamen Plinius negat lib. 32. cap. 3. non enim testes eorum, quæ vocantur Castorea, ab ipsis amputari censem, ex Sextij cuiusdam rei me-

dicē diligētissimi scriptoris sententia, sed paruos esse substribetosque, & adhærētes spinæ, nec adimī sine vita animalis posse. Sic Ælianuſ historiæ animal. lib. 6. cap. 33. ait à Castore cauſam ab inſequentibus venatoribus, cur tam cupidè petatur non ignorari: iccīrco mordicus ipſe premens vsque in cumbit ad elidendos testes, quoſque abſciderit, & ſic eos abjecerit, tamquā homo ſumma prudētia in latrones incurrens, quæcumque portat, ad ſe redimēdum exponit. Quod ſi poſtea quām exectus & ex periculo ſeruatus fuerit, ab inſequentiibus iterū vrgeatur, hic ſe alleuans, atque quamobrem inſequi vltierū pergere non debeat, cauſam ostendans, ad reuertendum, quod iam ea parte, quam expetunt, careat, venatores inducit. Sæpè etiā nunc tēſticulis præditus, cùm à venatorum conſpectu ſe longiſſimo cursu remouerit, eam partem deſideratam ita aſtuzē comprimit & occultat, ut non habere viſus inſectatores fallat. hæc ille ferē. Sed & Apul. lepidiſſimē in lib. 1. Aſin. aur apud quē Socrates quidam loquēs Locus Apul. de Meroë anuſaga: Amatorem, ait, ſuum, quod in aliam tēmerasset, vniſo verbo mutauit in feram Caſtorem: quod ea bestia captiuitatis metuens, ſe ab inſequentiibus repræſiſione genitalium liberat, ut illi quoque ſimile, quod Venerem habuit in aliam, proueniret. Sed referam huic historiam nobilem Constantini Manassis ex Annalib. quod ad hunc locum faciat Michaël quidem Imperator audita tyranni ferocitate, impetu, defectiōne, ſuamē ſponte throno imperiali cēſſit, hoc ipſo facto diuinis Christi iussis ſatisfaciens & erga perſecutorem nō aliter ſe gerens, atque caſtor ſiue fiber facere conſueuit. Legimus enim in priscis illis monumentis eorum, qui de animalibus ſcripſere, fibrum animal eſſe, quod in vitroque viuat elemento, & testes habeat arcendis quibusdam morbis ſanē grauibus conducibiles. Quod cùm plerique venatores norint, animal canibus longē velocifimis inſectantur. Huius pugnæ cauſam cùm ipſe fiber etiam cognitam habeat, eum mortuū refectos testes abiçere, atque ita currentem ſaluti ſuę consulere memorant: quo facto, venatores feram perſequi deſinant. Sic nimirum Michaël quoque ſpontē imperium cēſſit Leoni belluinis moribus & indole ferina prædicto: qui oriundus Armenia, &c. Commode obtulit ſe mihi alijs implicato, & ad alia cogitanti, locus ex Ammiano Marcellino, ex 17. lib. quo loco faſtuofus Rex Sapor Cōſtantino Imperatori ſuadebat, ut regni Ex Am. Ex Cōſtantino Ma- ralle, hiſto- ria de Mi- chael. Imp. mian. Mar- cell.

parte vltro cederet: Postremò, inquit, si morem gerere suadéti volueris rectè, contemnè partem exiguum semper luctificam & cruentam, vt cætera regas securus: ac prudenter reputans medelarum quoque artifices vtere nonnumquam & secare, & partes corporum amputare, vt reliquis vti liqueat integris: hocque bestias factitare, quæ cum aduertant cur maximoperè capiantur, illud propria sponte amittunt, vt viuere deinde possint impavidè. Hæc Ammian. quo manifestè allusum constat ad Castorem.

Medicata. medicata] medicinis apta, vt apud Martialem, medicata pocula; medicata vina, apud Columellam lib. 1. cap. 6.

— adeò medicatum intelligit inguen,

vt paulò antè Iuuenalis. Has partes Castoris genitales, vocant medici Castorea, quæ medentur multis morbis, vt vertigini, tremulis neruorum vitijs, paralyticis, ijs qui affecto sunt stomacho, ischiadicis, alijsque. Quidam referunt, post genitalium amputationem, si Castor iterum petatur à venatoribus, erigere se, & ostendere nihil expectandum amplius, vti iam memini.

segnarus ob illa peti.] Verba Plinij sunt lib. 8. cap. 30. quòd easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo vrgente, ob hoc se peti gnari.

aera.] pecunias: materia pro materiato.

vitam ut redimas.] vt qui, apud Saluianum, contemptis ditijs vitijs non succubuerunt, auri & argenti cupiditate non victi, sparsis, quod dicitur redemerunt crimina nummis:

Appendix.

Refero huc illud iuris, Anima est præferenda rebus alijs corporalibus, adeò absurdum quibuscumque caussis vel vasis animas hominum postponi, l. sancimus Cod. de sacros. Eccles c. præcipuis, 12. q. 1. c. solutæ, de maior. & obedient. Et turpe animam lucro vendere, & propter vitam viuendi caussas perdere, qui ita militant quandiu spirant, vt renúciare vitæ malint, quam carere exuuijs.

Cum laruis non luctandum.

EMBLEMA CLIII.



ÆACIDÆ moriens percussu cu^tidis Hector,
 Qui toties hostes vicerat ante suos ;
 Comprimere haud potuit vocem, insultantibus illis,
 Dum curru & pedibus nectere vincla parant.
 Distrahite ut libitum est: sic cassi luce leonis
 Conuellunt barbam vel timidi lepores.

ID sumptum esse liquet ex Homericæ Iliados Græci *z.* He- Lacus H.
 storem ab Achille iam imperfectū circumstantes impete meri-
 bant, & mortuo insultabant, nec erat quisquam qui extincto
 vulnus non infligeret. Sic enim Homerus:

— ἀλλοι δὲ τοῖς δεξιον ὑπεράχαιον,
οἱ καὶ θησαυτοῦ φυῆν, καὶ εἰδόθε αὐγητὸν
κατορθώσαντες οἱ πέντε, δυστητίζε παρέτη. hoc est.
At reliqui Graij accurunt cinguntique cadaver,
Hectoris eximiam speciem formamque stupentes:
Nec tamen astutus exanimi sine vulnera quisquam.

Cæterum videtur distichon Emblematis tertium ē quodam
incerto auctore petitum, cuius tale est Epigramma:

Εἰλέτε νέν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, οὐτ παχύς τοι
νεκρὸς σῶμα λέοντος ἐφυβρίζεται λαζωῖ.

quod sonat,

*Post mortem, Danai, nostrum configite corpus;
Et lepores audent cæco insultare leoni.*

Verba sunt Hectoris à Græcis bigis rapti, quibus timiditatē
& μηροτυχίᾳ ab ingenuis bellatoribus omnino alienam
perstringit. Allusum est autem ad prouerbia, Iugulae mor-
tuos: & Mortuo leoni lepores insultant: & Cum laruis lucta-
ri. Quibus inonemur, ne quid maledicentiæ in vita functos
effundamus, aut ijs obloquamur. Quemadmodum enim in
bellis maximè ridiculū est & inauditæ cuiusdā feritatis argu-
mentum, si quis prostratos atque iam interemptos feriat, aut
quoquo modo afficiat: sic intemperantiæ est, & certè demen-
tiæ maxime, morruos iniurijs probrisque lacerare: vt sunt qui
vel libris editis, vel priuatis aut publicis colloquijs, priscorū,
aut etiam clarorum virorum dogmata reuellunt, & nigro dē-
te lacerant. Laertius Chilonem ait yetuisse mortuis male
loqui quod ignavum videretur eos incessere lingua, qui re-
spondere non possent; ac turpe esset cum vmbbris & laruis luctari.
nam id perinde est ac sepultū quodammodo refodere.
Philostratus Ælianum scitè coercuit, qui accusationem cu-
jiusdam tyranni, sed iam mortui scripserat. Institutum istud
tuū laudarem equidem, ait, ille, si viuum accusasses. viuentem
namque tyrannum incessere, viri esse duco; at mortuo insul-
tare, cuiusvis. τὸ μέρος ζῶντα τὸν πυραννὸν ἀπικόπλιν, ἀνδρὸς
εἴναι νομίζω, τὸ δὲ ἐπαυτεῖνδν κειμένω, παντὸς. Sic Mu-
natius Plancus cum audisset in se orationes quasdam factas
ab Asinio Polione, quas tamen nollet ante mortem edere,
cum mortuis non nisi larvas luctari respondit. Contra Lepti-
nem Demosthenes ait, Nemini mortuo maledicendum esse.
Refert Zonaras Annal. 3. cùm Eudoxia Heraclij Imperatoris
funus afferretur, Epiphaniam filiā, quod spuisset in cadaver,

Non male-
dicendum
mortuis.

viam rogo impositam & exustam fuisse. Laudatus Lycurgus, qui cadauera hostium nudari vetuerit; recte prefecto, quippe qui humanitatis memor esset. Vituperatur contrà, vir alioqui magnus, Alexander Macedonius, qui cadaueribus pontis loco v̄sus dicitur. Et Verris crudelitas à M. Tullio incessit. Verrina, quod nauarchos innocentes non modò vita priuasset, sed & eorum cadauera sepeliēda non priùs parentibus reddidisset, quam ab eis certam mercedem accepisset. Recte Homer.

ἢ χρήσιν καταμόσιοι εἰπόντες οὐχ επίλαθον:

Non sanctum est viris interfectus insultare.

Virgilius undecimo:

Nullum cum vietiis certamen εἰπεν εἰς αἰθέρα κάσσις.

In eos qui sœuiunt in humana cadauera locus est Platonis longè pulcherrimus s. de Repub. ἀνελάδηπον δὲ σοκεῖ καὶ φιλοξείματον, νεκρὸν συλλανχεῖ γαστικέιας καὶ σμικρᾶς διανοίας, τὸ πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τὴν τελείωτον ἀποπλάσιον τὴν ξύρον, λεπιπότον δὲ ὡς ἐπολέμει; Οἱ δὲ πίστεοι τοῦ ποιοῦντος τὴν κυνῶν, αἱ τοῖς λιθοῖς οἷς ἀνθεῖσι χαλεπάνουσι, τὴν έάλοντος οὐκ ἀπομνήσι; Καὶ δὲ τρικρόν, ἐπονέατεον ἀπεξ τὰς νεκροσυνίας, καὶ τὰς τὴν οὐναρέσσων στακωλύσεις. Nonne videtur illiberale & animi planè sordidi, muliebris ac pusilli, cadauer spoliare, & mortui corpus hostem putare, cum hostis ipse abierit eo relichto quo pugnabat? Quid putas eos qui ita se gerunt differre à canibus in iactos lapides sœuentibus, eo qui iecerit prætermisso? Nihil differunt prefecto. Itaque ab eiusmodi prædatione abstinentem, obsunt enim victoriæ, Cui quodammodo cōgruit quod in formula quædam Comitiuę priuatarum non minus argutè, quam piè inculcat Cassiodorus lib. 6. variarum: defuncto- Locus Cas- rum sacram quietem æquabilia iura tuæ cōscientiæ commis- siodori.

serūt, ne quis vestita marmoribus sepulchra nudaret, ne quis columnarum decorum irreligiosa temeritate præsumeret, ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis, aut voraci flâma cōsumptos, scelerata perscrutatione detegeret, ne corpus quod semel reliquerat molestias mūdanæ, humanas iterum pateretur insidias. Nam etsi cadauera furta non sentiūt, ab omni pietate alienus esse dignoscitur, qui aliquid mortuis abrogasse monstratur.

Qui toties hostes.] Ouidiana est imitatio, ex primo de arte:-

Qui toties socios, toties perterritus hostes.

Dum curris.] Hector ab Achille interemptus, bigis alligatus est circa Troiae mœnia. Virgil. i. Æneid.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

cassis luce leonis.] lumine priuati. Lux pro lumine, & lumen pro vita usurpatut.

Conuellunt barbam.] Alludit ad illud, Barbam vellere, quod irrisio signum est. Persius Satyra i.

Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.

& Horatius primo Sermonum:

—barbam tibi vellunt

Lascivi pueri.—

Sic cassiluce leonis.] Si quem præstantem dignitate & opibus hominem aduersa fortuna præcipitem dederit, in hunc pasim omnes insiliunt, quem nimirum non iam tunc mordere posse putant. quo pertinet iactatum vulgo, ligna quiuis colligit abscisso arbore, id est, *σπύρος πεσόντος πάντας ἐνθάδι-*
τει.



De Morte & Amore.

EMBLEMA CLIVI.



ERRABAT socio Mors iuncta Cupidine: secum
 Mors pharetras, parum tela gerebat Amor.
 Dixerit simul, simul una & nocte cubarunt:
 Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
 Alter enim alterius male prouida spicula sumpsit,
 Mors aurata, tenet ossea tela puer.
 Debusit inde senex qui nunc Acheronticus esse,
 Ecce amat, & capiti florea serica parat.
 Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu,
 Deficio, iniiciunt & mihi fata manu.

Parce puer, Mors signat tenens victoria parce;

Fac ego amem, subeat fac Acheronta senex.

Ex Giac-
ciardino
detulsa
Emblema-
tis verissi-
ma origo.

Ioan.
Marius
Belga.

Ioachimus
Bellaius.

Gracius Ciardinus libello quodam Italico, quo res quasdam memoratu dignas, eisque veteres & nouas, tum etiam alicubi festiuas & ioculares, exscripsit, hoc carmen ab Alciato fuisse scriptum testatur, quo tempore in Italia vehementis pestilentia ita grassata est, ut permulti iuuenes extremum vitæ diem clauserint, & senes serè illæsi atque incolumes permanserint. Quod faeilè mihi probari potest. Sed tamen Emblematis huius materiam video sumptam esse ex antiqua Græcorum fabula, quam Gallicis scriptis mandauit Ioannes Marius, Illustrationum Galliæ scriptor sua ætate nobilis. Figmento enim lerido sanè ac festiuo tradit, cur plerique senes amori placido succumbant, quibus potius de fato imminente cogitandum erat: contra iuuenes immatura morte decedant, quorum potius fuerat hilarem vitam ducre, & amorem consecutari, habita præsertim ætatis ratione. Hoc expressit non inconcinnè aliquis, sed avavrum.

Fortè locum horroris plenum, varijsq; timoris,

Et Mors, & pena præpete venit Amor.

Dum trepidant animis ignita Cupidinis arma,

Mors capit. & Mortis frigida tela puer.

Hinc enata lues nostros irrepsit in annos:

Hinc amat ipse senex, hinc perit omnis amans.

Nec verò pigebit ascribere Ioachimi Bellaij Epigramma in hanc sententiam, quod in eius tumulis & poëmatijs Latinis aliquando legisse me memini:

Autarunt arma inter se Mors atque Cupido:

Hie falcam gestat, gestat at illa faciem.

Afficit haec animum, corpus sed conficit ille.

Sic moritur iuuenis: sic moribundus amat.

Vt secat hic ingulos, oculos excæcat illa:

Illa ut amare docet, sic iubet iste mori.

Disce hinc, humanae quæ sint ludibria vite.

Mors thalamum sternit, sternit Amor tumulum.

Tu quoque disce tuas: Natura, invertere leges;

Si pereunt iuuenes, depereuntq; senes.

Mors aurata.] Ab effectis & consequentibus Morti ossa

*Ossa tela
mortis.*

tela tribuuntur: Cupidini verò aurata, quòd delectet, videanturque mente captis in aliquo esse pretio.

senex Acheronticus.] Hunc loquendi modum videtur ex Plauto mutuatus, apud quam *senex Acheronticus* capularem & morti proximum significat.

Ast ego mutato.] Adolescentis est prosopopœia de Amore conquerentis, quòd ab eo mortifero telo sit confectus. Et sanè ferè sit, ut immodicus amor in iuuenibus mortem arcessat: quod potius imprudentiæ & insaniæ iuuenili quam Cupidini, sagittis ascribendum est.

fac Acheronta.] Quid Acheron significet, explicat Plutarch. Consolatione ad Apollonium, & lib. De primo frigido.



Informosam fato præceptam.

EMBLEMA CLV.




CVR puerum Mors ausa dolis es carpere Amorem,
Tela tua ut iaceret, dum propria esse putat?

EIusdem est argumenti cum superiori, quo deflet cuiusdam formosæ virginis immaturum obitum. Increpat itaque mortem tamquā huius funestissimi mali caussam, nimisrum quæ Amori dormitanti tela detraxerit: quo effectū est, ut postmodū lethiferis pro blandis latisque vteretur. Quod quidem sæpenumerò contingit: vel cùm puellæ amore capte desperantes expirant, mortemque spontaneam aliquando malint, quā ab aliqua spe incerta ac dubia lactari diutiū.

aut cùm corporis aliqua ægritudine, vel caussa alia minime *Puellarum*
cognita, quo tempore de coniugij negotijs agendum erat, *mors fre- propera.*
antè mori discant, quàm viuere inceperint. Sic enim amor ille
cæcus reuera & impatiens, imò verò exspes, corripere tela
mortis dicitur, cum iuuenculæ illæ teneræ & delicatæ aut se
falli sentiunt, aut nihil spei fore intelligunt in eo quem ar-
dentianimo concupierunt. Memini me aliquādo epigram-
ma lusisse in gratiam nobilis cuiusdam adolescentis, qui ma-
gno suo dolore amicam, lectissimam primæque nobilitatis
iuuenculam præmatura morte sibi erectam, lugebat: cuius
carminis hæc fuit pars quædam:

Ah virgo infelix quid te Libitina trucidat
Tam citò formoso digna puella viro?
Inuidit thalamo tumulus quo tempore primas
Coniugij tedas ipse parabat Amor.
Sic penetrabilius telum fuit istud Amoris:
Mors aberat, mortem cuspidè fecit Amor.
Sic maleficus Amor, Mortis qui spicula dirus
Arripuit, quando lethifer omnis erat.
Sed nil nos questusq; iuuant, mollesq; susurri;
Virgo iaces, thalamis aptior una tuis.
Quàm misere ante diem Parcarum stamine rapit
Conderis, in tumulo digna puella thoro!



In mortem præproperam.

EMBLEMA CLVI.



Quid tencras forma allexit, torsoque puellas,
 Pulchrior et tota nobilis urbe puer,
 Occidit ante diem, nulli magè stendus, Aresti,
 Quam tibi, cui casto iunctus amore fuit.
 Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
 Astruis, et querulis vocibus astra feris.
 Me sine abis, dilecte? neque amplius ibimus unde?
 Nec mecum in studijs oria grata terres?
 Sed te terra teget, sed fati, Gorgonis ora,
 Delphinésque tui signa dolenda dabunt.

Deflet amici cuiusdam præmaturum obitum, eumque commendat à vultus dignitate, nobilitate generis, & Amoris cum Arestio adolescentे æqualitate: huncque Arestium præ cæteris tanti infortunij luctus debere persequi ait: quippè qui cū eo & studijs, & vitæ necessitudine fuerit maxime coniunctus, sic circō tanti luctus, ut benevolentia memoriam superstitem profert hoc cænotaphio, sub quo Delphinum & Gorgonæ imagines emineant. Delphin quidem φίλασθε πρωπός. & hominum amasius, hic notam amicitiæ præfert. Gorgoneum Medusæ caput pro mortis signo apud quosdam usurpatur, præque stupore & admiratione ἀναδηνοῦ inducente, ut apud Pierium lib. 16. Hieroglyph. diligenter explicatur. Philostratus de Perseo: τὸ δέιμα τῆς γοργοῦς, ἐχενν ἀπόθετον, μηδέποτε αὐτῷ λαοὶ, λίθοι γίγαντες: Seposto Gorgonis terriculamento, ne homines lapidescerent ipsi occurrentes. Heliodorus historiæ Æthiopicæ 4. ή δ' ὁ περ τὴν γοργοῦς θεαταρέην κεραλιώ, ή πάλιν ἀποτελέων οὖτις πάγια μέσα συνέκεχεν: Illa autem non sècùs quam facie conspecta Gorgonis, aut alio terrifico monstro, altum vociferata est.

*nulli mage flendus.] Horatianum istud imitatur è 1. Carmi-
num:*

*Multisille quidem flebilis occidit,
Nulli flebilior quam tibi Virgili.*

*Delphinusque tui.] Pro amoris nota hic Delphinum ponи,
admonui supra. Dico ad hæc à veteribus quibusdam Delphi-
nem Cupidini iunctum, pro amoris firmitate ἑρπογλυφικῶς
exprimi solitum.*

Appendix.

Vides hic effictim signa doloris ac mœstitiæ carmine lerido exprimi ab amico qui orbus re charissima neque modum, neque sinem luctus faciat. Cum hoc fortasse non male confero illud ex quadam epistola Paullæ & Eustochij, quæ legitur inter Hieronymianas: Mensuram charitas non habet, & impatientia nescit modum, & desiderium non sustinet, hæc sanctæ virgines. Exemplum non male, ut opinor, quadrat Artemisiæ quæ Mausoleum ex-

citauit, argumentum mœtoris perpetui, sed signum tamē glorioſæ iactantiæ, de quo Gellius in noctib. atticis. Proprius est quod Corn. Tacitus, de Germanici uxore, mariti veneno extinti, arte Pisonis, præptoperum funus lamentante ac vindictam perfequente. Vetera iſthæc, aliaque plura. Ecquid enim, ut de cæteris taceam, luctum memorem S. patris Hieronymi in funere Nepotiani, in ipso flore ætatis extinti? & quid lamenta Bernardi in morte Gerardi fratriſ, cuius, ut diſpensatoris opera vicaria utebatur?

Terminus



Terminus.

EMBLEMA CLVII.



QUADRATVM infoditur firmissima tessera saxum,
Stat cirrhax super pectora imago tenuis,
Et se se nulli proficitur cedere; talis
Terminus est homines qui scopus unus agit.
Est immota dies præfixa que tempora fasis,
Deque ferunt primis ultima iudicium.

HIC Termini pictura nihil ulli concedentis, mortem si- Mors iner-
gnificat, quæ ineuitabilem habet in res omnes, nedum uitabilius
homines necessitatem: ad quam cum peruenimus, tum so-
lent hominum qui superstites sunt, liberæ de nobis mortuis
esse opiniones atque iudicia. Quod enim ultima quæque &

*Quid vi-
uendo co-
tandum.*

postremò facta, imò verò interdum cogitata tam lynceis oculis inspici soleant, tamque securè ac seuerè accipiātur, nostræ partes sunt, ne nostrapte culpa in confiando vitæ huius nostræ cursu aliquid agamus, aut etiam moliamur, ex quo sinistri quidpiam de nobis homines iudicare possint. Quod facile consequemur, si Terminum, id est, extremum vitæ diem perpetuō, aut quidem sæpe ob oculos ponamus; qui Terminus cùm minimè cedat principibus etiam viris, de quibus mortuis tam intrepidè fama pronunciat; quid de nobis infra conditione hominibus existimandum? Quidam suspicuntur his verbis, Erasmi (vt locuuntur) immodestiam modestè carpi (quod coniectaneum an probare debeam, nondum scio) quòd in annulari dígito Terminum depictum habuerit cum inscriptione, N V L L I C F D O: quasi significaret hoc symbolo in literarum cognitione se nemini cedere. Eam ob rem eum plerique sugillarunt, interque cæteros Caruaialus Franciscanus quadam Apologia in Erasmum: cuius hæc verba malo ascribere quām aliquid de meo fingere. Malè habet Erasimum, inquit ille, quòd Ecclesiæ doctores & Evangelistæ ad numerum quaternarium sint redacti, quòd videat se non posse inter illos computari, neque credit se illis esse inferiorem cui nulli cedit: hoc enim elogio sua scripta claudit Erasmus, Cedo nulli. Et, vt nemini fas sit ignorare hanc Erasmi præcipuam insaniam, apponit Dei Termini effigiem cerasignatam, qui Deus nec ipsi quidem loui cedebat. Nonne hæc Erasmi insolentia omnes eius insolentias superat? Non cedis Erasme Bûdæo? non cedis Capnioni Clitoueo, Pico, aut Angelo? Cedo, inquit, nulli. Non cedis Augustino, Ambrosio aut Hieronymo? Cedo nulli. Non Hilario, Cypriano, Lactantio, aut Origeni? nulli. O felix sæculum, cui talis homo datus est! Haec tenus Caruaialus: cui ut affeetibus plus quām par erat indulgēti, nimiaque animi impotentia debachanti, animosè statis fecit Erasmus, his planè verbis: Ut doceat me discruciar, quòd non annumerarer quatuor Ecclesiæ doctribus, profert symbolum annuli mei, in quo est figura Termini: adieci, Concedo nulli, Terminus. Et est Iambicus diameter: si inuertas, Trochaicus est totidem pedibus, Terminus concedo nulli. At in fusili Termino habet, ὅπερ τέλος μακρεῖται: item Latinè, Mors ultima linea rerum, indicans mortem nulli cedere, mèque ipsum admoneo instare supremum vitæ diem, quemadmodum Prudent.

*Erasmi
Terminus.*

*Caruaialus
in Erasmū.*

*Erasmi ref-
pusio ad
Caruaial-
bum.*

In statu terminus, & diem

Vicinum senio iam Deus applicat.

Idque scripto quoque vulgato declaravi. Hic itaque Terminus dicit omnibus, Concedo nulli, non Erasmus At me fero citer appellat Pantalabus : Quid ais Erasme? non concedis Clitoueo, non Hilario, non Cypriano, non Budeo, non Nebrissensi, non Thomae, non Augustino? Si vis ut meo nomine respondeam, nemini non concedo. Si postulas ut Termini, id est mortis nomine, respondeam, dicam, Non concedo leonibus, non elephantis: non cedo Monarchis & summis Pontificibus: non cessi Prophetis & Apostolis: denique nec ipsi Francisco cessi. Eat nunc, & iactet Termini mei superbiam. haec tenus Erasmus. Certè apud auctores colligere est. Terminum sublimitatis & gloriae symbolum esse, atque etiā disciplinarium cognitionē interdum pro simbolo referre. De Termino plura Ouid. Fast. 3 D August De ciuit. Dei 4. c. 13. Gyrald. Syntag. 1. Qui enim strenue decurso spatio in litteris profecetur, & ad tranquillū iam vix portum applicuerit, vnde cumq[ue] prudentissimis effectus, neque fecundis intumescit insolenter, neque aduersis perturbatur, atque in virtute fortunam ita se comparat, ut æquum & indomitum ad omnes casus animum præse ferat. Pierius lib. 3. 8. & 49. Ceterum cum notas hasce meas in Alciatuum relegerem meoque multa transmisisse non tam dolorem, quam nonnulla alia prætermissa conquererer, casu incidit in manus meas Iulij Scaligeri, acuti philosophi oratio in Erasmum, qua eum acutè transfixit, ut hominem qui Ciceronis luminibus voluerit obstruere, quò sua vniuersa scripta legerentur. Certè video à Ciceronianis omnibus, qui paulo ante nostram ètatem non parua sui laude Tullianam eloquentiam æmulati sunt: non alia causa unum Ciceronem in latine linguae capitolium inducere conatos esse, quam ut Erasmiatum inde terminuni ejerent. Etis potest videri fons ipsissimum Alciatini Emblematis, nisi mea coniectura fallit.

Statu cirrata. Cirrati, sunt qui capillos habent cirratos, cincinos calamistratos. Cirrus, ad contorquentos capillos comparatum instrumentum: quasi in circum tortus:

Martialis. 9. lib. 30.

Nec matutini cirrata caterua magistri.

Persius Satyra prima:

Ten' cirratorum centum dictata fuisse

Pro nibhilo pendas?

Terminus est talis.] Huc ænigma de Termino, apud Gelium lib.12. cap.6. quod soluit Politianus in Miscell. cap.36.

Est immota dies.] Seneca Epist Vnus dies de omnibus fert sententiam. & Plin.hift.nat.7. cap. 40. Ita est profectò, alius de alio iudicat dies, & tamen supremus de omnibus. *Quid enim* huc aggeram illud Pind.Olimp.

ἀμέρα δ' ἐπίλογι

μάρτυρες σοφά τατοι.

dies posteriores, testes sapientissimi.

Appendix.

Spectat huc D. Hieronymi locus ad Furiam matronam, vbi de seruanda viduitate: falsus rumor citò opprimitur, & vita posterior iudicat de priore. Idem ad Rusticum: Non est facile de prouecta ætate suspicandum: quin & vita præterita defendit & honorat vocabulum dignitatis. Hæc Hieronym. benè ac cordatè. Alioqui numquā erratur periculosius, quācum cùm sinistre de alijs suspicamur, & quæ nobis dubia sunt in finistram partem traducimus. Quod cùm facimus, non meminimus nos homines esse, vel quod ille, Nos temere in nosmet legem sancimus iniquam. Quid? quos putamus esse desperatos ac perditos, fient aliquando meliores, & quos censemus frugi, cōtinentes, inculpatos, mutato proposito fient improbissimi. Vno verbo, non semper de primis ferunt ultima iudicium, quia potest quis toto vitæ stadio profligatus extitisse, qui supremum diem beatè, piéque claudat. Occurrit quod Plinius Secundus, de quodam toto vitæ genere dissoluto, qui tamen moribundus optimum testamentum fecerat; vnde colligit non semper esse prouerbium veridicum, quod vulgò iactatum olim, testamentum esse speculum mortuum, lib.8.epist.18.

Opulenti hæreditas.

EMBLEMA CLVIII.



PATROCLVM falsis rapiunt hinc Troes in armis,
Hinc socij, atque omnis turba Pelasga veterat.
Obtinet exuicias Hector, Græci que cadauer.
Hec fabella agitur, cum vir opimue obit.
Maxima rixa oritur, tandem sed transigit heres,
Et coruis aliquid, vulturijsque finit.

P Atrocli sub falsis armis ab Hestate interfecti, mytholo- Patroclus
gicè historiam enarrat. Vt enim hoc mortuo Hector ipse quid alle-
ius exuicias sibi retinuit, Græci verò corpus interemptum, goricos.
vt sepulturæ beneficio donaretur, magna pecunia rede-
runt: sic diues postquam supremū vitæ diem clausit, concer-

tatio rixaque inter heredes de possessione oritur: vulturij illi, rogatæque curiæ affectatores, imò verò & ipsi rabulæ forenes partem prædæ aucupantur: Cadauer ipsum humio à sacerdotibus pro pietatis ratione mandatum, impensarum aliquid funeris gratia facit. Itaque atroclus diuitium est typus, qui falsis armis non proprijs belligerant: id est opibus & diuitijs, quæ externa non propria bona sunt succumbit tandem & prosternitur, quod eiusmodi præsidijs homo suam metiri felicitatem minime debeat.

Falsis in armis.] Alludit ad illud Ouidianum:

Sive Menœtiadem falsis ceciliſſib[us] sub arn[os]is.

exuias.] Hic exuias pro præda quæ hosti detrahitur, usurpat.

Et coruis aliquid.] Testamentorum captatores vulgata trālatione vultures appellari obseruamus quod senibus orbis aut alijs sibi consanguineis, ceu cadasueribus inhiant. Hinc illud Martialis:

Cuius vulturis hoc erit cadasuer?

Et Seneca in Epistolis: At si hæreditatis caufa id facit, vultur est, cadasuer expectat. Et Dinarchus apud Plautum in Truculento:

— *vide ut iam quasi vulturū triduo*

Priùs prædiuinant, quo die esuriſſent.

Illum inhiant omnes. —

Cicero pro Sexto: Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo vulturij paludati. Intelligit autem Pisonem & Gabinum, quos inimicos sibi maximè infenos dicit. Appuleio togati vulturij, cauſidici & patroni forenes sunt: in qua significacione hic accipi palam est.



Amicitia etiam post mortem durans.

EMBLEMA CLIX.



A RENT E M senio, nudam quoque frondibus ulmum
Complexa est viridi vitis opaca coma:
Agno scitque vices naturæ, & grata parenti
Officij reddit mutua iura suo.
Exemplōque monet, tales nos querere amitos,
Quos neque disiungat fædere summa dies.

I DÈ Græco Antipatri Epigrammate transtulit, cuius carmē Typus Ens.
est eiusmodi: blematis.

ἄνθη μὲ πλατάνισον ἐφερπύζεσα καλύπτει
ἀμπελό, οὐδείν δ' ἀμειτέσηλα κόμη.

η τοπίν ἀμοῖς θαλέθεσιν ἐνιθρέψατος ὁ ποδάρυος
Εόργυας, οὐ ταῦτα σύν ἀπεπλοτέρην.
τοῖς μὲν τοι ἐπιτά πηνεῖδω τις ἐτύγλι,
ηπειρεῖται καὶ νέκυς οἰδεμόν.

*Amici qui deli-
gendi,*

Significatur autem hac vite vlmum vigore iam destritum
comprehendente ac sustinete (à qua nimis ipso prius cùm
tenera eset, & quasi pubescens incrementi occasionē mate-
riamq; sumpserat) amicos nobis esse diligendos, qui nec tē-
porum diuturnitate, nec locorum distantia, sed ne quidem
post mortem amare desistant. Illudque est quod Phocion
dixit, ut refert Stobæus, ητεῖ δεὶ καὶ ἀνδρεῖ τενα καὶ εἴλεις
τεῖς καὶ τινὶ ἀπαλλαγὴς τεῖς εἰς αὐτοὺς οἱ ταῖς, Comparando
esse liberos & maritum & amicos, qui ad mortem usque co-
stantes sint. Virgilius in obitum Mæcenatis:

Et decet, & certè viuam tibi semper amicus,
Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero, cineres interq; fauillas
Tunc quoque non potero non memor esse tui.

Huius amoris est quidam apud Propertium character lib. 2.
his verbis:

Terra prius falso partu deludet arantes,
Et citius magnos sol agitabit equos,
Quām possum nos trāsferre calores,
Huius ero viuus, mortuus huius ero.

*Vlmis ad. unde vi-
ces,*

Arentem senis.] Vlmis adiungi vites fuisse in more positum
vt etiam hodie in Italia, notius est quām vt confirmare ne-
cessē habeam. Porro aduerte an huc traduci possit Catulli
versus in quodam Epithalamio:

Vt vidua in nudo vitis quæ nascitur aruo,
Numquam se extollit, numquam mitem educat uiam,
Hanc nulli agricola, nulli accolueret iuenci:
At si forte eadem est ulmo coniuicta marito,
Multi illam agricola multi accolueret iuenci:
coma.] folijs, pampinis.

vices naturæ.] quæ nimis mutantur in horas, vt è iuuene
senex citissimè fiat.

parenti.] vlm, à qua sustentata est, & incrementum cepit.
Horatius:

Et vitem usduas ducit ad arboreas.
Idem:
— adulta vitium propagine

Altas maritat populos.

Quid.3. De ponto,eleg.8.

Non hic pampinus amicitur vitibus ulmus:

Nulla premunt ramos pondere poma suos.

Idem 2. Amor.eleg. 16.

Vlmus amat vites:vitis non deserit ulmum:

Separor à domina cur ego s̄epe mea?

Catullus in nuptijs Iuliæ & Manlij:

Lenta quin velut assitas

Vitis implicat arbores,

Implicabitur in tuum Complexum, &c.

Claudian.2.de raptu:

—hic pampinus induit ulmos.

Iuuen.Saty.8.

. *Stratus enim palmes viduas desiderat ulmos.*

Exempl q; mou-t. &c.] Euripides appositè Troadibus ait *Vere am* enim nō rectè amātis censeri nomine qui non semper amet. *semper a-*
mat.
οὐκ ἐστὶ εὔχης, δύσις οὐκ ἀπίστει.

Sed quia epigramma Gr̄ecum Antipatri de amica loquitur,
quam nos vxore m possumus intelligere lubens hic adiungi
vellem Menandri sententiam, qua vbi matrimonij incom-
moda enumerauit, commoda etiam subiungit, sed ijs maxi-
mè verbis.

*Α πυρωπή συμπαρέμεινεν, ἀποτανόντα δὲ
εἴδε τε, τοιείσχλεν οἰκεῖος.*

In rebus aduersis comes est, mortuum verò sepelit.

Appendix.

Vitis,hic signat vxorem Philaniram,mariti studiosam,qua-
lem descripsit Flaccus 2. Carm.Ode 5. Alioqui apud Dauidē
regium vatem Psal.127. vxor viti comparatur fœcund: Vxor
tua,inquit,vt vitis abundans:& ulmum, pro arbore amatoria
Virgil.in eclogis posuit,

Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

Petron. Arbiter sic,

Paruula seculo tegitur mihi culmine sedes,

Vnāque plena mero fœcunda pendet ab ulmo.

Martial de nuptijs Pudentis & Claudiæ,Ilb.4.

Nec melius teneris iunguntur vitibus ulm.

Horatiuss:

—Platanus celebs

Euocet ulmos —

Ouidius epist.Oenones,

Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,

Et tua sint collo brachia vinclata meo.

Verùm ad sententiā emblematis facit illud Hebrei Parcemia-stæ, prouerb.cap.17. Omnis tempore diligit qui amicus est. Eleganter Lyricus,

Felices ter et amplius

Quaeis irrupta manes copula, nec malis

Anulsius querimonijs

Suprema citius soluet amor die.

Nec eum pro verò amore censemus enim qui mortalis vitæ terminis concluditur, si quidem ad mentem sapientū amoris vim aestimamus. Respicit emblematis argumeutum hoc Ouidianum 2.de remedio:

Semper habe Pyladem aliquem qui curet Orestem,

Hic quoque amicitiae non lenis usus erit.

Et 3.de Ponto,ad coniugem:

Cumque ego deficiam, nec possim ducere currum;

Factu sustineas dehile sola iugum

Ad medicum specto venis fugientibus aeger,

Vltima pars vitæ dum mihi restat, habes.


Cicero pro Sestio: ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed charitatem illius necessitudinis & benevolentiae non admittit. Et Virgiliana Dido 4. Æneid.de suo loquens Sichæo:

Ille meos primus qui me sibi iunxit amores,

Abstulit: ipse habeat secum seruētque sepulcro.

Mutuum auxilium.

EMBLEMA CLX.



LORIPE DEM sublatum humeris fert lumine caprus:
Et socij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors sic præstat uterque:
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Aparet sumptum id esse è Græco: sic enim libro I, Epi- Fons Em-
grammatōn reperi: blematis.

τυελίσ ἀλητείων χωλὸν πόδας οὐέρταζεν,
δύμιαστον ἀλλοτεῖοις ἀντερπανιζόμενον.
ἔμεω δὲ ἡμετελεῖς προσέ ενώς φύσιν οὐρμόδησαν,
τρέπλιπες ἀλλήλοις ἀνπαραγγόμενοι.

Cæcus claudum humeris gestat: pro munere tanto

Ille oculos claudi mutua dona refert.

Imperfecti ambo coèunt: sed corpus in unum,

Quodq; deest, socio præstat uterque suo.

Et illud eiusdem omnino argumenti, auctore Antiphilo:

ἀγρω μὴ πησοὶ καὶ ἀλιμογες, ἀλλ' οὐ μὴ, οὐ φεις,

οὐ δὲ, Κάστις ἀλλα δὲ ἀλλα Θεωρησίν.

πυρλός γένος χαλοῖο κατωμάθιον Κάρο θεος,

ἀτεργονὸν οὐ τείσις οὐ μαστιν ἀκροβάτης.

ἵμια δὲ ἀμφοτέροις ἥρκει φύσις· τὸ γένος ἐκάστῳ

τελλιπές, ἀλλάλοις εἰς οὐλον ἤγενισαν. hoc est,

Ambo mendici cæcus, claudusq; fuere;

Alter at alterius sustulit arte malum.

Attollens humeris claudum, qui luce carebat,

Claudi oculos dubiam tentat inire viam.

Coniunxere simul quod fors utrius negarat:

Natura ambobus sic satis una fuit.

Sunt & alia duo ad idem spectantia, quæ à doctis certatim conuersa huc non adiicio: sed illud tantum breuius ex Politanio ascribam, quod non nihil leporis habeat:

πυρλός ἀπτερ δὲ οὐτε ἀλλάλοιν δερπόντες,

πυρλός οὐδηγεῖτο νωτοφορεῖτο δὲ ἀπτερ.

Ex quo intelligi datur, ad sustentandam subleuandam que humanæ vitæ inopiam homine hominem indigere: vt enim nō omnis fert omnia tellus, sic quiuis non abundat quibuslibet. vnde perulgatas habemus parœmias, Vnus homo, nullus homo: Manus manum fricat: Multæ manus reddunt onus leuius: & alia multa generis eiusdem. Existimo quidem hic allusionem esse quandam ad σωδυαριόν, qua homines quibusdam veteribus appellati sunt σωδυαριοί, quippe quos natura ita effinxerit ac formarit, vt gregales essent, & bini agerent. Ex quo & Platonis dicuntur ζωὰ πολιπηγ, id est, animalia ciuilia, & ad societatem nata: quandoquidem eo genio sint, vt sola viuere nequeant. Itaque præclarè ille, qui humanum ingenium apiculæ comparauit: vt enim illa perire dici-

*Homines
σωδυα-
ριοί
civis appel-
lati.*

*Homines
soli minime
vivere pos-
sunt.*


tur si sola viuat, ita natura hominis ea est, vt sine opera mutua & societate vitam traducere nullo modo possit: vtque manus manum lauat, ita homo hominem mutua quadam necessitudine atque ope iuuat. Quis enim artifex tam per se sapiat, tātisque habere facultates putatur, vt non indigeat aliorum artificum auxilio mutuo? Id autem cùm à natura prouida om-

nium matre profectū sit , vt singuli quibusdam rebus ad vi-
tæ præsidium & ornamentum indigeant, quo eas ab alijs mu-
tuō capiant , vt ipsi meminerint aliquod suum officium esse
mutuo & vicissim rependendum : certè nullus nostrum est,
quin vel cæci vel loripedis agat partes, vt quā sit eundū, mi-
nimè videat, aut quā progrediendum vltterius, planè non ha-
beat. Quid, cęce , consilij capies, quò te in viam huius vitæ
anxiæ ac molestæ conjicies: quid, inquam, homo quantum-
uis diues ac opulente, consilij capies, vt te possis tandem ex-
pedire ex inopię angustijs, quæ non sinunt te ultra progredi,
nisi ducatum tibi præstet aliquis oculatus? At, claudē, & pedi-
bus casse, quò te proripiēs? imò verò erudite licet ac Musa-
rum alumne, ante loco mouebis, nisi primum firmis cuius-
dam opulentī benēque nummati humeris sustenteris? Sed
quotus quisque est, cui non perspicuum sit quām longè laté-
que pateat officij huius mutui vsus? Nullum omnino rerum
genus est, quod aut auulsum à cæteris per seipsum constare,
aut vim suam atque æternitatem conseruare possit. Stoici que
in terris gignuntur, aiunt ad usum hominum creata esse: ho-
mines autem hominum caussa genitos, vt ipsi alijs alij pro-
desse possent: qua in re necesse est naturam ducem optimam
sequi , & utilitates omnes in medium conferre officiorum
commutatione , dando, accipiendo, commutando, condu-
cendo , & cæteris eiusdem generis, tum artibus, tum opera,
tum facultatibus hominū inter homines societatem deuin-
ciendo. Iam verò illa sapientia, vt sapienter ab Oratore di-
ctum, diuinarum atque humanarum rerū scientia est, in qua
continetur Deorum & hominum societas quædam & com-
munitas inter ipsos. Quod cùm ita sit, meminerimus ad ex-
tremum, quod antè dictum est, unum hominem pro nemи-
ne habendum: unum inquam nihil ferē, duos simul iunctos
permulta facere & consequi posse.



Auxilium numquam deficiens.

EMBLEMA CLXI.



BINA pericla vnis effugi sedulus armis,
 Cùm premerérque soio, cùm premerérque salo.
 Incolumen ex acie clypeus me præstuit: idem
 Nauifragum apprensus littora adusque tulit.

Emblema
tis fons. **H**oc è Græco Iuli; Leonidæ pigramate expressit Alciatus, in quo Myrtili militis prosopopœia est, scutum suum celebrantis. Græcum sic habet:

eis ενικινδυνεσ ἐρυζον δύο μυρτία Θ πλω,
 τὸν μὲν ἀρισ δύσας, τὸν δ' ἐπινηξέμενον Θ.
 ἀργεσης δ' τ' εδυσειεως τρόπων ασπίδα δ' εχο.
 στοθεις κεκριμένην δαπή κύ πολέμων.

Effugi geminum clypeo discrimin in uno

Mytilus, & pugnans fortiter atque natans.

Arripi clypeum depresso flamine puppi

Fluctibus oppressum, belligerisque viris.

Huc refert & alia eiusdem argumenti Epigrammata lib. i. tit.
eis vanis iov. Scutum hoc nusquam in quois periculo defi-
 ciens, sed etiam in ijs auxilium præstans, quæ videntur alio-
 qui abhorrere ab vsu proprio & naturali, typus est amici veri
 numquam non suppetias ferentis, vel etiam in ijs quæ vidé-
 tur à sua facultate penè omnino aliena esse. Hoc etiā potest
 commodissimè transferri ad literarum studia nusquam non
 opportuna, nusquam non iucunda, quibus nimirūm nō mo-
 dò ab aduersiorum telis & hominū iniurijs tuti sumus, &
 tamquam opposito clypeo munimur, sed & eorum ministe-
 rīo vsuque ē medijs vitæ huius fluctibns ad tranquillum otij
 portum recipimur. Sic enim Mytili clypeum Alciatus ipse-
 met oratione quadam Ticini habita intellexit. Tradunt, in-
 quit, Zenonem Philosophum, cùm naufragium fecisset, di-
 xi se, se numquam felicius nauigasse quam cùm rebus amis-
 sis vacare Philosophię deinde cœpisset. Idem & usurpare ego
 possum, qui cùm in patria otio quondam, nimirūque tran-
 quilitate fere marcescerem, atrocitate bellorum demum ex-
 citatus peregrinari cœpi, & ad hanc disciplinam confugi, que
 mihi p' anè fuit, quod Prouerbio Græco dicitur, Mytili cly-
 peus. Fuit is ingentis animi miles, scuto pugnare solitus, qui
 cùm ad maritimam expeditionem nauigasset, submersa fortè
 nauis eidem clypeo innixus in tutum portum delatus est. De
 quo hunc in sensum Leonides Poëta scripsit:

Bina pericla unis effugi Mytilus armis,

Cùm premerērque solo, cùm premerērque salo.

Incolunis ex acie clypeus me præstitit, idem

Naufragum appr̄nsus littus a lusque tulit.

Sic mihi hæc egregia professio omni in tempore, omni in
 fortuna auxilio fuit, quod cœu lene&tuti vestræ viaticum, vt
 & vos comparetis, horrors suadetque. Hæc ille.

*Veri amici
typus.*

*Studia nus-
quam non
opportuna.*

*Zenonis
naufragii;*

*Mytili
clypeus.*

Gratiæ.

EMBLEMA CLXII.



TRES Charites Veneri assistunt, dominamque sequuntur;
 Hincque volupattes, atque alimenta parant;
 Lætitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem;
 suadet ait Puhus, blandus & ore lepos.
 Cur nudæ mentis quoniam candore venustas
 Constat, & eximia simplicitate placet.
 An quia nil referunt ingratæ, atque arcula inanis
 Est Charitum? qui dæ munera, nudus eget.
 Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat
 Qui citò dat. minimi gratia tarda preti est.

Implicatio

Implicitis vlnis est veritutur altera? gratias

Fænerat: huic remanent una abeunte duæ.

Iuppiter ius genitor, cæli de semine diuas

Omnibus acceptas edidit Eurynome.

CONSTITUITUR hic CHÆRITUM PROSOPOGRAPHIA, qualem fer-
mè & pictores & statuarij veteres expresserūt. Tres sunt
æquè nudæ, virgines, iuuenes, hilares, & quæ inuicem sibi
adhærent: Nudæ quidem, quia beneficia non oportet esse
fucata; in quibus simplicitas & puritas animi maximè requi-
ritur: Virgines autem & iuuenes, quod nusquam senescere *Virgines,*
debeat aut intermori accepti beneficij recordatio: Sibi con-
nexæ & adhærentes, quia (vt ait Sophocles) *χάρις χάριν Iueta.*
q̄d p̄t, quodque debeat esse perpetuum, & quasi continuū be-
nevolentiæ fœdus. Adhæc pedibus habent alata talaria, quod *Talaria*
tarda gratiam esse non liceat. Postremò vñā auersam duæ *pedum.*
alii consipiunt; quod pro accepto beneficio duplēcē, &
quasi cum fænore gratiam rependere debeamus. Has ex Eu-
rynome Iouem suscepisse ferunt, vt affectum eiusmodi non
tam humanum quām diuinum esse intelligas. Huius picturę
Pausanias in Æliacis diuersis locis meminit: & Seneca pluri-
bus agit libro De beneficijs primo, c. 3. Porro hoc non gra-
uabor adscribere in Charitum eiconem Epigramnia non il-
lepidum, quod etiamnum extare Romæ, testis est Lilius Gy-
raldus Syntag 8. ascripsitque Alciatus ipse met cap. vndecimo *Eurynomes;*
libri primi Parergon:

Sunt nude Charites, nudo de marmore: at illas

Dina columnas suis edibus intus habet.

Par tribus est facies, qualem decet esse sororum:

Par tribus est etas, par quoque forma tribus.

Grata Thalia tam ngemina conuersa sorori,

Implicat alternis brachia nexa modis.

Iuppiter est genitor, peperit de semine Celi

Eunomio, & Veneris turba ministra fuit.

Inde alitur nudus placida sub matre Cupido,

Inde voluptates, inde alimenta Dei.

Charites.] *απὸ τῆς χαρᾶς. à lætitia, vt Phornutus ait: sed & Charites*
notissimo Græcorum adagio, *τηλεστατέρας οὐδὲν, Gratijs sa-* *nde dille-*
cificate, iij iubentur, qui tristes & solliciti sunt.

Veneris assistunt.] Testis est in Æliacis posterioribus Pausa- *Gratiæ*
nias, & Cælius lib. 18. cap. 18. vt significaretur, quæ voluntas *inrete De-*
miratur.

ferret sine pugna, citraque contentionem ullam, & qui dat, & qui accipit, transigerent.

Euphrosyne.

Lætitiam Euphrosyne.] Notatio est nominum. Euphrosynæ lætitiam sonat, vel quæ hilaritatem facit, οὐδὲ τὸ δόγμαντι, lætem reddere,

Aglæia.

Aglæia.] Solendorem, dignitatem & honestatem significat. hinc ἀγλαΐα, μετ' χρήσιμῳ, honoro orno.

Thalia &
Suada.

Suadela est Puthus.] Thaliam intelligit, quæ Suada sive Suadela persuasionis Dea, & à Græcis ποιῶν nominatur. Cicero in Bruto: Ut hominis decus est ingenium, sic ingenij ipsius imen est eloquentia, qua virum excellentem præclarè tum illi homines florem populi esse dixerūt: Suadēque medulla, ποιῶν, quam vocant Græci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autē Cethēgum medullam fuisse vult, vt quam Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitasse, huius hic medullam nostrum Oratorem ~~κατέ~~ dixerit. hæc ille. ποιῶν verò (ait Suidas) est οὐ πειρονή, cui sacrum nihil aliud quām oratio, quam etiam Græci θυχαιγωρός appellabant; quod animum ducat quod velit. Eo sensu eloquentia flexanima dicitur Ennio.

arque arcuia inanis est Charitum.] Huc referendum videtur quod de Simonide retulit Stobæus: Σιμωνίδης οὐδέποτε ποιῶν εὐχάριμον ποῖος αι, καὶ χάριν εἰχει λέγοντες, αἴρουσιν δὲ μὴ διδόντες, δύο εἰπεν οὖτε Επίχωντες, τὼ μὲν χαρίτων, τὼ δὲ αἴρυντο. καὶ οὐδέ τις τὰς χρείας, τὼ μὲν τὸν χαρίτων κεντεῖν έυρίσκωσταν ἀνοίξω, τὼ δὲ γενοίμενα μόντες: Simonides, rogante quadam ut sibi conscriberet encomiū, & gratiam se relatum dicente, argentum autem non dante: Duas, inquit, arcas habeo, unam Gratiarum, alteram argenti: & cum necessitas exigit, Gratiarum quidem arcam appetiens, inanem ipsum reperio; alteram verò solam mihi commodam. Sed hoc videri posset illiberalē: nam libera & ultro-nea debet esse gratia, non coacta, aut illiberalis. Adde, quod pulchrius & magnificentius est beneficium conferre, quām affici beneficio. Hinc enim illud Plutarchi: Καὶ τὸ εὖ πάρχειν, τὸ εὖ ποιεῖν & μόνον κάλλιον αἱλλά καὶ ήδιον εἶναι οὐσί. χαρές γαρ οὐδὲν εἴ τως γένιμόν έστιν, οὐδὲ χάρις. αἱλλά συφός οὐ τὰς χάριτος τὰ οὐρανάτα δέμας, αἴρατε, καὶ εὐθροσσώτες, καὶ διλέγαντες. τὸ γαρ αἱλλόμενον καὶ τὸ χαρέον εἰ τῷ σιδερντι τὼ χαριτεῖν, πλεῖον έστι καὶ καθαρότερον. διὸ τὸ πάρχειν εὖ αἴρετονται αἱλλάκτις. αἰτιοῦ γαρ αἱλλούται, τῷ εὖ ποιεῖν, hoc est, Epicurus

Arcula
Gratiarum
inanis:

alt, non modò pulchrius esse beneficio afficere, quām affici, sed & iucundius. Nam nulla res perinde parit gaudiū, ut beneficentia. Sapiebat autem qui indidit Gratijs nomina, Aglaīæ, Euphrosinæ, & Thaliae. Siquidem exultatio & lētitia in dante maior est & purior. Itaque multi pudore sāpē suffunduntur, cūm beneficium accipiunt: semper autē gaudent, cūm beneficium prēstant. Non in hī rem tempetare possum, quin addam Ciceronis illud ē 2. Offic. aut operā sit benignè indigentibus, aut pecuniā, &c. quamquam in utroque inest gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera ex virtute deponitur: largitioque quę fit ex te familiari, fontem ipsum benignitatis exhaustit.

bis dat qui cito dat.] Prouerbiale est ex Publij Mimis:

Bis est gratum, quod opus est ultrò si offeras. Itēmque.

Beneficium in opibis dat, qui dat celeriter.

Vulgatum est etiam in hanc sententiam Luciani distichon:

ἄξεια χάριτες γλυκερίτεραι. ήν δὲ έργον,

πᾶσα χάρις κένει, μηδέ λέπιτο χάρις.

Bis dat qui cito dat.

Id est, ut Aulonius reddidit.

Gratia qua tarda est, ingrata est gratia: namque

(ūm fieri properat gratia grata magis.

Lege Prouerb. Bis dat qui cito dat.

vlni.] brachijs. Vlna frequentius pro longitudine duorum brachiorum extensorum accipitur.

remanent vna abeunte due.] Siquidem referenda gratia nullum officium magis necessarium. Quod si quedam acceperis referenda, vtenda, maiore mensura, si modò possis, reddere iubet Hesiodus, & imitari agros fertiles, qui multo plus reddunt quām acceperint. Cic. 1. Officior. Grauissimè dictū à Valerio Max. dandi & accipiendi beneficij commercium sine quo vix hominum vita constat) perdit & tollit, quisquis bene meritō parem saltem referre gratiam neglit.

Eury nome.] Eurynomen dictam ait Seneca, quia latè patētis patrimonij sit beneficia diuidere. Alij Eurynomen, quasi latis pascuum, à spatiolis pascuis interpretatur. Alio portò nomine dicitur Eurydomene. ἄτο τὸ εὐρύ χῆ δύσμη, abundantē do: alijs Eurymedusa, à μέδω, quod rego significat. Hesiodus Theogonia: τρεῖς δ' οἱ εὐρυνόμην χάριτας τέκε κελλιταῖς. Huius meminit Homerus Iliad. 18.

Ad locupletandā huius Emblematis commentationē, multa sunt apud Senecā de beneficijs passim, sed in primis cap. 3.

lib. prioris. Cum hoc coniunge nobilē Lactantij disputatio-
ne in, de vero cultu cap. ii. singula enim exscribere non vacat.

Appendix.

Ex multis quę passim obuia sese offerūt ē bonis auctoribus,
quędam sublegemus. Ex iure cōmuni didicimus, teneri nos
ad ~~av̄t̄ id̄ ēḡ~~, l. sed etsi. D. de petit. heredit. l. si verò nō remu-
nerandi. §. idem Pomponius. D. mand. l. si non sortem. §. li-
bertus. de condit. indeb. In Mimo vetere:

Beneficium qui nescit reddere, iniustè petit.

Prodicus sophista apud Platonē Axiocho (si quidē Platonis,
dialogus est) illud solebat in ingratos auditores flestere: ~~α&τε~~
~~χειρίς τούς χειρες νίζεις, δός πη χάλεπην.~~ Benē Martialis:

Dedecus est semper sumere, nilque dare.

Fatemur alioqui beneficium voluntariū magis esse quām ne-
cessarium l. qui ex caussa. D. de bon. libert. Et gratia si nō ac-
cipitur gratis, non est gratia. Nam quod Seneca epist. 83. sa-
pientis est bene debere beneficiū, bene soluere. interdum
autē solutio est ipsa cōfessio. Voluntas enim spectanda, nō fa-
cultas. Sed idem tamē sapiens suo more mouet aculeos: Plus
ceteris dedit qui sine spe recipiēdi dedit. Nam hæc beneficij
inter duos lex est, alter enim obliuisci debet dati, alter accepti
nunquam: nempe ut qui dedit beneficium, taceat: memoret,
qui accepit. Est enim odiosum genus hominum officia ex-
probrantium, &c. Quo nomine grauiter succenset Martialis
Postumo cuidam, qui quod donarat, impensis celebrabat.
Lacerat animum, & premit frequens beneficiorum com-
memoratio: quod etiam non fecit quidam libertus apud Simo-
nem patronum, in Andria Terentij: vbi sic:

Si tibi quid feci, aut facio quod placet,

Et gratum fuisse animaduertisti, habeo gratiam:

Sed hoc mol-stum est, nam isthac commemoratio,

Quasi exprobatio est immemoris beneficij.

Non discedo à lectione Senecæ: Beneficia dādo, ait, imitamur
Deum, nō foreneramur. Dignus est decipi, qui de renumeran-
do cogitauit. Iam quod hilares & nudæ hic Gratia represen-
tatur, mera liberalitas, nulloq; iure cogēte profecta designa-
tur. Qui enim dat inuitus, nihil dat. Ergo Fabius Verrucos-
ses dicebat, beneficium ab homine duro asperè datum, panē
lapidosum esse, quem esurienti accipere necessarium esset, etsi
acerbum. At ~~ιλαρον δοτησε ο θεος ο γαπα~~, Hilarem datorem
diligit Deus. Et nullasunt maiora beneficia, quām quæ sunt
in accipiendis yerecundia.

In detractores.

EMBLEMA CLXIII.



AVDENT flagriferi matulae, stupidique magistri
 Bilem in me impuri pectoris euomere.
 Quid faciam? reddamne vices? sed nonne cicadam
 Ala una obstreperam corripuisse ferar?
 Quid prodest muscas operosis pellere fabris?
 Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Veram scribendi huius Epigrammati occasionem mu-
 tuatus sum è libro, cui Iurisperitorum nomēclatura no-
 men, auctore innominato. Is ergo cùm scripta Zazij enumera-
 rauit, hæc que sequuntur subiicit: Sanè multū profuit Zazij
 prudentia Iuris atque criminis doctrina, à Franciscō Florido Floridum.

A A a iii

Epigrāmā
id primō
nominatim
scriptum in
franciscō
Florido Floridum.

sugillata: in quem nomine ipsius Zazij, Budæi, Alciati, & cæterorum titulo, In Ranciscum Olidum accepimus apologicum, quod sic habet:

*Audent flagriferi matule, Stupidiq; magistris
Bilem in nos olidi pectoris euomere:
Reddemusne vicem opprobiis? sed nonne cicadam
Ala una obstreperam corripere istud erit?
Quid prodest muscas operosis pellere flagris?
Negligere est satius, quod nequeas regere.*

Homines certè liberaliter instituti contumeliam impotètius ferunt quæ sit illata à contempto quodam & inertì conuicatore; cum quo congredi vel turpe sit, vel indignum putetur. vt apud Ælian. in 14. Var. hist. Aristides Locrensis morsus à mustella Tarthesia dixit se dolore , vt maximè , quòd moretur à bestiola tam contempta ictus : multòque honestiore mortem fuisse, si id sibi obtigisset ex morsu leonis vel pardalis. Itaque acerbiùs causam mortis, quām mortē ipsam ferebat. Et quidem, vt facile possum coniçere, vnà cum Florido illo , alioqui docto homine , sed certè parum verecundo, vt eius scripta testantur, malè feriati pædotribæ & inépti magistelli Alciato nonnihil detraxerant, adeò solet intabescere inuidia , successus hominum videndo, vt cum Nasone loquar. Vix enim vt sine fumo ignis emicat: sic excellens quādam gloria comitem inuidiam vt plurimū habet. Qui vir certè magnus; cum ægrè ferret se ab huiusmodi literatori- bus & magistellis importunè traduci, scripsit hoc Emblema, distantie indignationis affectu, quo reddit rationem cur pluri- bus non respondeat : quippè cùm existimet cum ijs concertare sibi planè indecorum esse, quandoquidem minorem à maiori prouocari nec iustū nec ingenuum sit. Quo in loco notanda est verborum energia vehemens, & Satyricæ cōpara- tiones, succinctæ quidem, sed acres admodum, & quæ pluri- mum neruorum vel potius aculeorum habeant.

Flagriferi matule.] Per cōtumeliam flagriferos appellat eiusmodi sciolos & impudentes obtreftatores. Eodem modo Plautus in Pseudolo dixit: Eo ingenio hi sunt flagritribæ, qui hæc habent consilia. Matula portò vas est, in quod vrina excipitur, & nonnumquā metaphoricōs usurpat pro ho- mine fœtido & impuro, vt apud Plautum in Persa:

Numquam ego te tam matulam esse credidi.

Matula.] Et matula Iuuenali, trulla οχαριον, Græcis festa,

Flagriferi.

Matule.

& varroni, matellio.

Bilem euomere.] Allegoria ab his qui concoquere nequeunt *Bilem euomere.* certos quosdam cibos præ stomachi debilitate, quod pro- uerb. citatur ex Aristoxeno Musico apud Plutarch. *Sympo-* *7. cap 8.*

Quid faciam rediämne vices?] addubito, an par pari referam. Sic addubitare Ciceronem memini t; ad Atticum, num sibi contempnenda contumelia sit à sororis Attici filio illata, & dissimulanter concoquenda: vel an sit euomenda semel & aperte bilis omnis acerbitas. Verba eius hæc sunt. Nunc me iuua, mi Attice, consilio. πότερον δίκας τειχός οὐτοι, id est utrum aperte hominem aspernet & respuam, ή σκολιάς ἀπάταις. ut enim Pindaro, sic δίξα μοι νόος, ἀργέκειας επειρ. omnino moribus meis illud aptius: sed hoc fortasse temporibus. Tu autem quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.

cicadam ala corripuisse.] Respexit ad Prouerb. Cicadam ala *Cicadam* corripuisti. Animalculi hoc genus naturā garrulū ala si cor- *ala corripe-* ripueris, clarius obstrepet: ita si maledico præbeas occasio- *re.* nem odij, non modò non rasebit, sed & importuniū effu- tiet, & omnem bilem euomet.

muscas operosis pelli re flabris.] Doctum virum dedecet cum *Muscas* *pelle.* imperitis & inertibus Grammaticulis concertare. Alludit au- tem ad Prouerb. *Muscas depellere.* cui & illud conuenit: A- *Musca quid allegorice.*quila non captat muscas. *Musca* autem in Hieroglyph. impu- dentiam & improbitatem signat; quod etsi crebrius abigatur, nihilominus redeat. Lege Pierium lib. 6. & Orum lib. 1.

Muscas pellere.] Inter Deorum prælia Homerus pertinacē *Muscae im-* muscae improbitatem proposuit vbi ferox hostis insultat ho- *probitas.* sti, neque quietem dat ullam, donec vulnus infixit. Sic enim ξύοι μύης δάρπος ενὶ σύδεσιν εὑνήεν, ἵτε ξύ εργαλεῖη μάλα- πρη χροὸς ἀνδρομένοιο ιοκανά δάκεσιν. Huc conferrem ali- quid non innatus de secta Cynicorum, quorum impudentia non toleranda mandata est omnium scriptis. Malim ex eo Emblematis argumēto elicere id quod legitur apud Plinium „ iuniorem, recta ingenia debilitari verecundia, peruersa con- „ firmari audacia, etenim visu enire solet ut quo quis imperi- „ tor est, sit eo iactantior & sui cōfidentior. Merito igitur viro forti est odiosa musca, & sapienti atque prouido temeritas. Qua ratione Hercules de suo sacello muscas dicitur abegisse.

Operosis fabris.] Flabellum, muscarium dicitur Martialis, quo

muscae abiguntur, μυοσόην, Græcè.

Negligere est satius; &c.] γνώμη. Non est quod te tam excrucies in eo vel persequendo, vel fugiendo, quod vitare nullo modo possis.

Appendix.

Contumelia & obtrectatio sæpe animis tranquillissimis patientiam extorsit, ait Seneca. Quare ferendum cum putamus qui pudorem suum purgat. Sic Comicus prologo Andriæ:

Si mihi perget quod volet, dicere, quod non volet, audiet:

Beneficijs si certassit, audiet bene.

Desinant maledicere, maledicta ne noscant suq.

Hieronym. id imitatus, ad Rufinum: Si dixeris quæ non viſ peius audies. Quod ante meminimus usurpatum Plauto: Contumeliam si dices, audies. Et quid tandem? difficile est iustū dolorem temperare, l. si adulteri 38. §. imperatores. D. de adult. Quin & veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam, vt apud Gellium, lib. 6. ex Mimo quodam vetere, &c.

Quilibet extintos iniurias suscitat ignes.
ait Ouidius 3. Artis. Ingenuus animus difficulter admodum contumeliam patitur, quamquam leuius fiat patientia quod corrigi non possit. Verum strangulat inclusus dolor, & pressum enecat, nec satis habet virium, ut par esse ferenda iniurias possit.



Inanis impetus.

EMBLEMA CLXIII.



LUNAREM noctu, ut speculum, canis inspicit orbem:
séque videns, alium credit inesse canem,
Et latrat: sed frustra agitur vox irritaventis,
Et peragit cursus surda Diana suos.

Carpit æmulos quosdam imitatores, seu ut dixerim ve-
riūs, obtrectatores & maledicos, qui cùm doctrinæ vbe-
rem quandam gloriam in magno aliquo & excelso viro con-
spiciant, conuicijs eum proscindūt citius, quàm imitātur. Est
enim illud vulgo notum, πάλλα μωμόσα οδγεῖσθαι τον ίμιμ-
οαδγ, in multis Momum agere & reprehendere longè faci-
lius, quàm imitari: ut vero verius mihi Xenophon dixisse vi-
deatur 2. Commentar. ἡ πάρνη γέραστος δὲ δηρεῖν εργον, εφ' ἦ

Carpere fa-
cilius quàm
imitari.

Nihil est
quod repre-
hendere non
possit.

Cani orbē
Luna con-
spicit; quid.

Amule-
tum in ob-
iectio-
nem.

Σύντις διτίαν εἶχε. χαλεπὸν γόνω τὶ ποιῆσαι, ὡςεὶ μηδέποτε πάρτεῖν χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτίτως τε πικήσοντας, μηδὲ γενόμοι κριτὴν θετούχειν. Non facile est, ait, ut reperiri aliquod opus possit, in quo nihil à quoquam reprehendatur. Est enim arduum ita quicquam perficere, ut non alicubi pecces. Quod si etiam sine aliquo errore quidquam peragat aliquis, difficile est non pati, aut inuenire aliquem iniquum iudicem. Sumpta est ὡμοιωσίς à cane in Lunā latrante, suamque ipsius umbram temerè conspicante, sed qui eò plus ἀγρέ ferat, quod suo latratu Lunam non deterreri, neque inceptum cursum sistere videat. Eodem prorsus modo exercendi sunt importuni illi sycophantæ, ut & alienæ famæ captatores, quos non modò animum despondere, sed in rabiem agi deprehendes, cùm ab ijs qui læsi sunt, habentur contemptui, & eos responso aliquo minimè dignetetur. Cùm enim hoc vnum in primis expetant, ut eiusmodi aculeis afficiaris, danda tibi est opera, ne subitus ira impetus animum à sua sede & statu dimoueat: sed dissimulandum, fingendaque vultus hilaritas, qua præ te feras, quām minimi aut nullius planè momenti ea sint quæ falsò & temerè in te iaculantur. Sic enim fiet, ut tua hac tolerantiā, calumniarum illi artifices desinant, maledicta & noscentia sua: vel impotenti quodam dolore percussi rumpatur, quod obesse tibi non potuerint. Qua de re pluribus apud Plutarch. in Commentario, Quomodo quis utilitatem ex inimicis capere queat. Huc facit præclarum Senecæ monitū ex 2. De ira: Non ut in beneficijs honestum est merita meritis repensare, ita iniurias iniurijs: illic vinci, turpe est; hic vincere. Inhumanum verbum est, & quidem pro iusto receptū, vltio: & à contumelia non differt, nisi ordine. Qui dolorem regerit, tantum excusatus peccat. M. Catonem in balneo quidam percussit imprudens, quis enim illi sciens faceret iniuriam; Postea satis facienti Cato: Non memini, inquit, percussum me. Melius putauit non agnoscere; quām vindicare. Nihil, inquis, illi post tantam petulantiā malifactum est? Imò multū boni: cœpit Catonem nosse. Magni animi est iniurias despicer. Vltionis contumeliosissimum genus, est non esse visu dignum, ex quo peteretur vltio. Multi leues iniurias altius sibi demisere, dum vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magna feræ latratus minutorum canum securus obaudit. Audiamus tandem consultorem optimum in primis iuxtaque lepidissimum Comicum Philemonem:

Ἄδειον οὐδέν, καὶ μετωπότερον
ἔσται, τὸ διάβατον, λοισθρόν μένον φέρειν.
οὐλεισθρῶν γένος, αὐτὸν οὐλοισθρόν μένον
μή προσποιῆται, λοισθρόν τον οὐλοισθρῶν.

quod ita Latine sonat,

*Iucundius nihil est, neque etiam concinnus
Est, quām posse conuiciantem ferre:
Nam qui conuiciatur, eo in quem conuicium iacitut,
Dissimulante tacentēque, efficit ut sibi ipse conuicietur.*

Censet nullam auribus iucundiorem musicam, quām tacere alterum, altero conuiciante, cūm enim patienti animo, sed & forti pectori quis maledicta perferre ac pati potest, efficit ille quidem dissimulando, ut maledicus sibi maledicat, id est suum morbum prodat, ut sibi potius quam alteri noceat. *Cæ-Canis pro-
terum hic perbellè Canem inuidum & obtrectatorē propo-
inuidus.*
suerunt, ut etiam pro adulatore & scurra. Pierius lib. 5. adnotauit. Cūm ijs quæ de cane diximus iungenda hæc ex Suetonij Vespasiano: Demetrium Cynicum in itinere obuium sibi post dominationem, ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblitrantem etiam nescio quid, satis habuit canem appellare.

Lunarem orbem.] Lunam. Puto allusum esse ad id quod in Pharmaceutria Theocrit. vbi ait canem terri Hecate subterranea, compertum est autem canes vel ferociores terri spectris nocturnis.

*canis:] Canem accipi pro conuiciatore, impudenti & male-Canis quid
dico obtrectatore notum est. Apud Homerum, ab Achille in Hiero-
Agamemnon incessitur, ut κυνός ὄμματ' ἔχειν, qui caninis glypticis.
sit oculis. Ea enim canis natura est, ut eum nihil pudeat. Ita-
que Iulius Pollux Oculum is habere caninum dicitur, ait, qui vide pro-
nimio plus impudens est. Plautus Menæchm. Hecubam ait verb. Iunij
ex eo appellatam canem quod in quoscumque intueretur, 83. Centur.
conuiciatrix & maledica esset. Itaque & M. Tullius Oratione 7.
ne pro Roscio Amerino, alios Oratores clamare ait, non etiā
nocere; alios latrare, qui etiam mordere possint. Cur vero ca-
nis Diogenes est nuncupatus, nisi quod mordax esset & ma-
ledicus? Hinc Cynorum fluxit appellatio, & vox Homeri-
ca κυνέπης. Apud Terent. Eunicho, canis os durum, & im-
pudentiam significat. Catullus in quandam:*

— ruborem.;

Ferreo canis exprimamus ore.

Hecuba, canis vocitata. Inu. Cent. 7 . p. ou. 83;

Séque videns.] suam vmboram.

ventis.] Catullus:

Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia factaque

Ventos irrita ferre ad nebulas aetrias finis.

Idem Argonauticis:

Irrito ventos & linquens promissa procella.

*Et ibid. Ariadna de perfidia Theteci conquerens, ait se spe-
rasse.*

— optatos hymeneos,

Quæ cuncta acrij discerpunt irrita venti.

Tibullus lib. 3. Eleg. 4. ad finem:

Hei Deus in melius, crudelia somnia vertat,

Et inbeat trepidos irrita ferre Notos.

*sorda Diana.] Epitheti ut tu quoq;. Diana pro Luna apud
Poëtas.*

Appendix.

Cum quidem impunè detrectat quis, nullo præsente qui contradicat, dicitur Græco adagio, ε τερομόλιο δίκη, heteromalia causa. In eo vincit sœpe, qui pati possit. Ita Seneca, Viri boni est scire pati, non facere iniuriam. Idem B. Hieronym. ad Eustochium Apud Christianos, ut quid ait, nō qui patitur, sed qui facit contumeliam, miser est. Ibidem, Irasci hominis est, frenum iracundiae imponere Christiani. Contemni enim leuius est, quā stultitia percuti, ait Mimus verus. Nempe maledictum interpretando facis acrius, & si bene subduxeris, falsum maledictum, malevolum mendacium est. Ex multis festiuim sane occurrit veteris cuiusdam Stoici cauillum, apud Senecam, epist. 91. Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco sibi esse voces imperitorū, quo ventre redditos crepitus, nihil enim referre an sursum, an deorsum sonent. Horatij istud congruit 1. Epistolar.

Mordear opprobrijs falsis, mutem ne colores?

Falsus honor iuvat, & mendax infamia terret,

Quem, nisi mendosum & mendacem!

Et Cicerò 2. in Antonium: me ijs dictis nescit laudat an laudet. Sed Hieronym. & eruditè, placent, vt omnia, in ea quæ est ad Rusticum: Sicut sagitta, si mittitur contra duram mate-

riam, nonnumquam in mittentem reuertitur & vulnerat emit-
tentem? itadetractor cum tristem faciem videt audiētis, in quo
non audientis, sed obturantis aures suas ne audiat, illicē cō-
ticeſſit, paller vultus, hebent labra, saliuia ſiccatur. Nempe
quod Ouidius:

Conſcia mens recti fama mendacia rideat.

Ex omnibus per placet locus Senecæ de ira, cap. 33. Ira habet
aliquam voluptatem, & dulce est dolorem reddere? minime.
Non enim ut in beneficijs honestum est merita meritis
repensare, ita iniurias iniurijs. Illic vinci, turpe est: hic inhuma-
num vincere, hæc ille. Meminerit ergo vir bonus ſibi non
eſſe iniurias iniurijs compensandas, neque rabie cohibend
petulantiam: quia, quod Iurisc. Innocentia reus purgat, a
non relatione criminis, l. 15. §. 5. D. de publ. iudic. ur.
tandem?

Quid


Dura aliquis precepta vocet:

ſed per legat elegantem Plutarchi diſputationem, quomodo
quis utilitatem capiat ab inimicis, & fortasse amplius quod
desideret, nihil erit.



Aliquid mali propter vicinum malum.

EMBLEMA CLXV.



R A P T A B A T torrens ollas, quarum una metalla
 Altera erat figuli torrea facta manus.
 Hanc igitur rogat illa, velit sibi proxima ferri,
 Iuncta ut præcipites utraque fistat aquas.
 Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia curæ,
 Ne mihi proximitas hac mala multa ferat.
 Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda;
 Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

I Nsignis est apodus, quo monemur cum potentioribus
 I aut improbris societatem non esse incurvad: ouia si euid in-

fortunij damniūe acciderit, in infirmiorem semper reclina- Cum quibus
risoleat. Apologus Æsopo ascribitur. Titulus Emblematis non fit in-
sumptus est ex Plauti Mercatore. ait enim Lysimachus: eunda se.
Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus, Aliquid mali esse
proper vicinum malum. Pindar. Nem. ειδ. 3. docet utilitatem vicini boni
maximam adferre vicinum, si sit idem & amicus: contrà, si summa cō-
fit inimicus & malus, datum num iacturāmque. Quod bellè muditas.
expressit Hesiodus:

πῆμα κακὸς γείτων, ὁσορτ' ἀγαθὸς μέγ' ὁ νείτη,
εἰδὸν τὸν οὐρανὸν απόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Demosthenes aduersus Calliclem de prædio, nihil molestius
esse dicit, quām incidere in vicinum auarum & improbum.
τὸ χαλεπώτερον εἰδὲν οὐτούς Θ πονηρὰ καὶ πλεονέκτε τυχεῖν.
Quō etiam illud Virgilianum spectat:

Mantua ve miserē nimium vicina Cremonē.

quo deplorat Mantuanorum infelicitatem, quibus obfuit so-
la Cremonensium vicinitas, ait Seruius. Itidem evenit Chal-
cedonijs & Byzātinis, itemq; Ætolis & Acarnanibus, qui fi-
nitimi mutuis armis & dissensionibus sese confecerunt. Ita-
que apud nostros vulgò circumfertur, Ei optimè cedere qui
bonū vicinū habebit. Cato senior, eos qui prædia empturi
essent, admonebat: vt præ cæteris aduerterent ne malum ha-
berent vicinum. Celebratur & Themistoclis apophthegma.
Cūm quis enim prædium venale haberet, iussit præconem
ad iucere, ὅπερ ἀγαθὸς εἴχε γείτονας, quasi longè vendibilius
esset vicini commendatione. Apud Plautum pauper Euclio
recusat affinitatem cum diuite Megadoro contrahere, his
verbis:

Venit hoc in mentem mihi Magadore, te esse hominem divitem,
Factissum; me istem esse hominem pauperum pauperimum.

Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit

Te bouem esse εἴη me esse asellum, videntem coniunctus siem.

Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto.

Tu me bos magis hanc respicias, notus quasi numquam siem:

Et te utar inquiore, εἴη memori ordo irrideat.

Neutrubi habeans stabile stabulum si quid diuortij fecerit:

Asini me mordicūs scindant, boves incurvant cornibus.

Hoc magnum est periculum, ab insinis ad boves transcendere.

Cæterūm haec ficta descriptione rapidus torrens repræsentat Torrens
humanæ vitæ conditionem torrentis instar fluxam & celeri quid.
momēcto cuanescēt. Etenim aiores aquæ labo-

Olla ænea turtæmpora, ut cecinit Ouid. **Olla ænea** diuites opum cōgē-
quid.
Olla terren. rie onustos & graues; terrea verò pauperes significat, eos
quidem facilè in his vitæ huius turbulentis fluctibus enatan-
tes, & pericula grauiora effugientes. Videtur satè Apologus
ex Ecclesiastici 13. expressus, cùm ait Sapiens: Pondus super
se tollet qui honestiori communicat. Et ditioni tu ne socius
fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim
se colliserint, confringetur. Dives ihiustè egit & fremet: pau-
per autem læsus tacebit. Fabellam sic redditam à Faerno huc
ascribam, est enim admodum lepida:

Duas trahebat annis ollas, æneam
Vnans, alteram autem fistilem.
Sed ahena proprio prægrauata pondere,
Sibiq; porrò præcauens,
Suadere cœpit anteeunti fistili,
Coniungì uti vellet sibi,
Quod rapidum aquarum sustinerent impetus
Iunctis utrimque viribus.
Cui fistilis: Tua mihi, ait, vicinitas.
Non admodum placet, soror,
Nam siue te mihi vnda, siue me tibi
Propè adnatantem illiserit,
Ut sospitem te dura præstabit cutis,
Fragilem meam sic conteret.
Sic, Potentiorum semper est vicinitas
Vitanda tenuoribus.

Magnates enim locupletiores viciniis pauperculis numquam
cesserint, quippè qui eos nō desinant exsugere, dum ad nililū
Cardamomus coegerint, naturā cardami referentes, qui herbarū in propin-
moxius vi-
cinis herbis. quo nascentium humorem attrahit, vnde illas arere postea fit
necessse. Notandum id Nasonis monitum:

Et quamquam soli possint prodeesse potentes,
Non profund: potius plurimum obesse solent.
Quarum una metallo altera terrea] Duplex hominum sors &
cōditio, diuitium tempè & pauperum totidem expressa sim-
bolis. quo fere pertinet illud Ausonij:
Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis,
Et misceret opes, pauperemq; simul.
Altera erat figuli, &c.] id est, erat fistilis, &c. eorum.
sua commercia.] tua consuetudo, tua vicinitas. Metaphora à
mercibus.

Appendix.

Duo nobis offerunt sese Iuris prouerbia quæ eo pertinent; primum, interest nostra bonum habere vicinum. I quod sepe. §. fin. D. de contrah. empt. Alterum, potentioribus pare esse non possumus l. 3. de alien. iudic mutand. causa facta l. nam magistratus, de arbitr. Optanda quidem hæc, non sperada semper, nisi ei fortè cui permitta est electio prædij vel domiciliij: nec enim parum interest nostra quibuscum hominibus, aut apud quos viuamus. Ut de ceteris sileam ad quid illud iactatum Græcis, τὸν γεγγόντιον εὔχεται τονα δ' εἰ Francū pro amico habeat non vicinum? Nempe quia Græci Romanique suspectam haberent Francorum veterum potentiam, cum vix pares esse se putaret. Hoc natura, vel hominum potius depravatis moribus comparatum, ut nullæ sint rixæ acerbiores, nulla odia implacabiliora, quam quæ inter vicinos, ac contribules agitantur: vel quia vicinus potentior inferiorem subter se habere velit, quin nullas non strophas comminiscitur, quibus quietum vicinum déglutiat. Non sunt nobis repétendæ Romanorum & Græcorū Historiæ, cum quidem vel domesticæ, ac nostræ gentis suppétant, ex quibus accipimus quam fœdæ ac nequiter de vicinis, à quibus nihil metuendum erat, triumphatum est: Sed emblematis huius character videtur speciælius trahi ad eos qui fœdus exhorteret poteriorum principum; quo animo si fuisset rex Portugallie, Sebastianus (qui infaustam & impiam cum Mahometano societatem ad suum, suorumque exitium non longe antea contraxit) felicius vixisset. Memoratu dignus, sed infaustus, & exemplaris casus, ut ita dixerim, Comitis S. Pauli, principis militiae Gallicanæ sub Lodoico XI. Is Comes res nouas molitus aduersus principem suum, colludebat cum rege Anglo, & duce Burgando, neque triste suum fatum præsentiscebatur. Tandem enim fœdere initio inter viros principes, & sopsitis discordijs. Comes ille, ut Suffenus alter, sua proditoris penas dedit. Faciliè mihi esset recolere quædam nostri æui funesta exempla, sed vereor ne ea narratio bilem quibusdam móveat, qui suorum infortunia, quasi plagas vix dum bene fatales refricari non patiuntur.

In eum qui truculentia suorum perierit.

EMBLEMA CXXVI.



DELPHINEM inuitum me in littora campulit aestus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
 Nam si nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus esse putet?

Totum hoc ἀληγορικῶς accipe. Delphin enim marinis fluctibus electus ad litus cōsultorem quendam, virumque Principem, veletiam nota aliqua probitatis insignem, à populari turba beneficij loco, iniurias, ludibria, mortēisque ipsam referētem arguit. quales fuisse legimus Socratem, Aristidem, Phocionem, Demosthenem, M. Tullium, & alios quamplurimos, qui post praeclarè facta, innumerāsque difficultates, & pericula nomine patriæ exaltata, honorum &

Delphin in
mari ad-
scriptus
quid.

præmiorum loco iniustum exiliū durāmque mortē perferrē
coacti sunt. Delphin ειλαδνιπωπ Θ, ut qui suis bene consultū
velit: Pelagus ipsum, in quo pisces à piscibus affiantur &
absumantur, orbis huius angustias multiplices & damna inū-
merabilia refert, nimirū in quo nemo sibi deterius quām ab
homine nocentū impendere videat. Hoc tetrastichon vi-
deo petitum ex 3. Epigram. nempe incerti cuiusdam hexastī-
cho, quod tale est:

κύματα κή τρηχύς με κλύσων ἐπὶ χέρσον ἔσυραν
δελείρα, ξείνης κοινὸν δέχμα τύχης.

ἀλλ' ἐπὶ μὲν γαῖς, ἐλέω τοπ Θ. (οἱ γὰρ ιδόντες,
εὐδίας πρός τύμπον μὲν εἰσερχονται τέλεος)

νῦν δὲ, τεκέστα Σάλαθα διώλεστ. τίς τολμή πέντε
πίσις; θεος εδίνει σαπειανήρην.

Id ita reddere sum conatus:

*Delphinem pelagi rapidus me ad littora fluctus
Ludibrium cunctis, sorte volente, tulit.*

*Præsidium at pia terra dedit: me namque videntes
Ornarunt tumulo conueniente viri.*

*Me mare quod gemuit, sic sustulit. ergo aye ponto
Quanta fides? natos perdit et ipse suos.*

*me in littora compulit.] id uno verbo destituere dicitur, ut me
admonet perspicacissimi vir ingenij Fornerius: quinetiam
adducit hoc Virgilianum:*

Et freta destituent nos in littore pisces.

*Exemplum infido.] Locus est huic accommodatus in 7. Cón-
trouers. Senecæ declamat, i. O maria iustiora iudicijs, ait, ὅ
mitiores procellæ patre, &c. Infidum mare, ἀνέγγι Θ Σάλα-
θα, in Græco epigrammate, i. cum quia nulla sponsio aut fi-
des potest intercedere.*

*Nam si nec proprijs, &c.] Collatio maioris ad minus. Porro *Mare*
inter summæ difficultates nauigationē posuere veteres, un-
de præcepta de fugiendo mari, & terra incolenda. Dixit ita-
que Aristagoras, ὁ πᾶ πᾶσα Σάλαθα Σάλαθα, id est, ex æquo
periculoso esse mare, licet appellations habeat varias. cui
conuenit illud ex Hecyra Cōmici:*

*O fortunate, nescis quid malis preterieris, qui numquam
ingressus es mare!*

Ouid. 2. Amor. eleg. vndecima:

Nauita solitus & ventos horret int̄quos,

Et prop̄ rēsam leshum, quām prop̄ cernis aquam.

*Quod si concussas Triton exasperet undas,
Quam tibi sit toto nullus in ore colo...*

Appendix.

Hieronymi ad Demetriadem, de seruanda virginitate: Quæ de medio mari fumantem viderat patriam, & fragili cymbæ salutem suam, suorumque commiserat, crudeliora inuenit Africæ litora. Vide reliqua. Qui locus nos admonet permultos iam olim fuisse viros claros, quibus sua virtus obfuit. Memorarem Hermodorum ab Ephesijs pulsum, Aristidem ab Atheniensibus, imò Themistoclem, Periclem malè habitum, nisi nos exempla Romanorum cōmouerent, Coriolani, Camilli, imò Portij Catonis toties accusati, M. Antonij oratoris exulantis, & aliorum, de quibus apud historicos.



Εὐθεῶν ἀδελφῶν δύο.

EMBLEMA CLXVII.



BELLORVM cepisse ferunt monumenta viciissim
scutiferum Aiacen, Hectoraque Iliacum.
Baltea Priamides, rigidum Telamonius ensim;
Instrumenta suæ cepit uterque necis.
Ensis enim Aiacem consecuit; at Hectora functum
Traxere Æmonijs cingula nexa rotis.
sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes
Munera, vienturi præscia fata ferunt.

SVmptus est hic titulus Εὐθεῶν ἀδελφῶν δύο, ex Sophoclis
Aiace flagellifero, qui ait se, postquam ab Hectore inimi-
cissimo accepisset ensim munericis loco, se nihil præter dam-
num atrocissimum à Græcis fuisse passum. Itaque postquam
multis est conquestus, sic postremò infert:

ἀλλ' ἐσ' ὁληθῆς οὐ βροτῶν παροιμία,
εἰδησῶν ἀδωρεῖ δῶρα, καὶ οὐ νίστρα.

Ex hoc loco Scholiastes elicit, ab amicis dona quælibet, vel etiam pretij minimi boni esse consulenda: ab hostibus vero & inimicis ne pretiosissima quidem expetenda, ut potè perniciosa & noxia. Dōra enim adōra, sunt rākōdōra, id est, infelicia dona, ut mihi aīmītār. Plautus Milite:

In mala uxore, atque inimico, si quid sumas, sumptus est:

In bono hospite atque amico quæstus est quod sumitur.

Totum Emblema ex Græco tractum liquet:

πηρίων ἀλλήλοις ἔκπειρ χάριν, οὐδὲ φέρεσσις

εἴας, ἀπολέμενην μηδέποτε φιλίην.

ἔκπειρ γὰρ ζωστῆς εἰς λαβόν, ξίφος εἰς παλι δῶραν.

τὸν δὲ χάριν δῶρον πειράσαν τούθανάτω,

τὸν ξίφος εἴλαντα μεμνότα, καὶ πάλι ζωστῆς

εἴλαντες προσμιδίου διφρία συρόμενον.

Ἐπίτης εἶτε εἰδησῶν αὐτοκτονε πέμπετο δῶρα,

τούτης χάριτος προσθάτη μοῖραν εἰς χοντα μόρα.

Subiijciam & breuius Epigramma, eiusdem omnino argumen-

tenti:

ἔκπειρ αἰλυτη ξίφος δῶρασσν, ἔκπειρ δὲ αἴας

ζωστῆρ αὐτοτέρεων οὐχάρις εἰς δάνατο.

Ἐπίτης εἶτε εἰδησῶν αὐτοκτονε πέμπετο δῶρα,

τούτης χάριτος προσθάτη μοῖραν εἰς χοντα μόρα.

Aiaci datur ensis ab Hectore, balteus Aiaco

Hectori, utriusque suum donum erat exitio.

Atque ita ab hoste hosti venient lethalia dona,

Quæ studijs specie fata necemq; ferunt.

Hectoris & Alacis fab. Narratio est apud Homerum Iliad. n. Hector & Ajax initio inter se fœdere, vltro citrōque missis donis, de amicitia firmanda statuere, atque Hector Aiaci gladium, Ajax Hectori cingulum militare misit; sed utriusque suum munus fuit exitio. Victor enim Ajax ab Ulysse (in contentione armorum Achil- lis) & cognitis ijs quæ per insaniam dixerat & fecerat, eodem gladio scipsum interfecit. Hector vero per occasionem cinguli iuxta Ilij muros ab Achille occisus, & ter circum mœnia tractus est. Ex quo apparet verissimum esse quod ait Euripid.

κακοὶ μέντοι δῶρα δῶρα δύνανται εχειν.

Nullum inuamen adferunt dona improbi.

Significat viri mali dona esse inutilia pernicioſaque. quod Laocoon apud Virgil. confirmat, cum à Troianis equum do-

le relictum nequaquam in urbem recipiendum censet, his quidem verbis:

— ô miseri, que tanta insania, ciues?
Creditis auctos hostes? aut illa putatis
Dona carere dolis Danaum, &c. & deinde,
Quicquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.

Et alibi de Capis sic:

*Ant Capis, & quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaum insidias, suspectaque dona,
Principitare iubent, subiectisque urere flammis.*

Huic conuenit monostichon Gr̄cum,

προκόντειον οὐδέποντας ζημία.

Sæpe nihil interest, inquit Seneca, inter amicorum munera, & hostium vota. Quicquid illi optant accidere, in id horum intempestiuæ indulgentia impellit atque instruit. Bene Horatius:

Nil moror officium quod me grauat.

Scutiferum Aiacem.] οὐεγχωις αἴαξ, vt οὐεγχωις ἀθλην, à Poëtis dicitur. De nobili Aiakis scuto, iam satis alio loco:

Hectoraque Iliacum.] Troianorum fortissimum.

Baltea Priamides.] Baltea, in accusandi casu, quasi à re Sto Balteus, nullo modo placet, vt neque tolerari in patria Romana potest. id in Alciato nostro peccatum, seu erratum potius, Grammatici nostræ èratis doctissimi obseruarunt: sicuti & ab Ursino Velio, erudito sanè viro, idem penè admissum notant versu quodam de laboribus Herculis ex Anthologia Græcorum Latinis numeris expresso, sic,

Balteon arripui, Thracisque armenta cecidi.

Sed quid? in re tam vera manus dare cogimur, verumq; fate ri quod Fabius ait initio lib. 10. Institut. orat. doctos etiam viros labi aliquando, cùm & Ciceroni dormitare interdum Demosthenes, Horatio etiam Homerus ipse videatur; summi enim sunt, homines tamen.

Priamides.] Hector Priami filius, patronymic.

Telamonius.] à Telamone, ad differentiam Aiakis Oilei.

Instrumenta sua, &c.] Hectoris enim cadauer balteo circa Patrocli tumulum Achillis iussu tractum est: Ajax gladio sibi ab Hectore donato seipsum transuerberauit.

Æmonij rotis.] id est. Thessalis, Græcis Æmonia Thessalia est. ab Æmone filio Deucalionis. Æmonia interdum etiam pro Græcia, συνεκδοχήσις.

Hac est opinio H. Stephani, quæ conati sumus eleuare al. o. loco,

A minimis quoque timendum.

EMBLEM A CLXVIII.



B E L L A gerit scarabaeus, et hostem prouocat ultro:
Robore & inferior, consilio superat.
Nam plumis aquilæ clam se neque cognitus abdit,
Hostilem ut vidum summa per astra petat.
Quaque confodiens prohibet spem crescere prolis:
Hocque modo illatum dedecus ulius abit.

Ex̄ει χ̄η μηνα πληνται, ε̄νεσι χ̄η μορμονι χόλο, ut est in
Adagio vetere. Sed & Pindar. Isth. 4.
ε̄νεσι δ̄οδάνης πίχας
χ̄η μαργαρηθών,

Musca etiā
splenore ha-
bet, & for-
mabilis.

Θρίν τέλ Θ ἀκρον ιχεδ.
τῶν δὲ γόνδοι τέλ Θ,
καὶ κρέασον διδρον χθρόνων
εὐσπλάτηχα καταμα Λαιον.

id est,

Est tamen incertitudo fortunæ vel hominū strenuè pugnantium donec ad summum finem perueniat: his enim quædem cumque vult finē dat fortuna: & meliora interdum deterioribus hominibus premuntur ac supplantantur. Sumptum autem id est ex apolo^{go} Aëlopi, qui petitus appareret ex perpetua contiouersia, quæ, naturæ vi quadam intercedit inter aquilam auium principem & scarabeum vilissimū insecti genus, Ille enim ut illata nō sibi ab aquila iniuriam vlciscatur, cùm se viribus haudquaquā patem eſe norit, cōfugit ad dolos: clam enim se in plumis aquilæ condit, ut eo tandem modo ad nudum aquilinū perueniat eaque absente oua eius omnia confodiat. Cuius fabulæ apud Aristophan. mentio est, sic enim:

*Dīsidium
aquile &
scarabæ.*

εγ το σιν εἰσώπτα λόγοις εἴξυνεδη,
μον Θ πετεινῶν εἰς θεὸς αὐτογενού Θ.
ἄπτον εἴπας μέδον, οὐ πάτερ, πάτερ,
οὐ πας κακοποιὸν ζῶον οὐδὲν εἰς θεούς.
οὐδὲν γε τ' εἴχεν διετὴ πάλαι πότε,
οὐ ερχαίνετο καὶ άντημα φεύρο Θ. hoc est,
In fabulis id est repertum Aëlopicis,
Adyisse Diuos unicum ex volucribus.
Hau credibilem au fabulam, pater, datus,
Alijisse Diuo animal obscenum atque olens.
Peruenit olim inquam ob simyleatem asperans,
Quæ illi fuit cum aquila, oua volvē illius,
Et experens pœnas ab hoste mutuas.

Hoc quidem admonemur, hostem, quamuis infimæ fortunæ, nullum est non esse contemnendum, nec quemquam vel omnium ministrum hoc nimū & contemptissimum, esse prouocandum. siquidem Pū. Rīs. blius Mimis:

Inimicum quamuis humilem, docti est metuere.

Brasidē illud memoratur, quem cùm ficus legente foret mordisset: O bone Iupiter, inquit nullum est tam minutum animal, quod sui defendendi, aut periculum vitandi, cùm sic opus occasionses non perquirat, Eodem recidit quod vulgus nostrâs sæp usurpat: Cauendum ab ijs quibus nihil est quod perdant. ab ijs enim citius iniuriam & damnum acceperis, quam ab alijs, quibus aliquid est in loculis. Timent enim ut

*Descriptio
improborum
quorundam
venientia for-
tunae homi-
norum:*

plurimum aliquem prouocare, ne quid vel famę vel fortunis detrahatur. Homunculi verò illi sortis infimæ, sed dolis & fraude instructissimi, improbi nō minus quam scarabei, neq; minus putidi, neque abiecti minus, pertinacis ingenij malitia quadam, cum nemini ferè prodeesse queant, magnis tamen viris sæpenumarò facessunt negotium. Nam territant nigore (quæ vna improbi animi nota;) obstrepunt stridore (qui nemini non molestus est;) fœtore suo commaculant obuios quoisque, circumuolitant, hærent, insidiantur, ut non paulò satiū sit cum præstantibus aliquando viris simultatem suscipere, quam hos laceſſere turpissimos scarabeos, quos pudeat etiam vicisse (quæ enim victoriæ tam pudendæ molestæque spes? quod præmium? qui finis?) quoſque nec excutere possis, cum maximè velis, neque confictari cum illis queas, nisi discedas contaminatioſ. Huc prouerbium: Scarabeus aquilam quaerit. Certè Alexander, quamquam potētissimus, dexteritatem Ptolemæi suspectam habuit, Artij turbulentiam, & Pythonis nouarum rerum studium reformidabat. auctor Ælian. sub finem 14. Var. hist.

Summa per aera.] per aëra sumnum. Aquilam in editissimis locis nidificare, testis est Plinius, & alij nonnulli.


Spem crescere prolis.] spem crescendæ prolis. Infinit. pro genitivo, locutio Græca.

Sedecus.] iniuriam & damnum.



Obnoxia infirmitas.

EMBLEMA CLXIX.



PISCICVLOS. Aurata rapit medio aquora sardas
 Ni fugiant pauide, summa marisque petant.
 Ast ibi sunt mergis fulicisque voracibus esca.
 Eheu incuta manens undique debilitas!

VT nullo non loco ditiores, & qui sunt ampliori fortuna,
 Tum in præsidium se recipiunt: ita miseri & aliqua par- Diuitium
 te infirmi, precipites in infortunium ruunt, quocumque fu- semper tuus
 giat, eq; Scylla, quod dicitur, in Charybdim, precipites ruunt: statio, pau-
 vt litigatoribus accidit ijs, qui nullis opibus, nullisque ami- perum nos
 cis fautoribus adiuti, à iudice ad iudicem temerè frustrá- itos;

inituri. Sic enim dum cadere caussa timent, in dispendiū noctis & centius & grauius incidunt, tametsi iure disceptet. & ex æquo bonoque, non dolo vel fraude aliqua, de sua in integrum restituzione agitent. Enim uero, quod ait Comicus, pauper dum nihil habet quod offerat in iudicio, non solum non contemnitur, sed etiam aduersus veritatem opprimitur. Ad id illustrandum meo quidem iudicio huc reuocanda erit historia Hipperidis Oratoris, cuius exiliū miserum Plutarch. in vita decem Rhetorum describit. M. Varro apud Nonium,

Natura humanis omnia sunt paria.

Qui pose plus urget, pisces ut saepe minulos

Magnus comeſt, ut aues enecat accipiter.

de pisciū mutua laniena loquitur, idque torquet in intollerabilem potentiorum insolentiam in tenuia fortunæ homines, quos bonis omnibus deglubere solent, miseréque spoliare. Sed huius Emblematis argumentum quodammodo cum Martialis hoc disticho conuenit:

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum;

Imbellis dama quid nisi præda sumus?

Aurata.] marinus piscis ab auri colore dictus, quem aiunt omnium timidissimum in maris reflexu sub littoraliū arborum radicibus sese occultare solitum, ibique frondium agitatione exterritum facilè capi, quadam velut deditione. *Martial. 13.*

Non omnis pretium laudemq; Aurata meretur,

Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

Lege Plin. lib. 32. cap. 5. & 11.

sardas.] Sarda, quæ & Sardinia, piscis exiguus, de quo Plin. eodem 32. cap. vltimo.

mergis.] Mergus, quis à mergedo dicta, cibum enim in aquis captans se assidue immergeit: de qua Plin. lib. 11. cap. 37. Proverb. Mergorum instar, de ingluvio inexpleibili.

Fulica.] Fulica, siue fulix, quis marina, vel stagnensis, paulò supra columbae magnitudinem: de qua lib. 18. cap. 35. Plinius,

Aurata.

Sarda.

Mergus.

Fulica.

Vel post mortem formidolosi.

EMBLEMA CLXX.



CÆTERA mutescent, coriūmque silebit om̄illum,
Si confecta lūpi tympana pelle sonere.

Hanc membrana cūm sic exhorrescit, ut hostem,
Exanimis quamvis non ferat exanimem.
Sic cute detracta Zīcas, in tympana versus,
Boēmos posuit vincere pontifices.

VT nonnulli ob virtutum splendorem, vel etiam morum ^{amabiles} _{post mort.} facilitatem, post mortem iucundam sūi memoriam po-
steris & amabilē relinquunt: sic alij morum ferocitate, & in-
signi quadam crudelitate innotuerunt, quamquā pridem ex-
uncti sunt, sūi vñica memoria terrorem animis incutiunt: vt

*Terrifici
post mortem.
Ioan Hun-
niades.*

*Multa rerū
caussæ ho-
minibus in-
cognitæ.*

*Oculiæ
propriet-
tates.*

*Dissidium
luporum &
ouium.*

apud Turcas Ioannis Hunniædis ducis fortissimi superstitem famam permultum formidabilem extitisse, historiarum monumentis proditum, huius enim nomen usque adeò terrificum fuisse dicitur, ut nutrices ad sistendum puerorum vagitum, Hunniadem adesse simularent. Sanè exemplum Zileæ Boëmi memorabile est ac stupendum, qui etiam post mortem suos hostes insolito plane modo terrefacere & fugare potuerit. Quod antequam explicemus, quædam sunt à nobis prælibada, vt Epigrāmatis ipsa apertior sit. est enim similitudo perelegans. Multa quidem in maiestate naturæ recondita latere concedendum est, quæ ingeniosi & sollertes homines nondum satis videntur excusisse. Quapropter Alexander Aphrodisæus in Præfat. Problem. questiones ait quædam esse penitus inexplicabiles, soli Deo cognitas, qui scilicet earum existentiæ auctor sit. Hæ à Medicis occultæ proprietates appellantur: de quibus cum metio sit in scholis Medicorum & Philosophorum, festiu quidam & iocosi homines vulgari scommate, Pontem asinorum appellant. Praue autem nonnulli harum solutiones quædam proponunt, quæ nec ratione nec probabilitate nituntur. Earum enim cognitio excedit ingenij humani captum: neque verò haec tenus repertus est, qui caussam teneat cur palea succino attrahatur, cur ferrum magnete: & neque satis est, si arcanam quandam vim tam vulgo tritam nobis obtrudat. Quomodo enim definient occultam illam vim, de qua nihil, præter nomen possunt, ostendere? Apponere possumus exempla in concordia vel discordia multorum animalium, vel etiam animantium, in quibus sentiendi facultas non est: quibus tamen, quia longum esset, prætermisis, attingam tantum quæ ad hunc locum proprie attinent, quæque auctores non penitenti scriptis mandauerunt. Odium luporum & ouium tam naturale est, vt si lupina pelle tympanum conficiatur, oves sonum exhorrescant, ac si lupus prope gregem consisteret. Sunt etiam qui asseuerent harmoniam nullam vñquam coitaram ex ouis lupique tensis ad concentum visceribus. Adiiciunt præterea, si lupina pellis ouili pendeat, oves pauore conteritas omnino pastum negligere: vtque leonina inficit aliorum animalium pelles, sic ouium à lupina exedi & consumi dicunt. Quod sanè sit virtute quadam interna & nemini adhuc cognita. Quare qui rei tam abstrusa & inuoluta rationem conetur reddere, nihil certè adferet, sed, vt Sisyphus ver-

fans s^{er}um, sudabit nitendo, neque tamē proficiet hilum. Ait itaque Alciatus: Tympanum ex lupino corio confectum si pulsetur aliud ex ouilo corio adiacens exhorrescit, ut proprium nullum sonitum edat, tametsi ouis membrana luppen mortuum non sentiat: Eodem modo Ziscas in tympanum versus, quibus in vita fuerat in bello formidolosus, post mortem etiam eisdem terrori fuit. Sed quid ad hæc aut vnde iste terror, ipsissima terroris sublata causa? id quidem in opinione positum nemo non videt. Seneca 9. Controvers. 5. Cūm Polyxene esset abducta, vt ad Achillis tumulum immolaretur. Hecuba dixit,

*—cini*s* ipse sepulti*

In gen^{us} hoc pugnat.

poterat hoc contentus esse Scaurus auctor; adiecit tamen,

—tumulo quoque sensimus hostem.

Idem est in declamationib. lib. 4. 5. Et apud Tragicum Sene-
cam Troade, conqueritur Hecuba, quod postuletur ad mor-
tem tumulo Achillis immolanda:

Adhuc Achilles viuit in p^{er}nas Phrygum:

Adhuc rebellat.

de Achille mortuo loquitur, sed qui tamen adhuc spirare vi-
deretur vltionem. Ad eum modū Cicero in Miloniana que-
ritur de curia incensa Clodij busto, quam culpam omnem
confert in Clodium quasi post mortem, furentem & bacchā-
tem; vt cūm in viuis esset: Excitate, excitate, inquit, eum si
potestis ab inferis: frangetis impetum viui, cuius vix susti-
netis furias inseptuli? Et illud ex eadem oratione: Quid vultu
extimuitis: quonam modo vos ille viuus affecerat, qui mor-
tuus inani cogitatione percussit?

coriumq; silebū.] Corium pro pelle abusuè, quod pelli ce-
rium adiaceat.

membrana.] superior pellis. Ea & charta pergamenta dici- Membra?
tur, quod eius primūm usus pergami, Eumene regnante, 24.
cœperit.

Exanimis quamvis, &c.] Licet ouis exanimata non sentiat
exanimatum lupum.

Sic cuto detracta Zeicas.] Zisca, vel Ziscas, dux bellicosissi- Zisca vel
mus, in Teutones & Boëmos diu satis acri Marte conflicta- Ziscas Boë-
tus est. Itaque Sigismundus Imperator cūm videret Ziscem cun- hemus.
cta ex animi sententia prosperè succedere, & iam illum esse
vnum, ex quo res Boëmia psonderet, clam sibi cum cōciliare

tentauit. Ille opimis conditionibus ab Imperatore oblatis annuens, dum se itineri accinxisset, peste tactus expirauit. Ferunt illum cum ægrotaret, rogatum quo loco mortuus vellet sepeliri, iussisse cadaveri suo pelle adimi, carnes volucribus ac feris obiectari, ex pelle tympanum fieri, eoque duce bella geri, indeque arrepturos fugam hostes, quum primum eius tympani sonitum audirent. His adiecit Albertus Crantzius, fecisse amicos quod ille iussicerat, & reperisse quod promiserat. Hoc unum præclarè aiunt ab eo factum, quod sectam Adamitarum deleuerit. Notum est, eum partibus Hussitarum prouersus fuisse. Pragæ loca sacra templaque delevisse in Catholicos, porissimum sacerdotes, crudellem & implacabilem animum gestisse, idque Catholicis, quod Assur Iudeis fuisse. Insignis bellator; quamquam cæcus. Inter audatissimos Principes, reique bellicæ gloria illustres haberi poterat, nisi quedam flagitia laudem obscurarent. Retulit Æneas Sylvius 3. Comment. De Reb. gestis Alphonsi, & post eum Cochlaeus lib. 5. Historia Hussitarum.

Appendix.

Forta te ad hunc locum non inconciuinè referre ausim claramorem Haronis, apud Normanos in vsu pridem habitum interdicti genus, ex eo ductum, quod Haro dux Normaniæ tam terrificum suis nomen esse voluit ut eius nominis acclamacione ab omni vi, & incepto cessaretur. Sed nunc temporis ea non abit impurè acclamatio, si temere fiat. Itad rem propriùs nos etiam nunc vel post seculum non unam rabiem Gothicam, & Vandalicam exhorrescimus, & παρολεθριας abominamur, qui suo funesto transitu Gallias deuastarunt: Hispanias sibi diu parere coegerunt, & Italicum ipsum solum insolentissimè possederunt. omniaque incendijs ac cineribus fœdissimis compleuerunt, imò teterim barbarem inuenierunt adeò ut ipsa barbarorum vocabula nobis terrorem inquietant. Sed placet vetera cum recentibus, ut se se offerunt, adgregare. Et quæ in primis faciant ad argumenti huius non iniucundam θηλοστι. Scribit Plutarc. problematis, cum bellum esset inter Samios & Priennenses, initio damnis quibusdam se mediocribus affecisse. post iusto commisso prælio Samios à Priennensibus occisos: septimo post anno congressos cum Milesijs primos quosque simul uno certamine amisisse. Eigo post hanc acceptam cruentam cladem Priennenses feminæ per tenebras, quæ circa quercum erant, obrectari

stari ac decierare cœpisse, quod liberos, parentes, maritos, charissima pignora eo loco amississent. Hactenus Plutarch. Nos hic de Lamiarū terriculamētis facile sileri patimur, de quibus quod sit Diodori Siculi iudicium, vide lib. eius 20. Quod refero quē de Empusis credidit antiquitas, de quibus Philostratus lib. 2. de Apollonij vita, Strabo lib. 1. putat esse fabulam & Apuleius veterarū territamēta dicit, sicut quod de Manduce prisci Romani, quod nomen terrificum obiectabant ad incutiēdum metum, ut queruli & eu'lantes pueri eo spectro cohiberentur. Sed ad rem, M. Tullius in Lælio: de imperio in Italia decertatum est cum Pyrrho & Anhibile: ab altero, propter probitatē eius non nimis alienos animos habemus; alterum propter crudelitatē semper hęc ciuitas oderit. Quodammodo huc facit quod Tullius idem queritur de statu Verris erecta in curia, quæ à ciuibus sine gemitu aspici non posset, vide action. 2. & 4. in Verrem. ad laudationēm principis victoris pertinet hoc Lucani lib. 9.

— princeps facit omne timendum

Victor, & in nulla non creditur esse carinā.

Et Polybius lib. 4. principum mansuetudinem tantum posse in subditos, vt non præsentes modō, sed etiam maximo disparatos spatio quosdam sui amoris & benevolentiae ignicu los, hominum pectoribus immittere, atque relinquere letat. Q. Curtius lib. 5. Nomen Alexandri & fama (maximum in bello vtique momentum) in fugam conuertit. M. item Cicero 3. Verrina: cūm tui nominis terror in auribus, animisque armatorum versaretur. Hoc ad vituperationem Verris, cuius odiosum passim nomen exscratur: nec minus quam Romani posteri, quos nauseā capiebat, sicubi audirent usurpari nomen Heliogabali aut Bassiani etiam mortuorum, qui memoriam sui fœdissimam reliquissent posteris. Contra Vopiscus in Probo: Tetendit iter per Thracias, atque omnes Getulicos populos, fama rerum territos & antiqua nominis potentia pressos. Hęc fortasse obiter propriū id accedit Plinianum lib. 10. quo loco scribit, gallinam magnopere horre scere accipi tres, ut etiam si vocem audierit, tantisperdum insubat, oua vitientur.

Iusta vindicta.

EMBLEMA CLXXI.



DVM residet Cyclops sinuosi in fauicibus antri,

Hac secum teneras concinit inter ones:

Pafcite vos herbas, sociis ego pafcar Achiuiss,

Postremumque Vtin uiscera nostra ferent.

Audijt haec Ithacus, Cyclopaque lamine cassum

Reddidit, en pœnas ut suus auctor habet!

Vlysses, Troia iam excisa, cum domum repeteret, vi ventorum in Siciliam pulsus, ad Polyphemi sedes appulit. Hic Gigas fuit vnoculus, ingentis magnitudinis, feritate implacabili, qui hospites soleret enecare eorumq; carnibus pro cibo vesci. Vlysses itaque cum socijs caprus, vbi aduerteret

nam aliquot ex suis absumptos à Cyclope, de vño Maronio ei dedit: & rogatus ab eodem quod ei nomen esset, ἐπει se vocari Vlyses a letuit. Gigas naturæ vini nescius; alto iam *vlysius* somno pressus, suique penitus immemor, ab Vlysse (cui pol- agus. licitus erat. vnū se postremumque post socios omnes perever- ptum & veratū iri) oleagino truncō, in oculo, quem vnicum in fronte habebat, acriter l̄esus est ab Vlysse, & eodem effuso consternatus: qui vulnetis acerbitate vocem cœpit attollere, ut alios Cyclopas insolito rugitu conuocaret. Quærentibus ab eo, quis vulnus inflixisset, & ἐπει (quæ vox Nullum, vel Neminem sonat) dixisset, riserunt, eumque veiut furentes reliquerunt. Sic enim loquitur apud Euripidem:

οὐπε μ' ἀπωλεστεν.

Chorus respondet,

οὐρε πέριδεις οὐδίξει.

Deinde illud:

Ἐπει μὲ τη πλαστὴν εἰπόν. χρ. 8 καὶ εἰ τυχάσ.

Totū hoc fusius apud Homer. Odysseas 1. Ouid. 14. Metam. Virgil. 3. Æneid. Compara festiuum Luciani dialogum κύ-
κλωτος καὶ ποτέ διανοοῦ. Quia fabula intelligi datur, quod ut
breuiter, sic appositè scripsit Hesiodus.

οἶστρων γε τεύχεις ἀνηρ, αὐτῷ γε τεύχων.

Ipsum se lexit, alium qui ledere querit.

& quod est in proverbio, Ruidam sibi fabricat, alijs qui fa-
bricat. Vel specialius in eos torqueri poterit σκυλοφόρος tyrā-
nos, & Reipubl. pestes infestissimas qui diuina tandem ira
vitali lumine priuantur, vel ad exitiū morte gravius, aut in-
famiam & maximā capitis deminutionem præcipites ruunt,
cūm interea quibus potissimum terrori fuerant, rideant &
conuicijs proscindantur. Meminit, sed aliorum, Brodæus
Miscellan. 2. cap. 7 hoc tandem obiter Seruius ad 3. Æneid alio-
torsit fabulam de exoculato Cyclope. Cyclops. inquit, vir fuit
sapientissimus, & ob hoc oculum in capite habuisse dicitur,
id est, iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum
Vlysses eum prudentia superauit, & ob hoc singitur eum
excæsasse. Plutarchus Apophthegmatis refert Oratorem
Demadem, Alexandro mortuo, dixisse, Macedonum exer-
citum Imperatore carentem similem sibi videri Cyclopi ex-
æcato.

Vel post mortem formidolosus.] Suetonius Tiberij morte (in-
quit) ita lætatus est populus, ut ad primum nuncium discut-

Exculatus
ab Ulysse
Polyphæ-
mus.

Qui alijs
malum fa-
bricat, sibi
arcessit.

Cyclops
quid Ser-
vio.

rentes pars Tiberium in Tiberim clamitaret: pars tērā matrem deōsque manes orarēt, ne mortuo sedem vllam nisi inter impios darent, &c. Cūm senatus consultum actum esset ut pœna damnatorū in decimum semper diem differretur, forte accidit, ut quorundam supplicij dies is esset, quo nunciatum de Tiberio erat hos implorantes hominum fidem, quia absente adhuc Caio, nemo extabat qui adiri interpellarique posset, custodes ne quid aduersus constitutum facerent, stranguulauerunt, abieceruntque in Gemonias. Creuit igitur iniuria; quasi etiam post mortem, tyranni scutia permanente. Non percurrā Græcorum scholia stum allegorica placita, sed Heraclidus Pontici dumtaxat explicationem ad Homericam Odysseam: qui ait Cyclopem nominari affectum ratione priuantem: *κύκλων τον μαστό τες λογιόμενος ιππολωτῶν.*

Dum resideret Ciclops.] Fusissimè hanc historiam narrat Isaius Tzetzes in Lycophronem, quam ne huc traducam, me prolixitas reuocat.

sinuosi in faucibus antri.] Sic Virgil. dixit in 6.

*Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci.
& his noster in Emblemate primo:*

— *sinuosi è fancibus anguis.*

Achini.] Achini, ἄχινοι, Græci: & nonnumquam pro quo libet populo ciuili. Horatius:

Quicquid dilirant Reges, plectuntur Achini.

Catull. in Argonaut.

Nam simulac fessis dederit foris copiam Achiniis.

Vtis. & nis. Postremumq; Utini, &c.] Oūnra se postremò voraturum bellè prædixerat, & ἐπηρεα, id est neminem, vorauit: imò ab eo, qui quamquam esset & nis, aliquis erat, exoculatus est.

Postremumq; ut in viscera nostra ferent.] Non partii beneficij loco habitum, ut quis prior interficeretur: exemplum apud Cornel. Tacitum 1. hist. vbi Othonis facta crudelia percenset. Titus Liuius, inquit, ad hoc tantum maiori fratri prælatus est, ut prior occideretur.

Cassius lumine.] cæcum. Virgil. 2. Æneid.

— *nunc cassum lumine lugent.*

Idem:

*Nullum cum vicis certamen El ethere cassis:
& Lucretius:*

*Nunc potis est cerni quod cassum lumine feratur.
Ausonius Parentalibus:*

Saucius extincto corpore cassus eras.

*sic enim poëtæ interdum usurpant lumine cassum, & luce ca-
rentem pro mortuo: ut & lumina lucemque relinquere Vir-
gil. in 4.*

Quò magis inceptum peragat, lucemque relinquat.

Catullus: Nobis cùm semel occidit brevis lux. Lucretius.

Lumina sic etiam Solis bonus Ancu' reliquit.

en pñnas ut suus auctor habet.] yw̄ μn. Simile illud Ouid.

— non est lex iustior ulla,

Quām necis artificis arte perire sua.

Alludit ad alia quæ sequenti Emblematæ cōsultò adferemus.

Appendix.


*Postremumque Utin viscera nostra ferent.] Tamen supplicium
diferre diutius, grauissimum habitum: & statim puniri scelus
beneficij loco est, vt in historia Machabeorum, lib. 2. cap. 6.*

*Audyt hæc Ithacus.] nempe defensio propriæ salutis nemini
datur probro, vt in l. si quis percussorē. C. ad l. Corn. de siccari.
Et hæc non scripta, sed nata lex, ait Tuil. in Milon.*

*en pñnas ut suus auctor habet.] fraudem in suum auctorem re-
torqueri dignum est, l. penu. C. de legat. Ouidius,*

Discat in auctorem pñna redire suum.

CCc iij



Iusta vltio.

EMBLEM A CLXXII.



R A P T A B A T volncrescaprum pede corvus in curas
Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
At ille infuso sensim per membra veneno,
Raptorem in stygas compulit vltor aquas.
Q risu res digna! alijs qui fat a parabat,
Ipse perit, proprijs succubuitque dolis.

Corvus ser- **S**imile est apud Æsopum de Corvo cibum quæritante, &
serpentem in aprico dormientem corripiente, à quo le-
ghiferum spiculum sentiens, iusta in se vltionem animaculi
vilissimi est expertus. quod idem accidit ijs, qui re flagitio
parta, suo demum magno malo discunt, male parta male di-

sperire. Et ferè sit, ut, quod vulgo dici solet, captores ipsi capiantur, raptorēsque ab alijs etiam vicissim correpti decidāt. Captores & illaqueantur: ut cūm à veneficis falsarij calumniatores, adulteri, & id genus alij tolluntur è medio, vel cūm latrones prædonibus prehenduntur, & spoliantur. Quò spectant adagia, *Cornix scorpium* : &, *Suo ipsius laqueo captus* : &, *Corvus serpentem*. Carmen ipsum ex Archiæ Græco petitum est, lib. i. Græcor. Epigram.

Emblema.
sui typus.

εγ πότε παμράνοντι μελάντερ οιδέπι νομον;

οκοσιον ἐν γάινοις οἴδε δορόντα κόρεξ,

οὐ μηδέ λων ὠρεστεν· ὅδε διξαντ οὐ π' οὐδέ τις,

οὐ βερδὺς, εὐκέντρω πέζαν επιφέ βέλαι,

καὶ λωνες μὲν αὔρεστον, οὐδὲ οὐσον επευχεν επίδηλω,

εκ καίνε τλήμων αὐτὸς εἰσεκτο μόσον. id est;

Scorpius è terra prorepserat, idq; vidente

Corvo, qui calo vicitat in liquido;

Corripuit visum, fugitque: sed hic ut humum ales

Contigerat, telo mox ferit atque necat.

Ecce tibi, quod in hunc avis insidiosa parabat,

Inde sibi acciuit ipsa necem misera.

alijs qui fata parabat.] Fuere qui semet eodem illo pugione, *Memorabile* quo Cæsarem violauerant, interemerunt Suetonius in *Cæsa-* le fatum. *re.* Quod de Cæsare memoriarum traditum est, hoc etiam de Gordiano Cordus euensis scribit. Nam omnes quicumque illū gladio appetiuerūt, qui nouem fuisse dicuntur, postea interemptis Philippis sua manu, suisque gladijs, & iisdem quibus illum percusserant, interissile dicuntur. Iul. Capitolin. in Gordianis tribus, sub finem. Sallust. in fragment. histor. praua incepta consultoribus, sunt noxae. Lucretius lib. 5.

Circumactit enim vis, atque iniuria queque,

Atque unde exorta est, ad eum plerumque reuertit.

Ouid. i. De arte:

Fallite fallentes: ex magna parte profanum

Sunt genus: in laqueos quos posuere cadant.

Cornel. Tacit. 6. Annal. vbi de multis ob amicitiam initam Dolos dolosum Seiano periclitatis, iusteque damnatis, quo lætius acceptum, sua exēpla in consultores recidisse. Seneca epist. 95. Ideoque cum multis fuerūt mali, loquitur de Alexandro, Cn. Pompeio, C. Mario pestiferam illi vim, qua plerisque nocuerant, ipsi quoque sentiunt. Claudian. Quam bene dispositū terris, ut dignus iniqui Consilij fructus primis auctoribus

instet. Chori verba sunt apud Euripidem, de lyco interfecto ab Hercule, διποντα δ' εκτινος τολμα, διδους γε της δε δρα-
μηων δικλινη τalionem persoluens sustine, dās pēnam ob pa-
grata sclera.

Appendix.

Quid de remedio, 2.

Parva necat morsu spatiosum viperam taurum:

Ac cane non magno sape tenetur aper.

Multò id quidem generalius in iure: fraudē in suum aucto-
rem retorqueri dignum est, l. pen. Cod. de legat. vel quod
idem Ouidius alibi,

Discat in auctorē pēna redire suum.

Sed properanti mihi occurrit illud Victorij Aurelij in Vitel-
lio, Huius tempore Vespasianus, ait, in Oriente principatum
arripuit: à cuius militibus certamine sub muris vrbis supera-
eus, è palatio quo se abdiderat Vitellius, vincitis à tergo mani-
bus productus circumducitur ad spectaculū vulgi: ac ne ho-
mo impudens in extremitate saltem malorum quæ gesserat, ru-
bore faciem demitteret, subiecto in mentum gladio, semi-nu-
dus, multis creno, simo, & ceteris turpioribus dictu purga-
mentis vultum eius incelsentibus per scalas Gemonias trahi-
tur, vbi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat, nume-
rosis ictibus confossus interiit. Hæc Victor. Apud parame-
graphum Hebr. prouerb. 26. Qui fodit foueam, incidit in
eam: & qui lapidem vibrat ad eum reuertetur. Et video lati-
simè id porrigi ad technarū, fraudūque machinatores, qui
tandem suam Nemesis sentiunt, & ut sementem fecerint ita
& metent. Multa huc comportari possunt ex Plutarcho de
his qui tardè à minimè puniuntur.

Patem delinquentis & suasoris culpam esse.

EMBLEMA CLXXIII.



P R A E C O N E M lituo perflantem classica, vixtrix
Captiuum in retro carcere turma tenet.
Quis ille excusæ, quod nec sic strenuus armis,
Vlliis aut seu læserit ense latus.
Huic illi: Quin ipse magis timidissime peccas,
Quin clangore alios aris in arma cies.

E X Æsopi apolo, de tubicinae in bello capto, qui se in-
fontem prædicabat quod nullū occidisset, sed neque in Tubicen in
bello captus curse excus
quemquam gladium distrinxisset, qui mox audiuit: *διὰ τότο*
μόλλον τεθύηξη, ὅπ σὺ μὴ δυσάμηνος πολεμεῖν, τέσ τάχ-
σαρις

Tas ὡρὸς μάχης εὑρετις. Sed ideò magis tibi moriendum est, qui cùm pugnandi sis expers, alios omnes ad pugnā cōcitas. Etenim (quod aiunt Iureconsulti) Qui agunt; & , qui assensum prēbent, pari suppicio afficiendi sunt , & satis ipse facit qui per alium facit. Hoc in eos torquetur potissimum, qui oratione & consilio Principes ad suscipienda bella inflamant, cùm ipsi pugnam detrectent, nec ulli se se périculo, patriæ aut Principis nomine, committunt; quibus quidem certè nullus probabilis esse potest consilij tam nefarij prætextus cùm ipsi reuera sint nocentiores, maiusque detrimentum eminus lingua cæteris adferant, quā qui cominus gladijs decertant. Nulla enim fortè irreperet Martis violentia nisi antecederet eiusdem committendi persuasio. Vel de ijs intelligitur, qui crux quidem manus non tingunt , at nihilominus parricidijs faciendi consilium suggerunt. Occurrit illud Demosthenis de patre cuiusdam sacerdotis , quem Brautoniam appellat. Is, cùm alterum quispiam occideret, impellebat & hortabatur ad id facinus. Palam erat hominem mortuum ne digito quidem ab eo tactum, sed ab occisore dumtaxat; ita vulgo iudicabatur non teneri cædis. Sed Areopagitarum aliud iudicium fuit, qui censuerunt eum qui suadēdo iuuisset, eodem obstrictū scelere. Nam constat homines audaciores fieri adhortatione: nec solū manu, sed etiam voce & proclamatione opem & auxilium ferri. Itaque ille damnatus, & in exilium pulsus est. Aristot. 1. Rhetic. argumentum citat quo usus est orator Leodamas aduersus Callistratum: dicebat enim eum qui consilium dedisset, magis in culpa esse, quam qui scelus commisisset: quia scelus admissum non esset, nisi eius auctor & consultor aliquis extitisset. Ciceronis exemplū vnum proferā ex oratione in Pisonem. Quid interfuit inter Catilinam, & eum cui tu senatus auctoritatem, salutem ciuitatis, totam Reimp. prouincię prēmio vendidisti? Quæ enim L. Catilinam conantem consul prohibui, ea Pub. Clodium faciētem consules adiuuerunt. voluit ille senatum interficere, vos sustulistis: leges incendere, vos abrogasti: interire patriam, vos adiuuistis. Quid est vobis Coss. gestum sine armis? incendere illa coniuratorum minus voluit urbē: vos eius domum, quem propter urbē incensa non est. Ac ne illi quidem, si habuissent vestri similem consulem, de urbē incendio cogitassent. Huc facit M. Quintilian. declamatione 270. Satis ostendit ipsa pæna, inquit, eum teneri qui idem

*Agentes
& cun-
sientes par-
pæna pu-
niendi.*

*Bellorum
fusores.*

*Locus De-
tautōbenj.*

commiserit, quod si occidisset. Neque enim grauius quam aduersus eum qui sua manu interficerit, constituere potuit legū lator, qui in aduersus eum qui causam præstis-
ser. Ergo & similitudine pœnæ etiam crimen par exigere de-
betis. Hęc ille. Ceterum cum hoc nostro Emblemate magis
conuenit quod Leodamas, de quo proximè dicebam, eum in
maiore culpa esse qui facinus commiserit, quām qui consiliū
dederit. consilium enim nullius est momenti, nisi sit qui illū
sequatur. Et interitus causam, non interitum spectari o-
portere, dixit in Miloniana disertus orator. Vlpianus etiam,
vt est in l. 11. de iniurijs: Non solum ijs iniuriarum tenetur
qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit, verūm ille quoque
continetur qui dolo fecit, vel qui curauit vt cui mala pugno
percuteretur. Eodem recidit l. 15. ad l. Cornel de sicarijs, vbi
idē Vlpian ait, Nihil interesse, occidat quis, an causam mortis
præbeat. In nefarios belli consultores & publicos regno-
rum incendiarios hoc esse tortum diximus. Ad id Ciceronia-
num illud pertinet in Lelio: Improbis est poena statuenda:
nec minor ijs qui secuti erunt alterum, quām ijs qui ipſi fue-
rint impietatis duces.

litus. Lituus, genus buccinæ incurvæ. Festus ex Ennio: Lituus.

In le loci *litus opitus effudit acutos.*

Et Ouid 3. Faſt,

Iam *litus pugne signa daturus erat.*

Litus.] Lucan de bello ciuili, Iam litui strepunt. Amm. Mar-
cell. 31. lib. Cūmque arma ex latere omni concuterentur, &
cela lituōsque bellona luctuosos inflaret.

perfintem clasica.] classicum canentem. Classicum canere, si-
gnum est dare quo milites pugnare incipiunt. cui opponitur, Classicum
belli.
Canere receptui. Virgil. ad finem 2. Georg.

Necdum etiam audierant inflari clasica.

victrix turma.] vinctrices copia.

clangore æris.] tubæ sonitu. Metonym. in dictione, æris, pro
tubæ.

Appendix.

Ad hāc sententiam multa iuris pronunciata pertinent. In l.
Mela, D ad l. Aquil. ferens auxilium facit delicti participem.
Imò, quod in vetere mimo: Bis peccat qui peccanti auxilium
accommodat. Et qui occasionē damni dat, damnum dedisse

videtur, l. qui occidit, §. pen. eod. tit. ad l. Aquil. Et qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, l. ita tamen, De adm. tut. C. qui per alium, de regul. in 6. Sed vnius tamen factum alios in periculum trahere non debet, l. illicitus, §. sicut, de off. præsid.

quin ipse magis peccas.] frustra legis auxilium implorat qui in legem committit. l. auxilium, 78 in si. D. de minorib. Quia homo perniciosus suscitat lites, & peruersus separat principes, ut apud Hebræum paræmiastem, proverb. 16. Et sese offerit locus elegans Hieronimi epist. ad Celantiam: Malitiam, odium, atque inuidiam (quæ vel maxima, vel sola sunt nocendi semina) à se propellat anima Christiana: neque manutantum aut lingua, sed corde quoque custodiat innocentiam; nec opere modo, sed voto etiam nocere formider. Quantum enim ad peccati rationem attinet, nocuit & qui nocere disposit.



Alius peccat, alius plectitur.

EMBLEMĀ CLXVIII.



ARRIPIT ut lapidem catulus, morsuque fatigat,
Nec percussori mutua damna facit:
sic plerique sinunt veros elabier hosteis,
Et quos nulla grata noxia, dente petunt.

Arripit ut lepidem Catulus. Foris Emblematis è Pacuvio, sicuti à Marcello Nonio citatur: Nam canis quādo est percussa lapide, non tam illum appetit qui se icit, quām illū ipsuī lapidem quo ea ipsa icta est, petit. Comparatio eadem est apud Platonem de Repub. s. quo loco in eos agit qui sequuntur humana cadauerat: οὐδὲν περιστάται ταῦτα.

δύνατος ποιούμενος θέλησαν, ἀντί τοῦ λίθους οὐδὲ βανθάνει
λεπτώνουσ τὸν βαλόντος οὐκ απομένει. Non differre dicit
eos à canibus; qui saeuunt in iactos lapides, eum vero qui ie-
cerit prætermittere. Plerique sunt, qui cùm non possint ijs
noxam inferre à quibus se lèisos putant, vt acceptam iniuriā
vliciscantur, vel pueros, vel famulos, vel etiam, si fieri possit,
fūorum aduersariorum amicos adoruntur, impotenti quidē
& iniquo conatu, qui mos perinde est ac puerorum, qui su-
bita iracūdia percussi, virgas adurunt quibus plexi sunt. Eius-
modi sunt, qui causas adiuuātes vel per se omniō ad agen-
dum ineptas pro efficientibus imperitè usurpat, vt Medea
nutrix, dum culpam conferret in trabes abiegnas ē nemore
Pelio auētas, quibus Argo nauis facta esset, in qua Medea
cum lazone aufugisset. Sed vt ad nostros mores sermonem
conuertam, omnibus in confessō est, quod quantaque infor-
tunia in dies nobis impendeant, & interdū grauiter urgeant:
quorum causam inconsulto rei cithis in eos fortasse, qui
nullo modo sunt in causa, cùm potius errores & lapsus no-
stros agnoscerē, & pia sinceraque metuosa tot contractas vi-
tiorum fortes eluere deberemus nec vt canes in lapidei
se-
uentes, incusare iustissimam suprēmi & incorrupti iudicis
Dei animaduersionem. Id si placet ad irae iniustitiam cōuer-
tere, vñā etiam Senecam audiēmus ita di putantem i. De ira:
Nam verò si affectus irae damnaque velis intueri, nulla pestis
humano gēnieri pluris stetit. Et deinde: d non est ita, sed qua-
si dira: sicut puerorum qui si ceciderūt, terram verberari vo-
lunt, & sàpè nesciunt quidem cui irascantur, sed rātūm iras-
cuntur sine causa & sine iniuria, non tamen sine aliqua iniu-
riæ specie, nec sine aliqua pœnæ cupiditate. Deluduntur ita-
que imitatione plagarum, & simulatis deprecatiū lacrymis
placantur, & fala vltione falsus dolor tollitur. Idem Seneca
codem lib. cap. 26 iram ostendit ita impotentem esse, vt sà-
pè infesta patrono, reūm damnet: & si veritas oculis appareat,
inquit, tamen errorem tuetur & in male cœptis honestior il-
li videtur pertinacia quam pœnitentia Apponit exemplum
in Pisone quodam, qui cùm iratus duci eum iussisset, qui ex
commeatu sine cōmilitone redierat quasi interfecisset quem
non exhibebat: roganti tempus aliquod ad conquirendum,
non dedit. Damnatus extra vallum deductus est, & iam
ceruicem porrigebat, cùm subito ille commilito apparuit.

Impoten-
sum homi-
num affe-
ctus.

Infignes.
Seneca
loci.

qual occisus videbatur. Tunc centurio suppicio p̄fpositus, condere gladium spiculatorem iubet, damnatum ad Pisone reducit, redditurus Pisoni innocentiam: nam militi fortuna reddiderat Ingenti concursu deducuntur, complexi alteraterum cū magno castorum gaudio commilitones. Conscendit tribunal furor Piso, ac iubet duci utrumque, & eum militem qui non occidit, & eum qui non perierat. Quid hoc indignius? Quia unus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit & tertium. Nam illum centurionem, qui damnatum reduxit, duci iubet: constituti sunt in eodem loco perituri tres ob unius innocentiam.

• *catulus.*] canis.

morsu fatigat.] mordet.

mutua damna.] tales iniuriam reprehenditur hic Alciatus. Inepte latinitatis à quodam, qui se suo iudicio; pro docto venditat, quod damnum facere non dicamus. Sed imperitus augator non legerat hunc M. Tullij locum §. act. in Verrem. Quid si docebo iudices, eos qui quadraginta milia moduum lucri faciunt, damnum facturos fuisse, si tua iniquitas sit, ut ex cohorte recuperatores non intercederent?

veros hostes.] ipsissimos aduersarios, à quibus orta est iniuria.

noxia.] Noxia de maleficio dicitur. Noxam dixerunt antiqui *Noxia*, quod nocet: & est detrimentum, culpa, pēna. Lege ipsummet Alciatum Commentario in tit. De verb. & rer. signific. l. 237. quem locum & nos suprā citauimus ad Emblema, cuius titulus, *Remedia in ardore, mala in prono.*

dente petunt.] iniurijs vel conuicijs proscindunt. quod unū iniustitiae non paruum facinus, quia iniquum est aliquem alieno odio prægrauari, ait Imperator Iustinianus in l. Si quis suo, §. legis autem, Cod. de offic. testam. Et Callistratus l. 26. D. de pēnis. Crimen, vel pēna paterna nullam maculam filio infligere potest, nam unusquisque ex suo amissori subiicitur, nec alieni criminis successor constitutus. Quod si ad vindictam publicam id pretendere licet, audiamus Arcadij & Honorij rescriptum, ex l. 22. Cod. de pēnis: Sancimus ibi esse pēnam, ubi & noxia est. Propinquos, reos, familiares, procul à calumnia submouemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim societas vel amicitia nefaria crimen admittunt. Peccata igitur suos teneat auctores;

*Id dictum
passim non
attine.*

,, nec vterius progrederiatur metus, quām reperiatur delictum;

Appendix.

Adijci placet illud è iure nostro, alieno odio neminem debere prægrauari, l. sancimus. Cod. de pœn. Sic enim Arcadius & Honorius Sancimus ibi esse pœnam ubi & noxia est, propinquos, notos, familiares procul à calunnia submonemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimē admittit. Peccata igitur suos teneat auctores, nec vterius progrederiatur metus, quām reperiatur delictum, l. si quis testamento, §. legis, in f. Cod. de inoff. testam. instir. Hoc inquam iudicantes ne alterius odio prægrauetur alter. Seneca de ira lib. 2. cap. 34. Nihil est iniquius quām aliquem paterni odij heredem fieri. Ciceró ad M. Brutum: Est acerbum, parentum scelera filiorum pœnis lui. Latet. non minus grauiter lib. 6. cap. 18. Qui referre iniuriam nititur eum ipsum à quo læsus est, gestit imitari: ita qui malum imitatur, bonus esse nullo pacto potest.

Insani



Insani gladius.

EMBLEMA CLXXV.



SETIGER i medius stabat gregis ensifer Ajax,
Cæde suum credens cädere Tantalidas.
Hostia sic tamquam sus succedanea pœnas
Pro Laertiade pro caueaque dabat.
Nescit obesse suis furor hostibus errat ab istis,
Consilijque impos in sua damna ruit:

R Estè monuit Menader: vlciscere hostes, sed absque tuo
damno.
ἐχθρούς ἀ μύνεται πη τῇ σάυπεδειασσο.
Hoc quidem arguitur temerarius furentum hominū impe-

DDd

*Insanis ex-
na in eum
larsa unde
manauit.* — *tus, qui non aduersarijs, sed sibi maximè nocent, quòd iræ
præcipiti omnia committant, omnemque viam rationi præ-
cludant: unde fit, vt, quod ait Horat.*

Vix consilij expers mole ruat sua.

Is enim furentis animi affectus sic hominis animum è sua se-
de dimouet & exturbat, vt non secus atque Circe altera ho-
minem in belluam ferocissimā transformet: quo fit, vt qui
talem hospitem excipiat, non aliter faciat, ac qui sese vñā cū
ipsis ædibus incendio perdat: eóque deterior est, quòd ita
tumultu, caligine, fumōque cuncta intus errore mentis cō-
pleteat, vt nec cernere integrum sit, nec eos audire qui volunt
opitulari. Id quidem ob oculos posuit Homerus Iliad. C. &
Odyss. &. sub persona tum Achillis, cuius iram facit impla-
cibilem, tum Aiacis, quem tanta incessit rabies ob Achillis
arma Vlyssi adiudicata, vt in porcorum gregem furibundus
insilierit, eosque trucidarit, existimans se Græcorum copias
prosternere. Ille itaque cùm duos quosdam maximos sues de-
trabe suspensos flagris cecidisset, hos esse Agamemnonem &
Vlyssem putans (quorum alteri vt iudici, alteri vt victori
potissimum erat infensus) suibus ita suspensis multo cum
risu insultavit, addens conuicia quæcumque bilis sug-
gerebat. Postquam autem resipisset, facti pudore sibi mor-
tem consciuit. qua de re pulcherrima est Sophoclis tragœ-
dia; quę inscribitur αἴας μασίγροψ. Horatius 2. Sermo-
num:

— *insanus quid etiam Ajax*

Fecit, cùm stravit ferro pecus? abstinuit vim

Vxore Εὐ gnato, mala multa precatus Atridis.

&, — *cur Ajax heros ab Achille secundus*

Putrefecit, toties seruatis clarus Atridis,

Gaudeat ut populus Priami, Priamusq; inhumato,

Per quem tot iuuenes patrio caruere sepulcro?

Mille ouium insanus morti dedit, inclytum Vlyssem,

Et Menelaum vñā necum se occidere clamans.

Et deinceps:

Ajax immeritos dum occi'it, desipit, agnos.

Cornelius Celsus de re medica lib. 3. cap. 18. inter insanę ge-
nera illud longè maximum ponit, & longissimum, quod vi-
tam ipsam nō impedit, idq; robusti corporis esse consuel-
cat. Huius species duas: nam quidam imaginibus, non men-
te falluntur, qualem insanientem Aiacenam vel Orestem fabu-

*Aiacis
inflania.*

*Iocus ex
Cornelio
Celsso.*

Ix ferunt: quidam animo desipiunt, &c. Seneca 2. De ira, cap. 35 videndum illud quam multis ira per se nocuerit. Alij nimio feroore rupere venas & sanguinem: supra vires elatus clamor egestus, & lumen suffudit aciem: in oculos vehementius humor egestus, & in morbos ægri recidere: nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque continuauerint ire furorem: nec quam expulerant mentem, vñquam receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Mortem liberis, egestatem sibi, ruinam domui imprecantur, &c. Hæc Seneca. Ad illustrationem argumenti huius commodè referes, quæ de impatientia & vindictæ appetione doctè Lactantius disputat libro 6. Diuin. institut. cap. 18. Historiam pete ex Ouid. Transform. 13; & lege Proverb. Aiacis risus.

Seiigeri gregis.] porcorum:

ensifer Aix.] in superioribus Aiacem scutiferum, hic ensiferum vocat, ab affectu mortis vltroñeq, quæ est consuta.

Cede suum.] porcorum internecione.

Tantalidas] Græcos, qui à Tantalo Tantalidae dicti sunt. *Grati Tæ: talida,* eorum enim plerique à Tantalo Iouis ex Plota Nympha filio traxerunt originem. Iupiter Tantalum genuit: Tantalus filium Pelopem habuit: Pelops pater Atrei: Atreus Agamemnonis. Itaque Iupiter fuit Agamemnonis abaus. Id epitheton usurpat opportunè Ouid. oratione Aiacis, qua heros ille Vlyssis ortum genus à Tantalo, tamquam probrum, obiicit.

Hostia sic tamquam sus succedanea, &c.] Sues erant tamquam victimæ, quæ pœnas luebant pro Græcis iudicibus & Vlysse. *Succedanea hostia;* Succedanea autem hostia olim dicebatur, quæ secundo loco siebat. Si enim primis hostijs litatum non fuisse putassent sacrifici, aliæ hostiæ post primas eductæ cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæsis luendi piaculi caussa subdebantur. Gell. lib. 4. c. 5. succidaneas, non succedaneas esse dicendum ait, ob vocabuli compositionem.

pro caueaq.;] Cauca, polysemum est. Hic Iudicum consensum intellige. Est autem Metonymia, pro iudice Agamemnon: Olim Cauca pro subsellijs equitum & populi. Virg. 5. Æneid.

Hic totum cauea concessum ingentis, & ora

Prima patrum magnis Salius clamoribus implet.

Cicero in Lælio: Qui clamores tota cauea nuper hospitls, &
DDd ij

amici mei M Pacuvij in noua fabula?

Nescit obesse &c.] γνῶμην. Iracundus & mente captus non
ijs quos odio prosequitur, sed sibi nocet: non inquam eos
quos maximè vellet afficit iniuria, sed se ipse ludit & inter-
dum enecat.

Nescit obesse suis furor.] furor, mentis cæcitas definitur à M.
Tullio 4. Tuscul. ea est *μαρία* Græcis. In paradoxo contra
Clodiū, exagitatur is animi morbus, quo docet omnes stultos
furere, id est cęco mentis impetu in omni scelere versari. quæ
perturbatio sçpè à nimia ira proficiscitur.

in sua damna ruit.] Seneca Herculē furente:

— *in se semper armatus furor,*

Ibidem,

— *quodque habet proprium furor*

In se ipse seuis.

Appendix.

Furiosi nullā voluntas. I. furiosi. D. de re iudic. cum enim
ille absentis habeatur loco. I. furiosus, de reg. iur. si forte
quem impetierit, aut occiderit, abibit impunè: satis enim fu-
tore ipso punitur furiosus. I. Diuus. D. de off. præsid. I. infans,
ad I. Corn. de sicar. I. pen. in fin. ad I. Pomp. de parricid. qua-
re si Principi maledixerit, pœnæ non subiicitur. Et id quidē
nō omnino præter rem, ne quis fortasse putet nosabuti otio.
Videntur enim parùm sanæ mentis esse qui cum furiosis, aut
mēte captis, si nocuerint, summo iure agendum putent. Excu-
sat enim mentis delinquim, ut quod sit à dormitāte, vel pue-
ro septenni, vel quinquenni, in quem cùm dolus non cadere
posse videatur, nec pœna etiam cadere debet.



Pax.

EMBLEMA CLXXVI.



TURRIGERIS humeris, dentis quoque barrus eburni,
 Qui superare ferox Martia bella solet;
 supposuit nunc colla iugo, stimulisque subactus,
 Cæsareos currus ad pia templa vehit.
 Vel fera cognoscit concordes undique gentes,
 Proiectisque ormis munia pacis obit.

Ennotius est quām vt confirmare opus habeam : vnde apud plerb̄sque pro belli symbolo reperio, vt hīc etiam pro pace, diuersa tamen ratione & fine: Elephantus enim, qui equis in acie terrorem incutiebat, qui sui horrendo spectaculo mili-

DDD iii

*Vsus ele-
phantorum
in beliis.*

tes ipsos conturbabat, quique eburneo dente pugnatum hominem equos corripiebat, pace parta, collum iugo suppedituit, Cæsar is currum triumphalem ad templum vehit, quasi agnoscens initam inter populos concordiam, ideoque ad pacis munia obeunda sese subiiciens. Quod sane intelligi licet de ferocissimis quibusque, & fortissimis belli ducibus, qui truculentos ipsi mores, & ferociam bellicam redempta pace deponunt; eoque sit, ut sese postea conuertat ad ea quæ ad religionem, vel publicam ciuitatis administrationem pertinent: quæ quondam inter arma vel silebat, vel consopita penique oppressa misera situ iacebant. Cassiodor. Variar. formul. lib. 3. epist. 1. populorum ferocia corda longa pace mollescunt.

Iulij Cæsar
triumphus.

Hæc quidem ita enarrari velim, nisi malis Epigrammati-

*Seneca
locus.*

huius literam referri ad Iulij Cæsaris triumphum, de quo Suetonius agit. Ait enim eum ascendisse capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus, idque in signum pacis bello partæ. Elephantis etiæ Pompeium Magnum triumphasse testatur Plinius lib. 8. quod prius India victa Libero patre factum memoratur. Seneca De vita breuitate cap. 14. ait, Metellum victis in Sicilia Poenis, triumphante in, unum omnium Romanorum ante currum centum & viginti captiuos elephantos deduxisse. Et Capitolinus de Gordiano iuniore: Quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ sunt, ut potè qui Persas viciisset, triumpho Persico triumpharet. Carterum non prætermisero Græcum hexastichon φιλίππες, quod hic Alciatus Latio reddit, sed οὐρανούς εἶχε:

εκέπ πυργωδεῖς ὁ φαλαγγοφόρος χαρές ὅπι δῆμοιν

ἀχετῷ ὁ ὄρμαίγει πυριόδαις ἐλέφας,

ἄλλα δέ βησιάς βαθὺς αὐχένα προς ζυγδέουμεν,

ἄντυγα μέθρουλκες καταστρέψειν.

εγὼ δὲ εἰρήνης καὶ διὸ χάριν, δέργανα φίτας

ἀρετῇ, εὐνομίᾳ ἀνταναγεῖται πατέει.

*Typus Em-
blematis.*

*Locus ē
Panegyrico
Constanti-
pi.*

Sed præclarus sese locus offert ex Panegyrico, qui Constantino Augusto Constantij filio dictus est, nobisque transmissus incerto nomine. Hunc enim locum quia puto gratum fore studiosis rerum antiquarum, totum ascribam. sic itaque: Quid egeras Imperator? in quæ nos fata proieceras? nisi te diuina virtus tua vindicasset, quæ hæc est impudentia? aut quò tibi manus nostras, si versa vice pugnas

Ipse pro nobis? Hæc ego non dicerem Imperator, neque ab alijs dicta memorarem, nisi beneficio tuae lenitatis tuior es-
set nostra in verbis, quam tua in armis audacia. Non enim quadam varietate naturæ, confusioque virtutum temperamento, idem es in prælijs ferocissimus, & parta securitate mitissimus. Cùm enim dato obsecris tempore pœnitendi, Aquileiam quoque de legatis eorum ac supplicibus receperisses, cunctique se tibi dedissent, quod obsidendo seruaueras, ignouisti omnibus, & vitam quam desperauerant, reddidisti, & quidem iussisti arma deponere, ut multo tutius victoris pietate tegerentur. Ut tamé pertinaciæ suæ merita sentirent, corripi eos vinciri que iussisti, non ad supplicium, sed vitam, ne conscientiæ timore diffugerent, grauitérque delinquerent, conseruari que iterū non mererentur, si seruati non fuissent. Sed vnde tanto hominum numero tot vincula, quæ continere militares, & paulò antè armatas manus possent? Stupere milites qui producendos suscepserant, & custodiæ curam abnue-
re, & prorsus nescire quid facerent. Ipse etiam Præfector hærere, cùm tu diuino monitus instinctu, de gladiis eorum geminâ manibus aptari claustra iussisti, ut seruarent deditos gladij sui, quos non de-
fenderant repugnantes. O pulcherrimum, & qui omnium oculis subiecti debuisset, triumphum virtutis & clementiæ tuae! Cuius enim potentia fuit hostibus arma deripere, eius humanitatis deditos ad impunitatem suis armis alligare, atque etiam vincere. Ut eos ferri illius, quod contra te gesse-
rant, quotidie pœniteret, gladius ille quem in te distinxerat hostis infestus, ipse domini sui manus tenuit, & paratus ad cædem, custos factus est ad salutem. Magnus Poëta, dum bellorum toto orbe surgentium discursum apparatumque describit,

Et caruæ, inquit, rigidum falces conflantur in ensim.

Triste nimium tempus id, cùm instrumenta cultui pecudum præparata in cædem hominum verterentur. At nunc rigidi illi mortiferique mucrones in salutaria vincla curuantur, & exarmatum hominem non interimunt, sed coercent, deditosque hostes gladij sui collisi obtusisque tutantur, qui nihil illis prodesse integri acutique potuerunt. Omnium ergo ar-
morum ministeria ad diuersos effectus arbitrio tuo seruiunt Imp. tibi vincunt gladij, tibi seruant, te pugnante feriunt, te ignoscente cœstodiunt. ut Deus ille mundi creator &

Locus hic
cum Embke-
mate n. st're
mirè cōsen-
tions.

dominus eodem fulmine suo nunc tristes, nunc lato*s* nunc
cios mittit, ita eadem sub nomine tuo tela inimicos, aut sup-
plies tuos, pernicie aut conseruatione discernunt.

Turrigeris humeris.] Expaessit epitheton πυρωδεις, turribus
oneratus, id est, πυρωος. Lege Plin. 8. Cur autem bar-
rus dicitur, iam explicuimus Emblemate, cuius tit.

In illa data laudantes.

Qui superare ferox &c.] Explicatius in Graeco, οι φαλαγγοι.
παρχεις επι σημειον αχετος οι φαλαγγεις; phalangibus pugnans in-
domitus impetuose irruit ad pugnam cum phalangibus in-
acie stans.

Velfera cognoscit.] de particula, vel, quædam Alciat. nostet
ad l. 96. de verb. sign. §. prædia.



Ex bello pax.

EMBLEMA CLXVII.



EN galea, intrepidus quam miles gesserat, & qua
 Sepius hostili sparsa crux fuit:
 Parta pace apibus tenuis concessit in usum
 Alueoli, atque fauos; grataque mella gerit.
 Arma procul iaceant: fas sic tunc famere bellum;
 Quando aliter pacis non potes arte frui.

Eiusdem materiae diuersa & contraria possunt esse instru-
 menta, ut cum ex galea, ense, vel ægide militari confan-
 tur facies aut ligones agricolis idonei, quibus etiam pacis tempus
 intelligitur: quod x^o apocrym molia de falce ex ense
 Martialis exprimit in Apophoretis:

Signa re-
demptio pa-
cis.

Pax me certa ducis placidos curuauit in usus:

Agricola nunc sum, militis antè sui.

At Virgil. bellum significans, ait Georg. I.

Et curue rigidum falces euruantur in ensem.
Ouid. item Fastor. 2.

Plus erat in gladio, quam curvo laudis aratro.
Idemque alio loco:

Bella diu tenuere viros: erat aptior ensis

Vomere: cedebat taurus arator equo.

Sarcula cessabant versiq; in pila ligones,

Factaq; de rastri pondere cassis erat.

Et deinde pacem, his sequentibus:

Pax ades, & toto mitis in orbe mane.

Dum desunt hostes, desit quoque causa triumphi:

Tum ducibus bello gloria maior erit.

Sola gerat miles, quibus arma coercent arma;

Canteturq; fera nil nisi pompa tuba.

Claudianus de bello Getico huc respexit, signa partæ pacis memorans:

Non iam delectus miseri, nec falce per agros

Deposita, iaculum vibrans ignobile messor:

Non tentat clypeum proiectu sumere rastris.

Bacchylidis
Lyrici ve-
nustus lo-
cus.

Occurrit & illud Bacchylidis Lyrici Poëta, ex Stobæo & Plus-
tacho:

τίκτε δὲ θνατοῖσι τιγήνα μεγάλα

πλεπον: Pax magna hominibus affert diuitias.

Et deinde sequitur:

ἐν δὲ σιδηροδέτοισιν πέρπαξιν αὐθαν ἀρχήν

ἴσοι πέλονται, ἐγχέα τε λογχωταὶ,

Ξίφεατ' ἀμφόκεα ἐνράσι δάμναται. χαλκέων

βέκτη σαλπίγγων κτύποι. εδὲ συλάται μελίσσοι ὅπνοι

ἀπὸ Κλεφάρων ἀμός, ὃς θάλπεικέαρ: id est,

At in reuinctis ferro clypeis nigrorum araneorum telæ sunt,
hastasque cuspidatas, & enses ancipites ærugo cōsumit: ære-
rūmque non amplius tubarū clangor, neque subripitur mel-
litus somnus à palpebris, nostrum qui cor fouet. Huc etiam
referam Esaiæ vatis illud: Contundent, inquit, gladios suos in
ligones aut vomeres, & lanceas hastasque suas in falces; ne-
que ultrâ aut bellum addiscent, aut prælio assuescent. Sic
Cassiodorus in quadā ad Valerianum præf. prætorio episto-
la lib. 12. Variar. Arripiant ferrum, inquit, sed vnde agros ex-

colant: sumant cuspides, boum stimulos, non furoris. Quæ
ideò adduximus, vt non modò Emblematis ḡ̄m̄y c̄ḡl̄w, sed
& duo priora disticha, per se alioqui clara, explicemus aper-
tiūs his enim ostendit temporis quandam conuersionem &
vicissitudinem, cùm ex bello pacem arguit sub galeæ sym-
bolo, quæ bellum tempore s̄p̄iūs hostium sanguine tincta, nūc
demūn pace, in apum alueariū commutaretur. Eodē fermè
modo Marius Molsa de rostris naualibus, cuius carmen pro-
pter affinitatem ascribere non piget:

Marij Mol-
se lep dū e-
pigramma;

Ferre a rostra olim pressis erupta carinis,

Que Nili fractas testificantur opes,

Ecce apibus parcis pandas prepandimus aulas:

Congesta redolent, (quis putet?) era ihymo.

Cesaris hæc ingenia laus est quo vindice, pacis

Iucundos fructus arma inimica ferunt.

Porrò ab armis disuaderet, nec ea omnino sumenda vult, nisi Quanta dr-
alia ratione in pace ac quiete viuere nō possimus. Recte Ci-beat esse
cero dixit temerè in acie versari, & manu cum hoste confli-cautio in
gere, immane quiddam, & belluarum simile: sed cùm tem-belli susci-
pus necessitasque postulat, decertandum manu esse & mor-piendis.
tem seruituti turpitudinique anteponendam. Certè bellum
non tam facilè suscipiendum, quam putant quibus. inexper-
tis potissimum, dulce: nec de vlla re alia magis deliberandū
est neque religiosius consultandum, aut maturius aliquid sta-
tuendum quam de bello: cuius alea vt anceps & dubia, & in
quo bis peccare non licet, sic damnosa maximè, & omni par-
te periculosa: quandoquidem & qui vincit, & qui victus est,
suo damno de suo gradu decidit: ille quidem magno fortè su-
suorūque dispendio victoriā est mercatus: hic, quod
spes irrita ceciderit, quam ægrè ferat, quantoque dolore
contabescat, omnibus coniectādum relinqu. Principes ita-
que, magnates, aut etiam magistratus, nunquā nisi tamquam
inevitabili necessitate pressi, aleam belli mouere vel mini-
mūm debent; sed omnibus primum tentatis remedijs, sic se
gerant, vt de suo iure quicquam decadat potius, quam sua
auctoritate tale aliquid permittatur. Notum est illud Africani
Scipionis, turpe esse in re militari dicere, Non putaram, quod
inemendabilis error sit, qui violentiæ Martis committitur.
Facillimum est enim arma sumere, at eadem sumpta depo-
nere, non æquè facile. Nec verò vt inficias iuerim belli prin-
cipium penes Printipes esse, sic exitus sanè à diuina prouidē-

tia pendere certò dixerim. Quòd si quisque, vt docet, per se
 conijceret, quām inter sit leui de cauſa bellū moucre, agno-
 sceret opinor, quām periculosus sit Principum ludus, quibus
 tam parui est momenti clades & strages populi multitudine
 innumerabilis, sed & indigna locorum permultorū vastitas,
 solitudo, conflagratio. Valeant itaque quibus adeò placet
 belli fortuna, cuius etiam vel prosperè gesti euentus ipsum
 pœnitere Principem decet, si modò vel minimū sapiat, aut
 nisi ab humanitate proſsus abhorreat. Addam etiam & illud
 (quòd intestina hæc & plus quām ciuiliæ bella Gallica quo-
 rum nōdum planè restincta fax, nobis, tam sèpè tamq;ue diu-
 bilem moueant) nullum regnum, nec vllam Remp. diu ma-
 nere incolumen potuisse, quaæ arma crebrò mouverit. Memi-
 nerint quibus dulce bellum est, quoties in extremum discri-
 men venerint Athenienses quondam felicissimi & potentissi-
 mi, tot tantisque bellis attriti, & postmodùm deleti: quorum
 nempè ciuitas à Persis incendio perdita, à Laconibus affecta
 sèpissimè, ac mœnibus ipsis exuta, à Philippo Alexandri
 patre fatigata, ab altero Philippo afflita, à Rege Pönti Mi-
 thridate cædibus & cruore infecta, à Sylla propemodum con-
 cassa & diruta. Quid Lacedæmonij? quamquam diu satis flo-
 ruisse visi sunt, idem tamen, quod aliæ florentissimæ monar-
 chie, & oligarchie, sunt experti; quarum quidem exitium
 non ab externis, sed certè intestinis potissimum odijs atque
 dissidijs est profectū. Nihil illa inclyta Roma clarius aut ad-
 mirabilius, vt quæ

Imperium terris, animos aquauit olympos:

cuius tamē quanto alijs gloria & præcellens dignitas emi-
 nentior fuit, tantò ruina casusque grauior & periculosior. Si
 verò tanti imperij labefactati cauſam inuestigemus, bellorū
 aleæ acceptum esse referendum citra negotium aestimabimus.
 Ea enim Romana ciuitas primūm à Porsena obſessa, à Pyr-
 rho territa, ab Annibale identidem concussa, à Tatio capta, à
 Brenno expugnata, & Gallis incensa: denique viribus ipsa
 suis miserè prostrata, & penitus fracta, quid posteris Gothis
 aut Vandaliſ reliqui habuit, quod labefactandum aut concu-
 tiendum daret? Credibile est tantum imperium tam citò nō
 fuisse lapsum, si primores ipsi, quiq;ue Reipubl. clauum te-
 nebant ijs temporibus, in ijs quæ parta erant, conseruandi
 ciuitis elaborassent, quām alienas tanto impetu & ardore
 animi prouincias inuasissent, vel in exteris, aut etiam sei-

Principum
ludus per-
culosus.

Athenien-
ſum bella
exitiosu.

Lacedamo-
niæ umbel-
la intestina.

Romanoru-
bella.

Brennius ea.
catalogus bel-
lorum Ro-
manorum;

glos ferrum strinxissent.

[*atque fauos grataque mella gerit.*] Sic ex pace vbertas, quod dicit in sequenti, ut colligas omnium fructuum prouentum ex pace, contrà ex bello vastitatem omnem & calamitatem. Quò pertinet etymologia Grammaticorū, qui πόλεμον, quasi ἄπο τας πόλεις, ή τούς πόλεων μετων., ή σ' αν. υειν, quòd ciuitates, multosque homines concutiat, perdat, labefactet.

*fas sit tunc sumere bellum, &c.] Cicero I. Offic. Suscipienda Quando
bella sunt, vt in pace sine iniuria viuatur. & Vegetius lib. 3. bella susci-
cap. 1. Qui desiderat pacem, præparat bellum: qui victoriam pienda.
cupit, milites imbuat diligenter. Adhæc scripsit Arist. τὸ τὰς πόλεμος τέλος εἰσὶν τὰ διάφορα. Cicero 8. Philipp. Nec ego pa-
cem nolo, sed pacis nomine bellum inuolutum reformido. Quare si pace frui volumus, bellum gerendum est: si bellum
amitteremus, pace nunquam fruemur. Cassiod. lib. 3. Variar.
epist. 1. Tunc vtile solum est ad arma cōcurrere, cūm locum
apud aduersarium iustitia non potest inuenire. D. Augustinus Epist. 1. ad Bonifac. in ca. Noli existimare. c. 2; q. 1. Pa-
cem habere voluntatis est: bellum autem debet esse necessi-
tatis vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non
enim pax queritur vt bellum exerceatur, sed bellum geritur
vt pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, vt eos quos
expugnas, ad pacis unitatem vincendo perducas. Idem can.
Apud veros. eod. c. & q. Apud veros Dei cultores, inquit etiā
ipsa bella pacata sunt: quæ nō cupiditate aut crudelitate, sed
pacis studio geruntur, vt mali coērcentur, & boni subleuen-
tur. Aristot. Politic. 7. cap. 9. ait necesse esse arma domi neces-
sariò posita in armentario ijs qui Reipub. præsunt, tum pro-
pter eos qui detrectant imperium, tum propter exterros qui
iniuriā conantur inferre. Reperio & apud Cornel. Tacitū,
lætiorem fuisse Tiberium imperatorem, quia pacem sa-
pientia firmauisset, quām si bellum per acies confecisset. Ad-
dam hoc postremò, dignum certè memoria exemplum. Vi-
truvius cap. 7. lib. 2. ait veteres Hetruscos quò ciuibis suis
persuaderent, arma inuenta esse, vt ijs aduersus hostes, non ad
ciuilem discordiam vterentur; ædem Martis ad campum,
& extra urbem nō, vt aliorum Deorum, intra mœnia con-
secrassæ;*

Ex pace vbertas.

EMELEMA CLXXVIII.



GRANDIBVS ex spicis tenues contexere corollas,

Quas circum alterno palmito vitis eat.

His compæ Alcyones tranquilli in marmoris vnda
Nidificant, pullos iuuolucrēs que fouent.

Latus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
Aequorei si rex alitis instar erit.

Inscriptio consentit cum hac Euripidis, supplicibus (vbi
I pacis commoda multa percensentur à præcone, Theseum
mouente, ne bellum moueat in Thebanos) ὅσῳ τεπολέμου
χρεῖον εἴειν ὁ θρόνος ἢ ψρωταῖς μούσαις φροσφιλεσάτη,
ποιῶσι δ' ἐχθρῷ τέρπεται δ' εἰσπαιδία, χαίρε πλούτῳ.
Ταῦτ' ἀφέντες οἱ κακοὶ πολέμοις αναγρμεδα, καὶ τὸν ἥδονα

Θεολογίας ἀνδρεσ ἀνδρεσ, καὶ πόλις πόλιν. Quantū bello potior pax hominum generi primū quidem ea Musis gratissima? cruciatibus inimica, delectatur fœlice sobole: ad hæc diuitijs abundat, hæc tamen nos improbi, contemnimus, bellaque ultro suscipimus & minus fortē subigimus; viri virū, & ciuitas ciuitatem. Citatur & istud Menandri senarij,

Επτίου γεωργὸν καὶ μέτερης τρέψει καλῶς,
πόλεμον δὲ καὶ πεδίῳ κακῶς εἴρο.
Alit colonum pax, vel in saxis bene,
Et bellum in ipso noxiū campo quoque.

Huius carminis fontem lubens repeto ē Basiliū Magni Hēxaëmero, quamquam sciam idem apud alios certe veteres legi: sed mihi admodum placet viri huius sanctissimi doctri-

Emblema ē
Basilio tra-
ctum:

na & eloquentia. Sic enim ille Oratione 8. in Hexaëm. ἀλ-
κυών ὅσιον θαλάσσιον ὄργανον. αὐτὴν πάρ' αὐτῆς νοστήσῃ τὰς αἰ-
γαλεῖς πέρικεν, ἐπ' αὐτῆς τὰ ὠά τῆς Φόρμιας καταθεμένη. καὶ
νοστεύει καὶ μέσον περὶ τὸν χρυσῶνα, ὅπερ πολλοῖς καὶ σιδίοις α-
νέμοις ἡ θάλασσα τῇ γῆ τροπαρέσσεται. ἀλλ' ὅμως κοιμί-
ζούται μὴν πάντες ἀνεμοί· οὕτω χάρις ἡ κῦμα θαλάσσιον, ὅταν
ἀλκυών εἴπαξε τὰς εἰπεῖς θύερας. ἐν ποταμίαις γαρ μόναις
ἐκλεπίζει τοὺς νεοπόλεις. ἐπεὶ δὲ τὸ θυεῖσι αὐτοῖς γείσια, ἀλλας
ἐπί τα προστάτην τὴν τὴν νεοπόλεων ἀνέχοντα, οὐ μεγάλος θεος τοῦ μη-
χροτάτων ζώων παρέχεται. οὐδεὶς καὶ ναυπικοὶ πάντες οἴσται τῷ το, καὶ
ἀλκυονίδαις τὰς θύερας ἐκείνας προσταχορεύεται ταῦτα σοὶ εἰς
προστήπου τῷ αἰτεῖν φέρει τὸ προστάτην σωτηρίαν, διὰ τῆς τοῦ
ταῦτα διλογία τῷ δεῖ προνοίας νεομοδέτηται. τί οὐκ ἀντίκοντο τῷ
παραδόξῳ εἰνεκέν σοι, ὃς καὶ εἰκόνα γέγονας τῷ θεῷ: ὁ πάγκ
πάτερ ὁρισθεὶς τὸ πατρικόν, οὐ μεγάλη καὶ εορτὴ κατέχεται
θαλάσσα ἐν μέσῳ χρυσῶνι γαλήνηις ἀγρυπνία ποταχεῖσα. Quo-

Alcyonis
rum verborum hæc est sententia: Alcyon auis est, quæ mare sollicitia.

accusat: quæ cùm sit in mari littore parere solita, deponit
oua in arena, & media hyeme nidum cōponit, quo maximè
tempore ventorum impetu mare tempestuosum est. Sed tum
venti se remittunt, compescitur ipsum mare, cùm alcyon se-
ptem diebus incubat: excludit enim pullos totidem. qui cùm
cibum appetunt, septem alias dies ad pullorum incrementū
minutissimo animali liberalis Deus clargitur. Omnes itaq;
quise mari committunt, id obseruant, eosq; dies Alcyonios
nominant. Quæ tibi concessa ac tradita sunt à diuina prouiden-
tia, cuius etiā vis elucescit in ijs animalibus quæ ratio-
nis expertia sunt, ut te commonefacerent ad ea petenda ab eo

quæ tibi ad salutem conferrent. Quidnam etiam, quæso, vel quod fidem excedat alioqui, non est tua paratum caussa, qui ad Dei factus imaginem sis; cum propter eam tam minutam auem vastum illud ac terrificum mare sedetur, & hyeme media Dei iusu coercentur? hæc ille Naturalem hanc historiam accommodat Alciatus ingeniosè ad pacis optimæ p. ouentū: cuius pacis laudes ex 33. capite Stobæ adjicerem, nisi priuatem satis esse ea de re studiosos admopere. Significat enim optimi Principis officium in id incumbere penitus debere, ut populum in suis regionibus & prouincijs necessario prouenit instructis foueat & tutetur, habita primùm ratione temperatum, earumque calamitatum quæ solent indies accidere: finatque ventos remittere, & tandem procellas ebullientes hostium conquescere, ut securius in pace postea viuatur: id que Alcyonum more, quæ in medio mari nidum conficiunt admirabili quadam sollertia, paulum eminētiore, & perquam angusto grandium spongiarum similitudine, qui ferro non possit intercid. nec vnde configatur inueniri, tradit Plinius. Quidam ex spinis aculeatis, alijs ex spicis segetum & vitiunt pampinis eum confectum esse nidum volunt. Fœtificat bruma, qui dies Alcyonides ideò vocantur, totidémique post diebus pariunt: quo tempore mare tranquillum creditur nauigantibus, qui eos dies obseruant accuratè. Varro De lingua Latina 6. Alcedo Græcè ἀλκυῶν, hæc hyeme quod pullos dicit tranquillo mari facere, eos dies Halcyonios appellant. Vnde Pacuitus:

Halcyonis ritulitus peruolgans furor.
Lege Plin. 10. cap. 32. Plutarch. quo libro disputat, utrum animalia prudentiora terrestriane an aquatilia.

Halcyones.] Halcyones Grammatici rectè deducunt ab ἀλκύων, quod in mari pariant, id est, ἀλκυωνιον marina spuma qua nidum congerunt Halcyones, ait Dioscorides in 5. cap. 136. Theophrast. lib. 1. cap. 8. ἀλκυωνίων φυτῶν. Dies sereni quibus Alcedo fœtificat, à re ipsa nomen inuenere ἀλκυονίδες καὶ ἀλκυονίτες dicuntur & Aristotelis αἱ εὐδίηναι οὐρέα, Hist. animal. 5. cap. 8.

comptæ.] ornatæ, suaves, gratæ. vel ad nidum, vel ad tranquillitatem refer. Plutarch. dixi alicubi bonam valetudinem idem esse voluptatibus, quod cali tranquillitatem Halcyonibus, quoniam eis concedit ut turò & securè incubent.

tranquillis marmoris.] id est, in marmoreo vel saxeo scopulo, quod

quod aqua marina alluit: vel potius marinor pro mari pellente & æqualiter strato accipitur.

involucres.] nondum aptos ad volatum, impubesces.

*Letus erit Cereris, & Bacchus quoque.] Prouetus & vbertas erit *Involucris,* annonæ maxima. Annona ponitur inter res eas quæ ciuitati maximæ necessariæ sunt cui diligentæ esse prouidendū Principibus & Magistratibus sapientes monent, ne vietus annuus ciuitati desit. Noti sunt populares Romæ tumultus ob anno- næ caritatem itaque frumentum sæpe aduehebatur ex Africa, Sardinia, Sicilia: quas tres prouincias, tria Rom. populi frumentaria subsidia Cicero appellat in ea quæ est pro lege Manilia. idē quarta Verrina, Siciliam nominat cellam penariam Reipubl. nutricem Romanæ plebis. Et praefectus annonæ creabatur, qui frumentum vndique coemendum curaret, & in urbem aduectum iusto pretio venire iuberet. Huc quodammodo refertur quod quidam Alcyonem pro iustitijs forēsis Hieroglyphico ponunt qua ratione à Plauto dicitur, Alcedones esse iuxta forum: id enim commodi intelligitur de intermissis fori procellis & turbinibus quo allusit Horatius, cùm dicit se mersari cœillis vndis: ita dies Alcyoniæ nominantur in quib[us] porta conticescunt.*

Æquorei si Rex alii instar erit.] si sese habeat in suos Principes quilibet ac Alcedo marina in pullis. Estenim Principis virtus maxima, non modò nosse, sed & tutari suos. Quod quāquam perspicuum sit omnibus, illustrādæ tamē huius pulcherrimæ sententiæ caussa, repetam grauem sānè & cordatam Dionis Chrysostomi disputationem ē regno, qua Regum officium inque suos pietatem ponit ob oculos. Sic ergo primū: Principem continuis laboribus & vigilijs intentum esse decet. Nam in nauicet vectoribus absq[ue] cura plerumque desidere, & ne aspicere quidem marinos fluctus, simò verò neque scire, quod aiunt, vbinam terrarum sint. Sic enim permulti hoc modo pontum securi traiiciunt, talis ludunt, canunt, coniuuantur totos dies, & tempestate ipsa vndique imminentे involuti expectant euentum: alij oppressi altissimo somno non ante surgunt, quād ad portum appale- runt. At gubernatori necesse est mare ipsum continuò obseruare, ærem cœlumque intueri, ad tetram aspicere: neque ignorare quæ in fido sunt, nisi velit allidere ad scopulos qui in aquis lateant. Neque verò ille unus noctu dormit alijs altè stercentibus: interdiu autem si breuem somnum aliquando


Dionis
Chrysostomi
præcke-
rus locus.

suffurretur, tamen dubius hæret, neque præsentí animo id facit, vt sæp̄ suos adhortetur aut contrahenda yela aut clavum sisterendum, aut quidpiam tentadum aliud, vt etiam inter dormieadum nihilo segnius officium faciat; cùm alijs impunè somnum capere liceat. Eadem ratio est expeditionum: militum quisque sui dum faxat curam sustinet. At ducis munus long' maius est atque difficilior, nempe vt omnes & singuli bene atnati sint, habeantque vestium satis; nec modo vt illis ciborum satis sit, sed & vt equi diligenter instructi sint. Quod si securus videat quām par sit, maiore tristitia ille afficitur, quam si quibus rebus ipse met indigeret: quippe qui suorum alutem non minoris aestimet, quām suam ipsius. Et quidem reliqua pulchra reuera sunt: sed hæc hactenus satis.



Doctos doctis obloqui nefas esse.

EMBLEMA CLXXIX.



Quid ratis hiem Progne vocalem saeva cicadam;
Pignoribus que tuis fercula dira paras?
Si rudila frumentum, verna; verna, hospita lades
Hospitam, et aligeram penniger ales auem?
Ergo abice hanc prædam: nam musica pectora summum est
Aliorum ab alterius dente perire nefas.

ET hoc ἀντιλον ex i. Græcorum Epigrammatōn traxit sic
Enim habet Græcus:
ἀττὶ χόρε, μετ' θρησκε, λάτι Θλάλον αἴσπαξασ
τεπίχα, πανούς δαττούς φέρεις τέκεον.
πὸν λάλον, ἀλαλόσσα τὸν εὐτηρον, ἀπερόσσα.

Character
Emblema-
tis.

EEe ij

τὸν ξένον, ἀξεῖνα, ἀρινὸν ἡγεμόνα.

ἢ χί τάχθι πίνθις; & γό δέμιος, εἰδὲ δίκαιον

οὐλυδ' ὑμνοπόλεσσιν ὑμνοπόλοις, σοὶ μαστίν.

Rixa &
contentio-
nes à pa-
diosis alie-
nae.

Increpat hirandinem, quæ cicadam ad pastum corriperet, quo orationis inuolucro doctos mutuò sese prouocantes ar- guit: his enim rixis & contentionibus ferè fit, vt nullū aliud perniciösius malum subdriri possit. Si quo conuicio docti ab ignatis & rerum inscijs impetantur, non debet haberi nouum aut insolens, cùm vt pluri inūtraudax esse soleat ignorantia, quia nullum aliud malum aut intractabilius aut difficultius. At cām doctus doctum, & Christianum Christianus iniurijs, contumelij clamosis disputationibus, vel etiam famosis libellis impedit, quod bonis literis & Reipubl. malum atrocius aut exitialius esse potest? quæ clades imò quod naufragium præsentius, cùm in medijs fluctibus irato mari concertatio nascitur inter nauis ductores, aut etiam gubernatores ipsos, à quibus eorum qui sunt in eadem naui, vel vita, vel mors pēdeat? Nullum certè miserius accidere detrimentum societati humanæ potest, quam cùm eruditii eruditos (à quibus certè pendere debet popularis multitudo, vt eorum ductu sese in officio contineat) nigro dente conuellunt: quo fit interdum, vt diutiū altercando veritatē opprimat. Num vero absurdum & odiosum maximè omnibus videri debet, eos, quos pat est intar se omnino conuenire, mutuisq; officijs animos inuicem sibi deuincere, nimirū quod iisdem sacris initiati ad ueritatem communē liberales disciplinas excollere ex officio decet, quas tamquam communī quodam vinculo, & quasi cognatione inter se contineri nemo nescit: nonne, inquam, prorsus ridiculum est, eos sese mutuis iniurijs proscindere, ita vitam morisque debacchari, & falsis criminacionibus æmullos onerare, qui alios coercendi iushabent, quoties aliqua vel leui occasione rixantur & decertant? Quæ sanè contumelię eo nocentiores sunt, quo in plures deriuatur: ex ijs enim non minimum famae detrahitur eorum potissimum, qui, vt loquitur Horatius, hoc succo lolliginis, & ærugine mera tinguuntur. Non inuitus quidē fatebor in concertationibus eiusmodi quædam certè, nec obscura ingeniorū videri specimenia, id tamen generis eiusdem semper iudicauit non tam laboriosæ quam pericolosæ plenū opus aleæ, in quo se penitus rō ubi quis commendationē nominis aucupatur, nescio quo fati famæ iacturā luit. Certè vt hoc adiçiam, nemine vñq; ad-

Natus &
nouledicti
famatis ca
gari.

Suisse credo, qui maledictis & conuicijs in alium iactis honestiorem famam mercari vñquam potuerit. Quæ verò cæcitas in hisce decertationibus ad iudicem confugere omnium corruptissimum & iniquissimum, nempè turbam popularem cum dubium non sit, quæ non videat, quamque cæxutiat, ut videre non possit.

Ædibus in proprijs que recta aut prava gerantur?

Itaque qui fieri possit, vt sano mentis oculo quæ captū eridunt suum, intueatur? Id quidem (quod tamen grauati dicā) temporibus nostris exulceratissimis s̄e penumerò vidimus, nō modò in ijs disciplinis quæ ad humanitatem pertinēt, sed & in diuinis omnino scriptis, atq; pietatis Christianæ oraculis quorum auctoritati apud quamplurimos non parum detraetum est, quod de ijs importune & intempestiuè doctores plerosq; digladiari viderint. Ex quibus mutuis dissidijs nihil certè rei literariæ fructus, aut ornamēti accessit, sed de pietate & bonis moribus non minimum decessit, dum non est qui velit ingenio cedere. Sit aliqua inter studiosos contentio, sed absit à maledictis, à consumcijs, à rixis: & vt sunt expertes inuidentię Musarum fores, quemadmodum ex veteribus plerique dixerunt, si ne admittant quidem iurgia, vel animorum distractionem aliquam inducant. Seitè Chrysippus. Qui stadium currit, inquit, contendere & eniti debet quām maximè possit, vt vincat; at eum cum quo certet, aut supplantare, aut manu depellere nulla ratione debet: sic tota animi contētione licet ex literis indefesso cursu splendorem, & nominais celebritatem aucupari, sed socij aut triualis cursum nolo quodā malo remorari, aut eius mores impetrare, vel etiam doctrinā (nisi prorsus mala sit) mordaci acero cōspergere, quò vel defistat, vel habeatur contemptui. non modò hominis est disfoluti & inuidi, sed & animi pusilli & planè illiberalis,

Progne.] hirundo, de qua dictum est supra.

vocalem.] canoram, λαλού.

pignoribus.] pullis.

Stridula stridentem, ξείσ.] In Græco eadem sunt πολυπόντισ. Nam τὸν λαλού ἀλαλόσαρα reddit, stridula stridentem: ἀένον ἡσπινα, vernam verna, id est, vere cantillantem: τὸν ξένον ἀξεῖνα, hospitam hospita: utraque enim non abhorret ab hominū hospitijs, altera enim prope lares patrios nidificat, altera vel in hortulis nostris exauditur. τὸν δημερόν ἀπερόσαρα, aligerā aligera, aligerales. Per multū illustrabit hoc Emblema

questio 7. Sympos. 8. Plutarchi, quæ est de nota seu symbolo Pythagorico; quo hirundinem hospitam recipi veterbat Samius ille senex. Carnem depasci solet hirundo; inquit, venaturque sacras illas Musis canoras cicadas: σαρκοτάγεις οὐτας ἔχεισιν, καὶ μάλιστα τέτην παῖς ιεράς καμψούσες οὐτας αποκτίννουσι τηται. vide reliqua.

abice.] abiice, Syncope.

nam musica pectora, &c.] Græcus dixit ψυχοπόλεις, id est, calentes, stridorem emittentes cicadas. Musica autem pectora dixit interpres, quia plerique docent, omnes aues canoras dici Musarum volucres. Cicadas verò ob cantum Apollini sacras esse volunt, iuxta Aristophan. Scholia sten. c. vecell. oī τέτηνες μεσοκολούντες ἀνέκυνται τῷ απόλλωνι. & Troianos oratores cicadis comparauit Homerus Iliad. 7. Cæterum hic γράμμα est, qua innuit absurdum esse, & fermè impium, eiusdem ordinis viros sese mutuò confiscere tum enim vel maximè periculosa esse tempora ferunt, quibus lupus lupinā est: & quamquam, ut loquitur Iustin. lib. 16. assiduum inter pares discordia malum sit, tamen id locum habere non debet inter doctos, & studiosos Musarum cultores, inter quos una & constans animorum consensio & concordia necessaria est. Huc facit Themistius, oratione quadam, quo loco ait Musas inter se numquam rixari sed optimè illis cum Apolline conuenire; ita etiam poëtas minime à poëtis debere dissidere. Græcè ita;

καὶ οἱ Μύσαι εἰνεασιν γράπειν οὐταν διλήλασι καὶ τὸν Αἴπολλωντ, καὶ οὐδεισια αὐτοῖς ἀγανάτει τῷος τὰς διλασθῆν μὲν οὐσια τοι. unde autem λόγον προτεῦχοται οἱ ποιηταί. Huc Proverb. Canina vicitans, Cynocephalum oppugnas.

Appendix.

Inter pares inuidia sæpe solet innasci, quod præter cæteros non. glossographus Accursius, auctor non pœnitendus, ad l. si exceptione, 14. § eo qui, D quod met. causa. hi dicuntur Luciano lib. de calumnia. οὐτοχοι, inter quos propter artis eiusdem communitatem peracres, similitates & iurgia non-punquam implacabilia exardescunt, vel occasione sperata gloriæ, aut lucri captati, cum nemo attifex se libenter postponi patiatur, aut contemni. Sed tamen dignum est ut qui similem cum alijs vitam suscipiant, similem cum alijs ferant disciplinam, c. recolentes, de stat. monachor. Imò qui iisdem

SACRIS INITIATI SUNT ATTIVUM MELIORUM CONCORDI PACE LIGĒTUR,
 VT MEMINERINT MUSAS DICIT GRACO VERBO; μῆστας, QUASI οὐσία
 στας, ID EST, SIMILES, INTER QUAS SUMMA SIT CONCORDIA, QUAM
 QUAM INTER TONOS DISPARATES. OMNIVM ENIM HONESTARVM DIS-
 CIPILINARVM INTER SE MAGNA SIMILITUDO & CONCORDIA EST, QUAE
 OMNES AD HUMANITATIS SESE CULTUM COMPARANT. SOLEMNE EST,
 SI REPEZUEVS XEOPHELI XETESI, ΧΕΡΙ ΤΕΛΟΥ ΤΕΛΤΩV, UT AIT HESIODUS,
 SED INHUMANUM EST, & NULLO FERENDUM PACTO SI GRAMMATI-
 CVM INCESSAT GRAMMATICUS, SI RHETOREM RHETORIS SI LOGICUM
 LOGICUS, QUA CĒSEMUS INANEM ESSE ATTIVUM MELIORUM VSLUM,
 NISI CUM LITTERARVM SUCCO MORES INSTITUANTUR, VITÆQUE RATIO
 ĒFORMETUR QUI FINIS EST, ERUDITIONIS OMNIS AC DOCTRINÆ. ELO-
 QUÉTIA MALE SINE MORIBUS DISCITUR, AIT PLINIUS SECUNDUS, ANNO
 SUPERIORE MAIORES NOSTRI VIRI SANI PATIENTER AUDIUCERE RIXAS,
 QUÆ IN ITALIA PER ALIQUANTVM TEMPORIS ORTÆ SUNT INTER RO-
 BORTELLUM MAIORAGIUM, NIZOLIUM, SIGONIUM, QUARUM CÖ-
 NTENTIONUM VESTIGIA LIBRIS EDÜVIS POST AUCTORUM MORTEM SU-
 PERSUNT. ET IN HAC NOSTRA VNIUERSITATE SCHOLA DIU NON SINE RIXIS AC
 CAUILLIS CONTENDERUNT ERUDITI VIRI ANTON. GOULEANUS, & JOA-
 CHIMUS PERIORIUS IN P. RAMUM: QUOS PROXIMI SECUTI ADRIAN.
 TUZNEBU. IAC. CARPENTARIUS, LEODEGARIUS QUERNUS,
 DINTIUS DE RELITTERARIA CONTENDERUNT, SED QUANTO CUM FRUCTU,
 YIDERINT QUI EA DE RE JUDICARE SOBRIÈ POSSUNT.

EEe iiiij



Eloquentia fortitudine prestantior.

EMBLEMA CLXXX.



A R C V M lava tenet, rigidam fert dextera clauam,
 Consegit & Nemees corpora nuda leo.
 Herculis haec igitur facies? non conuenit illud
 Quod vetus, & senio tempora cana gerit.
 Quid quod lingua illi levibus trajecta catenis,
 Quae fissae facileis allicit aure viros?
 An ne quod Alciden lingua, non robore Galli
 Praestantem populis iura dedisse ferunt?
 Cedunt arma togæ, & quamvis durissima cerda
 Eloquso pollens ad sua vota trahit.

HÆc διδριαυτογεγρα Herculis expressa est Luciani
 quadam præfatione, qua ostendit Celtas, id est Gallos, o-
 lim Herculem οὐ μον nominasse, eumq; eloquentiæ sapien-
 tiæque Deū existimasse. apud quos ita effingebatur, ut senex,
 calvus & rugosus, inculto capite & glabro, cuiusmodi senio-
 res nautas marinos videmus: adhac leonino tergore induitus,
 dextra clavā tenens, arcum sinistra, pharetrā ex humero pen-
 dulam habēs; confertissimam quandam hominum multitu-
 dinem trahēs catenulis ex auro & electro tenuissimis, linguæ
 suæ extremitate perforata insertis, eānque non inuitam, sed
 vltro sequentem, imò etiam hilares omnes, nec ullo modo
 restitantes, ut huic assentiri viderentur, ducentem se Deum
 laudibus efferentes. Id nihil aliud indicabat, quam Herculem
 eloquentiæ & fortitudine præstantem, dissipatos olim Gallos Quid Her-
 & efferatos, ad iustitiam, & mitiorem vitam viuæ viribus elo-
 quentiæ reduxisse: cuius facti tam insignis historiam men-
 dax Græcia figmentis est persecuta, & ad armorum stupenda
 facinora postea conuertit. atque ad suum Herculem quis ex
 Alcmena filium retulit: quod Herculī Gallo, diuinæ cuiusdā
 naturæ virō, propter sagacitatem, prudentiam singularem, &
 admirabilem eloquentiam peculiare fuit. Putant nonnulli ex
 philologis, nec leuibus sane coniecturis asserunt, Gallos ve-
 teres tum eloquentiæ, tum linguæ Græcæ fuisse perstudio-
 sos Ioan. Apñius in Beroum (nisi me nomen Berosi fallit) periti.
 de regibus Babiloniæ, tradit Græcos à Gallis literas habui-
 se: apud quos quam domestica fuerit eloquentia pluribus
 contendit Budæus noster i. Deesse, & maximè Commenta-
 rijs in Pendectas ad l. i. Deseru. corrupt. §. Quod ait prætor.
 Quin audiamus ipsum Lucianum sua loquètem lingua: Τὸν
 ἔργον τοῖς ζελτοῖς οὐ μον ὄνομαδεῖσον τὴν τῆς ἐπιχωρίων πόλεων
 εἰδέθη τὸν πάνυ ἀλλόκοτου λεγεται. γέρων δὲν αὐτοῖς εἰς τὸ
 ἔχατον, πολιοὶ ἀκριβῶς, οἵται λοιπῶν τοιχῶν, σύσσος πόλεο-
 μα, καὶ στακεραυμάδος εἰς τὸ μελάντατον, οἷοὶ εἰσιν οἱ θαλαπίρε-
 ροι γέροντες. οὐλαὶ τῇ τοιχῇ Θών, καὶ οἱ οἵματα τῶν σκαλίων τῆς ἐρ-
 κλεῖς, καὶ γὰρ τῶν σιδηρέων ἐγῆπαι τῶν τῷ λέοντῷ, καὶ τῷ ἵ-
 παλον ἐχθρῷ τῇ δεξιᾷ, καὶ τὸν γαρυτὸν παφίστηται, καὶ τῷ τοξο-
 ἑτεταμένῳ ηρίσερφον προσείκυσται, καὶ δλως ἐργαλής δέσι. καὶ τοι
 τὸ φέρεδοξότατον εἶδε πατέρων τῆς εἰκόνον Θόν γὰρ δὴ γέρων ἐρ-
 κλῆς ἐκεῖνον Θάνθρωπον παμπολύ τὸ πλαῖσθ Θέλκη, ἐκ τοῦ
 ἀπαντας δεδεμένος δεσμῷ δὲ εἰσὶν οἱ σειρὴ λεπτοί, καὶ
 τὸ καρέχη τοιχογεγραπτόν, οἵρμοις ἐοικησαν τοῖς καλλίστοις, καὶ

ο μαρτιόν της καθεισῶν ἀγρομύλων, επειδεῖσθαι διεύσυνος, θυ-
 νάρκεσι αὖ διμαρτίων, επειδεῖσθαι διεύσυνος, η τοις ποσὶν αὐτε-
 δεῖσθαι, φροὶς τὸ ἐναντίον τὸ ἀγωγῆς εἰξυπλιάζοντες ή αλλὰ
 φαρμακοὶ ἐπονται, καὶ καγηθότες, καὶ τὸν ἀγροντα ἐπαινοῦστες, ε-
 πειρόμυλοι ἀπαιτεῖσθαι, καὶ τῷ οὐθανεινέθελεν τὸ δεσμὸν ἐπιχα-
 λῶντες, εἰρκότες ἀχθεότουσμύλοις, εἰ καθησονται οἱ τὸ πάντων
 αὐτοπότατον εἶναι μοι εἴδοξεν, εἰ κακησσονται τῷ εἰπεῖν εἰ γένε-
 χων οἱ ζωγράφοι, οἱ δεῖν εἰξάφει ταῖς σκηνέσι ταῖς τῷ δεσμῶν
 αρχαῖς αὔτε τῆς δεξιᾶς μὲν ιδού τὸ βόπαλον, τῆς λαβᾶς οὐ τὸ τό-
 ξον εἰχόσις τρυπίσας τῷ δεῖν τῷ γλωπηλῷ αἴρειν, εἰξέκεντος
 ελκούμενος αὐτὸς εποίησε, καὶ ἐπειδεῖσθαι γε εἰς τὸν ἀγρομύλοις
 μειδεῖν. ταῦτ' εἴγω μὲν επὶ πολὺ εἰσίκεν οὕτων, καὶ θαυμά-
 των. καὶ ἀπορῶν καὶ ἀγανακτῶν. κελπός οὐ τὸ παρεστῶς εἰκα-
 δεῖτο τὸ ικανότερον, ὡς εἰδεῖσθεν, ἀκριβῶς ἐλάσσα εωντὸς α-
 φιεις, σικόσσεροι, σιμαι. τὰ διπλαῖα εἴγω σοι. εἴποι, οὐ διέγει. λέ-
 σον τὸ γερόντιον τὸ δίνιγμα. ποννοῦ γέ ταραπομύλων εἰσικας πρὸς
 αὐτῶν. τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ κελποί, εἰχασσεις υμεῖς οἱ οὐλιών
 ερμηνεύομενα (εἴτε), ἀλλὰ πρεσβεῖα αὐτῶν εἴκεχονται, οὐ προ-
 πλού τῷ ερμηνεύοντερος οὐτοῦ. εἰ δέ γέρων πεποίηται, μηδ θαυ-
 μάσθις. μόνον τῷ γέλοι γέ τοι καὶ τῷ νέρσορού γέ μην απορρέει εἰκ-
 τὸ γάθης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγροτοί ται τὸ τρωῶν τῷ οὐτα τῷ λαριό-
 τοσαν αὐταῖσιν, διανεῦ πνάλειρα γέ καλεῖται εἴγη μέμνημαί,
 τὸ ικανόν. ὥστε εἴτε ὁτῶν εἰκαδεμύλων τὸν αὐνθρώπους πορὸς τῷ
 γλωπηλῷ γέρων εἴτε τὸν ικανόν. οἱ λόγοι εἴλκεις μηδ οὐ τῷ θαυ-
 μάστης, εἰδὼς τῷ τῷ παντων καὶ γλωπηλος. συγχένταν. γέ δέ μέρις εἰς
 αὐτό, ει ταῦτη τετρύπηται. μέμνημα γέων, εἴρη, καὶ κομικῶν π-
 τα. υμῶν ρῶν ιαμβείων, παρ' τὸν μαρτῶν, τοις γέ λαλοις εἰς ἄκρην
 γλωπηλα πάσιν διετετρύπημόν το δὲ δέλους καὶ αὐτὸν οὐ μεῖς τὸν ι-
 κανάλειρα λόγον τὰ πάντα ικανόν μεδα εἰξεργάσασθαι, σόφου γενό-
 μένον, καὶ πεθοὶ καὶ πλεῖστα εἰα σαδρ. καὶ τάχη θέλη αὐτό, οἱ λόγοι
 εἰσιν διμαι οὖτες καὶ μέσοχοι, καὶ ταχεῖς, καὶ τὰς τυχαῖς πτοώ-
 σοντες; πλεοέντα γεωντα εἴπη καὶ υμεῖς εατέ εἴτε). hoc est:
 Herculem Galli Ogmion linguā propria nominant. eius
 autem Dei simulaçrum monstrorum & absurdum repræ-
 sentant. Apud eos senex est, inculta glabraque canitię,
 obrugata cute, & nigro admodum colere, ut marinōs
 nautas esse compertum habemus: atque eiusmodi cūm sit,
 tamen Herculis cultum gerit. Amictus enim est tergore

Iconis, dextra clavam tenet, Pharetram humeris aptatam, sinistra protensum arcum pretendit, denique omni ex parte Hercules est. Verum quod in imagine admirandum maxime mihi visum est, senex ille Hercules confertissimam quandam hominum multitudinem trahit, omnes auribus vincitos. Vincula sunt tenues quædam catenulæ auro electro-ve fabrefactæ, spirulis collaribus pulcherrimis similes. At hi certè tam exilibus vinculis ducti, ne de fuga quidem cogitant, tametsi facile possint: nec omnino restitant, aut pedibus in diuersum reposituntur quasi resupinantes, sed hilates lati que suum ductorem laudant, sponte festinantes omnes ut studio præueniendi laxa etiam vincula relinquant, perinde ac tristes fututi, si eiusmodi vinculis eximantur. Quod autem absurdissimum mihi visum est, nō pigebit referre. Cum enim pictori reliquum iam nihil esset, unde catenarū extremitates innesteret dextera nempe clava ferenda occupata, sinistra vero arcu tenendo, suminā Dei linguam perterebratam esse voluit, ex eaque religatis catenis eos trahi fecit: ipse nim rūm ad eos qui ducebantur, se conuertendo artidebat. Hec ego quidem cum diu consistendo essem contemplatus, admirabundus, hesitans & indignans; Gallus quispiam qui tum fortè aderat, haud quidem ignorans rerum nostrarum, ut qui linguam Græcā exactè doctus esset, Philosophus, ut opinor, ex ijs qui in Gallia sunt regione. Ego tibi, hospes, inquit, picturæ huius explicabo rationem: videris enim non nihil hac in re conturbari. Nos itaque Galli sermonem & orationem, ut vos Græci dicimus esse Mercurium, sed Hercules eam tribuimus, nō quod hic Mercurio lögè robustior fuerit. Quod autem senex fingatur, non est quod mirere. Solet enim eloquentia in senectute demum suum omnem vigorem ostendere, si modo vera sunt quæ Poëtæ yestri dixerunt: Iuniorum mentes instabiles & volucres esse; senectutem autem doctius scire dicere, quam iuuentus ipsa possit. Hinc certè ex Nestoris lingua fluere mel à vobis dicitur, & Troianorum oratores floridam quandam vocem emittunt, id est, lirio essam: nam liria, quantum commemini, vocantur flores. Proinde quod auribus homines ad linguam vincitis trahit senex ille Hercules, id est sermo, non est mirum, cum scias linguæ auriumque esse cognationem. Neque vero ad contumeliam illius hoc

Gallus phi-
losophus,
lingue
Græciam
rus.

Hercules
apud Gal-
los, q̄at io-
nus numen.
Senectus
eloquētor.
Tal. exe-
rere.

Homines
vinciti au-
ribus.

Herculis
eloquacia.

hoc dicitur: memini enim, ait iambos quosdam comicos & vestris didicisse: loquacibus extrema in parte omnibus lingua est pertusa. Cæterum opinamur Herculem oratione omnia perfecisse, virum quidem sapientem, qui persuadendo facundia quā plurima subegerit: si quidem tela ipsius acutos, certos, celeres, & animas sauciantes sermones interpretamur: hinc enim pennata verba vos etiam dictitaris. Et hæc Lucian. Nolim equidem transilire quod Seruius 6. Æneid annotat ad illud,

Tartareum ille manu custodem in vincula petivit.

Locus
Seruij.

quo loco ait, Herculem à prudentioribus mēte magis quam corpore fortē habitum, adeo ut duodecim eius labores ad aliquod excellens virtutum opus referendi esse videantur. Huc pertinet quod de Porphyrio eloquenti homine dixit Ennapius Sardianus libro De vita sapientum, quo loco sumit catenam Mercurij, pro facundi & disertissimis hominis lingua, his planè verbis: ὅπερά τις οὐδέποτε καὶ τοσούτος αὐθόπτες σπεύεισθαι διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ εὐγνωμον καὶ καθάρον εἰξίγγειλεν. Porphyrius, ut catena quædā Mercurialis ad homines tracta, produxit omnia clarè purèque variæ doctrinæ arcana. Superior ille locus quem adduximus ex Luciano de Hercule philosopho Gallo, rerū Græcarum perito, non est alienus ab eo quod legitur apud auctores haud quaquam aspernandos, nēpē Gallos fuisse φελλωμα, hoc est, ut ego interpretor, Græcae non modo linguae, sed & Doctrinæ peritos: idque primum ex C. Cesare confirmant priuatim publiceque Græcis literis vsos olim Gallos & in castis Heluetiorum tabulas repertas græcis elementis conscriptas. Massilienses quidem locutos Græce Strabo geographus primi nominis testatur, quo tempore incorrupta esset minimèque confusa Phocensium colonia. Nec vero prætermittunt Druidas illos veteres religionis Gallicæ antistites quos iisdem disciplinis fuisse imbutos atque sophos Græciæ, memorant. Imò etiam coniecturis quibusdam non inanibus assuerant disciplinam Semnotheonum, Druidarum, Bardorum, Saronidarum vetustissimorum in Gallia doctrinæ omnis liberalis, professorum multis antè seculis apud Gallos floruisse, quam Cadmus è Phœnicia venisset in Græciam, quam ad rem probandâ citant Aristotelem in magico qui ait philosophiā Celtarum Semnotheois duxisse initium, & Galliā fuisse magistrum Græciæ, longum esset percere quam doctis & elo-

An galli
veteres
Græca lin-
guæ periti.

quæntissimis hominibus iam olim Gallia multisque seculis
abundarit: hoc vnu adijcio nullum numen maiore quon-
dam religione cultum apud Gallos , quam Pitho fuerit quæ
Suada sine Suadela est Romanis, illavna non temerè dicta
Ennio flexanima, id est, *λυχαγωγες*. Colligimus etiam ex ve-
tust oribus literarum Monumentis. priscos Gallos doctrinæ
& facundiæ gloria fuisse insignes, eos inquam qui floruerent
temporibus priorum Galliæ principum , Samothris, Magi,
Saronis , Bardi , Longonis, Celtis , Herculis, Galatis , Albo-
nij, Ludi Belgij: iij enim memorantur inter eos qui legibus
& moribus populum Gallicum excoluerunt. Etiq' quidē de
Gallorum veterum cultu & disciplina eo est ignotius, quo à
paucioribus traditum fuit, quia vel nihil aut parvum admodū
posterioris reliquerunt maiores illi Galli; aut quia suam doctri-
nam non scriptis, sed per manus consulto tradi voluerunt.

Arcum leua tenet, &c.] Idem omnino cultus eademque fi-
gura ac Herculis illius, quem Poëtae Græci , leonis exuio,
clava & alijs armis instructum faciunt.

Contegit & Nemees] In insula Nemea leonem occidit Her-
cules, cuius pellem aiunt vice thotacis induisse. eo autem in-
dumento cum fuisse usum, & talem singi, ut homines , anti-
qui cultus admonerentur , ait Festus lib. 14. Sed hæc pa-
rerga.

non conuenit illud &c.] Huius absurdi & ætophysmati
causam ex Luciano repeate.

temporacano.] caput canum. effecta senij.

Cedunt armata toga, &c.] Hemistichium Ciceronianum, quo
se Orator ipse, *δινοτηρον*, pacis semper fuisse studiōsum de-
clarabat. Versus hic,

Cedant armata toga, concedat laurea lingue,
à permultis obrectatoribus reprehēsus est, quo nomine Ci-
cero laborauit inuidia. Sed apologia hæc fuit Oratoris ex o-
ratione contra Pisonem: Non vlla tibi, inquit, Piso , nocuit
inuidia, sed versus tui. Ni mis magna pœna, te Consule, con-
stituta est, siue malo Poëta, siue libero. Scripisti enim ver-
sus, *Cedant armata toga*. Quid tum: hæc res tibi fluctus illos ex-
citauit. At hoc nusquam opinor scriptū fuisse in illo elogio,
quod, te Consule, in sepulchro Reipubl. incisum est, Velitis,
iubearis, ut, quod M. Cicero versum fecerit; sed quod vindicarit.
Verumtamen quoniam te non Aristarchum , sed Phala-
rianum Grammaticum habemus, qui non notam apponas ad-

Leo Ne-
maus ab
Hercule oce-
sisus.

Versus Ci-
ceronis à
multis re-
prehensus.
Locus ex
oratione in
Pisonem.

malum versum, sed Poëtam armis prosequare: scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas, & edant arma togæ. Tuæ dicens, inquit, togæ summum Imperatorem esse cœlsum. Quid nunc te asine literas doceamus, non opus est verbis, sed fustibus. Non dixi hanc togam, qua sum amictus: nec arma, scutum, & gladium vnius Imperatoris; sed, quod pacis est insigne & otium, toga: contrà autem arma, tumultus, atque belli: more Poëtarum locutus, hoc intelligi voldi, bellum ac tumultum paci atque otio concessurum. Quare ex familiari tuo, Græco illo Poëta: probabit genus ipsum & agnosceret, neque te nihil sapere mirabitur. At in illo altero, inquit, hæres, Concedat laurea laudi. Imò meherculè habeo tibi gratiā. Hærerem enim nisi tu me expidisses. Nā cùm tu timidus ac tremens, tuis ipse furacissimis manibus detractam è cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecisti, indicasti, non modò amplissimè, sed etiam minimè laudi lauream concessisse. Atque ista ratione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum: vt, si versus mihi nocuerit, ab eo quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quæsita. O mitto, nihil istum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum quem quantum poruissim, multis sæpe orationibus scriptisque decorasse, hunc uno violare versu. Sic Cicero. Hic autem γέρων est, & οὐδὲν τῆς ἀριστούργειας, nimirūm quod Hercules hic noster (& Orator quisque insignis) non quidem viribus corporis, sed eloquentiæ laude auditores trahat quod velit. Id Cicero locis quamplurimis confirmat. Nam & Orpheū aiunt eitharæ dulcisonæ modulo feras & saxa mouisse quod est referendum ad vim eloquentiæ, quam Euripides reginam, & Ennius flexanim appellauit. Lege Valer. Max. 8. cap. 9. & 10.

Appendix.

Hanc video armorum & litterarum sicuti recipub. administradæ rationē esse crebrò usurpatam apud auctores bonos. Tull. I. de Offic. Non minorem utilitatem adferunt qui rei publ. præsunt, quam qui bella gerunt: itaque eorum consilia sæpe aut suscepta, aut decreta bella sunt. Quare experenda magis est decernendi ratio, quam decertadi fortitudo. Temere enim in acie versari, & manu cum hoste configere immane quiddam est, & belluinum. Idem dearuspicum ref-

ponsis vocat arma iudiciorum atque legum. Et quidem nihil
 & que valet ad munierendam ciuitatem, & tuendum principum
 dominatum. Nec abs re laudati imperatores qui iurisconsul-
 tis quam satellitibus stipa reipubl. prospexerunt, vt Hæ-
 drianus Cæsar, qui Iulio Celso, Saluio Juliano, Prisco, atque
 Neratio plurimum usus est Antoninus Pius, qui Valéntem,
 Martianum, Marcellum. Iabolenū coluit & Antoninus phi-
 losophus qui Scenolæ cōsuetudinē p̄cipue amauit. Itēra-
 quē Alexander Seuerus, qui frequenter apud se habuit Sabi-
 num, Paullum atque Vlpianum ut refert Lampridius, ideo
 summus fuit imperator quod Vlpiani consilio rempubl. ad-
 ministraret. Pertinet hoc illud Horatij in arte:

Silvestres homines sacer interpresq; Deorum
 Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus:
 Dictus ob hoc lenire tigres; rabidosq; leones.
 Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
 Saxa mouere sono testudinis & prece blanda
 Ducere quò velle. Idem i. Carm.
 Mercuri, facunde nepos Atlantis,
 Qui feroci cultus hominum recentum
 Voce formasti catus & decoras

— More palestræ.

In appendicibus Virgilianis,
 Threicius quondam vates, fide creditur canora
 Monisse sensus acrum ferarum:
 Atque amnes tenuisse vagos.
 Et surda cantu concitasse saxa;
 Suauiſſimóque modo testuarinis arbores secutæ,
 Umbram feruntur prebuſſe vati:
 Sed placidiss hominum dictis fera corda mitigant,
 Doctaque viros voce temperauit,
 Iustitiam docuit, cætu quoque congregauit uno,
 Morēſque agrestes expolinit Orpheus.

Facundia difficilis.

EMBLEMA CLXXI.



ANTIDOTVM Ææ medicata in pocula Circes
 Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit:
 Moly vocant: id vix radice euellitur atra;
 Purpureus sed flos, lactis & instar habet.
 Eloquij candor facundiâque allicit omnes:
 Sed multiores est tanta laboris opus.

Moly herba
quid defit.
gut.

Homerus Odys. x.moly herbam à Mercurio Ulyssi datam ait, tamquam amuletum præsentissimum aduersus omnia veneficia. plerique deflectunt ὁμολύτης νόσος, à sedandis morbis, quod tradit Apuleius, libello De viribus

bus herbarum, cap 48. Herbam hanc nigræ radicis, sed floris lactei, & inuentu difficultissimam facit: cuius etiam mentio est apud Plin. lib. 25. cap 4. Sic autem habet Homerus:

εἰδέν μέλαν ἔσπε, γάλακτος δὲ κελον ἀνθο-,
μωλυ δὲ μίν ρελέσετ θεοί, γαλεπόν δέ τ' ὄρύσσειν,
αἰδεγόν γεθυνθεῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα διώσαται.

Id fragmentū non raro intelligitur de virtute, omnique eruditione, ad quam primus aditus arduus est ac sudoris plenus, sed suauissimus omnium fructus τὰ δὲ γαλεπά τὰ γαλά, ut habet vetus adagium. Hic autem eloquentiam primò quidē abstrusam & difficile, deinde multo labore & diligentia partam, iucundissimos adferre fructus, hominésque sui candote allicere intelligitur.

Anti lotum] remedium, ex ἀντὶ καὶ δίωμι. datur enim contra venenum.

Ææ Circes.] Virgil. 3. Æneid.

Infernique lacus, Ææque insula Circes.

Sed multi res est tanta laboris opus.] Cicero 1. de Orat. Hoc fusissime & eloquentissime docet. Quis non iure miretur, inquit, ex omni æstatum memoria, ut temporum, sic & ciuitatum tam exiguum oratorum numerum inueniri? Sed nimis maius est hoc quiddam quam homines opinantur &c. Vult autem M. Tullius eloquentiam omnium difficultissimam vide-ri, quia constet rerum pulcherrimari scientia; compositione apta verborum; motuum cognitione; iocorum & facetiarum eruditione; subtilitate respondendi & lacessendi; urbanitate; historia; prudentia iuris, actione, memoria. Eandem difficultate eloquentiae ipse met alijs locis, sed in ea maximè pro Cælio: An vos aliam caussam esse ullam putatis, cur in tantis præmijs eloquentiae tam pauci sint sempérque fuerint qui in hoc labore versentur? Omittendæ sunt omnes voluptates: relinquenda studia delectationis; ludus, iocus, conuiuium, sermio etiam penè omnium familiarium deferendus; quæ res in hoc genere homines à labore studioque dicendi deter-zebuntur.

Antiquissima quæque commenticia.

EMBLEMA CLXXXII.



PALLENTÆ senex cui forma est histrica Proteus,
 Qui modo membra viri fers, modo membra feris:
 Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,
 Nulla sit ut vario certa figura tibi?
 signa verustatis, primæ & præfero seculis;
 De quo quisque suo somniat arbitrio.

*Scrip: oris
rhapsodi
tacantur.*

C Onuertit Protei πολυμορφες fabulam in scriptores quos-
 dam rhapsodos, & rerum antiquissimarum, quæque ex-
 tra omnium memoriam posite sunt narrationem è varijs &
 sepè pugnantibus inter se petitam concinnantes: qui cùm

ſib[il]ion conueniāt, & pro arbitrio ſomnient de rebus à ſe remotissimis, & ingenij humani captum excedētibus, pro germana naturalique rerum veritate tenebras quasdam fabulatum offundunt, & portentosam h[istori]ę formam ē varijs petitam, ſeu, vt dixeris veriū, indigetam, quandam miſtām-
q[ue]c, nullāque penè ſibi parte cohærentē farraginem nobis obtrudunt, vt reuerſa Protcum quēdam in eiusmodi scriptio-
nibus effingere velle videantur. Quod antequām doceam a·
pertius, referam Arnobij verba ex libro i. contra Gentes Fal- Arnobij
ſtatis, ait, arguitis res noſtras; & nos veſtras arguimus falsi- locuſ.
tatis. Sed antiquora, inquit, noſtra ſunt, ac per hoc fidei &
veritatis plenissima: quaſi verò errorum non antiquitas ple-
niſſima mater sit, & non ipſa perpererit reſ eas, quæ turpis-
ſimas Diſ notas ignominiosis cōcinnauerunt in fabulis. Ante
millia enim annorum decem non potuerunt falsa & audiri,
& credidit aut non ſimillimū veri est, fidem vicinis & finitimiſ,
quām ſpatiorum in eſſe longinquitate diſtantib[us]. Testibus
enim h[ec], illa opinionibus aſſeratur: & procliuius multo est,
minus eſſe in recētibus fictionis, quām in antiqua obſcurita-
te ſubmōtis, &c. Gentes enim pleraque & nationes ignaræ
vetustatis, & veræ perpētuæque ſeriei temporum, fabulosas
quasdam origines coninxerunt: vt Thessali, qui ex lapidi-
bus ortu[m] ſuum reperiebant: Arcades Luna ſe antiquiores
existimabant: Athenienses αὐτόχθονα eſſe ſe cūm ostende-
tent, gloriabantur ſuum genus, Ionica gente, quæ originem
habuit à Iapheth Noë filio, vetustius, ideoque celebrius.
Euit is Proteus marinus Deus, vaticinij peritiſſimus, in quā
libet formam ſe mirabiliter transmutans: nam ſiebat

— aper, modo ſaxum, & cūm vellet, arbor;

inquit Horatius Quia & Virgil. 4. Georg:

— fiet ſubru[m] ſus horridus, atraj; tigris,
Squamofusque draco, & fulna ceruice leana,
Aut acrem flammę ſonitum dabit; atque ita vinciſ;
Excidet, aut in aqua tenues dilapsus abibit.

Talem deſcribit Empuſam Aristophan. in Ranis:

Ἐγείδει τὸν τέρπινον διαγίγνετον μέγα.
ποιον τί; δέ νούν. τετράδοπον γοῦν γίγνεται.
τότε μηδὲς, νυνὶ δέ ορεὺς, τότε δέ οὐ γανὴ
εργοτάτη τὸς τέρπι; τερπ' επ' αἰθέλη τοι,
αἴτιος εστιν γανὴ σὺν, διλέισθη κύων.

Ariſtophan
ne de Ranis
p[ro]p[ter]a.

At qui profecto maximam video feram.

Qualem? nouam, que in cuncta mutatur statim.

Nunc mula, nunc bos, fitque rursus fæmina

Valde venusta, ubi est? ad eam me consero,

Sed rursus illa haud mulier, at iam fit canis.

Plato in Euthydemus Proteum ait Ægyptium fuisse sophistam, qui præstigijs quibusdam incautos falleret. Diodorus Siculus, in 1. ait consuetudinem regibus Ægypti traditam, Græcis causam huiusmodi transmutationis præbuuisse: nam regibus Ægyptijs mos erat leonis, tauri, vel draconis priorē partem ferre in capite, principatus insignia: quandoque vero arboreum aliquando ignem, nonnumquam redolentia supra caput vnguenta, & aquas: hæc enim spectabant ad ornatum, tum stuporem ac superstitionem quādam insipientibus injiebant. Alij sunt qui hanc transformationem conuertant ad variarum disciplinarum peritiam. Interpres Arati Proteum evocans aërem esse dicit, ideoque apud Homerum, in igne atque aquam conuerti At platonici exponentes illud Orpheus de Proteo,

πόντου κληρος εχεντα: volunt Proteum eam esse mentem, à qua formæ defluant. Claves enim ponti generatione rerum esse volunt. Certè Ponticus Heraclides sub Protei fabula informem rerum materiam à Poëtis στιβοις ικανοσ significari ait: cuius verba huc referam vel obiter. εἰ δ' οὐ πολυτελέσσω προτείσαις απάντα ἐγένεται φωτέας μεταμόρφωσις ποιηποιοι καὶ δεργίσιοι μετέοι δηκτοι, εἰ μὴ τις ὀρανίων φυγῆ τὰς ὄλυμπίας οὐ μήρε τελετὰς ἱερορευτικέσσι, τῶν ἐν φρεμώδορε. τὸν ὄλων ψεύσαται γένεσιν, ἀρέ τοι πᾶν φίλων, εἰς οὐδὲν έλέπομθι, οὐδὲ κατέπιμψαι παλαιοὶ γένησαν ποτὲ λέπονται, οὐδὲ οὐδὲ απόπωτον οὐδὲ πάκεκριμοις γαρεκτῆσιν εἰς τέλεσον οὐκεται μορφῆς. εἴ τε γάρ γῆ τῇ τῷ ὄλων εσίσια καὶ θεοῦ επιπλήγε βασιον, εἴ τε εὔρως τοι τῷ αἰδίον φορέσιν ιερυμένῳ Θεούντοι. πάντα δὲ οὐδὲν αὐτοῖς οὐρανία καὶ κατιζεσσα σιγὴ, καὶ πλέον οὐδὲν οὐδὲ κεκρυμένης οὐλης αἷμος Θεογία, πρὶν οὐδὲ μετεργέσθαι απάντωτο κατημόσον Θεοῖς σωτήριον εἰλιταστι τῷ Σιωπόπον, τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ. οὐδὲ ζεύγνυτο μέν φραντον χῆτος, εἰ κατείχετο τοι. οὐδὲ πέρον θεατήσις. τέλεσε γέρειοι σοιχεῖα τῷ ὄλων φίλων γένεναι; εἰ τοῦτον ιδίαν μορφαν εἰσομέντο. τοι των δὲ προμηθέως κιρναμέδων οὐδεὶς μηδεμίας οὐσιούς διακρίσεως οὐδὲ τινὸς ἀμορφεον οὐλης: φωτέως γέροντος εἰδεσθεα δικαίως εἰδότες οὐκέτον γερωμένην θέα. οὐδὲ τέτομία τοφοί τοις φύσεις οὐ προτεύει.

Heraclidi
cus.

Ἔτες πολλαὶς ἐμερίζετο μορφαῖς τὰς τῆς φρονότας διαπλαπήσματα,

γέτο,

ἵπποι μὲν φρόπτα λεῶν γένεται κύνηνται,

αὐταρέτα πάτα δερχάνων, καὶ πάρδαλις, οὐδὲ μίγας σῦς.

γίνεται δὲ υγρὸν ὄντωρ, καὶ δέρδρεον υψηπέπλον.

διὰ μὴν τοῦτον λέοντα ἐμπύρου λίθου, τὸν αἰδεῖον μηλοῖ. δερχάνων δὲ δέσιν οὐ γῆ. τὸ γένος αὐτοῖς καὶ γηγενές, εἰδέναι πλεύν τοῦτο συναίνει. δένδρον γενεῖς ἀπαντανόμενον, καὶ τοῦ ἀπό γῆς ὄρμων μεταρριτίαν αἱ ταλασάνων, τυμβολικῶς εἶπεν αἴτη. τὸ μὲν γένος ὄντωρ εἰς αὐτραλεσέρεαν ἢν προκείνεται διὰ ταῦτα τοῦτον εἰπών, γίνεται δὲ υγρὸν ὄντωρ. οὐδεὶς ἔνυλογον τούτῳ μὲν ἀμφορεοντινῷ λίθῳ πρωτέει καλεῖται, τούτῳ δὲ εἰδωλοπλασίσασται ἐκαταπρύνονται, εἰδενέστεν. ἐξ ἀμεσοῖν δὲ πάνταν διακριθεῖν, εἰς τὰ σωματικὰ τοῦ ὄντος οὐδεὶς λίθος τούτῳ πρωτέει, εἰδωλοπλασίσασται, οὐδὲ τούτῳ πρωτέει, τὸ γεννηταῖον, καὶ τοῦ γηλοῦ ἀσέρωτον, οὐ καλλίμαχον εἰπε τούτῳ ἀγενον, δεάρωταν οὐδὲ γυανήν. ουσικῶς οὐδὲ τὸν ἀπάντων πατέρεα γένοντος ὄντος μαστον εἰπεῖσθαι, εἰπε τῆς γενίντας φροντιζομένας, οὐ μάλιστα εἰπε τοντούλων. Pontici Heraclidis locum ex interpretatione Gesneri apponam, ne studiosos nostra paraphrasi remoremur. Narratur multiformis, in quascumque res voluisse, Protei mutatio: quæ omnia Poëticæ & monstrōse fabulae videntur. nisi quis diuina Homeri mysteria veluti sacra, mente cœlesti tractet. Etenim hac fabula primigeniam uniuersi originem constituit, qua omnes mundi partes confirmatae, illam quam nunc videmus, speciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & cœnosus, nondum discretis rerum notis integratatem suæ formæ adeptus. Nam neque dum tellus centrum suum pro fundamento rerum omnium stabilierat, neque cœli perpetuus motus certa sede voluebatur; sed omnia sine solis visu immota, tristisque silentio depresso langebant: aliud extabat nihil quam informis diffusa materię segnities, antequam principium illud, à quo producta & constituta sunt omnia salubrem vitæ modum depromens, mundum mundo redderet, cœlumque à terra, & pelagus à continente distingueret: quo tempore primū elementa quatuor ex quibus ceu radice ac generis principio nihil non gignitur, ordinem suum & formam propriam acceperunt. Hęc igitur cum diuina prouidentia disposita sint, numen illud quod informem prius indiscretamque materiam certis formis obli-

Eidotea filia Protei. spauit, ab Homero Protei filia Eidothaea nominatur, idque meritò, ut quæ eius è *χρήσε* Séav. hoc est index seu forma cuiusvis inspectionem exhibuerit. Quocirca Proteus, qui una prius natura fuerat, in multas deinde species a prouidentia formatus diuiditur.

*Principio est visus speciem subiisse leonis,
Mox aper inde draco fieri, serapardalis inde.
In latices etiam se vertat, Et arbore formam
Mutavit priscam ramis ac frondibus alta.*

*Leo quid
Draco
quid. Arbor quid.
Aqua.*

Per leonem, animal igneum, ætherem indicat. Draco tællus est, ut pote indigena & è terra natus. Arbor autè quævis cum augeatur, & à terra semper in sublimè nativo motu feratur, symbolum aëris est. Aquam verò ut clarius ænigmatis vim demonstraret, suo nomine manifesto vocat, inquiens,

In latices etiam se vertat.

*Proteus.
materia
informis.*

Proinde conuenit informem materiam Proteū appellari, Eidotheam verò prouidentiam, quæ singulis formâ effigiemque suam addidit, & viuversam molem ab utrisque discretam in continuas sibi & perficiētes mundum partes diuisam esse. Probabiliter vero & insulam, in qua hæc facta sunt, Pharum appellauit. Nam *φέρας*, generare significat: & Callimachus sterile terrā, ἀράνεων dixit, ἀράνεων οὐδεὶς id est, cœmulier sterilis. Itaque naturaliter locū parentem rerū omnium, runcupauit Pharum, per vocis etymologiam à secunditate ductam, quid sibi vellet insinuas. Hæc Heracl. Ponticus. Clemens Alexand. Pædagog. 3. cap. I. retulit Proteū ad cupiditatem animi humani in varias sese mutantem formas, plus quam olim Proteus, inquit, marinus dæmon, &c. Iulianus Epistola quadam ad Iamblichum de sapiente quodā, qui

*Clement:
Alexand.
locus.*

suam eruditionē reget, intelligi maluit. *πρότερα μὲν δὴ τὸν αἰγύπτιον φάσι ποικίλας μεράς εἰς τὸν ἔχαλλάθην, ὡς τερ δέδιοτα μὴ λάθῃ τοῖς στοφῆσσι, εἰς τὸν σηρὸν, ἐκελεύσεται γένεται πολλὰ τῷ οὐρων γνώσκειν, αἷς Οὐμεροὶ λέγουσι τὸν μῆναν οὐδὲ εἰσερχεται τὸν γνώμην δὲ καὶ ἀγαματικὸν πολὺ μὴ τοις θρόνοις πινδέσι, οὐλλαγματῶν οὐδὲ γεννητῶν εἴρησι. οὐρύποντας εἰς αὐτὸν οὐα μὴ γένοιται οὐδὲ πάντες η. id est. Aint Proteum illū Ægyptium se in varias formas commutasse, quasi qui veteretur ne per imprudentiam hominibus requirentibus sapientem se esse demonstraret. Si autem verū est eum fuisse sapientem, & ut qui multa animo percepit (vt præter ceteros Homerus testatur) scientię guidem*

nomine laudari mihi potest, ob ingenium verò minimè. Non enim viri boni, & liberaliter instituti, sed impostoris improbi partes agebat, cùm ita se fingeret occultando, ne hominibus prodesse posset Basilius Magnus oratione ἡρώεσ, ad inconstantiam fugam conuertit. ζευκτέσγοντι, inquit, τῷ σωφρονῶπ τῷ ἡρώεσ δόξαι τοῦ καὶ τοῖς πλοῖοις δοκοῦται περισκοπεῖν, καὶ μή τοι ὁρθὸν λόγον οὐκέπονα ποιεῖσθαι τοῦ Σίον. οὐτε καὶ τὰ στάντην πρώτοις ἀνπλεγεῖν, καὶ τὸ δόξαιν καὶ κυρδιαένταιν τοῦ καλοῦ δεῖ, μηδὲν αἰρεῖσθαι τὸ δόξεσ ἐγνωσμάτων αἰδογενεῖν. τὸν γάρ μηνοῖς εἶχοντα πα τοῦ Αἰγαστοῦ σταύροῦ εἰσεμένον ἀπολείπειν τὸν εὔτενετο, καὶ θηριον, οπότε οὐλαστο, καὶ πλοο, καὶ ὕδωρ, καὶ πάντα χάματα. Quotū verborum hic est sensus. Cauendum igitur sapienti homini ne ad opinionem viuat, & ad ea quę populo placent, sed rectam rationem, vitæ ducem, referat. Si ergo se omnibus oppone-re si male audire, si periclitari oportuerit pro honesto, nec vlla vñquam ratione abducatur à vera sententia. Quod ni ita fecerit quid ni dicemus eum similem esse sophistæ illi Ægyptio, qui modò in arborem, modò in feram, aliquando in ignem & alium quempiam habitū sese transformabat? Sed iam fatis, imò verò plus satis. Alij ad alia referunt, vt Isacius Commentarijs in Lycophronem. Certè, vt id postremò, quæ antiqua sunt, & extra hominum memoriam aut certè coniectu-ram posita, quæ inquam παλαιά, non male Proteum Palleneum referunt: de quo varij varia καὶ παλαιά καὶ πικίλα re-ferunt. Plerique vatem faciunt, aliij Oratorem, vel Sophistam, quidam Saltatorem, aliij marinum Deum: sunt & qui eum regem aut tyrannum fuisse velint. Sed hasce tam varias & prodigiosas opiniones recensere nihil hic aliud mihi videtur, quam Proteum quandam affingere. Si qui Proteum denique ad πρώτην ὕλην reuocant, sentiunt cum Heraclide: si qui probabilem historiam, cum Diodoro libro 2. Quò pertinet adagium: Pellenæa tunica: &, Proteo mutabilior.

Palleneæ senex. [Valer. Probus Proteum facit Ægyptium, quem propter insignem quandam crudelitatem Busirim no-
minatura ait; et si Virgil. Pallenium faciat. Pallene autē vrbis *Bisiris.* est Thraciæ Poëta sic:

Hic nunc Æmathie portus, patriamq; reuicit,
Pallenæ.

Id eam enim reuersus fertur, ob scelera filiorum Telezoni &

Polygoniab Hercule postea occisorum.

forma histricalia.] varia & multiplex, qualis histrionum, qui pro rei, quam fingunt, varietate, varium cultum assumunt.

Appendix.

Quam fallax & dubia olim fuerit in rerum originibus in-dagandis gentilitas, vel Plutarchus auctor est libr. de placitis philosophorum. sed melius & purius Euseb. Pamphili libris de euangelica præparatione, Theodoretus, de curandis Græcis affectionibus Iustin. martyr, Atheragoras, Tatianus, fir-micus Maternus, de errorib. Gentilium, & alij nonnulli. Quotus enim quisque qui non videat Herodotum & dio-dorū Siculum (vt de alijs raceam) initio suorum librorum caligarosa, quædam fabulamenta nobis & officias obijcere? T. Liuius, multò verecundior, cùm Romanæ vrbis; adeoque Romuli, Remique recenset incunabula: alioqui fateri co-gitur veterum scriptorum commenta, qui magnas auctori-bus suas ciuitates cōmendarent sed hanc veniam tamē putat antiquitati dandam, & communiter receptæ opinioni. Nulla est historia paganicas, quæ non aliquid in se fæcis ha-beat: & nulla penē certa rerum antiquarum primordia, nisi quæ in libris diuinis leguntur: imò multa nos fugiunt pro-pter ignorationem linguæ primigeniæ, vel quia multa tem-porum longa serie sint obruta. Nec mirum, cùm & in ijs que nostra ætate, vel nonnunquā nobis videntibus accepta sunt, plerique scriptores vel recitatores obliquè contorqueant, & ipsi sibi mera somnia fingant.



Insignia Poëtarum.

EMBLEMA CLXXXIII.



GENTILES clypros sunt qui in lous alic gestant,
 Sunt quibus aut serpens, aut leo signa ferunt:
 Diras sed hæc vatum fugiant animalia ceras,
 Doctaque sustineat stemmata pulcher Olor.
 Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus:
 Rex, olim, veteres seruat adhuc titulos.

Confert insignia Poëtarum cum alijs stemmatis & sym-
 bolis gentilitijs, ceu κατ' εντιων καὶ ἀντίδεον. Sunt
 enim qui Aquilam circumferant, sunt qui Vulturē, alij Dra-
 conem, & alia eiusdem generis, quibus animorum diritas, im-
 manitas, rapacitas aperte declaratur. At Poëtis Olor est candi- Insignia
varia quid
potent.

Insignia
Poëtarum
cycne.

dus, Phœbo facer, quique Rehi quondam nomen dedit; animi puritatē repræsentat qualis in Poëta sacro debet esse, qui suos omnes labores ad Phœbum literarum Præsidē, &c., vt loquuntur Græci, μεταχειρίω referre debet ut cantus dulcedine posteritatem sibi deuiniciat, nec minus in admirationē rapiat, ac cycni paulò ante mortem cantio, de qua illud Martialis:

Dulcia defelta modulat nr carmina lingua

Cantator cycnus funeris ipse sui.

Nec minus hoc Socratis ex Platonis Phædōne: ὡς έοικε, τῷ πόνῳ σκοτώσαντο τέρπειν εἴναι τῷ μαντηλῷ, οἱ ἐπέδαυαλονται, δὲ ποτὶ εἰς αὐτὸν διαφέντες, καὶ εἰς πολὺ περόπετρα χρόνῳ τῷ τε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ἀπεστολαὶ γεγνηθέτες, δὲ πιούσα παρὰ τὸν θεὸν ἀπένται, οὐ πρετίστι διερχόντες: hoc est. Ut apparet ad diuinandum videor vobis esse cycnis deterior: Illi quidem quando se breui morituros agnoscunt, tum magis admodum, & quidem dulcius modulantur quam antea consuerint, & quod ad Deum, cuius erant famuli, tunc sint migraturi congratulantr. Hic non me mouet, quod Älianuſ I. πτικίλ. iſoρ. & Plin. cap. 23. lib. 10. negant cycnum canere: id enim discutere non est nostri instituti, sed certe obiter adnotabo Ägyptios, cum musicum senem significant, cycnum pinxisse: quod, inquit Orus, senescens concentum edat suauissimum. Quidam & Pierius hac autem Poëtam, animi candorem. & Apollinem designari scribit: quem lege lib. 23. Artemidorus, ut postremo id adnotem. lib. 2. De somnijs, Cycno virū agit musicum significari, atque adeo musicam ipsam: occulta, si detegit, coloris ratione. &c.

Aquila in stemmatis. Gentiles Clypeos sunt qui in Iouis alite.] Ut pertinax Antoninus Pius, Iustinianæ familia Herculiani Juniores, qui sub magistro militum Præsentiali militabant, Herculiani seniores id est illyricæ legio, & Iouiniani, alia legio: ex quibus hec sub Maximiano, illa sub Diocletiano meruit, alijsque multis

Sunt quibus aut serpens.] de quo symbolo satis primo diximus Emblemate.

Leo in stimate. antleo.] In Antonini Mimo facies Leonis horridè iubata conspicitur in morem histricis concitatæ. Trajanus verò fortitudinem ita voluit exprimi, ut clava Leonino capiti insideret, quo etiam spectat imago fortitudinis in SC. Publicij Mimo Leo enim cernitur suffocatus clava à pedibus strata, pharetracum sagittis anteposita.

Nota est historia Lysimachi, qui coniectus ab Alexandra

Locus Pla-
tonis de
cycno ante
mortem ca-
mente.

Qui negent
cycnum ante
mortem ca-
mente.

Cycnus quid
significet.

Aquila in
stemmatis.

Leo in st-
mate.

in claustro ferocientis leonis, belluam quanquam maximè terrificam strangulavit, quæ res admirationi fuit ipsi Alexandro, deditque ansam pictoribus id in clypeis & tabulis exprimenti. Pratermitto alia multa quæ passim leguntur apud auctores.

Dura sed haec vatum fugiant.] Signa hæc Ægyptorum, symbola, notwithstanding rebūs, rerum, hieroglyphica debent hominum moribus, quibus tribuuntur, aut etiam rebus, quarum causa pinguntur, vel singuntur conuenire. Quæ enim mitia sunt, & quieta non debent terrificis & truculentis speciebus repræsentari. Et quidē recte collegit Aelian. lib. 12. & 14. hist. variæ nullum neque pictorem aut statuarium ausum fuisse Musas Iouis filias efformare falsis & alienis imaginibus: neque opificem fuisse repertum haec tenus adeo rationis expertem qui eas armatas expresserit. Nempe veteres illi scitè voluerunt ostendere vitam eam quæ studijs liberalibus impenditur facilem pacatam & alienam & ab omni Martis strepitu esse debere. Sic Poëtis, quorum omnis vita est in ocio liberario, recte tribuitur oloꝝ pro symbolo. Sed hæc satis.

Ceras.] De veterum imaginibus cereis hæc addi placet, *Vsus imaginum nobilitatis insigne fuit: quo honore donabantur olim qui aliquo gesto magistratu suā virtutem Reipub. prodalent: quod quidem ius non ita transibat ad posteros, ut eo ipsi possent uti: nec qui familię suę imaginem inferuerat, aliud efficiebat, quam ut in suo funere & suorum gentilium sua imago efferretur: quemadmodum hodie apud nos consuetudo inualuit insignia militaria præferendi, pheretroque & sepulchris affigiendi sed eorum imprimis qui aut nobilitate donati aut splendore generis, aut munere aliquo insignes extiterunt. Eiusmodi autem veterū imagines cera, auræ seu etiā ligno saxoue efformabantur. Prudentius in Symmachum lib. 1. ad eum morē allusit. Quamuis illustres meritis, & sanguine clari Præmia virtutū titulis & honoribus aucti Ardua retulerint, fastorūque arce politi Annales proprio signarint nomine chartas. Atque inter veteres cera numerentur & ære Appian. lib. 2. bell. ciuil. vbi agit de funere Iulij Cæsaris, ait à Marco Antonio quasi lymphato vestem à pectore abscissam, eaque accinctam manuum dexteritate lectum sub tentorio posuisse. Et deinde sic furente turba cum ad manus se accingeret, quemdam ex castris lecto imaginē eius extulisse*

Symbola de
bnt ppa
rebus esse.

cera fabricatam. hic mos de cereis imaginibus in pompa funebri latis, pridem exoleuit apud eos qui nomen christianæ religioni dederunt, ob aliquam non ferendam superstitionis & eidolomanie opinionem, inque eius locum ordinis ornamenta restituta.

Gentiles clypeos, &c.] Videtur esse hypallage, pro , Alitē Iouis in clypeis, &c.

ceras.] imagines cera expressas Iuuenal. Satyr 8.

Totalicet veteres exornent undique cera

Atria, &c.

*Cyenus
Phœbo
sacer.* de maiorum imaginibus cereis memini nec quædā scripsisse ad orationem Syllanam M. Tullij: itaque hīc nihil repetam.

Hic Phœbo sacer.] Id testatur his verbis Plato: οὐδὲ οἵματα τὸ ἀπόλλων Θεοῦ τε, μαντικοῖ τε εἰσι, καὶ προσδότες τὰ ἐν αἴσου ἀγάδα, ἀδεστρατεύονται εὐείλιον τὸν ἱερέα διαφέροντες, οὐτοὶ τῷ εὐπροσδετῷ Χριστῷ: Quia Phœbo sacri sunt, ut arbitror diuinatione prædicti præsagiunt alterius virtutis bona adeoque, cantant alacrius gestiuntque ea die, quam superiori tempore. Poëtæ μουσῶν ὅρθι des dicuntur Theocrito: ut & Latini Poëtæ cycnos pro poëtis accipere non raro solent, ut in eclogis Virgil.

Cantantes sublime ferent ad sidera eyeni.

qua ratione Pindarum, Dircēum cycnum appellat Horatius, quo sensu lusciniam Musarum, οὐδὲ μουσῶν Palamedem Euripides dixit. sed hæc obiter. Non verebor Octauij Cleopili, qui ad Ouidianam venam proximè accessit, lepidos ea de re versus apponere, è lib. De Poëtarum cœtu:

Interea ninoes liquidum prope flumen olores

Audio et estes edere voce sonos.

Hanc volucrem Phœbo fertur sacrasse vetustas,

Quod referat cantus Delphice magnatuos,

Candida fama viget nullo violabilis ævo,

Nec mors huic nigras iniicit atram manus.

Tu famam vates candorem rere volucrum,

Atque ideò vates concinit inter ausis.

*Cycni regis
historiae] Rex olim veteres, &c.] Cycnus Ligurum Rex, in Gallia trascendana, Musicę laude clarus: qui cum deceperisset ab Apolline in sui nominis auem mutatus creditur, ait Pausanias in Atticis. Aliam caussam 2. Metamorph. Ouid, adfert. Cycnumq; alterum Neptuni filium, in auem sui nominis mutatum facit, eius operis 12.*

Musicam Dijs curæ esse.

EMBLEMA CLXXXI.II.



LOCRENSIS posuit tibi Delphice Phœbe cicadam.
Eunomus hanc, palmæ signa decora suæ.
Certabat plectro sparchyn commissum in hostem;
Et percussa sonum pollice fila dabant.
Trita fides rauco cœpit cum stridere bombo,
Legitimum harmonias & vitiare melos.
Tum citharae argutans suavis sese inculit ales,
Quæ fractam impleret voce cicada fidem:
Quæque allecta, sonit ad legem descendit ab altis
saltibus; ut nobis garrula ferret opem.

Ergo tunc ut firmus ster hōnos, ô sancte, cicadæ,
Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.

Fons Em-
blematis.

ID Strabo Geograph. 6. pertractat, cuius huc verba referam: Εἰ δείκνυτο δ' αὐτοὶς εὐ τοῖς λοχροῖς δύναμε τῷ κιθαρῳδῷ τέλιγα ἐπὶ τῷ κιθαρᾳ καθήμενον εἶχεν. εποιεὶ πάμα οὐ ποτὲ ἀγωνιζομένοις τότον τέ καὶ αριστώνα γένγινον εἴρισαν θεῖ τῷ κλήρῳ. τὸν μὲν λόγον τοῦτον τέλιγαν εἴσαι ποτὲ συμπεφεγμένον. ιερὸς γὰρ εἴδη τῷ θεῷ τοῖς προστάτευσιν αὐτοῖς, καὶ τῶν ἀποικιῶν εὑρεῖν δε εἴσαλται. τῷ δὲ δύναμε τοῖς σαντος αρκεῖ μηδὲ μετεῖναι ἄκενοις αὐτοῖς τῷ πολεῖ φιλιὰ ἀγωνισμότων, παροῖς καὶ οἱ τέλιγες εἴεν ἀφωνοι, τὰ δὲ δόρυα πάντα τῷ ζώων, οὓς μεσούσιαν, μηδὲν ἔπιον τὸν αριστώνα καὶ εἰ ἐποιεῖ τῷ νίκην εἴχειν, νικῆται μέν τοι τὸν δύναμον καὶ διαχθῆναι τῷ λεγθεῖται εικόνᾳ εὐ τῇ πατεῖσθαι, επεὶ καὶ τὸν αγωνα μιᾶς τῷ χρεῶν ἐμαχίσαις, επιστάτη τε πιξ ἐμπληκτώσιε τὸν εἵδογην. id est, Ostenditur apud Locros Eunomi citharœdi statua, quæ insidentem citharæ cicadam habet. Scribit autem Timæus, aliquando in Pythiorum certamine illum vñā cum Aristone Regino venisse in contentionem, ut præmium sortiretur. Aristonem fusis precibus Delphorum ciues rogasse, ut sibi adessent maiores enim suos ipsi Deo Apollini consecratos, & à Delphis Reginum missam coloniam notat. Eunomum autem dixisse illis, numquam de musica ab eorum primordio certamina fuisse, cum quidem apud eos cicadæ cunctorum animalium cantu suaquissimæ omnino sonum non haberent. Nihilominus Aristonem spe victorie ad laudem assequendam strenuum: Eunomum tamen victorē declaratum, statuam quam diximus, in patria collocasse. Cūm enim inter certandum chorda vna fracta defecisset, cicada superuolans adfuit, quæ supplementum vocis faceret. Hactenus Strabo. Certè hoc Epigramma Latio donatum, & aliquot versibus ab Alciato coegeratum, legere est in sectione quarta Græcorum Epigram. titulo εἰς κιθαρῳδούς, quod huc ascribam.

Typhus Em-
blematis.

Εὔνομον, ὁ πολον, σὺ οἰδά με πῶς ποτ' ἐνίκων
πάρεπνον λοχρὸν εἶγε, παλιούσιοις δὲ ἐρέω.
ἀιόλον εὐ κιθαρῃ νόμον εκρεκον. εὐ δὲ μεσεύσα
ωδαῖ μοι, χορδαῖν πλακέν εν απεκρέμαστεν.
καὶ μοι εὔδογην εποιειν οὐ παίνει καρός ἀπήται,
εἰς ἀκοὰς βυθυμὸν πώ τρεκες οὐκ εἴμεν.
εγί πιστὸν αὐτομάτῳ κιθαρᾳ ἐπὶ πῆχυν αἴσασε

τέλιξ ἐπλίρου τῷ πεντέ αἰώνιν.
γενερά γένεστίν αὐτον. δ·δ· εἴδομας ἡ μελοίμαν
ζορδᾶς, καὶ τὸν τύπον γῆραν ἐπιχείρεια.
πρόστις ἐμένην οὐλέταν ὁ μεταμετρίων σύρεσιν φίδης
τίνο τὸ ποιμένικὸν εὔρεγμα μετρεῖ μέσοντο.
ἡ μήδος καὶ σέγγοιτο, τυπὸν εἰρύχεισ τῷν νοερίσ,
τῷ μεταβατικῷ μένων τυπαιεπέπλεισ δρόῳ,
τένερη συνεπάνων μήδησαν πάριν, δὲ τὸ πανθεῖς
γάτα καὶ θεότερας ἐξεργάσθεισ καὶ δέρας.

Meminit huius historię Clemens Alexandrinus initio statim orationis, qua Gentes hortatur ad pietatem. Eius narrationis Εἰδήσαντα continet ἐπιγεγραπτόν, nimurum Musicā Diis esse cūtæ: quod & significat Homerus Iliad 1. cūm induxit Deos cithara videntes post contentionem de Achille quod & certè nō modo paganorum scripta testantur, sed maximè libri sacri continent, quanta fuerit lege diuina Musicā commendatio, ut 1. Reg. 16. & apud regium Psalmem varijs in locis. Consule & D. August. De ciuit. Dei 17. cap. 14. Scripsit Plutarch. elegans de Musica cōmentarium, cuius vires attingit postiore de fortuna & virtute Alexandri, & de cohibenda ira eundia. Athen. item 12. cap 4. & 14. cap. 11. Sed & Musicæ pulchra laudatio est apud Cassiod. lib. Variar. 2. epist 40. Quātum autem ad hunc locum attinet, repete Prouerb. Achantia cicada, &c., Chordæ vice: &, Ad fractam canere, in Chiliad. Erasm. Sed si quis plura volet, ad illustrationem huius Emblem conduxerit fortasse legere Plutarchi tractatum De animæ procreatione, ad finem. Sed vide num hoc conciliare possis Strabonis illud ex lib. 10. ὅ μηδὲ εἴηνται καὶ τέτο, τέτος αἱ-
σπώπτες μάτια μητέρες τοῦς θεοὺς, οἵ ταν δέργητωσιν ἀμετρον δ' ἀντεῖσται πειραὶ ταν διδασκονταν. ποιετον δὲ γαίειν, καὶ τὸ εἰς εκ-
σοπτεύειν, καὶ τὸ ειλοτοζειν, καὶ μετακίνης ἀποθεῶν: Rectè quidem Locus Stra-
bonis addi-
dictum est, mortales tum maximè Deos imitari, quando benefici sunt: rectius vero quis dixerit, cūm beati fuerint, quod ipsum est gaudere, festos dies agere, & philosophari, & musicam attingere. Sed nimis fortasse verbose hactenus. Nos ne otiosi omnino in hac explicatione simus, quatuor potissimum ex hac historia certè nobili colligimus.

1. Primum quidem apud veteres Musicam in magna laude habitam fuisse, & eius usum in magnis quibusque conuentibus coniunctijs, sacrificijs prosecutum.

2. Deinde veteres illos, quanquam vera Dei cognitione destitutos, putasse tamen quædam esse numina, quorum opem in rebus aduersis se sperabant impetraturos: vtque hominū multæ variæque conditiones essent, sic peculiares esse Deos, credidisse.

3. Tertiò, ijs qui temeraria quadam proterua contendebant, & suis æqualibus debitam omnem laudem eripere conarentur. sè penumero male cedere: ijs verò qui modestè de se sentiunt, Deum vltrò frequenter occurrerè, adeò ut præter omnium spem de fortioribus victores euant.

4. Quartò & postremò, prodigia quædam & quasi arcanorum suorum recessus, Deum in rebus penè omnino desperatis ostendere: vnde memoria sempiterna transmet ad posteros.

Phœbus Delphicus.] à Delphis Phocidis ciuitate Phœbus Delphicus dictus est, in qua nimis oraculum fuit toto orbe celeberrimum.

plectro.] instrumento, quo fides plectuntur & percutiuntur. **Martialis:**

Exornent docilem garrula plectra lyram.

in hostem Spartyn.] in aduersarium Spartanum, id est, Aristouem Spartyn. Græcus accusatiuus. Græcum epigramma, vt habent vulgati codices, secutus Alciatus, in errorem potuit impingere. Quod cò dico, quia vox, *πατρίδα ο λοχρός εγώ*, &c. non te merè potest sic legendum putat Nicolaus Gulonius, literarū Græcarū professor Regius: *πατρίδα ο λοχρός εγώ*, &c. pro eo quod diceremus, *καὶ τώ πατρίδα ο λοχρός*. sic enim recta erit carminis sententia. Eunomus enim Locrensis erat, non Spattanus, nisi fortè putet aliquis *πατέρνη*, esse agnomen quoddam vel cognomen, quod nescio an probare debeam.

Trita fides.] rupta.

Stridere.] dissonare.

bombo.] sono.

argutans suavis ales.] cicada suauiter canens.

descendit ad legem soni.] aptauit sese ad instrumenti musici concentum.

ab artis saltibus.] à syluis, & relictis nemoribus, in quibus potissimum frequentia est cicadarum.

ō sancte.] Phœbe.

sue citadæ.] tibi sacræ, quo de suprà.

Pro sithara hic fidicen.] Ne tanti miraculi memoria temporis
vetustate

verustate deleretur, citharam Apollini cum cicada ænea insidente consecravit Eunomus. Ad finem huius Emblematis, Græci epigrammatis particulam postremam ita corrigit Gullonius meus. τὸν ἔργον συμπαρωκόν τὸν χαριτ. quæ lectio, ut
facilius, mihi probatur.

Appendix.

Nonius Exodio: quando ad Iudos venit, alij cum tacerent, totum diem argutatur quasi cicada. Sed multo pluram sunt reconditionis sensus in hoc Emblemate, si singula diligentius appendi licet:

1. Aëmulationem rerum honestarum incendere vites ingenij ad gloriam aucupandam.

2. Inter pares aëmulationē inflammari, cum nemo sit qui ingenio velit cedere: & nonnūquam inter eos qui patriā dispersi vehementius excitari studium.

3. Deum ex improviso nonnunquam apparere, vel in rebus planis desperatis.

Garrulam & stridulam cicadam garrulo fidicini operi tulisse insperatam, & iussisse fiduciam.

5. Pro impetrata ope Dœ grates habitas ut in casu sane difficulti. Nos id opportunè electimus in discordes ac funestas procerum nostrorum rixas specie religionis excitatas, nam post occisionem Principis, non cicadæ è solo natæ, sed vñanimitatibus nobilium cœtus harmoniam supplent impeditam, & intentibatam, fidemque concordem dedit, qua saluti Galliarum, & imperio nutanti succurreretur.

*Deus nobis haec otia fecit:
Namque eritis nobis semper Deus.*

GGg



Litera occidit, spiritus viuiscat.

EMBLEM A CLXXXV.



V I P E R E O S Cadmus dentes ut credidit aruis,
 seuit & Aonio semina dira solo:
 Terrigenum clypeata cohors exorta virorum est,
 Hostili inter se qui cecidere manu.
 Euasere quibus monitu Tritonidos armis
 Abiectis data pax, dextraque iuncta fuit.
 Primus Agenorides elementa, notisque magistris
 Tradidit, ijs suauem iunxit & harmoniam.
 Qorum discipulos contraria plurima vexant,
 Non nisi Palladia qui dirimuntur ope.

Epimythion est elegantissimum, quo literatorum æmula-
tionem, quæ sæpenumero fixatum plena esse solet, per-
multas vñà secum aduehere difficultates, & contentionum
tricas arguit. Id quia non minus varium quam ingeniosum
sit, haud ego quidem possum vel paucis verbis soluere, vel Cadmi his
storia.
vno, quod aiunt fasce complecti. Quia enim multa simili
occurrunt, auspicandum esse video à Cadmi fabula. Is Ageno-
ris Phœnicū regis filius, à patre missus in remotas terras Eu-
ropam sororem quæ siturus, iussusque Phœniciam non redi-
re prius, quam illam vñà secum reduceret, Apollinis oracu-
lum dicitur adisse, ut quid sibi esset agendum, certò nosset,
eumque responsum habuisse, vt indomitæ bouis ductum se-
quutus, ibi tandem sisteret, sed emique figeret, quo loco illa pro-
cumberet. Itaque oraculo paruit, Thebas Boeotias condidit,
Harmoniam Martis ex Venere filiam duxit uxore. al. tā et mīo-
nem.
Draco-
nen Castalij fontis custodem Marti sacrum interfecit, cuius
dentibus (suas Palladis) humo, vt sara quædam mandatis ar-
matorum militum legiones prodierent, quæ se mutuò cōfeci-
runt: de mortis quinque reliquis, qui Palladis cōsilio fœdus &
pacem inierunt: quibus ita tandem conciliatis, & quasi aliquo
certo fœdere sociatis, auxilium Cadmo tulerunt in Thebis
instaurandis. Ex quo factum, vt post aliquantum temporis
in numerosum populu excreuerint, totamque Græciam suo
genere & præclarè gestis complerint. Sed de fabula plus sa-
tis. Historiam fusius 3. Transformationum. Quid. est perse-
cutus. Sati dentes labore Cadmi, literæ sunt pér totam Sati dentes
Græciam primù sparsæ, quas ille ingeniosus & industrius quid:
admodum artifex Græcis ipsis primus tradidit. Quod omni-
nò vel de sermone literarum monumentis comprehenso, Draco in-
vel de cōtentib⁹ hominum literatorū est accipiendū. de dictus;
Draconem primū Ὅδη τῷ δέρπεδῃ, id est, acutissimè vi- or quid se
dere, nominatum alias admonuimus: quō sapientiam intel-
ligimus, & disciplinarum circulum literarum cōtentum mo- Sermo un-
numentis. Nemo enim est qui nesciat liberalē omnem de dicatur
doctrinam sermone, vt plurimū & scriptis quacunque lin-
gua communicari. At ea liberalis cognitio sermone commu-
nicatur & scriptis. Sermonem quidem à serendis verbis esse
dictum Grammatici nos admonem⁹; qui sermo qua parte
literis continetur, sedecim priūm characterum notis con-
stabat; tot enim Draconis esse dentes asseuerant; qui natu-
ræ arcana inuestigaron: & iij quidem characteres non modò

parum inter se consentiunt, sed & seipso mutuo quasi tollunt: id est coalescere, aut significare quicquam non possunt, nisi quinque vocales adfuerint, quarum ope ac beneficio rediunt in gratiam, id est, articulata in orationem faciunt. Ar-

*Hasta gla-
dij quid.*

matorum hastas & gladios possumus transferre ad accentuum vel spirituum sedes siue notas: quae non nisi Palladis, id est, intelligentiae beneficio, bene inter se componi & conciliari queunt. Vel haec armatorum copiae ex ipsis dentibus ortae stu-

*Inuidia l-
teratorum:*

diosorum quorundam factiones ostendunt, qui liuore quodam, & emulatione grauiore moti, sibi mutuam inferunt internecionem, dum scriptis ultra citroque editis, vel etiam verborum concertationibus, id est, λογομαχίαι rixantur, suorum σωσπόμων & eorum qui versantur in eodem circulo laboribus detrahunt, et rumque doctrinā importuniū vellicant. Vedit plus quam satis est eius rei exempla nostra ætas, quæ ut politiorem concinnioremque ratione modō artium, sed totius philologiae tradidit viam ac rationem summo Dei beneficio restitutam habuit: sic certè plura, & quidem nocentiora eodem monstrantur, sic ut verò verius dictum sit, Vbi mel, ibi fel: & Vbi vber, ibi tuber succrescere. Porrò numerus peregrinus à Minerua sapientiae Præside in gratiam redire iussus, & qui tandem in infinitum numerum extreuerit, studiosorum conditionem notat, qui cum se mutuo iuant, uberrimum doctrinæ prouentum referunt: sed quam pauci sint qui animi candore & ingenuè id faciant, non est meum hoc loco dicere. Hanc fabulam ingeniosè & lepidè traducit Anulus in typographos Lugdunenses, refertque dentes serpentis ad sedecim literas, quæ tot primū fuerint Cadmi tempore: ex quibus consonas sese interficere ait, quod nihil virium habeat si singulæ spectentur: quinque vocales, quæ per se vocem faciunt, quæque alijs soni vim communicant, referre quinque milites, qui mutuo in pacem conspirarunt. postrem typographum elementorum typos, quasi Cadmum serpentis dentes disseminate, quibus barbari ad vitæ cultum & humanitatem perueniant. Catinen Anuli hoc est:

Cusiaculum, satuloque animus præstans omnī;

Atque leonisrum vis erat exuivum:

Cadmus Agenorides præstans facundia, et armis;

Ut iaculum penetrans, ut leo magnanimus,

Vexit in Europam literas Phœnicibus ortas,

In quibus humana circulus est Sophias.

*Bartholö-
maus Al-
ciatus:*

Quarum quinque (alijs se collidentibus ultro)
 Plena vocales integratam invenit.
 Ac terr. stiribus has animis inseunt, & artes:
 Ciuios homin. specit & ex ruderibus.
 Fictus ob hoc vigilis dentes sparsisse draconis,
 Ex quo satis natos dentibus esse viros:
 Qui se occiderunt per mutua vulnera, cantum
 Post reliquos cæsos, quinque supersticibus..
 Ex quibus est hominum post multiplicata propago,
 Qui primi Thebas incoluere nouas.
 Huius ad archetypum litteras qui spargit in urbe.
 Quae nomen, vires, stemma leonis habet,
 Quique libris homines sapientes perficit: an non
 Iure pari possit dicere chalcographus?
 Semino serpentis dentes in pelle leonis,
 Hoc est Lazduni, qui Leo Gallicus est.

Vipereos dentes, &c.] Totam hanc narrationem Ouid retulit
 3. Metamorph. Lege Plin. lib. 7. cap. 36. Solin. cap. 13 Vipe-
 reos autem dentes dixit, pro serpentinis, των οδοχινῶς, spe-
 ciei pro genere. Meminit Corn. Tacit. lib. vndecimo Annal.
 Allusit Plutarch. ad fabulam c'admi, qua dicitur serpentis
 dentes pro seminasse, initio disputationis, Cur oracula dare
 Pythia desierit. Sed fortasse conduxerit studiosos euoluere
 Symposiacon 9. eiusdem, quest. 3. & 4. quo loco queritur
 A, litterarum p̄ima sit accepta. Aliò flexit hauc fabulam Dio.
 Chrysost. orat. 23. quem consule, si vacat.

credidit arsis.] mandauit solo.

Aonio solo.] in Græcia. Aonia dicta Græcia, ab Aone Neptu-
 ni filio, rege Bœotiq.

monitu Tritonidos.] suasu Paliadis. Ouidius:

Et sua iecit hymi monitu Tritonidos a.m.i.

Agenorides.] Cadmus Agenoris filius. Hinc fabulæ mate-
 riā lumperunt Poëte, quod Cadmus literas Græcas à Phœ-
 nicia acceptas in Græciā detulerit, vt iam à nobis dictū est,

Quamquam satis multa de seminatis à Cadmo détribus ad-
 duxerim, ut nihil sit quod studiosos remorari posse videatur,
 quia tamen iam ab instituta hac cōmentatione mihi propo-
 suerim nullam illustrandi Alciati materiam prētermittere,
 adijcio hīc quod apud Isacium legi, ad hunc fermè sensum.
 Cadmus cum draconem Martis interfecisset, aquam ad filiam
 portant es, enulsos illius dentes seminavit: ex quibus pro-

Mythologia
 de semina-
 tis à Cad-
 mo détribus

creat̄i sunt armati viri: & à quibus aiunt Thebanos suum genus duxisse; quæ tamen fabulosa esse constat. Palæphatus Stoicus (frigidè quidem sed tamen allegorice) tradit Cadmum è Phœnicia venientem, dentes elephantum habuisse, quibus humo mandatis, suppetias illi aduersus fratrem tulerunt. Sed Androtion historicus scribit Cadmum cum quibusdam Palatibus venisse Thebas: existimat tamē idem Isaicius, draconem illum prædonem fuisse, vel præfectum quendam, insidiatūmque sacra facienti Cadmo, & aliquot ex suis socijs sustulisse. Deinde Cadmum instructis militum ordinibus euñdem draconem, & draconis socios interfecisse quos dentes nominat eo quod mordaces essent, ex ijs autem mulzos fudit, alios sibi affinitate iunxit hęc ille. Cornel. Tacitus, yti alio loco admonuimus lib. vnd. Annalium meminit Cadmi vt litterarum inuentoris apud Græcos.



Dicta septem sapientum.

EMBLEMA CLXXXVI.



H A E C habeas, septem sapientum effingere dicta,
 Atque ea picturis qui celebrare velis.
 Optimus in rebus modus est, Cleobulus ut inquit:
 Hoc trutinae examen, siue libella docet.
 Noscere se Chilon spartanus quemque iubebat:
 Hoc s̄eculum in manibus, utrāque sumpta dabunt.
 Quod Periander ait, frena adde, Corinthius, iræ:
 Pulegium admotum naribus efficiet.
 Pittacus, at ne quid dixit nimis, hæc eadem aiunt,
 Contracto qui ḡibh ore liquefaciunt.

Respexisse solon finem iubet. ultimus agris

Terminus haud magno cesserit ipse lori.

Hec quam vera bias, Est copia magna malorum:

Musimoni insidiear effice sardus equus.

Ne præsto, Thales dixit; sic illita visco

In lequeos sociam parra, meropsque trahit.

Sep̄t̄ Gra-
tia a ien-
tes quib⁹

Septem sapientum tanta fuit apud priscos auctoritas, ut propter vitæ integritatem & sententiarum quarundam paucis verbis comprehensarum pondus & grauitatem, soli omnium orationes dicerentur. Vitæ quidem instituto & moribus ab alijs differebant, & serijs quibusdam sententijs & apophthegmatiis aliorum mores informabant. D. Augustinus De civitate 8 & 18 eos autem claruisse post Poëtas Theologos, & vitæ generis laudabilia quædam in hominibus præstuisse, nullumque monumentum, quod ad literas attinet, posteris reliquisse nisi quod Solon quædam leges Atheniæsibus dederit, Thales vero Physicus suorum dogmatum libros reliquerit Horum apophthegmata permulti doctriæ copiosèque sermonibus illustrarunt. In Græcorum Epigrammaton collectaneis octostichon extat de septem horum sententijs insignioribus, & de cuiusque nomine & patria, quod hic propter concinnitatē ascribere non grauabor. Adde quod eodem ipso sint, quas Alciatus illustrat symbolis, ut Emblematis naturæ & decoro inseruat;

Ἐπὶ δὲ σοτῶν ἐρέω κατ' ἔπει τῷ πόλιν, γένομαι, οὐδενίδι.

μέτερον μέδο, χλεοβέλῳ δίλινδι τοῖπε, ἀρπέσον.

χίλων δὲ εὐκοίλη λακεσάιμον, γνῶδι σεων τὸν.

οὐδὲ κορινθιον ἐνιαυε, χόλον κορτει, τοιειαν δὲ.

κίθηκῳ, σδεν ἀγαν, οὐδὲ εἴλο γένει τὸν μοτύλην.

τέομα δὲ ὁρῶν Λιότοιο, σθλῶν ιεροῖς εὐδίναε.

τὸς πλεονας καρίκες δὲ βίδας απερινε φοινίδι.

ἔγγολον τετύγει δὲ δελην μηλον οὐδεδα.

Nomina, dicta, urbes septem canimus sapientum.

Optima mensura est, Cleobulus Lindius inquit.

Tet cognosce ipsum, Lacedæmonis incola Chilon,

Quique Corinthius est, iram rege, ait Periander.

Pittacus at, ne quicq; nimis, effatur Mitylenis.

Atticus hinc Solon, vite, inquit, respice finem.

Non spondere, Thales Milesius utile censem.

Elenca malorum cuncta, Bias canis urbe p̄tient.

Apud Ausonium pleniū eadem apophthegmata Græcè & Latinè repetes, apud quem etia n. ludum eorundem sapientū videre est. Cetera percurramus.

Cleobulus.] Hic ex Pindo urbe Rhodi insulæ, patre Euagora, in Ægypto dicit Dicebat, cauendis esse inimicorum insidias & amicorum inuidiam. Eius vitam lege apud Laërt. lib. i. Huius insigne dictum fuit ζειτον μελισσ. Optima mensura vel Optimus modus. Ad quod συμωνικῶς designansam tritina siue lanx adhibetur: eā enim queque ponderatur Idem habet Hesiod. i. εργα.

Chion.] Lacedæmonius fuit Ephorus, qui magistratus à tribun tu plebis Romani non multū differebat. Fuit paucilogus in sermone cōcīsus, quod ei fuit patrium. Hinc enī Laconismus. E' oīo proditum est septem aliorum fuisse sapientissimum. Eius insigne apophthegma, γνῶν ταῦτα, quod per speculum intelligitur. Plura Laërt lib. i. Plin. lib. 7. cap. 32. & Erasm in Adag. Nosce teipsum. Sententiam hanc tribuit Æsopo & Iutarch. ad finem Symposium septem sapientum. Sed quid speculum cum sui cognitione? Inuenta sunt specula, inquit Seneca i. quæstionum naturalium, cap 17. vt homo se ipse nosceret. Multa ex hoc consecuta: primò, sui notitia, deinde & ad quædam consilium. formosus, vt vitaret infamiam: deformis, vt sciret redimendum esse virtutibus quicquid corpori deesset iuuenis, vt flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, & fortia audendi: senex, vt in decora canis deponeret, & de morte aliquid cogitatet. Ad hoc rerum natura facultatē nobis dedit nostris metiōs videnti. Nec ille.

Prianter.] Hunc aiunt tyrannum fuisse immodica quadā iracundia, quique ciuitate auro spoliarit, & incestus non nominandos perpetravit unde plerique negant hunc fuisse unū e septem sapientibus, sed alterum quendam nomine Perianderii A'ntraciæ natum. Dictum celebre Irām cohīndam: quod freno ori admoto intelligi datur apud quoddā scriptores. Sed hic pulegium adhibetur, quod per inferiores partes bilem pergit, & admotum naribus medetur lipothymię. Vide Plin. 20. cap. 4. & lib. 26. cap. 9.

Pittacus.] Hiradio patre Thrace natus, vir amans libertatis, Pittacus. iustissimus. & fortissimus. Huius egregium dictum, μηδὲν ἀγαπ. Sc. γνῶσθαι καρον: quorum altero mediocritatem, altero tempus esse cognoscendum, id est, temporis habendam:

esse rationem admonebat. Symbolum autem prioris est gith, nigerimum semen optimumque, excitatissimi odoris, quo minimo sumpto in cibis dat saporis gratiam: largius autem, yenenum exhibet. Plerique suspicantur esse minutulum piper, quod poyuretum nostri vocant, & pharmacopolæ Nigellam Romanam. Plin. lib. 20. cap. 17. Melanthion & Melas permon nominat, de cuius ibidem viribus satis, & lib. 19, cap. 8.

Solon.

Solon.] In Salamine insula natus, quæ iuris erat Atheniensium, paréibus nobilissimis ortus, leges Draconis sanguine, non atramento scriptas mitigauit, alijs promulgatis certè mitioribus toto orbe celebratis. Nullum ante mortem beatū dicendum, sed expectandum vitæ finem dicebat. quod Ouidius 3. Transformat. retulit his verbis:

—scilicet ultima semper

Expectanda dies homini, dicique beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Id Terminī figura refert, cuius effigiei rationem suprà iam satis expressimus.

Bias.

Bias.] Hic Prienis vrbe Ioniæ natus, cuius insigne dictum à plurimiſ celebratum *Omnia mea mecum porto:* & illud vetus, οἱ πλείονες χριστοὶ, quo taxabat vitiorum inter homines omni parte scatentium multitudinem: quod figuratur per Sardum hominem musimonī incidentem. Musimones, asini, muli, aut equi breues, ut inquit Nonius. vnde Lucilius:

Pretium emit qui vendit equum musimonem.

Sardi autem depravati & nefarij sunt habiti. Notatur itaque rerum malarum copia sub duobus hisce, quibus abundat Sardinia. Lege Plinium 8. cap. 49. De Biante Laer. Valer. Max. lib. 7. & Gell. lib. 5.

Thales.] nobilissima ortus familia Miletii, Geometriæ & Astrologiæ peritissimus. Inter eiusdem graues sententias est ea, qua monebat sponsionem non esse faciendam, εὐσέβια πράξεις δὲ την. qui enim se vadem statuit, sibi seruitutem, alteri libertatem parat. Clemens Alexandrinus, 6. Stromatum, Sponsionem esse noxae filiam dixit (ex Thalete) sponsionis vero multam: id est, εὐγένεια διτης δυζάπτης, εὐγένειας ἡ Σεπία. Symbolum est parra vel merops, quæ pedibus aut visco captæ consocias attrahunt. Tales enim sunt debitores, qui ut sese explicent irretitos, alios quos possunt fideiussores aucupantur. Parra quidem auis inauspicata, quæ galérita vel alauda di-

Sardi.
Musimones.

Thales.

citur. Plinius II. cap. 37. Merops, quod apes comedat apia-
stra, idem lib. 10.

Appendix.

*Musimonii insideat Sardus eques.] Glossularij ciuilis sapientie
celebrant nescio quae brocardica, ut hoc: Bonus præsumitur
qui est bonæ nationis: malus, qui malæ. Et illud,*

*Sepe solet similis filius esse patri.
ad I. quod si nolit, 31. §. qui mancipia, D. de ædil. edict. Et
Horatius puellam commendans, à genere, ait,*

*Crede non illam tibi de scœlesta
Plebo delectam, neque sic fidelem
Sic lucro aduersam potuisse nasci
Matre pudenda.*



Submouendam ignorantiam.

EMBLEMA CLXXXVII.



QVOD monstrū id: sphinx est. Cur candida virginis ora,
 Et volucrum pennis, crura leonis habet?
 Hanc faciem assumpit rerum ignerantia: tanti
 scilicet est triplex cauſa & origo mali.
 sunt quoſ ingenium leue, ſunt quoſ blanda voluptas,
 ſunt & quoſ faciunt corda ſuperba rudes.
 At quibus eſt notum, quod Delphica littera poſſit
 Præcipitis monſtri guttura dira ſecant.
 Namque vir ipſe bipesque & quadrupes idem eſt,
 Primāque prudentis laurea, noſſe virum.

VT minus prouectis aliquantisper cōsulam, paulò altius *Oedipi
repetam carminis huius argumentum ex sententia Dio-
dori Siculi, Sophoclis & Strabonis. Oedipus Colonæus*, in-
quiunt. Agenoris ex Laßdaco nepos & Iocastæ filius: quem
pater cùm ex oráculo futurum cognouisset, vt à filio vita pri-
uaretur, Oedipum recens natum pastori dedit interficiendū.
Ille suspensum traiecta resti per vtrumque pedem reliquit in
Cytherone. Sed Melibœus pastor regius, tum fortè misericordia
motus, ad Regem suum Polýbum détulit: qui cùm li-
beris careceret, pro filio curauit educandum, & à tuimore pedā
Oedipum nominauit: à πότε τὸ οἴστιν τὸς πόδας. Cùm adole-
viss. tiam corpore robustus & animo fortis, sui generis igna-
rus, Apollinis oraculum de patre cónsuluit: à quo responsum
habuit se parcidam futurum, & suæ matris maritum Itaq;
Corinthum repetere noluit, viamque ingressus qua Thebas
proficisceretur, obuium parentem (à quo, quod non cessisset,
sceptro fuerat percussus) interfecit. Régio Thebana tunc té-
poris infestata erat cládibus, & latrocinijs Sphingis. Mon-
strum id erat ore virgineo, quod captis & in præcipitium ad-
ductis ænigma solebat proponere, eosque qui id nesciret dis-
soluere, de saxis præcipites dabat. Hoc verò tale fuisse tradit-
ur ænigma: *Quod animal esset & quadrupes, & bipes, & tripes;*
quod Ausonius Eidylio decimoquinto, ubi de ternario nu-
mero bellè complexus est his verbis:

Qui bipes & quadrupes foret, & tripes; omnia solus,

Terruit Aeoniam volutris, leo, virgo triformis,

Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puellæ.

Creon Thebanorum Imperator eam ob caußam edictū per
vniuersam Græciam promulgari iussit, estque pollicitus, vt
qui Sphingis ænigma dissolueret, suam illi sororem daret v-
xorem. qua fama excitatus Oedipus ad montem Spinthium
profectus, ænigma soluit, dēque humanæ vitæ partibus in-
terpretatus est. Homo enim quadrupes infans, propter cor-
poris imbecillitatem: ætate ineunte, bipes: senex autem tri-
pes, quod sèpius vtendum baculo fit ea ætate, quæ aliquid
vietū habet & caducum. Soluto ergo problemate Sphinx do-
loris impatientia se ex edito monte præcipitem dedit. Hanc
fabulam varijs modis à scriptoribus traditam reperi. Sphin-
gis ortum habet Hesiod in Theogoniâ: suntque qui asserat
Sphingem esse ex genere simiarum, vt Diodorus. At Albertus
Magnus 22. De animalib. & Solinus cap. 30. Polyhist. simias

esse volunt. Alia Plin. scribit lib. 8. cap. 21. & 11. cap. 72. & 35. c. 12. ex quibus locis petendam esse veram Sphingis descriptio-
nem plerique censem. Sabellis. principio Ennead. 7. libro 1.
credit Sphingem perniciosum quendam hominem fuisse
qui sua calliditate multos peremerit. Sed hec missa faciamus,
& ad mythologicam tractationem veniamus. Sphinx trifor-
mis (ut potè quæ puellaris forma sit, plumis tecta ut auis, &
leoninis pedibus) ignorantiā arguit, in editissimo huius
vitæ monte, & quasi theatro locatum, infinitam hominum
multitudinem sua feritate opprimere non alia de caussa, nisi
quod sese non agnoscant, id est, se homines esse ignorent.

*Sphingis
descriptio.*

*Virginis
facies in
Sphinge.*

*Pluma
Sphinges.*

*Leonini pe-
des.*

*Ingenij
leuitas.*

*Voluptas
corporis.*

Superbia.

*Sphinx,
ignoratio-
nis symbo-
lum.*

Triplex autem mortis forma refertur ad tres primarias causas efficientes ignorantiae. Nam virginis facies voluptatem representat, fœdāmque libidinem, quæ hominem ita excecat & afficit, ut eum ab humanitate degenerem in bellūnam fermè naturā commutet, quo sit ut ab omni vera disciplina re-
taque institutione penitus abhorreat. Plumæ volucres, quibus totum corpus occupatur, & quasi obsidetur leuitatem & inconstantiam animi satis aperte declarant, quæ quidem cum rationis principatum, vel naturę vel consuetudinis vitio pre-
ripuit & occupauit, quid in homine reliqui est, quod firmum aut constans esse vel videri possit? Ceterum pedes, quales sunt leonis, indicant superbiam arrogantiamque; que cum falsam de rebus opinionem habeat, sequē scire putet quod nescit, nō mirum est si turpiter impingat, & longissimè absit à perfecta rerum cognitione. Prima itaque ignorantis caussa est ingenij leuitas, vel temeritas, quæ quid maximè se deceat, non videt. Altera est corporis voluptas, primo quidem aspectu blandiens, sed asperima, tristisque, postquam gustaueris: De qua sic antè,

meretricius ardor

Egregiis iuuenes senocat à studiis.

Tertia caussa omnium perniciossissima, & ad nocendum imprimis efficax, est animi elatio & arrogantia: de qua, quia iam in superioribus, verbum non amplius addam.

Hanc faciem assumpit rerum ignorantia.] Quia hic Sphinx adhibetur protypo ignorantis id certè primo videtur esse tra-
ctum ex tabula Cebetis Thebani: cuius ipsissima verba hinc
traduco ad maiorē fidē: εἰτιν ἐξηγοῖς ἐοικῆται τοῖς σοφι-
ζόσ αἰνίγματι, οὐ οὐεῖν τρούλλετο τοῖς αἱρέποντοι. εἰ μέρη τοῦ
αὐτὸ σωμάτης, εἰώζετο. εἰδὲ μη σωμή, ἀπολυτοῦ τῷ τῆς σοφι-

ποτε. ὡς ταῦτα ἦν καὶ ὅπερ τοῦ εἰδηγήσασθε ταῦτα, οὐ γάρ ἀφεροταῦτα
τοῖς αὐθόρουσι σοιγύξ δέδιναινται ἐν ταῖς τίτλοις, τί ἀγαθῶν, τέ
κακῶν, τί εἰτ' ἀγαθῶν, τί πεικοὺν δέδιναινται πολλοῖς. ταῦτα δὲν εἰσὶ^ν
μή πιστώσιν. ἀπόλλυται τὸν αὐτὸν εἰκόσια πατέρα, ὁ θεός
τῆς σοιγύζοις καταβρωθεῖς ἀπέδυνοκεν, ἀλλακτική μηχανὴν εἰς δλω
τῷ εἰωνικαταστείρεται, καθάπερ οἱ ὅπερ πυμαρία τελεσθεῖσιν.
δέν δὲ τὸς γηῶν, ἀνάπταλιν οὐ μέν ἀφεροταῦτα, αὐτὸς δὲ
οὐέται, καὶ μακάρει. Οὐ διδάσκων γίγνεται εἰς παντὶ τῷ εἰωνι.
id est: Hæc expositio eius ænigmatis, quod à Sphinge proponebatur hominibus, Qui enim illud intellexerat, salutem qui-
dem consequebatur; qui vero minimè, in exitum incidebat.
Eo modo se habet ea explicatio. Sphinx enim est hominibus
insipientia. Hæc autem proponit quid bonū, quid malū;
quid neque bonū, quid neque malum sit in vita: Quæ si quis
minus intellexerit, ab eo interimitur: neque id semel, sicut is
qui depastus à Sphinge moriebatur, sed per omnem vitam
paulatim absumeretur, ut qui perpetuis supplicijs addicti sunt:
contrà verò si quis agnoverit, occisa tandem insipientia, salu-
tem ipse consequitur, & beatus & felix per totum vitæ curri-
culum euadit. hæc ille. Ceterum (quod nolim prætermissem)
Clemens Alexand. s. Stromat. Sphingem retulit ad ingenij
sollertiam, & robustor corporis, ob humanam faciem & leoni-
num corpus. Attigit Ælian. de historia animal lib. 2. cap. 7.
Retulit ad iustitiam Dio Chrysostom. Orat. 10. sub finem, &
torquet ad sophistarum genus.

At quibus est notum, [εἰδει]c.] Plato in Charmide, & Plutarch.
varijs locis tradunt ascriptum fuisse pro foribus templi Apol-
linis Delphici, literis aureis, ΙΝΩΘΙΣΕΑΤΤΟΝ, id
est, Nosce te ipsum, in quo omnis sapietiae neruos esse si-
tos permulti auctores tradiderunt: quod Alcibiadi apud Pla-
tonē Dialogo De natura hominis, omniū difficultimū vide-
tur, eiusque difficultatis rationē explicat Anton. Zimara lib.
Problematōn. Hanc sententiam diuino beneficio in terram
ad homines delapsam pleriq; existimatunt, ut Iuuen. Sat. 11.
cuius quidem diuini præcepti vires, ut copiosè, sic & eruditè
tractat M. Tullius De legibus 1. Qui seipsum norit, inquit,
primum se aliquid habere sentiet diuinum, tantóque mu-
nere Deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet:
& cùm ipse perspicerit, totumque tentarit, intelliget
quemadmodum natura subornatus in vitam venierit,

Nosce seip-
sum quam-
vis habes.

quantaque instrumenta habeat ad obtinendam, adipiscere-
dāmque sapientiam: quemadmodum principio rerum om-
nium, quasi adumbatas intelligentias animo ac mente con-
ceperit, quibus illustratus, sapientia duce, bonum virum, &
ob eam ipsam causam cernat. et beatum fore. Nam cum ani-
mus cognitis perceptisq; vii tutib; à corporis obsequio in-
dulgentiāque discellerit, voluptatēque sicut labem aliquā
dedecoris opprescerit omnēnque mortis dolorisque timo-
rem effugerit, societatēque carnis eiacerit tum omnibus se-
natūrā coniunctum duxerit, cultūmque Deorum & purām
religionem suscepere, & exacuer tillam ut oculorū, sic in-
genij aciem ad bona eligenda, & sciencia contraria: quæ
virtus ex prouidendo est appellata prudētia: quid eo dici aut
cogitari poterit beatius? Idemque cùm cælum terras maria,
rerūmque omniū naturam perspexerit, eaque vnde genera-
ta, quod recurrant, quando, quomodo obitura, quid in his
mortale & caducum; quid diuinum aternūmque sit, viderit,
ipsumque ea moderantem & regentem pene prehenderit,
sequè nō vnius circundatū mœnibus popularēt alicuius de-
finiti loci, sed ciuem totius mundi, quasi vrbis vnius agnou-
rit, in hac ille magnificentia rerum, atque in hoc conspectu,
& cognitione naturæ. Dij immortales, cùm se nosceret (quod
Apollo præcepit Pythius) quam contemnet, quam despiciet,
quam pro nihilo putabit ea quæ vulgo dicuntur amplissimæ!
Atque hæc omnia quasi sepintento aliquo vallabit, differen-
tiatione, veri & falsi iudicandi scientia, & arte quadam intelli-
gendi, quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrar-
ium. Idem Cicero 1. Tuscul. Est illud vel maximum. ait,
animo ipso animū videre: & nimilitat hanc habet vim præ-
ceptum Apollinis; quo monet, vt se quisque noscat: nō enim,
credo, id præcipit, vt membra nostra aut staturam figuram ve-
noscamus: neque nos corpora sumus: neque ego tibi hæc di-
cens, corpori tuo dico. Cūm igitur, Nosce te, dicit, hoc dicit,
Nosce animum tuum. Nam corpus quidem quasi vas est, aut
aliquid animi receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur,
id agitur à te. Hunt igitur nosse, nisi diuinum esset, non esset
hoc acrioris cuiusdam animi præceptum, sic vt tributū Deo
sit, hoc est seipsum posse cognoscere: & hæc haec tenus Cicero.
Apollo apud Ouidium 2. artis de suo templo:

Est ibi diuersum fama celebrata per orbem.

Littera, cognosci quæsibi quemque inbet.

Ausonius eidyllio 4.

Quanquam difficile est se noscere, γνῶσι σεαντόν,

Quām propere legimus tam citō negligimus.

Hanc porrò sententiam Thaletis esse vult Laërt.lib.1. Chilonis vero Plinius lib.7. cap.32. Lege Platon.in Amatoribus, Stobæ sermonem ὡς τὸ γνῶσι σάντον. Macrobius Saturn. cap.6. Adagium , Nosce te; multosque alios qui aurea hanc cælestemque gnomen scriptis commendarunt, & quantum habeat in mortalium rebus menti, explicuerunt.

Delphica littera.] Sententia Delphica perbellè declaratur à Xenophonte +. Comment. sub persona Socratis. Platonis istud mihi occurrit è Philæbo: τῆς πάσος πονηρίας δὲ τοῦ γαρ τοῦ πάθος οὐχὶ τὸ λεπτόν τοῦ τρόπου διλέγοις γέγματον. τὸ γνῶσι σάντον λέγεται, & σώκεται. Philæmon Comicus ait hanc sententiam non temere laudē habuisse in Delphis Maximam.

τὸ γνῶσι σάντον, οὐ μάτιον εὖ ιδ' ὅπ
τὸ φύμα πούτον δοξαντοντος εὔχεται.

Precipitus monstri.] ignorantiae, quæ est revera θρήσον αλκυμον, καὶ δυσελασσον κακον, ut loquitur Sophocles τοῖς εὐαγγελίαις. Precipitus monstri, id est deieicti, deturbati, ruitis. Vel monstrum præcepit, id est est atque periculorum, eo quod in præcipitijs saxonum vel montium pericula maiora esse putetur.

Namque vir ipse bipesque, &c.] Tres hic notantur ætatis humanæ partes, infantia, virilis ætas, & senectus. Alij alitet distribuunt: sed non est instituti nostri cuncta persequi.

Primæque prætemislaurea.] Primus sapientiae gradus à veteribus celebratissimus, *S E I P S V M N O S S E*, ultimus *N O S S I D E V M*; ut recte pœque monuerunt quidam Philosophi Christiani.

Tres ætates

Primus ad sapientiam gradus,

L aurea.] victoria, gloria. Martialis 7.lib.4:

— veniat l aurea multa licet.

Idem in secundo dixerat, initio ferè:

Que datur ex Daci: l aurea tota tua est.

Ausonius eidyllio 9.

Hac profugati venit modò l aurea belli,
Martialis idem in 8.

Non minor ista tua l aurea pacis erit.

In secundo vero,

Que datur ex datis l aurea tota tua est.

nossa mirum.] Oraculum id, γνῶσι σάντον preter ceteros ex

H H h

plicat Plutarch. libello De discrimine adulatoris & amici:
quo loco ait, Deum sequi, & seipsum nosse, salutis esse sum-
mā Et Clemens Alexandr. statim initio 3. lib. cui Pædagogo-
nomen indidit, pulcherrimam & maximam disciplinarum
omnium ait esse, seipsum nosse: quia qui seipsum norit,
Deum cognoscit, &c. vide reliqua. Nemo insipientium (in-
quit Dio. Chrysost. 4. Orat. de regno) seipsum nouit. Neque
enim id pollo præcepisset in primis, nisi cuīque difficili-
mum visum esset. Nonne putas inter morbos nullum magis
perniciosum insipientia? eumque qui sit insipiens, sibi ip-
si noctentissimum & an etiam plurimorum cauissam malorum
alijs esse?



Mentem, uon formam, plus pollere.

EVRELEMA CLXXXVIII.



INGRESSA vulpes in Choragi per gulam,
Fabre ex opulitum inueniu humanum caput,
sic eleganter fabricatum, ut fructus
solum deesset, ceteris viuis ceret,
Id illa cum sumpsisset in manus, ait,
O quale caput est! sed cerebrum non habet.

Dex Aesopi apolo de vulpe & capitibus humani simula-
cro. quod cum offendaret, artem quidem & vultus effecti
laudauit elegantiā, sed nihili esse duxit, quia cerebro careret. Forma nō
bilis, si sola
forma est.
quod torquetur ~~apo's~~ ἀρδεας μητρον οπεμης μη τω σύμπη,
τι δένυχιν αλογίσει. vel in quosdam formosulos & cle-

gantiore cultu adolescētes, cætera verò prorsus obtusos nulliusque frugis qui certè nihil aliud circumferūt, quām quod dici solet, In aurea vagina gladium plumbeū. vnde conque-
stus est nescio quis Græcorum his quidem verbis:

πολλοῖσι δυντὸν οὐ μέτρος εὐγενῆς,
οὐ τετραγωνίδης εὐστοκεται. id est,
Multi mortalium aspectus liberalis:

Mens autem insegnabilis deprehenditur.

Recte admotum Thales laborandum non esse in facie exor-
nanda, sed potius in actionibus & studijs honestis pulchritu-

Nireus for-
mosissimus.

dinem esse querēdam. Lubens apponere exemplum Nirei
ex Homero Iliad. γ. qui κέλλας Θάρης οὐδὲν ιλιον οὐλέν, eo-

rūm qui ad Ilium venerunt formosissimus: sed, vt ille subij-
cit, ἀλλαπαθός εἴλιος, imbellis erat, & in cæteris inutilis: cuius

semel dumtaxat Homerus meminit in nauium catalogo; vt
perspicue ostenderet eam corporis formam ad res excellen-
tes, & quæ laude dignæ sunt, minimè idoneam. Est itaque

Socratis
dictum sa-
piens.

operæ pretium, iuxta Socratis præclarū monitum, quemque
virtutis & honestistudiosum τιμὴν εἰσαγόμενον εἰς κατόπιν φω

δαστάλων, τοι μὲν καλός, εἰν τιμὴν δὲ φίλος, δοκιμαστοι τιμὴν

εἰς τιμὴν λυχῆν, αὐτοπονητούσιν σφέαυτον εἰς καλῶν σώματος τιμὴν

λυχῆν αισχραντονεῖν, εἰ δὲ αἰχρός αὐτῷ φαίνοτα τιμὴν τοῦ σώματος τιμὴν εἰναι, ποσὶ δὲ μᾶλλον εἰπειλιθίαι τοῦ λυχῆν. id est:

suam ipsius formam in speculo debere conspicere, vt si for-
ma bona sibi videatur, exerceat eam vna cum animo, & fa-
ciat quæ forma digna sunt: vt putet admodum absurdum es-
se in pulchro corpore animum deformem continere: quod si

deformis sit in ijs quæ corporis sunt, eo magis curandum
sibi nitendumque, vt pulchritudinem animi consequatur.

Cæterūm Philosophi permulti animæ sedē in cerebro, tam-
quam in arce summa posuere: vnde recordes & insipidi vul-

go dicuntur cerebro vacui. Iuuenal Satyr. 14.

Cum facies peiora senex, vacuumq; cerebro

Iampridem caput hoc ventosa cucurbita querat?

Prouerb. Caput vacuum cerebro. Apologum ita scitè reddi-
tum hic apponam:

Mimi ingressa domum vulpes dum singularerum

Visendi studio, scenæ instrumenta reuolutuit,

Formosi laruum simulacrum reperit oris:

Inq; manus sumens, animoque & lumine lustrans.

O quam insigne caput, specie quam, dixit, honestas

Sed rationis inops, cassoque informe cerebro.

Sordes honoris forma, nisi cui sapientia iuncta est.

Cicero in oratione quæ non exstat, in Clodium & Curionem, Credo postquam tibi speculum allatum est, longè te à pulchris sensisti abesse. Iocatur Tullius in Clodij formā, & ad cognomen familiæ Pulchrorum alludit; eos proditū est fuisse prudentes, sobrios, continentes, modestos, Reique publicæ suo tempore perstudiosos à quibus longe aberat Clodius. Sed quia de forma corporis non nihil attulimus: huc cōferre placet dictum Iuliani Imperatoris quod ut memorabile laudatur à Marcellino lib. 25. hist. Turpe esse sapienti cum habeat animalium; captare laudes ex corpore.

Fabré.] id est, affabré, ingeniosè, artificio quodam singulari, δαιδαλέως.

O quale caput est, sed cerebrum non habet.] ὁ κελλὴν κερατὸν, ἀλλ' εὐχερεπλον τὸν εὐχετῆ. Græcè lepidius.

Appendix.

Egregiè Seneca epist. 66. Errare mihi videtur qui dixit,

Gratior est pulcro veniens è corpore virtus.

Non enim vlo honestamento eget ipsa, at sui magnum est decus, & corpus suum consecrat. Claranum nostrū cæpi intueri, formosus mihi videtur, & tam rectus corpore quam est animo. Potest ex casa vir magnus exire: potest & deformi, humilique corpusculo formosus animus ac magnus. Quosdam itaque videtur mihi in hoc natura tales generare, ut adprobet virtutem omnino loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset. Nunc quod amplius est, facit. quosdā enim corporibus impeditos, sed nihilominus perrumpentes obstantia, &c. Succurrit Galeni, seu Menodoti non inuenitus *τέχνας* locus, ubi de Nireo, qui omnium formosissimus ad Troiam profectus, οὐλισθεὶς οὐλισθεὶς Ιανοῦ θεῷ: sed inutilis tamen, ἀλλ' αλαπαδηὶς οὐλισθεὶς. Quid enim gratia formæ nisi sit cultus animus?

Iocus mor-
dar Cicero-
nis in P.
Clodium.

Diues indoctus.

EMBLEMA CLXXXIX.



TRANAT aquas residens precioso in vellere Phryxus,
Et flauam impavidus per mare scandit orem.
Ecquid id est? vir sensu habeti, sed diuite gaza,
Coniugis, aut servi quem regit arbitrunti.

Aries in
aureo vili-
bere.

Huc pertinet Diogenis apophthegma, cùm diceret indoctum diuitein arietem esse in aures vellere; & Socratis, qui eius gehenris homines aurea mancipia; & equos argento circumiectos appellabat Hic verò notantur potissimum locupletes illi, qui cùm sint hebeti & obtuso prorsus ingenio, ducuntur trahunturque pro vxorium arbitrio, vt eorum negotia è famulorum ductu regulaque pendant: nec secus ac infantes anniculi è nutricis amplexu, illi quid loquantur,

quidam stauant, non habent quod illos animus & rationis copia deficiat. In quos hoc Palladæ tortuert selet.

πλάστον μέν ταπεύντες έχεις, τούχιν δὲ πεντετέλε.

ω̄ τοις χληροσόμοις πλάσοις, δὲ πέντες.

Xenophontis locus 4. Comment satis est te pates ad id Em- Semper ub
blema illustrandum: nempe σὺν ἀνθρώποις δύοι δι γρῦπαις, imperiū.
χρήστοι. quæ Socratis disputatio est cum Euthydemo. Cum Diogenes apophæcana de quo ante, cōsentit illud et alij ulius Silene
Cæsar, quod à Coen. Tacito memoratur lib. 13. Annal. Iu- nus a ree
lium Silanum auream pecudem appellabat. C. Cæsar ob seg plicis,
nitiem, vel recordiam potius. Certè ouis in Hieroglyphicis
cum fœlicitatem, tum stultitiam arguit: fœlicitate in quidem
ex oue portendi ethrusca d sciplina olim docuit Maro diui-
tias ostentans suas ait, ville meae Siculis errant in montibus
agne. Idémque fœlicitate in aurei seculi sub Augusto regiis.
centis attingens, Ipse sed in pratis aries iam vñus rubenti. Et c.
At de stultitia hæc pauca: Accius in somnijs posuit dilem
fœtum in Tarquinium Superbum concitatum, tarato impetu
irruentem, ut regem solo prosterneret: quod Brutum indica-
bat, quem Rex ille hebetem, & quasi pecudem existimabat.
Fabius etiam Maximus, cum prima crata communī hominū
iudicio putaretur hebetior, Ovulæ cognomine appellatus
est. Ut autem Phr. fabulam artinram, ille nouerat insidias
vnâ cum Helle sorore fugiens visus est per mare vehi ab arie-
te velleris aurei. Aliunt autem ei naūem fuisse paratam fugi-
xi, cuius insigne aries erat.

presso in vellere] De aureo vellere Quid. 7. Metamorph. &
Justinus in Trogum lib. 42. Sunt qui aurei velleris pelle in- *Aurum
vellus,*
terpretentur fuisse librū quendam veterum more in pelle
conscriptum, in quo auti conficiendi scientia traderetur: cu-
jusmodi libros cum Diocletianus summa diligentia petqui-
suisset apud Ægyptios (qui huius peccati mi censebatur) om-
nes flamma consumpsisse fertur: nec divitijs ita comparatis
Ægyptij Romanis inferre bellum auderent, atque ex eo tem-
pore artē hanc publico Cæsar edicto semper habitam fuis-
se flagitio am. Sed dum alios plerosque auctores voluo, oc-
currit id quod de aureo vellere plurimi ref. runt, ex Suida
potissimum, explicatque, ut iam admonui de arte, quam
miseriar. Græci appellant. Alij verò malunt hoc intelligi
magnam auri vim, quæ apud Colchos esset, à principibus

quibusdam viris congestam. At verò Colchica regio propter vicinitatem Caucasi montis, auro abundabat, vel teste Strabone, qui scribit multos fontes ex Caucaso manare, scaturientes arena aurea, tam tenui, ut oculoru aciem effugiat, eamq; colligi ab incolis, pellibus quibusdam lanosis in aquam iniectis. Hinc enim suspicari possumus locum esse fabulæ datum: pelles enim, subsidente in ijs arena, specie aurei velleris præse ferunt. Locum Strabonis ex 10. lib. huc transferre non pigeat. *Ἄρτε τέ τοῖς δὲ λέγεται καὶ χευσὸν κατασέρψιν τοὺς χειμόφρενος, οὐδέχεδας δὲ αὐτὸν.* *Τοὺς δαρβάρους σάτυρος κατατετευκόπιας, καὶ μαλωτοῖς διεργίσι αὐθοῦ μεμδεῖδεν καὶ τὸ χευσομαλλον δέρας.*

Locus Taciti de Phryxi gricte. Phryxi meminit Annal. 6. Tacitus. Parthi ferūt se Thessalios ortos, qua tempestate Iason post auctam Medeām, genitōlque ex ea liberos, inanem mox Regiam Aete, vacubisque Colchos repetunt. Multaque de nomine eius & oraculum Phryxi celebrant. Nec quisquam ariete sacrificauerit, credito vexisse Phryxum: siue id animal seu nauis insigne fuit fabulam de Phryxo dēque Helle copiosè narrat Isacius Tzeczes in Licophronem.

sensu heb. ti.] qualis est quis, animalis stolidi & insipientis prorsus. vnde illud, *Ἄρτε τοῦ Κατιού Στού, & Ἀρτοβατον ιθος.* Pictius libro 10.

Coniugis aut serui quē regit arbitrium.] is aptē dicitur à Græcis γυναικονετούλως, καὶ δουλοκεπτούλως. Philémon Comicus rectissimè scriptis uxoris probæ partes esse, ut se nō superiorē marito putet, sed disto audientē, adiungit enim magnū ēle malū si mulier viro dominetur cumq; superet. Ita ille,

Ἄρτης γυναικός εστιν, ὁ Νικοσεγθ.

Μη κρέπετον έιναι τὰν δρός, ΔΙΔΛΟΥ Στάτησον

γυναι δε γυνώτις αὐδεγ. κεκόν εστιν μέγα.

Appendix.

Non dedecet aliquando rebus serijs iocos immiscere non inurbanos. Sic ludunt nostri quidam: in famulorum conditionibus.

Miles habet seruum: monachus, clericusq; sodalem:

Plerumq; & socium stultus uterque tenet.

Nēpe qui seruit militi, verè non simulatè obsequitur: at clerici & monachi saepè pro seruis dominos ferunt, & ad eorum mores sese nimiš aliquando suppinè accōmodāt, ferūt ergo pudendā δουλοκεπτιαν, digni seruire magis, cum nulla turpi seruitus quam voluntaria.

In fidem uxoriam.

EMBLEMA CXC.



Ecce puella, viro quæ dextrâ iungitur: ecce
 vt sedet, vt catulus lusitat ante pedes!
 Hæc fides est species: Veneris quam si educat ardor,
 Malorum in læua non male ramus erit.
 Poma etenim Veneris sunt. sic Scheneida vicit
 Hippomenes, petijit sic Galatea virum.

Dicitur Vo sunt quæ matrimonio iunctis maximè conueniunt,
 idque stabiliunt, & communi vinculo ligant, nimis rūm
 fides & amor. Huius quidem symbolum, canis fidissimum
 animal: illius autem pomus vel malus frugifera. Coniugis
 siquidem copula, quæ sit mutua corporum coniunctione, si,

*Malum,
Veneris fa-
tum.*

de constantiāque fouetur imprimis atque conseruatur. Porro autem Veneri consecrata, cui nimirum aureum Hesperidum fuit adiudicatum: & earum beneficio Atalantum vicit Hippomenes, & Galatea suum amasum malo petijt. Huc pertinet Epigramma Platonis ex Laërtio:

πολύ μιλω Καίλω σε, οὐδὲ μηδέ χρυσα φιλεῖς με, &c.
Malo ego te ferio; cape, si me diligis, illud.

dextra iungitur.] Dextra, fidei symbolum, uti superius explicuimus.

Catulus.] canis, catellus, qui etiam fidei notam representat. Siquidem Socrates per canem iurat, cum obsequium & fidem putat præstādam ijs qui rerum habenas in ciuitabus tenent. Et in C. Mamiliij nummo, qui aliquando S. C. præfectus est linitibus metandis, est canis allatrans, qui notat fidem esse præstandam ei qui eiusmodi operè præficitur. Pierius in C. 2. ne, vel lib. 5.


in leua.] parte sinistra.

*Hippome-
nes vici
Atalan-
tem.*

Sic Schenej la vicit Hippomenes.] Atalanta Schenei filia suis procis certamen cursus proponebat, ea lege ut eum qui vincereetur confoderet Hippomenes, qui eam deperibat, Veneris arte, cursum cum puella instituit. & primo in præcurrentem, pomum unum aureum deinde alterum, tandem tertium ieicit: quare capta pomoru tam rara pulchritudine, antequerit eursum Hippomenes, & puellam vicit. Ouid. 10. Metamorph.

petijt sic Galatea virum] Galatea Nympha marina Polyphe-mo adamata, de qua 1; Metamorph. Ouid. Sed hoc intellige-rem potius de ea quam 3. Ecloga Maro celebrat:

Malo me Galatea petit lasciva puella.
Lege Proverb. Malis scrire.



Reuerentiam in matrimonio requiri.

EMBLEMA CXC I.



Cum furit in Venerem, pelagise in litora fissit
Vipera, & ab stomacho dura venena vomit:
Muranamque ciens ingentia sibilo tollit,
At simul amplexus appetit illa viri.
Maxima debetur thalamo reuerentia: coniux
Alterum debet coniugi & obsequium.

Hoc innuit, quanta in matrimonio requiratur puritas & reuerentia. Si enim eam obseruent instinctu aliquo naturae animalia ratione carentia, pudeat homines in hoc esse deteriores. Basilius Magnus in Hexaëmeron Oratione 7. ita fermè ex anguis & murænæ congressu, quales coniugum

Fons Emblematis. mores esse debeant, ostendit. Vipera, infestissimum animal eorum quæ serpunt, inquit, cum marina muræna congregatur, sibiloque se adesse significans, ex profundo eam ad concubitum euocat: hæc autem morem gerit, & cum venenata bestia copulatur. Quorsum hæc spectat oratio? ut intelligamus, si duris & feris moribus sit vir eum esse vxori ferendum, nec coniugium vlla ex caussa dirimendum. Obiurgator est, at vir. violentus, at naturæ lege coniunctus: durus & morosus, at iam membrum tuum est, atque omnium præstantissimum. Audiat etiam vir monitionem, quæ ad ipsum pertinet. Vipera virus euomit, reuerentia coniugij: tu animi inclemētiam & inhumanitatem, coniugalem copulam reueritus, nō depones? An aliā etiā nobis utilitatē adfert viperæ exēplum, quod ad adulterium quoddam est naturæ viperæ atque murænæ concubitus? Discant igitur ij qui aliena coniugia inuidunt, cuiusmodi bestiæ sint similes. Hæc ferè Basil. Græca si quis malit, propter viri tanti auctoritatē hue placet adjicere.

Ἐχιδνα τὸ χαλεπώτατον ὅμηρον ἔρπετον ἡσθίος γάμου ἀπαντᾶ τὸ δαλωτίας μυρεγίην, καὶ συριγμῷ τὸν παρουσίαν συμπίπασαι ἐκχελεύται ἀντίω ἐκ τὸ βυθῶν θρός γαμικοὺς συμπλοκούς. οὐδὲ τὸ απέραντον ἐντεταῖ τῷ ιοβόλῳ. πίπερεται μοι ὁ λόγος; οὐ πάνταν τραχὺς οὐ καὶ ἀχειθοῦ τὸ ήττον οὐ σωσικός, ανάγκη φέρειν τὸν οὐροῦ γάμον, καὶ ἐκ μισθεματος προσάστων καταδέχεται τὸν ἔνων διαστῆν. πλήκτης; άλλ' ἀντίρ. πάροιν οὐ άλλ' ηνομένος οὐτοῦ τὸν οὐ σὸν. τραχὺς καὶ δυσδέρεσος ἀλλα; μέλος οὐδὲν σὸν, καὶ μελῶν τὸ πμάτατον. ἀκρέτω δέ καὶ οὐ ἀνήρ τὸν προσπικόν αὐτῷ προσγινέσεως. οὐ ἐχιδνα τὸν ιόν ἐξεμεῖ ἀιδηνερόν τὸν γάμον σὺ τὸ τῆς φυχῆς ἀπίκετες καὶ ὀπάνθρωπον ἢ καὶ ἀποτίθεσαι αἰδοῖ τῆς ἐνώσεως. οὐ τὰ χαπῆς ἐχιδνας ἡσθίστημα καὶ ἐπίρρως ἄμιν χεισιμένη, οὐ πλοιάρια τὸ δέσμον τῆς οὐ σεως οὐ τῆς ἐχιδνας καὶ μυρελανης ἐπιπλοκη; διδαγμή παταν οὐν οἱ τοῖς ἀλλοτείοις ἐπιβελεύοντες γάμους, πταπῶ εἰσὶν ἐρπετῷ προσκλήσοι. De matrimonij cultu D. Paulus I. Corinθ. 7. & Lactant. 6. Diuin. institut. 23.

*Vipera parvus & fe-
tuo qualis.* Cum furit in Venerem.] dum coitum appetit.

Vipera.] à vi pariendo dicta ut Græcis Echidna, ἐχιδνα τὸ μην ἐχειν εν ἐαυτῃ τῷ γενέῳ ἀχειθοῦ. Refert enim Herodotus in Thalia, quod in concubitu mas in os feminæ caput inserit: at illa post rem peractam illud præcidit, mox paritura disrumpitur: nec nisi effractis lateribus erumpunt nati quos paritura est. Nam non oua, ut plerique serpentes, sed catulos

fermè viginti parere dicitur. Ergo non nisi parentū cæde fœsus in lucem prodeunt. Ferunt autem ita cauisse naturam, ne tam noxij animalis species supra modū augesceret. Ait enim Solinus viperam insanabili esse mortu, eiusque venenum, ut vult Albertus; apprimè calidum est, id est que magis noxiū. Lege Plin. lib. 10. cap. 62.

Murenāmque ciens.] De Murēna Plinius lib. 9. quo nomine Lampetram intelligi pridem existimaram, secutus quorundā opinionē: à qua me facile reuocat Ioan. Frater, vir exacti iudicij, amicus meus: siquidem Lampetra, murēna fluuiatilis appellatur, sed propter similitudinem quam habet cum Pliniana murēna, non quod eadem specie dici debeat: nemo enim unquam in dubiū reuocauit quin mas esset in Lampetrarum genere; & cum feminis non difficultius & ratiū capi. Is verò captus, nunquam visus est dentes habere extra os. Itaque id intelligendum de murēnis carniuoris, præsertim cùm Plinius cap. 29. lib. eiusdem 9. tradat in murēnis documentum sœvitiae Vedium Pollionem Romanum inuenisse, qui viuarijs murēnarum damnata mancipia immergeret, ac si ad id terrarum feræ non sufficerent. Quod Lampetra non potest accommodari, Cæterū fabulam hanc, seu historiam mauis, de murēnæ & serpentis concubitu, lepidè & copiosè retulit Oppianus 1. Halieuticon, Ælian. 1. de animalib. c. 50. & 9. vlt. Verba hęc Pliniana ē 32. c. 1. Licinius Macer murēnas tantum feminei sexus esse tradit, & concipere ē serpentibus, ob id sibilo à pescatoribus tamquam serpētibus euocari & capi. Quam ipse sententiam refutarat antē lib. 9. his verbis: Murēna quocumque tempore parit, cùm cæteri pisces statim tempore pariant. In sicco littore elapsas vulgus coitu serpentium impleri putat Aristoteles Myrinum matrem appellat qui generat: discrimen esse quod Murēna varia & infirma sit; Myrinus unicolor & robustus, dentesque extra os habeat.

Maxima debetur thalamo reverentia.] Imitatus est Iuuenal. illud ē Satyr. 14.

Maxima debetur pætro reverentia, si quid

Turpe paras.—

coniunx Alternum debet, &c./c.] Id ipsum est quod ait D. Paulus Vxor vir debitum reddat, & vxor viro. Mulier sui corporis potestate non habet, sed vir: itēmque vir sui corporis potestatem non habet, sed vxor.

Appendix.

Emblematis character videbatur trahendus ad illicitam co-
missionem. quia muræna & vipera sint specierum diuersarū,
quamquām vtraque serpentum numero. Sed nos id torquere
possimus ad nuptias quæ contrahuntur cum exteris, vel ijs
qui sunt cultus, lectæque disparis, quod tamen non permit-
titur nisi sub certis conditionib⁹. scilicet Christiano homi-
ni minimè conceditur Iudeam ducere, nisi abiurata primū
superstitione Iudaica, & initiatam sacris Christianorum, lo-
tāmque sacro baptismi fonte Id enim est euomere virus
impietatis. Certè ad contrahendum legitimū coniugium
non parui momenti est religionis disparitas, quod præter
ceteros videtur expressissime Tertullian⁹ ad vxorem lib. 2.

[alternum coniugi ob/equum] disputant auctores canonū,
de reddendo à coniugibus mutuo debito, tit. de diuortijs, lib.
4. Decretal. Martialis egregiè ac cordatè :

Scire juos fines matrona et/ femina debet,

Ne vagus à thalamis coniugis erret amor.

At Ausonius festiuè nimis, vt opinor :

Vxor, vade foras, vel moribus utere nostris.

Trebell. Pollio in triginta tyrannis, vbi de Zenobia : Huius
ea castitas fuisse dicitur, vt ne virum quidem passa sit, nisi ten-
tandis conceptibus. Sic enim malo legere, non vt in vulgatis:
nisi tentatis conceptionibus. Claudian lib. 2. de laudibus Sti-
liconis ; qui alienus ab omni illicito complexu, sola coniugē
vſus sit :

Hinc fuit ut primos in coniuge disceret ignes,

Ordiriq; virum non luxuriante iuventa,

Sed cum lege thori casto cum sœdere velle.

Apud Clementem Alexandrinum, vxor dicitur *κονγρῆ τῆς*
οικογένειας, socia & adiutrix operæ domesticæ, & sortis v-
triisque particeps. Et quid tam humanum, ait Vlpian. quam
fortuitis casibus mulieris, maritum; aut contrà, viri vxorem
esse participem?

In fecunditatem & bijpsi dannosam.

EMBLEMA CXCII.



LUDIBRIVM pueris lapides iacentibus, hoc me

In trusio posuit rustic a cura nucem:

Quæ lacerris ramis, ferstis florique ardua libro,

Certatum fundis per latus omne petor.

Quid sterili posset corrugere turpis? ehen,

Infelix fructus in mea damina fero!

PROSOPOPOEIA est nucis arboris, de pueris & viatoribus con queretis, quod vndeque lapidis obruatur, propter ubertatem suarum nucum prouentum: vnde colligit noxae & dispendio sibi fertilitatem esse. Quod certe transfertur in parentes, qui liberos habet usque adeo perditos & profligatos.

Mollius e-
ducati libe-
ri d' innum
parentibus
arcissunt.

vt damnum atrocissimum & infamiam ijs arcessant, à quib[us] sunt molliter educati. Tales sunt quos vitæ improbitate, vel criminis aliquo insinuatis censura corripit, aut coëcet magistratus, non sine parentum dolore incredibili. Ea enim vox est sub persona matris apud Ouidium:

Nunc uterum vno est, quæ u[er]o le formosa videri,

Karaque in hoc uno est quæ v[er]o est parens.

Certe ego si numquam peperisse, tuisor essem:

Ista Clytemnestra digna querela fuit.

Itémine:

Fructus obest, peperisse noces, nos & esse feracem;

Quaque fuit multis, hac mihi præda malo.

Alciati Emblema tractum appetet è Græco Antipatri, aut, vt alij volunt. Stratonis, ex quo etiam pulcherrima Ouidij Elegia de Nuce videtur sumpta. sic enim habet Græcus:

τίνοδιλω καρύκω με παφερχούλιοις ἐρύτεσσαν

παυσὶ λιδοβλήται παίγνιον δίσοχίν,

πάντας δ' αὐτέμονάς τε, καὶ διδαλέας οροδάμνυς,

κέκλασμα, πυκνάς χέρμασι βαλόμειη.

δένθρους δικάρποις θέτεν πλέον. οὐ γά τις εἶγωνε

δύος δαιμόνων ἐπ' εμούς ὑπεριν ἐκαρποφόρους.

Præter Alciati versionem, hac mihi quondam non pœnitenda occurrebat:

Quid me quisque petat, cur in me destinat istum?

Hei mihi, quod fuerim tam propè iuncta via.

Sunt mihi rami omnes, sunt & viridianis fracta

Germina, tam crebris obruta misilibus.

Quid mihi profuerit, quod sim secunda, parensque?

Me miseram! fructus in mea damna tuli.

Quædam huc commodè transferri possunt è Collectan. Stobi Sermon. 74.

rustica cura.] rusticus laboriosus, vt Horat. 2. Carm. dixit,

Inuenimusque prodis publica cura.

ardua.] alestissima ingens.

per stricto libro.] rupto & scisso cortice. Librum usurpat in prima significatione. Vide Cassiodorum lib. undecimo, epist. 38. Variarum.

fundu.] instrumenti ad lapides eiaculandos.

peror.] dilapidator.

Locus è Nu-
ce Ouidia-
na:

Type Em-
blematis.

Amor filiorum.

EMBLEMA CCCCII.



ANTE diem vernam boreali cæna palumbes
 Frigore nidificat, præcoqua & oua sonet:
 Mollius & pulli ut iaceant, sibi vellent alæ,
 Quæ nuda hiberno deficit ipsa gelu.
 Equid Colchi pudet, vel te Prægne improba? mortem
 Cùm volucris propriae prolis amore subit?

Hoc susceptum est in quasdam ferreas & abhorrentes ab
 Matres
 omni humanitate matres, quæ fetus enecant, aut etiam
 quarundæ
 incuria perire sinunt: quas certè tanti flagitiij vel eò magis
 in fetro in
 pudere deceret, cùm quæ rationis expertia sunt, id numquā
 pietas,
 admittant: certumque sit ex ijs aliquæ, &, ut verius di-

xerim, præter admodum pauca, ferè omnia, tāta cura parvū-
los educare & tutari, vt se non foueant accuratiū. Nemo est
profec̄tō qui nesciat tantam non esse belluarum feritatem, vt
quorundam hominum, qui sua pignora relinquere nō ve-
rentur, aut etiam perdere non exhortent, quaē communis om-
nium parentis instinctus & pietas seruare iubet, ijsdēmque
curare quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt. Quibus
itaque verbis, aut quibūs, quæsō, diris deuouebimus eis mo-
di flagitium, non dicam parentum, sed carnificum impijissi-
morum, qui naturæ ius vel etiam honesti repagulum præci-
puum dissoluerunt, quibus in animum cadere potuit tam in-
fandum scelus, tantumque flagitium, vt vitam innocentibus
adimant, non dicam ignotis auxiliis exteris, sed ijs qui quasi sui
corporis membra sint, immo reuera expressissima, non muta-
aut adumbrata, vt sic dixerim, simulacra? Id fortè sit, vt famæ
consulatur, & ne ob hanc labem culpamque tēterrīmā apud
eos, quibuscum viuunt, ruborem contrahant. Sed tamen

Summum credo nefas animam preferre pudori,

Et propter vitam viuendi perdere cauſas.

Etenim quæ hæc vita esse poret, quæ assiduò sibi malè con-
scia nocte diéque suū portet in pectore testem? Tātū verò
abest vt immanitas ea in bellūs deprehendatur, quæ etiam
pueros à matribus aut relictos, aut electos, vberibus interdū
aluerint, & pro viribus immunes à damno fecerint. cuius rei
testes habemus historias tūm Græcorum, tūm Romanorum.
Hic autem exemplū proponit palumbis, quæ saeuiente fri-
gore nidificans, & partum emittens, sibi plumas haud graua-
tur auellere, vt paruuli molliūs incubent: quo fit vt ipsa sēpē
mater gelu contabescat. Sulpicius Seuerus ait: lege diuina
qui partum non deformatū mulieri excusserit, extremo sup-
plicio puniendum. Quid igitur mulier, quæ audet partum
elidere, quæ sua ipsius viscera (horrendū dictū factūque
impium) euiscerat? Succurrit ad hanc rem grauissimū Ter-
tulliani testimonium: Cūm nobis homicidium semel inter-
dictum sit etiam cōceptum vtero, dum adhuc sanguis in ho-
minem delibatur, dissoluere non licet. Homicidiū festinatio
est, prohiberi nasci: nec refert natam quis animam eripiat, an
nasceatū disturbet. Homo est & qui est futurus: & fructus
hominis iam in semine est. Qua ratione mulier quædam
Mileſia quod medicamētis partum abegisset, damnata est ca-
pit̄is; quanquam enim eum: qui noadū esset homo, expulsi-

*Palumbes
se ad fouen-
dos fetus
explumat.*

*Sulpicij-
Seueri lo-
cuss.*

*Tertulliani
locus.*

set, sustulerat tamen spem parentis, memoriam nominis sub-
sidium generis, heredem familiæ, designatumque ciuem Rei-
pub vñ Cicero in Cluentiana. Ouidius alicubi detestatur faci-
nus idem matrum, quæ in suos fetus ita crudeles sunt, ut vel
abortiuos, vel etiam recens editos vita priuent. Sic enim ait:

Quæ prima instituit teneros auellere fetos,

Præclarus

Ouidij lo-

cus in ma-

tres consulto

aborteeret

aut se am-

meteantes

Militia fuerat digna perire sua.

Si mos antiquis placuissest matribus idem,

Gens hominum vitio deperitura fuit.

Quid plenam fraudas vitem crescentibus uisit,

Potiusque crudeli uellis acerba manu?

Sponte fluent matura sua: sine crescere nata;

Est preium parue non leue vita more.

Vestra quid effodiis subiectis visceratalis,

Et nondum natus dira venena datis?

Colchida dispersam puerorum sanguine culpam,

Atque sua casum matre queruntur Itym.

Dicite quis Tereus, quis vos irritet Iason

Figere sollicita corpora vestra manus?

Hæc neque in Armeniis tigres fecere latebris,

Perdere nec fetus ausaleena suos.

Cæterum ex Antipatri Græco tralatum est Alciati hoc hexa- Typus Em-
stichon: blematis.

Xερπίδιας νικάδεως παλαιομένα πάσις ὄγεις,

Τένυοις εὐναῖς δημέτης πέρυγας,

μέστα μιν ἐργίον κρύ οὐλεστεν. οὐδὲ εμεινεν

αιδέρ οὐρανίων αἰτίατα οὐρανόντεν.

ερόχνη καὶ μηδεῖα γρτ' ἀδηταίτεντε

μητέρες, οὐριῶν οὐρανούσιανούσιαν.

Cæterum quanta sit, eaque naturalis in liberos σοργή parentum, doctè Xenophon disputat 2. Commentar. in colloquio

Socratis cum filio Lamprocleo, & Plutarch. τοι φιλοσοφίας

Euripiidis citatur illud,

ἄπαισιν αὐθόποισιν οὐ λύχνος, τέκνα.

Cunctis hominibus liberi sunt, animæ.

Philostratus sic: Γώιστι οὐ λύχνος, τέκνα: animalibus liberi sunt

animæ instar. Is affectus à M. Tullio epistolis ad Attic. nomi-

natur οὐ σοργή ποτικὴ τοῦ πατέρα τὰ τέκνα,

Ante diem vernam.] Palumbes post solstitium parete Plinius

docet lib. 10. cap. 35.

borealis frigores.] Secundente Aquilone, qui frigidissimus est.

Colchi.] ἀπόστολος ad Medeam, quæ liberos, quos ex lascione suscepserat, interfecit ut prius annotauimus

Progne.] Hec Itum filium ex Tereo trucidauit, & patrem comedendum apposuit. De vtraque Iuuenal. Satyr. 6.

Credamus Tragici quicquid de Colchide torna

Dicitur εἰ Progne.—

Cicero 2. de Oratore: Feræ partus suos diligunt: & nos in liberis nostros uti debemus indulgentia. Item 5. Tuscul. Bestiæ pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus nullos casus reformident. Is vehementissimus inter filios amor potissimum in Pelecanio, que Ægyptia, celebratur, quæ se neci potius dedere soleat, quam paruuli capiantur, et igitur viatores fallit eisque transuersos seducit: femora etiā vellitat ut excusso sanguine filij pascantur aliquandiu. Imo inter ardenter ignem se coniicit, sequere torri cœtius in rapida flamma sustinet, quam ut suos fœtus se superstite sibi abripit patiatur. In Pandectis iuris civilis animaduertimus id esse verum quod natura omnium parens singulis nostrum animis inseuit, pro affectu parentes magis torqueri in persona liberorum, l. 8. Quod metus causa. Ad id nobile est Arsinoes exercitum, que à Ptolemyo fratre insidijs & fraude decepta, cum esset conspicata, immisos percussores in filios impuberes, complexa eos ad se fugientes, ea parte qua vulnera filiis intendebantur diu corpus suum cedendum opposuit, multisque ita vulneribus acceptis, eorum saluti consulere non posuit, sed una cum ijs est miserimè confossa. Legimus in expeditione Ciri minoris apud Xenophontem lib. 4. à puer quodam, Pracontio nomine, per imprudentiam puerum interemptū fuisse: quamobrem in exilium pulsus quanquam puer & imprudens. Sed iudices non tam quidem iniuriam, quæ non potest esse sine animo nocendi, quam parentum iniuriam in filio vindicauerunt.

Appendix.

Grammatici veteres filium, quasi οἴλιον vocat, quia nullus amor paternum vincit in I. cum furiosus, 7. C. de curat. furiosi & I. isti quidem, 8. D. quod met. causs. Ex quo illud poëta in I. Æneid

Onomis in Aſcario chariſtas cura parentis.

Ex Cicero ad Atticum. filiola tua te delectari gaudeo & probō

enim, ut qui maximè τὴν σοργὴν εὐστήσουσιν ἡρῷος τὰ τέχνα. Et celebrata sapientibus ή εἰλισσοφγίᾳ, de qua egregiè Plut. rh. Elegans apud eundem poëtam locus 4. Æneid quo Anna soror Didoni suadet nuptias iterare ἡρῷος τὴν παιδεμοῖαν, his omnino verbis:

Solane perpetua mærens carpere iuuenta,

Nec dulces natos, Veneris nec premia noriss?

Apud Gratianum, 2. q. 2. Pudor est feminis nuptiarum præmia non habere Quare & in fictiō argumento, lepido tamē, i. Æneid Iuno pollicetur Æolo se daturam pro præmio nympham formosam, fœcūdam, certo cōnubio sociandam,

— *qua forma pulcherrima Deiopéiam*

Cōnubio iungam stabili, propriamq; dicabo

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos

Exigat, &/ pulchra faciat te prole parentem.

Sed hoc generalius: ad rem propius facit quod eleganter Lactant. lib. 6. cap. 20. in cruentissimos infantum occisores sic ait: Ne illud quidem concedi aliquis putet, ut recentes natus liceat oblidere, quæ vel maxima est impietas. Ad vitam enim Deus inspirat animas, non ad mortem. Verum homines, ne quod sit facinus quò manus suas non polluant, rudi- bus adhuc, & simplicibus annis abnegant lucem, non à se datam. Exspectet verò aliquis ut alieno sanguini parcant qui non parcūt suo? Sed hi sine vlla controvērsia scelerati & iniusti, qui illi quos falsa pietas cogit exponere? non possint innocentes existimari qui viscera sua in prædam canibus obijciunt: & quantum in ipsis est, crudelius necant, quam si strangulassent. Quis dubitet quin sit impius, qui alienę misericordiæ locum non tribuit, qui etiam si contingat ei quod voluit, ut alatur, addixit certè sanguinem suum vel ad seruitutē, vel ad lupanar. Haec tenuis ille.

Pietas filiorum in parentes.

EMBLEMA CXCIX.



PER medios hostis patriæ cùm ferret ab igne
 Aeneas humeris dulce parentis onus;
 Parcite dicebat: vobis sene adore a rapto
 Nulla erit, crepto sed patre summa mihi.

*Eneas En-
bimattus.*

Hoc etiā extulit è Græco auctoris innominati, quod tale
 est: ἐπ πυρὸς ιλιακὸς, δορέ τῶν μέσον ἡρπασεν ἦγες
 δυσίας, ὁ σοντ παιδὶ βάρος πατέει.
 ἔκλαγε δ' ἀρχίοις, μη λαύετε, μικροῦ εἰς ἄρην
 κέρδος ὁ γῆραλές, ποδὲ φέροντι, μέρα,
 Sic conatus sum aliquando reddere:
 Sustulit Aeneas Graiūm per tela, per ignes
 Invalidi sanctum quando parentis onus,

Parcite ei, dixit: nihil hoc è Marge lucelli,
At mihi, sublato gloria summa patre.

Cum quo Epigrammate non inuitus cōferre velim lepidum
Actij Sinceri, Itali Poëtæ reuera politi & elegantis carmen,
quod in gemmam scripsit è Sinuessa ruinis erutam:qua in
gemma sculptus Æneas Anchisen patrem & Ascanium hu-
meris sustolens conspiciebatur. Id est eiusmodi.

Epigrāma
Sānazzarij:

Hec mihi que roseos iussit forderet hyacinthos,

Ei nūc et articulis unica gemma meis:

Cuius in exiguo dueto stat Troicus urbe,
Anchisesq; senex, Ascaniusq; puer.

Quis credat? veteres inter neglectaruinias,
Et vili latuit semisepulta folo.

Tu tamen obrueras, ne te Sinuessa pudebat
Hoc decus, huc terris occulisse tuus.

Scilicet Æneam, natūmque patrēmque gerentem,
Ignibus ereptos obrueresque Deos?

Parcer debueras, cui iam pia flamma pepereit,
Nec te eam turpi dedecorare nota.

Et dubtem Belzásque feros, rigidósque Britannos
Hac comite ignotos & pererrare finis!

Hac est Iliacos pietas spectanda per ignes,
Cùm verita est profugos lādere flamma Deos.

Æneas potissimum commēdatur ob summam in patrem An-
chisen pietatem. Ilio enim expugnato, & iamiam conflagran-
te, ille cunctis alijs facile neglectis, Deos penates abduxit, &
patrem humeris è media flamma sustulit: quod hostes Græci
cùm vidissent, moti pietate tam insigni, ei quod sibi dari po-
stulabat, concessere, & abeundi quò vellet, facultatem non
interclusere, fatentes illi quidem hostilitatis remitti iura, &
mansuetudinem esse adhibendam, aduersus eos potissimum
qui ita verecundè se in Deos & parentes gerant. Refert Æ-
lia. 3. ποικίλ. 1509, Hoc certè monemur, quanta obseruātia
quantoq; amore debeamus afficere parētes, à quibus secundū
Deum usuram vitæ communis accepimus. Sunt enim paren-
tes viuæ quædā veræque imagines cōmunis omnium paren-
tis Dei, ἀγάλματα τῶν πάντων πατρῶν διός, teste Proclo:
dixitque Hierocles τοὺς γονέας εἶναι τοὺς δευτέρους καὶ ἔπ-
ιτερας πτυχας διός, Stobēus retulit serm. 77. neque ullus est,
qui Deum recte colore & obseruare potest, qui in parentes
fuerit impius. Platonis non malè quadrabit oraculum loco

Ænea pie-
tas:

loco. sic enim 11. Leg. Cuius pater matérve, aut hōrum parēges senio confecti, quasi thesaurus aliquis, domi iacēt, si pugnet nūquāliud sibi tale simulacrū vel magis efficax domi affuturum, si rectē, ut decet, ab eo colatur. Id est, πατέρες

Locus Pla-
sonis, de
pietate fi-
liorum in
parentes.

συντονία μητέρων, τῶν πατέρες οὐ μητέρες εἰς οἰκία κεῖνται αχμήλειοι, ἀπειρόκοτες γῆρας, μηδεὶς διανοῦντω ποτὲ ἄγαλμα εἰς τὸν τοις τον ερέσιον οἰκημα εἰς οἰκία εἴχων μᾶλλον κύριον εἰσόδου, εἴ τοι δὴ κατὰ τρόπον γε ὁρθῶς αὐτῷ δεξαπέντε οὐ κακηθείτω. Sed hæc etiam Senecæ addamus. 3. De beneficijs,

quod ad argumentum faciant. Hoc agite, optimi iuuenes, proposita est inter parentes ac liberos honesta contentio.

Sumite modò animum qualem decet, & desicere nolite, ut vincatis optates. Nec desunt tā pulchro certamini duces, qui ad similia vos cohortetur, ac per vestigia sua ire ad victoriām. Sèpè iam partam ex parentibus iubeant. Vicit Æneas patrem ipse, cuius infantia leue tutumque gestamen grauem senio, per media hostium agmina, & per cadentis circa se urbis ruinias ferens, cum complexus sacra ac penates Deos religiosus.

Senex non simplici vadentem sarcina premeret, tulit illū per

ignes: & quid non pietas potest? Lege Val. Max. cap. 4.

Sub Vitellij nefarij hominīs principatu mirum dictu accidit,

& non postrem pietatis exemplum, Iulius Mansuetus ex

Hispaniæ rapaci legioni additus, impuberem filium domi li-

querat. Is mox adūlthus inter Septimianos à Galba cōscriptus,

oblatum forte patrem vulnere stratum, dum semiamimem

scrutaratur, agnitus agnoscensque, & exsanguē amplexus, voce

flebili precabatur piatos patris manes, neve se ut parricidam

aduersarentur, publicum id facinus; & vaum militem quo-

ram ciuilium armorum partem: simul attollere corpus, ape-

rare humum, sup remo erga parentem officio fungi. Aduer-

tere proximi deinde plures, hinc per omnem aciem mira-

culum, & questus, & sauvissimi belli exsecratio. hæc Tacit.

lib. 3. hist. Quo loco dixi parentes esse nobis debere instar

Dei quasdam viuas imagines, addi hoc ē Græco monosticho

velim. θεοὶ μεγάλοι τοῖς θεονοδοτοῖς ψυχαῖς parentes sunt in-

stat. Deorum certe maximorum apud prudentes.

Per medios hostēs.] per medias Græcorum milītum copias.

patriæ.] Ilij

Ab igne] incendio prouerbium sapit, quo usus Aristides in

Apellæ genethliaco: εἰς μέσον, φάσιν πυρος τὸν ἀνδρα σωζεῖν:

ē medio: quod dicitur, incendio seruare virum: pro eo quod

Pulcher Se-
neca locus.

Exemplum
pietatis filij
in parentem.

est, è maximo periculo liberare.

dulcē parentis onus.] Sic ferē Quid. 2. Fast.

*Deq; viri collo dulce pependit onus.
de Lucretia loquitur. Catullus ad Manlium:*

Ingratum tremuli tolle parentis onus.

adorea] gloria, victoria bellica Horat. 4. Carm. Ode 4.

Qui primus almarifi ador-a

Plinius cap. 3. lib. 18. Gloriam ipsam à farris honore adoream *Adores quid;*
appellabant, quia gloriosum eum putabant veteres, qui farris
copia abūdaret, ut tradit Fest. Pompeius. Ammian. Marcell.
20. Laborum factorūmque vehens ad oreas celsas. Sidonius
Apollinar. Epist. - Posset triumphalibus adoreis familiæ tuę
defatigari? Apuleius Asini aurei 3. Iam & ipse possum mihi
primam istam virtutis adoreā numerare, & 7. Ut, quod aiunt,
domi forisque fortibus factis adorea plenè gloriarer Mamer-
ginus Panegyrico: Cūm honorem meum adoreis militaribus
cumularet. Claudian. de laudib. Stiliconis in fine;

Hac omnes veterum revocant ad aurea laurus.

Marcellin. lib. 25. hist. Catilina. Claras gloriarū adoreis sem-
piternis maculis obumbrabit.

*ratto, erepto.] Obserua discrimen significationis inter sim-
plex & compositum, ut illud est in superioribus:*

Viris rapimus, piscibus eripimus.



Mulieris famam, non formam, vulgatam
esse oportere.

EMBLEMA CXCV.



ALMA Venus, quænam hæc facies? quid denotat illa
Testudo, molli quam pede Diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumque referri
Femineum nostra iussit ab effigie:
Quodque manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.

PLutarchi hæc sunt ex eo quem De mulierum virtutibus
libello scripsit: Περὶ ἀρετῆς γυναικῶν, εἰ τινὲς αὐτινὲς πολὺ^{πολὺ}
Θεωρίδην γνώμην ἔχομεν οὐδέν, οὐδὲν δὲν εἰπάχεισθαι οὐδὲν

τοῖς ἐκπόσιγγεπίρι οὐ επαίνε λόγος, αφίσλω ἀποθανεῖται.
καθάπερ τὸ σώμα καὶ τὴ γομφὴν αἰαδῆς γυναικὸς οὐ οὐδὲ Θεῖν κατάχαλξον εἴτε ἀνενδοξεῖν. οὐδὲν δὲ κηρυφότερος μηδὲ οὐ Γοργίας φένεται, κελεύων μη τὸ εἶδός Θ., ἀλλὰ τὸν δόξαν εἴναις πολλοῖς γνώριμον τῆς γυναικός. Longè aliter ego de mulierū virtute sentio quam Thucydides. Is enim eam in primis lauda dā esse mulierem vult, de qua vel minimus aut in bonā aut in malam partē rumor. Etenim censet optimē vrcorpus, ita & famam sapientis feminæ domi esse inclutam, neque in publicum exire debere. At mihi hac in parte concinnior videtur Gorgias, qui mulieris non formam, sed famam vult multis esse notam Hæc Plutarch Aristotel. in Oeconomis nec vestium elegantiam nitorēmique, nec auri pretium Tocus Art. aut magnitudinem tantum habere momenti ad mulieris fidelis. commendationem ait, quantum modestia valeat & probati mores. Hinc illud Propertij matronas veteres laudan-
gis:

Non illis studium vulgo conquirere amantes:

Illis ampla facit forma, pudicitia.

Ægyptijs mulier bus calceis vti non fuit patrij moris, quo domi se continere quodammodo cogerentur. Et Valerius Maximus testis est quosdam suas vxores repudiasse, quod cum alijs fuissent collocutæ Itaque Phidias Eliensisibus Venetem finxit, quæ pedibus testudinem premeret: idque innuebat matrem familiâs à domestieis parietibus nusquam exportere discedere, ut potè cuius omne munus intra domesticos parietes contineatur: eamque tacitam, vel certè pauci loquam esse debere. Quod rectè in Heraclidis admonuit Euripides.

*γυναικὶ δοτιγή τε καὶ τὸ σερφονεῖν
καλλισον, εἴσα δ' ἵτυζον μέριν δόμαν.*

Id quidem & in connubialibus præceptis Plutarchus docuit, & alij permulti qui de œconomia & officio matrisfamiliâs scripsierunt. Sed illud Propertij subinde occurrit:

Felix Admeti coniux, et lectus Ulyssis,

Et quemcumque viri femina lumen amat.

Sic Maro 2. Georg. Casta pudicitiam seruat domus. Olim putabant non satis dignum matrisfamiliâs nomine, si in publico versaretur: quamobrē Constantius I. Nemo, Cod. de offi. diuer. iud. vetuit ne materfamiliâs in publicum prottaheretur,

Nempe ob verecundiam sexus, l. 2. § Cod. de his qui veniat. imp. Sed & mulieres virorum cœtibus immisceri non conuenit, ait Bonifacius, in c. mulieres, De iudicijs in 6. Succurrit exēplum nobile & graue imprimis Sulpitij Galli, qui uxorem dimisit quodam aperto capite foris versatam cognouerat. Lex enim, inquit, tibi meos tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes. His decoris instrumenta compara, his esto speciosa, horum te certiori crede notitiae. Ulterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus, in suspicione & crimine subhæreat necesse est. Val Max. lib. 6. cap. De seueritate. Quantum autem attinet ad mulieris silentium, Epicharmus aiebat sermonis parcitatè in muliere probitatis esse argumentum: Nicostatus, castitatis pignus: Democritus, ornamentum pulcherrimum. Illudque Sophoclis pronerbiale celebratur à doctis:

γυναι ξι κεοπον ν στην εέρει.

Contrà verò, vt est apud Euripidem, quæ apud viros tacere non possunt, sese dedecore aspergunt. Silentium uxoris, ego neque suspectum habeo, neque timeo (ait declam. 280. Quintilian) decet hoc matronalem pudorem & si ducta fuerit ad magistratum, hoc illam maximè facturam arbitror, vt raseat. Hoc etiam agalma Phidiæ eodem penè modo Emblemate lepido expressit Hadrian. Iunius. tarissimum Galliæ Belgicæ decus:

Testudo premitur pede, clavem dextra retentat,

Vacat obstruendo dentium septo altera.

Ne vagâ discurset coniux, neu futilis esto,

Ipsamq; cura opum tuendarum addece.

Idé annotauit Pierius 28. lib. Hieroglyph. Multa sunt apud Plutarch. libello De præceptis quibus coniuges instituuntur. Interea tamen non transiliam id Columellæ è procēmio 12. De re rustica: Cùm & operam & diligentiam ea quæ proposuimus desiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, quæ domi custodiri oportet, iure à natura comparata est mulieris ad domesticam, diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem & extraneam. Itaque viro calores & frigora perpetienda: tum etiam itinera & labores pacis ac belli, id est rusticationis & militarium stipendiorum distribuit. Mulieri deinceps, quodam omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ & diligentia assignauerat, idcirco

Silentium
mulierem
decere.

Columella
locus.

timidiorem reddidit quam virilem. Nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Plutarchus in præceptis cōnubialibus ait, mulieres à luna oportere diuersas esse, quæ quo à sole spectatur remotior, eò apparet esse clarior: eadem cum Sole nulla nū habere videtur lumen. Nam vxor modesta & sapiens præsente tantum viro à cæteris conspici, eodē absente domi se debet continere. Porrò didicimus ex veterum historijs mulieres olim testudineas imagines gestare solitas, Aegyptiæ
mulieres, quas Veneri cōsecrarent. Apud Ægyptios tāta fuit pudicitia muliebris cura ut patrio instituto calceorum v̄lus esset interdictus mulieribus, ne tam saepe palam cōspicerentur, sed tāqua m̄ testudines in sua cochlea manere cogerentur. Ex quo intelligimus non postremant fuisse matronarum laudem si domo non nisi necessaria excederent, operaque muliebria tractarent. Legi epitaphium quoddā vetus pudicæ cuiusdam Matronæ Romaniæ quod ita se habet.

Hospes quod dico, paulum est, asta, ac pellego,
Hac est sepulchrum hand pulchrum pulchrai fæmine,
Nomen parentes nominarunt Claudiam,
Souom mareisom corde dilexit souo.
Gnatos douos creauit, horunè alterum
In terra linquit, alium sub terra locat:
Sermone lepsido, tum autem incessu commodo:
Domum seruauit, lanam, fecit, dixi; abei.

Pudicæ
matrone
epitaphiū.
V. Briss.
formul. folio
796. 5
Embl. 12.
Iunij, & Tis-
raq. leg.
comitib.
fol. 259.
Veterum
ritus.

Quæ postrema verba mihi in memoram revocant veterum morem, quo nouam nuptam in pelle lanata iubebant considerare: quo gestu polliceri videbantur marito, se adductas ad præstandant lanificij operam: Sed & hodie in plerisque locis Italiæ, posterō die quam mulier est ingressa mariti domū, illi è geniali thoro prodeunti, manè propinqui obuiā veniūt eique offerunt fusum, colum, lanam, acum forficem, omnēque vas domesticum, ut cuique promptum est, quo admonetur officij muliebris, seque non ad delicias, sed ad ea curanda quæ domi necessaria sunt & accommoda vocari statim intelligat Auson. Parentalib. in Æmilia Aernia matre.

Morigeræ uxoris virtus cui contigit omnis
Fama pudicitiae, lanificeque manus
Coniugijque fides &c.

Idem in Veria Liceria

Huius si probitas si forma & fama fidésque
Morigeræ uxoris lanificeque manus.

De Lucré-
tia Ovid. 23
fati.

Testudo.] à tegendo, vel quòd testa tecta sit, ait Varro. Hanc
ερέσιονον, id est, domiportam appellat Hesiodus. 2. εργων.
Cicero 2. De diuinatione, ex Pacuvio citat hòc ænigmati-
cum:

Sanguine cassa, domiporta, terrigena traditur,
Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
Capite brevi ceruice anguina, aspectu truci,
Eusèterata, inanima, cum animali sono.

& alius quispiam alludens ad nostrum Emblema:

Tardigrada, herbigrada, domiporta, et sanguine cassa,
Sub pedibus Veneris Cous quam pinxit Apelles.

Phydias.

Phidias, Jà Plinio nominatur artifex numquām satis lauda-
tus excellens statuarius: cuius opera præstantissima repece ex
Plin. cap. 8. lib. 34. & cap. 5. lib. 36.

Venus va- sexumq; referri feminineum] Venus pro vxore, amica, & matre-
cabulū po- familiās alicubi reperitur. Virgil. 3. Eclog.
lysemnum.

Parta mæ Veneri sunt munera.

Macrobi. etiam Satur. i. pro generandi facultate accipit, vt
apud Pompeium Festum, Cypris vel Cypria Venus, quia pa-
cientibus præsideat, quòd Græcè κύν parere sit.

Appendix.

Naumachius ita de officio matrisfamilias:

λεῖπε δὲ οἱ τὰ δὲ γηραιά τὰ καὶ διώσται τονές τοι,
σοι δὲ οἰκοδελή μελέ τῷ μεχαρό ντε οὐλάστη
μίνδα μιν εξερεψε, τὰ μὴ δέκις δὲ γιώδης κας.

Relinque illi.] (hoc est, viro) externa quæ confidere negotia
potest: Tua cura sit rei familiaris, & custodia, Nec ipsum per-
contare de rebus quas nefas est mulieres nosse. Egregie ille
quidem & veridicè: sed non illibenter adiungerem elogia
longè præclara bonæ matrisfamilias apud parœ miographū:
Hebræum, nisi esset in omnium manibus; & quæ de Aspasia
retulit Ælian. libris historiæ variæ Verum quia contrarium
oppositum contrario magis elucet, apponam cuiusdam tetra-
stichon in quandam;

Femina quo loquitur multum, passimq; vagatur,
Saltat et in cunctis desidiosa locis,
Quæq; vel ignotos nimis ambitiosa salutat,
Si quid agas, queras, appetit illa mares.


In lege vetere Romuli, viri consors mulier, sacrorumque so-

cia. Dionys. Halicarnassi in 2. γυναικαὶ γαμέτων καὶ νόμοις
σεβεῖσθαι τὸν πατέρα αὐτοῖς κοινωνίαν ἀπάντων οὐδὲ γεννητῶν
τε καὶ οἰεῖν: domina rerū mariti, diuinæ & humanæ domus
focia, in l. i. D. rer. amot. l. i. de rit. nuptiar. l. 4. C. de crim.
expil. heredit. Vnde materfamilias dicta veteribus σύνοδο-
στοινα, Clemēti Alexandrino, mīs ὀρκούσιας συμβοτίς, adiutrix
operum rei domesticæ.

Velut vultus.] isthæc ethopœia honestæ feminæ, vel quali-
habitu esse illam deceat, præcipiente D. Apostolo. Quem ad
locum non videtur alienum traducere flâmei nuptialis ritû,
de quo Isidorus lib. de offic. referente Gratiano, c. feminæ, 3.
q. 5. feminæ, ait, dum maritantur velari solent, ut se memine-
rint semper maritis subditas, ac humiles: item quod nubentes
post benedictionem vitta inuicem, quasi uno vinculo co-
pulantur, videlicet id eò sit, ne compagem coniugalis virtutis
disrumpant: at verò quod eadem vitta candido, purpureo-
que colore permiscetur, hoc ideo est quod candor sit ad mudi-
cieriem vitæ, purpura ad sanguinis adhibetur posteritatem ut
hoc signo continentia, & lex continendi ab utrisque ad tem-
pus admoneantur: & post hoc, reddendum debitum non ne-
gatur. Item quod in primis nuptijs annulus à sponso datur
sponsæ, si nimirum vel propter futuræ signum dilectionis:
vel propter id magis ut eodem pignore eorum corda iungā-
tur. Vnde & quarto annulus digito inseritur, quod in eo vena
quædam, ut fertur sanguinis ad cor usque perueniat. Hæc Isi-
dorus. Et nos alio meminimus loco nuptias à nubedo dictas
quod velare seu operire signat, vel propter flammeum illud,
de quo diximus: vel quod in nuptijs primas tenere partes ve-
recundia debeat, quam custodem ac comitem virtutum om-
nium Cicero ait in Partitionib. Sed proprius ad rem facere vi-
detur quod Vlpian. l. i. §. si quis filiam, D. de lib. exhibi. Si
quis, ait filiam suam, quæ mihi nupta est, velit abducere, vel
exhiberi sibi desideret, an aduersus interdictum exceptio dà-
da, si forte pater concordans matrimonium, & forte liberis
subnixum velit dissoluere: certo iure utimur, ne bene cōcor-
dantia matrimonia iure potestatis patriæ turbentur, quod tam-
en sic erit adhibendum, ut patri persuadentur, ne patiam
potestatem exerceat.

In Pudoris statuam.

EMBLEMA CXCVI.



PENELOPE desponsa sequi cupiebat Ulyssem,
Ni secus Icarus mallet habere pater.
Ille Ithacam, hic offert sparten. manet anxia virgo:
Hinc pater, inde viri mutuus urget amor.
Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos:
Ista verecundi signa pudoris erant.
Quis sibi prælatum Icarus cognovit Ulyssem,
Hocque pudori aram schemate constituit.

Bons Em.
blematis.

ID sumptum est ex Pausaniæ 3. qui Laconica inscribitur, v-
bi agit de Pudoris simulacro, quod Icarus patris Penelo-

pes

pes donum suisse ferunt: Græcique historiæ de hac re huiusmodi conscripsere. Cùm Icarius ab Vlyssè frustrâ contendisset ut Lacedæmonie habitare mallet, id dêmum filiæ persuadere conatus est. cùmque acrius instaret, ne se desereret. Vlysses iussit ut ea spônte sequeretur quem vellet, aut cum patre, si grauaretur. Lacedemonia rediret. Penelope obiecta facie nihil quicquam respondebat. Quare pater, intellecta filiæ sententia, eam diniisit & in facti monumentum eo loco Pudoris simulacrum erexit, quod in Laconia spectabatur. Cuius meminit Gyraldus Syntagm. i. historiæ Deorum. Id quidé arguit, mulierem debere magnam parentibus gratiam & pietatem, ^{Mulier parenti} sed maritum præ ceteris sequi & obseruare: quod & sacræ litteræ præcipiunt; siquidem homo relinquat patrem & matrē, & vxori adhæreat est necesse, fintque duo in carne una. Videlürque hoc referendum quadam ex parte, quod Ouidiana Penelope ad Vlyssè scribere singitur his verbis:

Me pater Icarius viduo discedere electo.

Cogit, & immensas increpat usque moras.

Increpet usque licet, tua sim, tua dicar, oportet;

Penelope coniux semper Vlyssis ero.

Ille tamen pietate mea, precibusque pudicis

Frangitur, & vires temperat ipse suas.

Cui forte dissimile non est quod scribit Eustathius interpres Homeri: εχει γωναις λεγεται ο δυνη, εχεις οι γωνι τω δυνη. Sed hoc maximè pertinet illa Quintil. declam. 259. Virgo ad patrem; nupta ad maritum pertinet. Eiusdē statuæ mentio est apud Lucianum in Imaginibus.

Ithacam.] Vlyssis patriam, insulam in mari Ionio, unde ipse ^{Itaca} Ithacus & Ithacensis cognominatur à Poëtis.

Sparten.] id est, Lacedænonem, qua fuit Icarius pater Penelopes.

Virgo.] Penelope. quod vocabulum non ita strictè accipitur, ut somniant plerique. Lege Vallam. lib. 6. & apud Iurisconsultos, virgo pro femina viripotente accipitur, vt l. Muñieris, D. de verb. sign.

Velat vulnus.] huic pertinet nummus vetustus in cuius inscriptione legitur Sabina Augusta hadriani. Aug. Cuius in altera parte dea sedet velo faciem operta, indice dixtre adimoto ad Tugulum, cuius inscriptio. PUDICITA in alio quodam Herenniæ sigillum muliebre sedens cum conto in Lanam vlnam iacente, dextra velum obducit ante faciem.

huius inscriptio, *PVDICITIA AVG.* Praeclarè Septimus Florens qui non solùm velum virginum & mulierū armaturam pudoris appellat, verecundiæ vallū, sexus fœminei murum qui nec suos emitat oculos nec admittat alienos, verùm euam modum prescribit ad quem veli huius forma produci debeat. Sic enim ille quantum resoluti crines occupare possent tanta est velaminis regio, ut cœrueces quoque ambiatur, & quæ sequuntur. Adducit exemplū Arabię fœminarū quæ non caput sed faciem quoque ita totam tegunt ut uno oculo liberato contentæ sint dimidiā frui lucem, quam totam faciem prostituere. Mauult enim fœmina videre quam videri.

obnubit ocellos.] Hoc simpliciter referri posse videtur ad verecundiam pudicæ mulieris quæ recta viros non aspiciat, sed cum loqui necesse haberet, demittat: qualis apud poëtam Dido *κατὰ τὸ οφέποντα*, lib. r.

Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.
& in 3. de Andromache,

Deiecit vultum, et demissa vocelocuta est.

vnde dictum olim, pudorom in oculis esse, ait Aristot. 2. De arte dicendi. Sed conijcio nostrum hunc non temerè verbo obnubit, vsum fuisse, ut alluderet ad veterem nuptiarum ritum. dictæ enim nuptiæ sunt à nuptu, hoc est opertione; nubere est velo regere; mulier enim nupta, id est obuoluta, & testa velamine ducebatur in viri domum. Sic Neptunus, ait Varro, dictus est quod terras & mare obnubat, ut celum nubes. Id probant apud Festum Pomp. Cælius & Curtius, quod nubentis caput flammeo obuolueretur.

Hoc schemate.] hac figura, hoc cultu vel habitu, hac imagine. *χημα, ωδὴ τὸ ἔχει, εἰχηματι.* Schema, habitum, colorem, figuram Rheticam, & alia permulta significat.

Appendix.

Mulieres subditas esse viris oracula sacra præcipiunt, ex D. Paulo ad Ephes. 5. & Petri 3. Quod & subnotant canones, c. satis, c. mulierem, 33. q. 5. 6. est ordo, de pœnit. Dist. 5 in I. alia, 15. §. eleganter, D. solut. matrim. Quamquam tamen dicunt uxor, socia diuinæ & humanæ domus, I. aduersus, 4. C. de crim. expil. heredit.

Nupta contagioso.

EMBLEM A CXXVII.



Dii meliora p̄hs, Me Zenti, cur age sic me
 Compellat: eripitus quodā tibi dote gener.
 Gallica quem scabies, dira & mentagra perurit:
 Hoc est quidnam aliud dic mihi sāne pater,
 Corpora corporibus quam iungere mortua viuis,
 Efferāque Etrusci fac: a nouare ducis?

C Onqueritur hīc puella ingenua de pātre perquā diffici-
 li & inhumano, qui eam locauerat viro cuidam turpi-
 ter inquinato ac miserè fōtenti, mentagra, morbo Galli-
 eo & alia simili lue consumpto. Quod facinus illi simil-
 querela de
 patre in-
 humano.

KKk ij

simū esse dicit, quod fuit olim solemne ac familiare μοταρία Σπώνω Mezentio Tyrrhenorum Regi, Deorum & hominū contemptori: qui crudelitate omni & inaudita ferocitate solebat viua corpora mortuis colligare, ut fœtore & intolerabili tabe sensim animam infeliciter exhalarent. Perinde sese habet crudeles illi patres, qui suas filias egregia forma, integras, & bona valetudine, matrimonio (à quo dissolui postea nefas) copulare non horrent hominibus lepra & podagra confessis, & sèpius Neapolitana scabie corruptis, ijs quidē viuis cadasueribus, qui mortuis eo quidem peiores, quòd eorum fœtor & cruciatus ad vitæ usque, & interdum etiam diuturnæ finem maneat: illorum verò celerius animum debilitādo enecet. Eiusmodi coniugium tam impar ut erudité, ita & festiuè depinxit Erasmus in Dialogo, cuius titulus est Δῆμος γάμου: ex quo placet hoc transferre quæ ad rem faciant. Sic autem primum nobilem puellam describit. G A. Quid ego tibi depingam puellam non incognitā, quamquā plurimū gratiæ addidit ornatus nativo decori? Mi Petroni, dixisses Deam quampiam esse: nihil illam non decebat. Interim nobis prodige beatus ille sponsus, trunco naso, alteram trahens tibiam, sed minus feliciter quam Suiseri solent, manibus scabris, habitu graui, oculis languidis, capite obuincto: sanies & è naribus & ex auribus fluebat. Alij digitos habent anulatos, ille etiam in femore gestat anulos. P E. Quid parentibus accedit ut talēm filiam tali portento committerent? G A. Nescio, nisi quòd hodie plerisque videtur adempta mens. P E. Fortasse prædiues est. G A. Est affatim, sed ære alieno. P E. Si puerilla veneno fustulisset ambos auos & auias, quod grauius supplicium de illa sumi poterat? Si minxisset in patrios cinesores, satis poenarum datura fuerat tali monstro vel osculum dare coacta. Mihi sanè factum hoc crudelius esse videtur, quam si illam nudam obiecissent Vrsis, aut Leonibus, aut Crocodilis. Nam aut feræ pepercissent tam insigni formæ, aut subita mors finisset cruciatum. mihi planè videtur

8. Aeneid.

hoc factum

Mezentio dignum, qui mortua, ut inquit Maro;

— iungebat corpora viuis;

Componens manib[us]que manus, atque oribus ora.

quamquam nec Mezentius, ni fallor, tam immanis erat, ut tam amabilem puellam cadasueri iungeret. Nec ullum cadasuer est, cui non iungi malis quam tam putido cadasueri. Si-

quidem hoc ipsum quod spirat, merum venenum est: quod loquitur, est pestis quod contingit, mors est hec ille. Huc refer etiā Proverb. Malē coniugati. Ad huius Emblematis sententiā puto spectare illud. Senecę ex 4 de beneficijs cap. 27. Maleconsulit ille filię, qui illam contumelioso, & ſepe reputatio collocauit.

Dij meliora pīs.] Optandi formula per aposiopesin. sumptū id ex 3. Georg. Virgil.

Dij meliora pīs, errorēmque hostibus illum.

Græci ſic pfferunt, ἔξω κακὸν, Malum foras: & , εὐεήμενος δ. Dij meliora pīs, apud Lucianum. Cicero Antoniana 8. Dij meliora: id enim ipsum agimus, ne quis poſthac eiusmodi quicquā poſfit polliceri. Ouid. Epist. Helenes:

Dij melius: ſimilis non fuit ille tui.

Idem 15. Metamorph.

— procul, ô procul omnia, dixit,

Talia dij pellant.

Et Epifola Laodameiæ Profeſilao:

Dij, precor à nobis omen remouere ſinistrum.

Amorum 1. eleg. 10. idem:

Hostibus eueniat vita ſeuera meis:

Hostibus eueniat vacuo dormire cubili.

Et 3. eiusd. operis:

Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Tibullus 3. Eleg. 4.

Dij meliora ferant, nec fint infomnia vera.

Liuius lib. 9. Oratione Postumij (qui Consul ſub iugum miſſus ad Caudinas furcas, diſuadebat fœdus à ſe iustum cum Samnitibus) Quid tandem? ſi ſpoondiſſemus urbem hanc relieturum populum Roman. ſi incenſurum, ſi ſub regibus futurum? Dij meliora. Quę loquendi formula plena eſt affeſtus & energiæ, vt facile appetet ex ijs, quos modò citauit, locis.

emptus quòd tibi dote gener.] emptus gener, vt apud Virgil. 1. Georg. Téque ſibi generum Thetys emat omnibus undis: in quo alius ad matrimonij ſpeciem, que veteribus coemptio dicebatur; de qua Cicero in Topic. & Seruius. Quintilian. de clam. 257. Securus ſis pater: petiti ſumus: empti ſumus.

Gallica quem scabies.] Morbus hic Neapoli allatus, nondū ſuum nomen vnicum eftortitus: nominatur interdum Indicus, quandoque Gallicus quandoque Neapolitana aut His- Morbus
Neapolita-
nus & lues
Hispanica.

panica scabies: ea est superbissima, quæ nec lepræ, nec elephantiasi, nec lichenibus, nec podagræ, nec mentagre cedat, si res veniat in certamen. Hanc luem ex Indis profectam tradunt auctores, cū qua in ilia Hispaniensi India infantes nascentur. Alij alio referunt: sed certò constat in istas regiones inuestigam non multo abhinc tempore; nimis rūm ignota fuit ante gloriosam, sed parùm felicem expeditionem Neapolitanam sub Carolo 8 Gallorum Rege.

Mentagra.] Morbus est à mento sic dictus Nam à mēto per faciem, collum, pectus & manus, fœdo & insolito, quodam furfure dilatatur. Plinius cap. i. lib. 26. Grauissimum, inquit, ex his lichenas appellavere Græco nomine, Latinè quoniam à mento ferè oriebatur, ioculari primum lasciuia, vt est proxax natura multorū in alienis miserijs, mox & usurpato vocabulo, mentagram occupantem in multis totos vbiue vultus, oculis tantum immunibus, descendantem verò in colla pectusque ac manus fœdo cutis furfure.

Etrisci Ducis.] Mezentij Regis Etruriæ, quæ regio est Italij mari Tyrrheno adiacens.

Appendix.

Sanctissima coniugij copula non est temerè quibuscumque permittenda, sed sanis tantum corpore, animoque valeribus. Quid enim iure canonū prohibita leprosorum cōiugia, nisi quod inhumānum visum sit, contagione infecti corporis ac cariosi, sanum ac viuidum corpus turpi lue infestare? Sed auaritiae tetra labes omnia iura naturæ & humanitatis violat, nec minus insanè cōmittit, quam qui olim viuos homines ad aram Saturni, vel Diana Tauricæ mactarent: vel qui miseros reos ad latumias deiicerent Melius & decentius, ut apud Plinium Secundum lib. i. epist. 14. formosus ac decorus sponsus elocatur puellæ ingenuæ. Est illi, ait facies liberalis, & ingenua totius corporis pulchritudo, & quidem senatorius decor; quæ ego numquam putem negligenda. Debet enim hoc castitati puellarum quasi prémium dari. Et hęc ille de Minutio Aciliano. Occurrebat illud Ouidianum:

Quām male inaequales veniunt ad aratra iuuenci.

Et quid tam dominatus in coniugij quām consensus, ac concors animus? Nec enim tam concubitus & corporū miscio nuptias facit, quām cōsensus animorum & voluntatum,

ut recte Iurisconsulti. Illud ad iaci placet ex Plutarcho, dictum Democriti, qui generum nactus erit commodum, inuenisse filium : qui verò incommodum, perdidisse & filiam. Non malè aggero Plinianum id ex lib. 8. epist. 18. de uxore Domiti Tulli ; Mulier, inquit, natalibus clara, Moribus proba, ætate declivis, diu vidua, mater olim, parum decorè secura matrimonium videbatur diuitis senis, ita perdit morbo, ut esse tedium posset uxori, quam iuuenis, sanusque duxisset: quippe omnibus membris exhaustus, & fractus, tantas opes solis oculis obibat: ac ne in lectulo quidem ab alijs mouebatur. Quinetiam fœdum, miserandumque dictu, dentes lauidos, fricandosque præbebat. Auditum est frequenter ab ipso, cum quereretur de cōtumelijs debilitatis suæ, se digitis seruorum suorum quotidie lingere. Viuebat tamen, & viuere volebat, sustentante maxime uxore, quæ culpam inchoati matrimonij in gloriam perseverantia verterat.


KKk iiiij



ARBORES.

Cupressus.

EMBLEMATIC XCVIII.



INDICAT effigies metæ, nomenque cypressi
Tractandos parili conditione suos.

Aliud.

FYNESTA est arbor, procerum monumenta Cupressus,
Quale apium plebis, comere fronde folet.

Aliud.

PULCHRA coma est, pulchro digestaque ordine frondes,
sed fructus nullos hac coma pulchra gerit.

Indicat.] Multi Cyparissum vocatam' aiunt διὰ τὸ κύπειρον τὸ περὶ ταρίτσες κλαδὸς τε καὶ καρποῦς, à fructuū æqualitate, paritérque ramorum quos producit. Siquidem Cupressus ab radice ad summītatem recto stipite consurgit, suaque brachia omnia pari æqualitate in coni figuram ad fastigium protendit. Hoc quidem admoneri potest Magistratus & Princeps, ut in Repub & prouincijs sibi subiectis æqualitatem seruent atque tucantur Meminerit etiam optimus quisque paterfamilias suorum liberorum eam habere procreationē, cùm sint omnes æquè legitimi. quod tamen in plerisque nostræ Galliæ prouincijs iure patrio nō obseruari placet. Cassius Dionis. lib. 11. cap. 5. Cupressi duplex nomen habet: & Charites, hoc est Gratiae appellantur ad delectationem: Cupressi vero, siue (ut Græci rectius appellant) Cyparissi, quod ferè pariles gestent & producant tum ramos, tum fructus. Ambrosius Sermon. 4. in Psal. 118. de Cupresso verba faciens: (quid enim me pudeat auctorem tam piū & doctum huc aduocare?) Genus hoc arboris, ait, numquam admittit viriditatem suam hyeme. Iuxta ver & æstatem comam pascit, nec diuerso colore mutatur. Solā hāc arborem ventus suo numquam honore despoliat: sola numquā vetere exuitur amictu, aut nouo flore vescitur. Sic Apostolica quoque gratia nescit defectum, sed vetustate sui floret. Cæterum quod hic scribit Alciatus de æqualitate, quæ patribus in liberos obseruanda illustrari non minimum possunt his Ambrosij eiusdem verbis in Hexaëm. lib. 5. c. 18. Quis docuit nihomo, filios abdicationis? quis reperit tam immixta patrum iura? quis inter naturæ fraternalē cōsortia fratres impares fecit? Vnius diuinitatis filij diuersa sorte ceduntur. Alius totius paternæ sortis adeptione inundatur, alius opulētæ hæreditatis patræ deplorat exhaustam atque inopem portionem. Nunquid natura diuisit meritata filiorum? Ex pari omnibus tribuit, quod ad nascendi atque viuendi possint habere substantiam. Ista vos docent non discernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquistis. Etenim quibus dedistis communiter esse quod nati sunt, non debetur his, ut id communiter habeant, quod à natura substituti sunt inuidere, &c.

Cupressus
unde nomi-
natus, &
cūs natura.

Locus Di:
Ambroſij.

metæ.] Meta strues in acutum tendens, Græcis κῶνος. Virg. Metæ.

Hic viridem Aeneas frondenti ex illico metam

Constituit.

Idem alibi, Aërias quercus, & conferas cyparissos appellas.

Citat & istuc ex Ennio, Nonius:

Capitibus nstantes pinos, rectosq; cupressos.

Cupressum autem à Cypariso puer nomē habuisse, eo quidem Telephi filio, ab Apolline adamato, & in arborem sui nominis commutato, fabulatur Ouidius in 10.

Cupressus adhibita funeribus. *Funesta est.]* Cupressus Diti sacra, ideōque pro signo funebri ad domos posita. Plin. lib. 16. cap 33. Hęc enim procerum magnatūmque, sicuti apium plebeiorum sepulcris imponebatur, quod putredinem auertere crederetur: quorum vtrique simili propemodum folio, colore, odore, facultate, naturalaque sit. Sunt autem qui ramos cupressinos ante defunctos rū ædes poni solitos velint, ne quis per imprudētiām ingressus pollueretur. In funeribus autem adhibebatur, quod semel excisa nūquam renascatur; vel ut humanū corpus ab anima & animo iam relictum diutiū seruaretur, atque incorruptum remaneret. Varro putat hunc morem inductūm, ne cadaverum odor nares offenderet, interea dum videntur. Vide Cupressum Pierij, id est lib. 52.

Funesta.] funeribus destinata, vel pro mortis signo adhibita: Ideò enim Horatius Cupressus appellat funebres Ode 5. Epod. vt Virgil. in 5. ferales. sic enim ait:

—cui frontibus atris

Intexunt latera, & ferales ante cupressos,
Idem 3. Æneid.

—stant manibus are

Ceruleis maste vittis, atraq; cupresso.

Et non plebeios luctus testata cupressus.

Ouid. 3. Tristium, elegia 13.

Funeris ara mihi ferali cincta cupressu Conuenit.

Claudian. 2. de raptu Proserp.

Quercas amica Ioui, tumulos tectura cupressiis.

Pinus & Myrtus, pro mortis symbolo. *Funesta arbor.]* Reperio etiam pynum & myrtum pro mortis symbolis accipi solitas à veteribus pinus, quia semel excisa nunquam reuiuscit, aut etiam repullascit. Myrtus etiam funesta, cuius folijs Thebani vrebantur ad tumulum Iolai herois maximi, vt scribunt scholia Græci.

comere.] ornare. hinc comptum dicimus ornatum.

comere fronde.] hoc μεταφορικῶς. Propriè Plautus: Dum poliuntur, dum comuntur, annus est. Claudian. in laude Serenę

Non illo nitidos unquam bellante capillos

Comere.

Pulcra coma, &c.] Huc refer dictum Phocionis in Leosthe-
nem Oratorem multis & magnificis promissis Athenienses
ad bellum concitantem: eius enim orationem cupressis esse
similem aiebat, quæ cùm pulchræ sint & proceræ, nullum ta-
mén fructum referant. Dicitur autem in eos, qui cùm mem-
bris sint elegantibus & apprimè comptis, nullius tamen fru-
gis sunt, neque suis alicui commodo esse possunt. Refer huc
adag. Cyparissi fructus.

Appendix.

Indicat effigies metr. I] suadetur hoc versiculo ἴσομερία, i.e. qua-
in liberos hereditariae successionis diuisio, de qua B. Ambro-
sius lib. de Iosepho patriarcha, cap. 2. Iungat liberos, inquit,
æqualis gratia: lucrum pietas nescit pecunia, in quo pietatis
dispendium est. Quid inanius si propter fundum aut do-
mum orientur inter fratres iurgia, quando propter tunicam
inter sancti Iacob. filios exarsit inuidia? Hæc ille. Proditum
memoriæ Chariclem & Antiochum, fratres Ponticos, cùm
paterna inter se bona diuidenter, poculum argenteum con-
scidisse, vestemque medium dissecuisse, ut neuter altero di-
tior opulentiōrque rediret vnde illa Tragica detestatio apud
Plutarc. in Pyrrho: Συντῷ σιδηρῷ δῶμα διά λαχεῖν τὸς αἰθλ-
φερέσ, acuto ferro diuidant fratres domū. Sanè ij & similes fra-
tres adeò pertinaciter æqualitatem sectati sunt, ut vel ficos
non paterentur indiuisas, ex vetere verbo, σῦνται μεριζόμενοι, ficos
diuidere: Ex quo ille Martialis iocus in quinto,

Calliodorus habet censum (quis nescit?) equestrem,

Sexte, sed & fratrem Calliodorus habet,

Quadraginta secat qui dicit, σύνται μεριζόμενοι,

Vno credis equo posse sedere duos?

Aristot. Politic. 2. cap. 1. scribit vbiique ferè propter inæqua-
 litatē oriri suspiciones. Idem cap. seq. multa in idem confert
 argumentum. Suppetunt multa ex Iurisconsultis, sed nos alio
 properamus.

Funesta est arbor.] Videmus aliquando in magnatum ac no-
bilium sepulcralibus, & pollinctoris spargi cupressi frondes:
sed iste tamen ritus apud omnes nostrates non æquè celebra-
re. Plebei, dum parentant, salvia, hysopo, menta, buxo, &
nonnunquam apio vt solent, non alia ratione crediderim,
quam ad olentem mephitim auertendam, & tetram cariem

morticinæ. Quin & pueris, puerisque morte raptis exhibentur flores, & corollaria, fortè ad vitæ præcipitis marcorem annuendum. Cur verò Cupressus funeraria? an ob pariles ramos (vnde illi Græcum nomen) an quod mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres? hęc enim dominos seruis, & sceptra ligonibus æquat. quin sese in omnes habet Arithmetica proportione, ut quę nullam ferat ~~τροπαληνίαν~~.

Diffimile; similis conditione ligans.

quod argutus notat Lucianus dialogis mortuorū. Illud primè mihi obuium erat Martialis, lib. 6.

Sed mihi perpetua numquam moritura Cupresso.
Item Lucani 3. de bello ciuili,

Et non plebeios luctus testata Cupressus,

Tunc primum pressere comas.

Ad quicquid est opellæ, dum concinnare pergo, non verebor,
fretus dona studiosorum venia traducere huc carmina duo,
quæ dudum scripsoram in maiore otio, Primum illud ad viri
Principis epicedium:

Quam tibi cura salus patriæ fuit, optime princeps,

Hoc tua strenuitas, claraque gesta canunt.

Nempe tibi constanti animo, dum vita maneret,

Propositum fuerat vincere, siue mori.

Perpetuas ergo inferias tibi, magne, sacramus:

Signaque conspiciens palma, Cupressus erunt.

Alterum verò ~~γέωμηλον~~ habet non inuenustam, meo quidem
iudicio, Principio exili magnum capis incrementum:

Semine utimino proteras crescere plantas,

Et patulas altè luxuriare comas,

Vt penè umbriferam video assurgere filiam:

Magna parens verum scilicet edit opus.

Esentientiola multos emergere sensus

Noueris: egregium cernis Et istud opus.

Quercus.

EMBLEMA CXCIX.



G R A T A Ioui est quercus, qui nos seruat que fouetque:
seruanticiuem querna corona datur.

Aliud.

G L A N D E aluit veteres, sola nunc proficit umbra:
Sic quoque sic arbos officiosa Iouis.

Grata Ioui, &c.] Quercus Ioui sacra, qui Deus habebatur *Quercus;*
Opt. Max. in ea enim reddebat oracula in Dodona sylva. Vir- *sacra Ioui;*
gilius 2. Georgic. — *nemorūmque Ioui que maxima frondes*

Esculus, atque habue Gratis oracula quercus.

Claudian.2.de raptu:

Quercus amica Ioui. —

Huius autē glandibus prisci vescebantur ante frumēti vsum:
fiebat etiam ē fronde querna ciuica corona, quam ciuis ciui-

à quo seruatus esset in prælio, tamquam vitæ testem, salutis-
que perceptæ monumentū dabat. Fiebat etiam ex ilice: quod
genus superiori non admodum dissimile est. Gellius c. 6. lib. 5.
& Plin. cap. 4. 16.

Seruanti ciuem.] Lucan. in primo:

Seruati ciuis referentem premia querum.

Pivus & *Seruanti ciuem.] Corn. Tacit. 12. Annal. M. Ostorius seruati ci-
mictus, pro uis decus meruit & in 15. Si singulis manipularibus præcipua
mortis sym- seruati ciuis corona imperatoria manu tribueretur, quod il-
bolis.* lud, & quantum decus, ubi par eorum numerus adipiscere-
Ciuica do- tur, qui attulissent salutem & qui accepissent? Sed quia forte
notā omnibus non sunt quæ & quanta tribui solita essent ijs
nati qui. qui ciuicam meruissent, adjicete placet. Ea primum corona
vtebatur in spectaculis, induenti assurgi etiam à Senatu moris
erat & Senatui proximus erat assignatus locus. Ipsi munerum
vacatio, patrique & auo paterno dabatur, quod filium Rei-
pub. salutarem genuissent. At ne temerè daretur, leges latæ
sunt arctiores, nempe ut ciuis qui seruatus esset, seruatum se
esse fateretur: testes enim adhiberi nihil proderat; neque
si aliquem, alium quam Romanum ciuem seruasset, quam-
uis Regem. Is igitur honos quia in maximis esset, eum affe-
tarunt principes Romani, non probi modo, sed & scelerati,
ad eoque suis numismatis exprimi curarunt. Ut enim de ijs
taceam quibus merito is tributus honos fuit, in Cai Caligu-
la numo ciuica cum glandibus spectatur, cum litteris his
S. P. Q. R. PP. O^b C I V E S S E R V A T O S. Numius verò
Galbae imperatoris ciuicam habet cum inscriptione, S. P.
Q. R. O^b C. S. Eadem in Vitellij Germanici, in cuius me-
dio hæ litteræ, S. P. Q. R. O^b C I V. S E R. in numo au-
reo & alijs quibusdam, ciuica etiam Neroni ex S. C. dedi-
cata.

**Glandes
veteræ ci-
bi.**

*Glande aluit veteres.] Veteribus queruæ glandes victum præ-
buere: nunc verò arbor ipsa sola umbra prodest: quod con-
uerti potest ad veterem illam legem populo Iudaico à Moze
propositam, quæ æterni patris filius & seruator noster CHRI-
STVS expectabatur: cuius quidem spei fidem certissimam
cum nobis Christianis dederit, possumus atque prisci illi sub-
inde repetere, alios dpo's, reperta tandem, vel potins cuique
nostrum gratis concessa fruge omnium optima diuinissimá-
que, quam ab Euangelio decerpimus. In eam sententiam lusi-
aliquando Epigram:*

Glande patres aluit quercus, fagusq; vetustos:
Sed modò non cibis est, proficit umbra ramis.
Glandibus antiquis tantum fuit usa vetustas:
Frugibus inuenitis utimur. at quid id est?
Tradidit in sacro quæcumque volumine Moses,
Glans erat, & veterum pabula prisca patrum.
At largitor opum fruges inuenit I E S U S,
Et missa palea plurima grana dedit.
Umbra licet nobis lex sit vetus atque Propheta:
Sed non a lex C H R I S T Y viceror esto cibus.

Appendix.

Seruanti ciuem.] Claudianus de laudib. Stiliconis, 3.

Moserat in veterum castris, ut tempora quercu
Velaret, validis fuso qui viribus hoste
Casurum potuit morti subducere ciuem:
At tibi que poterit morituris ciuica reddi
Mænibus, aut quæ se pensabunt facta corone?

Glande aluit veteres.] Ouid. 4. Fastor.

Postmodo glans nata est, bene erat iam glande reperta,
Duraque magnificas quercus habebat opes.

sola nunc proficit umbra.] Vidi aliquando non improbum, ac ne quidem inficetum hominem qui hoc slecteret ad veteres monasteriorum bibliothecas, quæ superioribus seculis habebantur in pretio, quo tempore nondum typographi suam nobis artem commendassent: nunc enim membranæ veteres, & codices manuscripti exolescunt, & ferè sola se ostentatione ventitant antiquitatis malim ad corruptas traduci disciplinas, in quibus patrum æuo, omisso puriore bonarum artium succo, soli diabolares in scholis terebantur Holcotus, Bricotus, Anselmus, Buridanus, Floretus, Perchetus, Alexander de villa Dei, alijque id genus tenebriones, qui quasi glandibus vsi veras disciplinas ac priores fruges excerpere non potuerunt, reuocati suorum temporum barbarie. Sed hæc fortasse τάρεζα. Et placet ad finem adjici nostrum quæcumque de quercu & oliua carmen, si quis tamen hoc quoque si quis captus amore leget. id sic habet:

Quercus amica Ioui, potitur bona Pallas olina:
Illijs fruges, huiss & umbra placet.

Glans iuvat, umbra placet, prodest *Et/ fissile lignum,*

Frondibus ista viret, sic quoque fragrat odor.

Vtraque delectat nostris accommodarebus,

Vtraque secura & symbola pacis habet.

Quin & alterum grauioris argumenti non iam ostento, sed
committo candidis lectoribus, quo ego discriben inter Ec-
clesiam, & dominatum temporarium suum complexus:

Non bene conueniunt quercus, ole&q[ue] nec una

In scrobe plantantur, sine seruntur humo.

Si facias, unam necat altera conscientia cauſſe

Natura, id verum scilicet esse docet.

Cœlica miscerit numquam terrestribus equè.

Noveris: in cassum, qui facit ista, facit.

Salix.



Salix.

EMBLEMA CC.



Qvōd frugiferam salicem vocitarit Homerus,
Clitoris hominis mortibus adsimilat.

Homerus Odyss. 2. salicem ὄλεσίκαπον, ut etiam Theophrastus 3. De plantis. cap. 2 & 2 cap. 13. De caussis, ὄλεσίκαπον γένεται appellat, quod semen oxyssimè amittat, antequām omnino maturitatem sentiat, ut enarrat Plin. 16. cap. 29. Ideoque hydropotaru pōtest esse symbolum, quo referes il-

*Salix semī
amittit.*

Iud: Aquam bibens nihil boni partias. Si cautē Homerus, μανεξίτ' άγητοι καὶ ιτει αὐλεσίκαποι. Retulit idem ex Homero Stobaeus Serm. 100. ex Porphyrio, qui cum Plinio sentit, salicis fructum cum vino propinatum, sterilitatē inferre, genitale semen extinguere, ac sibidinis impetu marcore afficere. Pierius Hieroglyph. 52 idem omnino. & alia quædam de salice notavit: vt Älianu de hist. animal. 4. cap. 22.

Clitoris nostris.] qui vino non vntuntur. Plin. eniin 31. cap. 2. Clitorium lacum Arcadiæ aquā tali virtute imbutum ha-

Clitorius

*lacus ab illa
missus redire.*

bere dicit, ut qui ex ea biberint, vinum aspernentur. Ouid. 15.
Metamorph.

*Clitorio quicumque sitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.*


Itaque homines clitorij moribus appellamus abstemios. Meminerem quidem, κλειστορίας ειν, obsecnum verbum, id est esse ac τὰ ἡθὸν γωνικῶν ἀπόδια θυλαξίζεσθαι τὸν πόνον καὶ δέ περ, muliebria cōrectare. nam κλειστορίς, ut traditur ab Hesychio, est πόνον γωνικεῖον ἀπόδιον ἢ ψυχοδερπίς (mendosē ψυχοδερπίς, ut legitur in vulgatis Hesychij exemplaribus) καὶ νύμφη, καὶ μυρτοῦ, καὶ κλειστορίς, caruncula quædā musculosa in media parte τῆς ἀπόδιων γωνικείων. Itaque qui immoderatius muliebria contrectant, dicuntur κλειστορίας, nempe non tam φλεγτικοί, ut salaces, quam τῷ αὐτεργαστρικού παρτερι, qui venere licentiūs abutuntur, proindeque ad generandum inepti sunt. Quem ego germanum puto huius distichi sensum: non ut accipit iactabundus nescio quis & impudens plagiarius, qui bonam partem huius meæ commentationis sibi ante annos aliquot audacter & impunè vindicarat. Is, ut sibi videretur ingeniosior, κλειστορίας verbum ad venerem masculum retulit; Erasmi auctoritate ductus. sed in eo tamen dubius est Erasmus, neque id perspicue afferit, ut qui dumtaxat suum coniectaneum afferat.

Appendix.

Quod frugiperdam, &c.] In eos fortasse torseris qui laborant gonorrhæa, i. impuro seminis effluvio, quos adeò seminifluos ait D. Bernardus, & Canonistæ. Malim in eos flecti qui studijs inanibus delectantur. & nihil, yinquam profuturis, ut qui ad voluptatem meram referunt omnia, aut qui nefandis artibus ad sterilitatem venena propinant, non coniuges, sed fornicarij, ut ait B. Augustinus apud Gratianum in c. aliquando, 31. q. 2. Cæterum quod de salice, hîc, notauit Porphyrius apud Stobæum serm. 98. de quo & Marcellus Virgilii in Dioscoridem lib. 1. cap. 121. Itémque Hieronym. in Esaiam cap. 6. ad torrentem salicu[m] ducent eos, ut scilicet nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim seminis earum arborū esse naturam, ut qui illud in poculo hauserit, liberis careat. Vnde & sancti, qui propter peccata in confusione mundi huius esse cœperunt, salicibus Babyloniorum fluminum suspéndunt organa sua, Psal. 36. De clitorio fonte Victruius lib. 8. cap. 3. & Philander ad eundem.

Abies.

EMBLEMA CCC.



*Apta fretis abies in montibus editur altiss:
Est & in aduersis maxima commoditas.*

Plinius c. 10. lib. 16. In montibus editissimis nascitur abies, *Abies*,
ceu maria fugerit. quod hic transfertur in eos, qui vt ampliorem mercedem consequantur, pericula subite non refugiunt.
abies in montibus.] Sic Maro 7. Ecloga:

. *Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in horris,*
Populus in fluviis, *abies in montibus altiss.*

Idem 2. Aeneid.

— *erizam arlua palma*

Nascitur, *&* casus *abies visura marinos.*

Et Claudianus:

Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

in aduersis] locis contrarijs: dum enim abierte sit nauis in aquis fluctuans, videtur locum habere sibi contrarium. Sic Plinius, *Abies nauigij expedita. Situs in excelso montium, ceu*

maria fugerit, nec forma alia. materies verò præcipua trabibus. & plurimis vite operibus. Non piget Ambrosij ea de re, huc sententiam è. Hexaëmeron cap. 11. adijcere: Abies, inquit, non contenta terrenis radicibus atque aërio vertice, etiam casus maritimos tuto subitura remigio: nec solùm vētis, sed etiam fluctibus certatura processit.

Appendix.

Est ēt in aduersis maxima commoditas.] Illud Ouidij quadrat.

— *Apparet virtus arguiturq; malis.*

Si nihil aduersi patiens vidisset Vlysses,

Penelope felix, sed sine laude foret.

Nota est Plutarchi studiosa disputatio, quomodo quis ab inimicis utilitatem capiat. Sic est in natura hominum res aduersæ docent, prosperè sèpius efferant, πεδίματα, μαδίματα & nocumenta fiunt documenta. Possis huc traducere quæ priùs dicta sunt de persico arbore translatu facta meliore.



Picca.

EMBLEMA CCII.



*A t picea emittat nullos quod stirpe stolones,
illius est index, qui sine prole perit.*

Picea, quæ nullos emitit è sua stirpe stolones, hominem arguit, qui sine liberis vitam agat. De hac arbore satis multa Plin. lib. 16. cap. 10.

stolones.] Stolo, virgulta est ex arborum radicibus, aut truncо producta. Quid si conuertas in eos qui nullum sui monumentum relinquunt, sed eorum vita ac mors iuxta estimatur. *Stolo.*
ut ait Sallustius.

Appendix.

Vide an hoc quadret illud Senecæ, consolatione ad Martiam: Qui filios optat, nescit quas noxas optet. Id certè videri potest orbitatis symbolum, nisi noster hic malit alludere ad

consuetudinem iam olim receptam in medijs quorundam monachorum claustris, in quibus videre est proceras quasdā piceas coniferas, quæ sunt piñi species, perpetua viriditate conspicuas, quæ nec fructus, nec stolones educant, sed sola vmbra se commendant. Ego cùm aliquando rogarem causam, cur potius hanc plantam monachi in loco claustrorum conspicuo, quām alias quasdam frugiferas consererent, docuit me vir mī nimē malus, sed qu. tamen neque mare, neque litteras nosset id habere arcāni aliquid: nempe cùm ad preces antelucinas cucullati sodales summo manū accincti prodiret, si arboreū eam primo conspexerunt, rei omnis Venereā cogitatione immunes toto die fore. Quam suauem profectō & nimis dilatam opinionem viderint etiam ipsi cœ nobitę. At puto id citius in morem venisse, vt arbor ea index esset orbitalis, cui nomen dedere qui vitam religiosam profitentur, ait, absit inuidia dicto, id referre quodammodo vitam quorundam monachorum crediderim, qui, vt piceæ, neque fructum ferunt, neque stolones, sed sola vmbra (quid enim ijs longè multis præter vmbram?) proficiunt. Imò rides, & nimis uncis natibus innulges, ait aliquis. Certè, nam & ridendo dicere verum nil verat, & interdū arrepto miscemus s. ria ludo. At ea non fuit Alciati mens, neque consilium, vt bonos illos sodales sale isto aspergeret. Credo non id voluit: sed si viueret, mecum, vt opinor sentiret, sanèque rideret, quem non puto fuisse αγέλασον.



Cotonea.

EMBLEMĀ CCIII.



POMA nouis tribui debere Cydonia nuptis
 Dicitur antiquus constituisse Solon.
 Grata ori & Stomacho cum sint, ut & halitus illis
 sit suavis, blandus manet & ore lepos.

Plutarchus in Iasikois ὁρμητικόν ita scribit: Οὐαὶ Cotonea cui
 λαὸν ἐκέλευτον νύμελων τοῦ συγκρατητικοῦ μηδενὶ πονιστήσεις
 λον καθαρίσεις κατατεργήσαν, αἰνιπόλεων οὐδὲ εἴσικεν, ὅπερ δὲ
 ederentur. τοὺς ἀπὸ σόματος καὶ φωνῆς χάριν ἐνάρμοσον εἴτε πρώτης καὶ
 οὐδὲτερ: Solon iubebat sponsam cum sponso concubituram,
 prius edere malum cotoneum: innuens ea re, primam quæ
 ore & voce initur, gratiam concinna debere esse & suauem.
 Idem in Problematis ferè tradit. De Cotoneis Plin. 15. cap. 11.
 & 17. ne eorum sapore & odore eiusdem lib. cap. 28.

LL 1. iiiij


Appendix.

Bene quidem & sapienter illi videntur sensisse qui bonis auspicijs vtendum monuerunt. alioqui que malo sint cœpta principio vix est vt bono peragantur exitu vt apud Gratianum in c. principatus, i. q. i. Et plurimum interest, ait Val. Max quibus auspicijs inchoëtur negotium, & quo fine claudatur. Quare honestus amor cōiugalis suam debet imprimis habere. Sua delam, iucundos ac concinnos sermones, affabiliem conuictum, & vita re quicquid consuetudinem animorum ac voluntatum possit offendere. Bene quidem Plutarchus ēv γαυκολς θεωρηματι, scribit veteres Mercurium vna cum Venere coluisse, quo innuerent, maritalem cōiunctionē maximē indigere sermonis & orationis vsu ac ministerio. Non nisi grauis offensa quæ statim initio committitur, nec bene vñquā coalescunt animi, nisi sincēris illicijs, & affectu candido consolentur. Hæc quidem omnia veteribus ἀληγορικῶς excepta. Ceterum nēminem puto fugere apud varios varia fuisse visitata solemnia nuptiarum, quæ compara-ta fuisse ad morū videntur institutionem, sed alijs prætermisis, vnum hoc Q. Curtij placet adiungi, lib. 8. Rex medio cupiditatē ardore iussit adferri patris more panem: hoc erat apud Macedonas sanctissimum pignus amicitiae, quem diuīsum gladio uterque libabat. Credo eos qui gentis mores erudierunt, parco & paribili victu ostendere voluisse ingentibus opes quantulo contenti esse debeat.



Hedera.

EMBLEMA CCI. III.



H A V D Q V A Q V A M a r e s c e n s h e d e r æ e s t a r b u s c u l a , C i s s o
 Quæ p u e r o B a c c h u m d o n a d e d i s s e f e r u n t :
 Err a b u n d a , p r o c a x , a u r a t i s f u l u a c o r y m b i s ,
 Ex t e r i u s v i r i d i s , c a t e r a p a l l o r h a b e t .
 H i n c a p t i s v a t e s c i n g u n t s u a t e m p o r a s e r t i s :
 P a l l e s c u n t s t u d i j s , l a u s d i u r u n a v i r e t .

P Indarus in Olympijs , Bacchutn κισσός γον , id e s t h e d e -
 reum , vel hederaceum aut hederigerā appellat , quōd ei
 hedera dicata sit . Tradunt autem nonnulli Cissum adolescen -
 tem Liberi patris histriōnē saltatoremque fuisse : qui cūm
 Deo p r e s e n t e Thyalos exercebat , in quendam terræ hiatum
 casu lapsus interiit . Tellus autē cūm gratificari Baccho vel -
 let , florem produxit adolescenti cognominem . Legitur qui -
 dem primo epigrammatō;

Baccho sa -
cra hederai

Cissus , hi -
strio Bacch

κινσφιλὸν διόνυσον οὐαλλεται, αἰγίδη δὲ ζεύς.

Bacchus amat hederas, & Iuppiter agide gaudet.

Retulit autem in Atticis Pausanias κινσφιλὸν διόνυσον Bacchum appellatum, quod in ea Atticæ regionis parte, id est Acharnæ, primum hedera visa sit: quo loco statuæ etiam sunt hederæ. Sed & Homerus in hymnis κινσφιλὸν διόνυσον, id est, hedericomam vocat. Probus Grammaticus ait, in Cytherone sacra Liberi patris arcana tertio quoque anno celebrari solita. Liber autem cum Musis & Apolline esse perhibebatur, idcircoque ex hederæ eius fronde Poëtas coronari. Porro dicata est ei hedera, quod ut ea semper viret sic ille semper iuuenis; ut diximus initio: quamquam plerique referant ad ea sertæ seu corollas, quas post expeditionem Indicam circumtulisse Bacchus dicitur, Plinio teste lib. 16. cap. 4. unde & Dionysiacæ hedera dicta est, & Bacchica Ouid. Fastor. 6.

*Locus Plu-
sarchi.* Baccheracemiferos hedera redimite capillos.

Idem alibi corymbiferum eum nominat. Plutarchus tamen Symposiac. 3. sectione 2. Hederam dicit à Baccho sumptam, non ut auxilium esset aduersus ebrietatem, aut ut vino aduersam, quippè qui Methymnæum, à methy, quod vinum sonat, sese appellari voluit: sed ut vinosi vino vero destituti, hordeaceo potu pro vino utuntur, & è malis aut palmulis quædam sibivina conficiunt: ita qui hieme desideraret coronam vietam, quod tunc temporis vitæ nudam vidi, & folijs carætem, ob similitudinem quandam, hederam est amplexus. Nō possum connuentibus oculis subticere quod didici ex Poëtis Grecis, & eorumdem scoliastis, nempè vates appellari σάρχης, id est lauriuoros, vel lauro vescentes, aut laurum edentes: quò respexit Iuuenalis quadam Satyra, quò loco dixit,

— laurumque momordit.

Poëtis autem hederas decretas esse, cum Pierio, & alijs quibusdam doctioribus crediderim, ut vñà cum lauro permisceantur, non tam ut perpetuus vtriusque viror, qui diurna eorum scripta repræsentaret, in causa fuit, quam ut ostenderetur eos, qui digni hederis euasissent, laureamque meruisse, & arte & in genio excelluisse. Siquidē per laurum intelligebant insitam quandam ingenij vim ac venæ fecunditatem, Apollinis radijs vberem atque locupletem: per hederam vñrō artem & industriam peruigili labore partam. Huius quidem rei indicium est, quod hedera suapte natura sit tam im-

*Poeta &
vates
σάρχης.
gājai.*

Digni be-
deris.

*Lau-
ro, quid
intelligebat
veteres.
Hedera
quid.*

becilla, ut semper repere necesse haberet, nisi vel muro, vel plantæ, aut saxis hæreret, & pertinax conatu sese attolleret, ut tandem paulatim irrepens victrix euadat. Est autem operæ-
premium, utroque (arte scilicet & ingefio) si quis velit alijs
antecellere; quandoquidem mediocribus esse Poëtis, non
homines, non dij, non concessere columnæ, ut habet ille. Sed
& istuc aduentendum.

—ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os

Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Et, —ego nec studium sine duite vena

Nec rude quid possit video ingenium: alterius sic

Altera poscit operæ vis & coniurat amicè.

Procax] Donat. ad Hecvra in Terent. procax petacem si-
gnificat. procari enim nihil aliud est quam impudenter &
importun. petere, ait Nonius. Hinc procacitas, seu procacia,
ut in l. si traditio, C de action. emp.

Errabunda procax.] Ideo Plutarchus amorem hederæ ^{Amor he-}
confert: δένοις ὅστις ἐπορθώσας καθός, αὐτὸν εκ πάσου δια com-
paratū τοι επειρωτεύει. Ea est amoris vis ut non secus at ^{paratus.}
que hedera, valeat se applicare, arrepta omni occasio-
ne.

Exterius viridis.] Intelligit hederam nigrum quæ florem ^{Hedera ni-}
croceum habet, pulla folia. Id est hederæ nigrae folia parte
altera virescunt, altera pallescunt. Ne quid ad hæc requiras,
consule Plinium lib. 16. cap. 3. 4.

gra.

Hinc aptis.] Horatius 1. Catrinum:

Me doctarum hederæ premia frontium

Dys miscent superis.

Hedera
poeticis sa-
cra.

Idem in epistol. lib. 1. epist. 3.

Prima feres hederæ victricis premia.—

Virgilius in Eclogis.

Pastores hedera crescentem ornate Poëtam.

Quod ridet in Satyrarum vestibulo Persius: ait enim,

Heliconidas que pallidamque Pirenem

Illis relinquo, quorum imagines lambunt

Hedera sequaces.

Pallescunt undique.] Sicuti errabunda tenaxque hedera sen- ^{Fama do-}
sim altum conscendit, exterius virescens, in cæteris pallida ^{ctorum.}
& aureos corymbos ex se producit: ita Poëtis suis laboribus
humo pedetentim sese afferunt: & quamquam assiduo studio
pallidi sint, fama tamen ex scriptis & ingenio concitata sem-

per virent: quippè qui aureos eruditionis & doctrinæ fructus parturiant.

Appendix.

Hinc aptis vates cingunt.] Sic Ouid.i. Trist.6.eleg.

Si quis habes nostris similes in imagine vultus,

Deme meis hederas, Bacchica sarta comis:

Ista decent lētos felicia sarta poētas,

Temporibus non est apta corona meis.

Idem 5. de Ponto, 4.eleg.

Tu tamen è sacrī hederæ cultoribus unum

Numine debueras sustinuisse tuo.

Idēmque 3.artis, vbi queritur poētas sine honore esse,

Nunc hederæ sine honore iacent.



Ilex.

EMBLEMA CCV.



DVRITIE. nimis quod sese rumperet, iles,
symbola ciuitatis seditionis habet.

MVTUATUS est huius distichi argumentum ex Aristot. Rhetic. lib. 3. Pericles, inquit ille, Boeotios illicibus esse similes dixit. vt enim ilices sese vicissim grangunt: ita Boeotios inter se praeliari. Græcè ita: καὶ εἰς Βοιωτούς ὅπερ μοιοῖτοις αφίγοντες τοὺς τε γῆς αγενάς νόσοις αὐτῶν καταχόπεδος, καὶ τοὺς Βοιωτούς πρὸς ἀλλήλους μαχομένοις.

Seditiosi duræque ceruicis homines, quos ciuitas frangas Ilex, nota seditione- quām flectas aut corrigas, suo magno malo efficiunt quod rūmis. iles, cuius tanta durities est, vt non nisi magna difficultate proscindi queat, nisi etiam per se fatiscat & diffundatur. Proterui enim, quibus seditio & turbatus Reipublicæ status cor-di est, cùm numquam possint cum alij conuenire, s' penu-

mero à reliquo ciuitatis corpore quasi agmine facto, discedunt: & tandem cùm non nihil dissentit à sua factione, facilimè corripit, suorumque flagitorum pœnas luunt. Naturam huius arboris repece ex Plinij 15. cap 8.

Appendix.

Duri nimia.] Poëta in eclogis, argutam illicem ait, hoc est stridulā Horatius pro nota fortis animi usurpauit 4. Carm. 4.

Duri ut ilex tonsa bipennibus, Et c.

Id revocat in mentem quod Plin. obseruat lib. Historiæ rerum 16. cap 16. nuces pinus, quæ se in ipsa arbore præ nimia, aut potius præpropera maturitate diuisere, Zamias appellari, & nisi detrahantur, ceteras lñdere. Hoc nos ipsi Franciadæ vidimus. sensimus, expressimus, maximo nostro malo non ita pridē, cùm plebs stupēs quasi medio intertegno fureret, nihil præter patriæ exitium affectaret, honis quibusque & pacis studiosis aut mortem aut exsilium minaretur, vel extrema quæque discrimina etiam morte duriora intentaret. Qui furentum hominum impetus numquam sisti aut cohiberi posse videbatur, nisi factio ipsa discissa, ac in se diuisa primùm fomenta ac semina discordiarum retardasset. Nam hoc nouū portenti genus & exemplum insolens edidere turbulenti, vt de ijs peius meriti sint qui suæ cōiurationi nomē derant, quam alij qui contrà palam stetissent. Ita rabie perciti sibi ipsis vim attulerunt, seseque confoderunt, & in exitiū spontaneū coniecerunt. At verò quam innumerabiles ex ijs qui de vita potius, quam de sententia decedere maluerint? imo supersunt adhuc qui restringit motuū incendijs animū tamen armatum retineant; & nescio quid mussant adhuc, cùm aperte eloqui non audeant.

Malus Medica.

EMBLEMA CCVI.



A V R E A sunt Veneris poma hæciucundus amaror.
Indicat, est Græcis sic γλυκύπηρος amor.

Medica malus, quæ & Citrus, & apud nostros ob aliquam-
cum auro similitudinem nomen reperit, nō inconcini-
nè amoris potest esse nota. Est enim coloris aurei, dulcis qui-
dem & austeri non nihil saporis habet, sed amari corticis: ita
turpis voluptas primo blandiens aspectu, tota videtur aurea,
sed ubi gustu dulce dedit, amarum ad satietatem usque agge-
rit, quod γλυκύπηρος nomen indicat. Plato itaque prescribit
Marsilius in Symposium, amorē rem amarā vocat, nec certe
iniuria, quia moritur quisquis amat. Hunc & Orpheus Amor
γλυκόπηρον id est, dulce amarum nominat; quippe cùm γλυκό-
amor mors voluntaria sit. Ut mors est, amara res est; ut πάχθε-

Citrus
Ameris
Symbolum;

Amor

volutaria, dulcis. moritur autem quisquis amat. Hæc Mars. Ficinus.

incundus amaror.] Paronomasia elegans, quām lepidè usur-
pauit aliqui è recentibus ita:

Non amor antiquo fuerat, sed amaror ab aeo

Dicendus, cum sit semper amarus amor.

γλυκύπικρος amor.] sic Musæus:

ἴδη καὶ γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον εὐωτών.

Iam & dulcem amarum acceperat aculeum amorum.

& apud Hephaestionem Sappho ait:

ἔρως γλυκύπικρον ὀμόχαρον ὄφετον,

Amor dulciamara ani: inexpugnabilis.

voluptas eadem ratione *γλυκύδυμία* dicitur. Huc Prouer-
bium, *Amaro dulce misum. De amore qui γλυκύπικρος* appell-
latur, Plutarchus s. *Sympol. prob. 7.*

Appendix.

Hanc *γλυκύπικρότητα* in Lyde Horat. expressit Od. 13.
lib. I.

Vror seu tibi candidos turparunt humeros immodicae micro-

Rixa: siue puer furens impresit memorem dentelabris notam:

Non si mesatis audias, Speres perpetuum dulcia barbarè

Lædentem oscula, quæ Venus Quinta parte sui neclaris imbuvis.

Idem oda 19. sequenti,

Vrit me Glycerantor, Splendentis Pario marmore purius:

Vrit grata proteruitas, Et vultus niniūm lubricus aspici,

In me tota, tuens Venus Cyprum deseravit, &c.

Plautus Cassinæ: Vbi amor rudimentum inerit, cuius placi-
tum eredo, neque salsum prorsus, neque suave esse potest
quicquam, vbi amor non admiscetur: fel quod est amarum,
id lene faciet: hominem ex tristi lepidum & lenem.

BUXUS.

EMBLEMA CCVII.



PERPETVO viridis, crispóque cacumine buxus,
 Vnde est disparibus fistula facta modis,
 Delicijs apta est teneris & amantibus arbor:
 Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

BUXUS quorundam amabitum vitam & conditionē refert. *Amentum condici per buxum re-presentat;*
 Ut enim est fronde semper viridi & pallida, ex cuius etiā ligno fistulæ optimæ conficiuntur: ita interno quodam vigore & vernatis ætatis affectu viuunt quicquidem se amori dedūt; pallorem tamen contrahunt, huic affectui peculiarem, quod singulis penè momentis reformident, ne spe cōcepta cadant, vel turpem quam sibi singunt, repulsam patientur. At quidem

M M m

nihilominus hilarem præse vultum ferunt, vt blādum & festuum sermonem, semp̄que aliquid cantuum, aut legunt taciti aut meditantur studio, vel etiam scribunt aut recitāt ad pellendos ex animo mæores, aut exprimēda ea quæ ipsi cōcipiunt.

crispōque cacumine buxus.] Hūic proximum illud Claudiani 2. de raptu:

— *hic denso crispa ta cacumine buxus.*

disparibus fistula.] Virgil. 2. Ecloga:

Est mihi disparibus septem compacta cicutis

Fistula. —

Ouid. 8. Metamorph.

— *sic rustica quondam*

Fistula dissiparibus pausatim surgit avenis.

Idem loco alio de tibia buxea:

Longaque mulifori delestat tibia buxi.

Deicys teneris] amoribus blandis, & aliquādo turpibus voluptatibus. Ouidius se tenerorum lusorem amorum vocat.

palloris nest illi.] Martial. 11. lib. 32.

Et non recenti pallidus magis buxo.

Amantes pallidi cur. *pallet & omnis amans.]* Cur amantes paleant, rationē aperit Ficin Commentar. in Platonis Coniuicium. In priapeijs,

Vuis aridior puella passis,

Buxo pallidior, nouaque cera.

Ouidius 2. Metamorph.

— *cui protinus intima frigus*

Offa receperunt, buxoque simillimus ora

Pallor obit. Et 4. Metamorph.

— *oraque buxo*

Pallidiora gerens exhorruit.

Idem in amatorijs:

Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti.

Catullus de amasio quodam:

— *inaurata pallidior statua.*

Horat. 7. Carmin. 10.

Nectintus viola pallor amantium.

Lucus D. Ambrosij. D. Ambrosius lib. 3. in Hexaëmeron cap. 13. hæc de Buxo: Buxus elementorū apicibus utilis exprimendis: leui materia vsum manus puerilis informat, vnde ait Scriptura: Scribe in buxo, simul vt admoneat te ipsa materia quæ semper viret, nec vñquā folijs exiuit suis; nec vñquam spei tuæ dissimu-

latione nuderis: sed semper tibi per fidem germinet spes salutis Apuleius i De Asino aur. Eumque audie esitantē aspiciēs, aliquanto inferiore macie atque pallore buxeo deficiente video. Idem lib. 8. At ille modicum cōmoratus, refert sese buxantique pallore trepidus, mira super conseruo suo renūtiat. Claudiani illud non est alienum à pallore amantum, qui de nuptijs Honorij & Mar. gratus amiantum pallor. Et Naso 4. Metam.

— *Palles: facit hunc amor ipse colorem.*

Appendix:

Ouid. 6. fastor.

*Prima terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret, effici tibia longa sonos.*


Phrygum tibias è buxo fuisse memini, Afrorum è Icto, apud Iul. Pollucem Virgil. in Ciri, Phrygiam tibiam buxum barbaricum nominat. Idem Ouid. 4. Metamorph.

— *palles: facit hunc amor ipse colorem.*

Sed quid ad emblema? Buxus perpetuò vernal, èrispo cacumine, & è cuius ligno bona fistula tornantur. quod Amatorū vitam symbolicōs representat virorū spēi symbolū, & quid non speiant miseri amantes? sed id quicquid est amorū, omne ad fistulas, resque nugatorias impenditur, puta versus amatorios & cantilenas, quibus ociosorum & languentium occupatur animus. Q: in pallescunt amantes, inter spēm metūque dubij.

Amygdalus.

EMBLEMA CCVIII.



CVR properans folijs præmittis amygdale flores?
Odi pupilos præcocis ingenij.

Floret prima omnium amygdala mense Ianuario, Martis
verò pomum mutarat. Plin. 25. cap. 16. quod torquetur in
illud ingeniorum velut præcox, genus, quod nō temerè un-
quam peruenit ad frugem, ait Fab. lib. I. cap. 3. Sunt enim
qui tamen quanto ætate fiunt proiectiores, tanto minus cō-
plete sunt, ita ut ad solidam eruditionem vix aliquando per-
ueniant. Eam ob rem vulgo penè apud omnes creditum, eos,
quibus sit ingenium tam præcox & præmaturum, aut insanos

fore, aut non diu victuros Proinde Actius apud Gell. 13 c. 2. ait, in iuuenilibus ingenij itidem sibi placere, ut in pomis immaturis acerbitas ipsa placet; ea enim deum maturescere (maturitas enim tempestiuam adfert suavitatem) reliqua an- De Hermo-
te tempus putrescere. Id quidem obseruatū maximē fuisse ^{3^{er} Rheto-}
^{re mirum} in Hermogene tradunt, cui viridum pubescentiam admirabilem ingenij & memoriae vim fuisse dicunt, ut annos natus octodecim artem Rheticam conscriperit, quae ab omnibus admodum commendatur: quem etiā declamantē aliquando Musonius Philosophus grauissimus audire non refugit, quemadmodū nec M. Imperator. At cùm annum quartum & vicesimū attigisset, mēte lapsus dicitur, omniumq; penè rerū oblitus nulla euidēti causa, Praeclara Lysiat vox oratoris cùm diceret se nolle conscribere quæ festinatio præcipitasset, οὐ ξούλοφας ἔγωγε σωτά ήσν επευθύνε. quod tortum apparet in eos qui nimium præcipitatem stylo edunt, seu potius euomunt quæ nondum bellè concoxerunt. Non minus lepidè Synesius cùm diceret eos qui sibi in stylo indulgerent, cęca & subuentanea parere: nec enim incubando fouere orationem eos quibus necesse est vomere, fieri namque stylum evanidū & εξίτηλον: qui non congrua temporis mora dictioñem elimat: nam quod in fœtu immaturo solet accidere, abortit; eo que fieri solet, ut abortus eiusmodi nihil pariat quod sit vitaile, integrū, diuturnū. Philostratus tradit in Sophistis, cùm M. Antoninus fama excitus Aristidis Smyrnæi, audire ipsum dissenserent vellet, dixisse: Hodie proponito, & eras auditio; neque enim sumus è numero vomentium, sed exacta cura e laborantium, id est, τήμερον πρόσελε, καὶ ἀνηρισν ἀκροῖς, καὶ γραψοῦσι μούντων, ἀλλὰ τῆς ἀκριβοῦτων. Huc spectat adagia, Ante barbam doces senes: &c., Odi puerulos præcoci sapientia. cuius postremi meminit Apul. 1. orat. pro se, sed alio torqueat. De Hermogene cuius ante memini, hoc iactatum olim, εν παισι γέρων, καὶ γέρουσι παισι: quo elogio sunt qui laudatū adolescētis ingeniu putent, sunt etiam qui non probatum omnino suspicentur & quidē, ut est apud Menandru,

• παρ' ἄλικαν νοῦς, μήσ οξειδεῖται,

mens præcox odiosa.


Cur properans.] Properare aliud est quam festinare, ait Nonnius: qui enim unūquodque maturē trāsigit, is properat: qui multa simul incipit, neq; perficit, is festinat. Sic omnino Catō, oratione De suis virtutibus, ut apud Gell. legimus, lib. 16. cap. 14.

Appendix.

M. Tullius 2. de Oratore: Non potest in eo esse fructus diuturnus quod nimis celeriter est maturitatem assecus: Non minus sapienter sub persona cuiusdam Q. Curtius: Nullum esse eundem & diuturnum, & precocem fructum. Memini alias adagij veteris, Canem festinante cæcos parecatus. Et in rerum natura præcocem, nimisque celerem cucurbitam se in altum cacumē breui admodum spatio temporis efferre, & de se quid magni promittere, sed leui momento deficere. Et qualia censeras animalia *μετρόσια*, quæ tam prosperè occidunt quām nascuntur? Alcestidi obiectū à poëta vano legimus, quod non nisi versus tres immenso labore consideret: at iactator dicebat centum: Bene inquit Alcestis, nam trii in triduum tantummodo: mei verò in omne ævum sufficient, testis Val. Max lib. 3. cap. 7. Nos ad ingenia præmatura cum Alciato id flestimus, magna pollicentes primuo ætatis flore, sed postmodum languescunt aut debilitantur. Spem eam lactant patres nimis indulgentes, aut stulti magistri, qui adolescentulos sibi concreditos fouent spe illa plerūq; fallaci ac stolida, qua imbuti tenelli animi labores abijciunt, vel studia ipsa deserunt, quia se iam putant consecutos cum vix per somnium doctrinæ solidæ gustum perceperint. Atqui ut plantarum, sic & ingeniorum sua tempestiuitas exspectatur, quibus si vis ante tempus iniicitur nūquam matuerescunt. Dixit veterū unus nihil sibi videri inamabilius, quam sit stultitia diligens, hoc est, *μετρόσια*, quæ contra naturæ leges cœpto nondum vere autumnum cogitat. Sic enim nondum bene delibatis rei Grammaticæ primordijs statim properant ad Logicas subtilitates manibus illotis, aut scholas iuris nullo pudore irrumptū, vel alias graues disciplinas impatriati adgrediuntur. Bene olim ac sapienter constitutum à maioribus, qui scholam Parisiensem bonis moribus ac legibus informarunt, ut annorum aliquot exactis spatijs, studiorum curricula exigerentur: collegia priuata per certas decurias (classes appellant vulgo) tribuerentur: superiores collegiorum ordines, Theologorum nempè, Iurisprudētum, Medicorum suis legibus continerentur, quorsum enim ad gradus Scholasticos promotiones non nisi statis temporibus cuiquā

affectandas? Et quid, ut de alijs taceam, censente principe Iustiniano quinquennium præstitutū studiosis Iuris? vel quid primo anno, Iustinianei noui nuncupati, dein decretales, Papinianistæ, Lytæ, Prolytæ, nisi quod censuerit studia non nisi maturè ineunda & perficienda? Sic enim ad honorum gradus euecti iam olim qui exacto legitimo studio fructum disciplinæ principis expressissent, nō vt hodie fieri solemne per saltum, ut ita dixerim, datisque pecunijs, non virtute, sed ambitu occupatur tituli magnifici, quibus impensè multi nunc temporis intumescunt, sed imprimis qui non esse, sed videri volunt. Plinius Secundus suo æuo non ab re succensebat nouitij aduocatis, obseuris & ineptis qui nimis irreuerenter ac temerè ad centumuiralia iudicia irreperent: sed istud cacochæthes pridem nostrorum hominum animos occupauit, ut studiorum herbas amputare malint, quam segetem exspectare. Et sic fere fit, ut quod Menedemus Eretiensis de ijs dictabat, qui studiorum caussa Athenas concederent, primo anno philosophos, secundo Rhetoras, tertio rerum omnium imperitos: ita de nostris longè multis pridem iaculatum accepimus, primo anno Bacalaureos dici, secundo Licentiatos, tertio Doctores, quarto nihil censeri, & in magna rerum ignorantie versari. Contrà nihil desperandū putamus de ijs qui primò tardiores, certeque rudiores, & in quibus vis ingenij viuida non statim erumpit. Hoc enim de se Actius tragicus iunior. apud Pacuuium seniorem iudicauit, Gellio teste lib. 13. cap. 2. Actius enim Atreum tragœdiā quam scripserat, Pacuuius legendam dederat. senex ille statim pronunciauit grandia quædam sibi videri & sonora, duriora, & nondum matura satis. Ita sentio, inquit Actius: neque me pœnitet: meliora enim spero fore quæ sum postea scripturus.

MMm iij



Morus.

EMBLEMA CCIX.



S E R I O R at morus numquam nisi frigore lapsò
Germinat: & sapiens nomina falsa gerit.

*Morus us-
de dicta sit.*

Morus quasi μῶρος quibusdam dicitur, quod nigra sit: Malij à mora, id est, tarditate deriuant, quod arborum postrema floreat. Nonnulli κατὰ ἀντίογονον, Morū quasi μῶρον appellatam existimant, id est, stultam, cum præ cæteris prudentissima esse videatur. Sic enim Plin.lib.16. cap.25. Nouissima, inquit, urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum: sed cum cœpit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, ut vna nocte peragat etiam cum strepitu Hæc Plinius. Ea itaque prudentia gerit symbolum, ait Pierius lib.52. quod ne aëris iniuria lœdat, tempestiuam & commodam occasionem prestat.

videatur. Nam ubi primū leniores & mitiores aliquantūm
puræ spirauere, crumpunt germina. & flores exsinguant ma-
gna interdum strage ob temporis inconstitiam. Ne autem
pruna ledī possit, quem hostem sibi perniciosum agnoscit,
non antē germinat quām frigus penitus lapsum fuerit, atque
ad amēnissima adulti veris tempora peruentum omnino sit.
Ita vir prudens grauiora negotia, & consilia omnia consultō
prorogat: neque ante tempus sese effert, sed maturam occa-
sionem circa noctā & periculum expeccat. Huc facit prouer-
biū, Maturior moro.

*Prudentia
symbolum
morus.*

Appendix.

Politianus Rustico,

Mox ubi iam sapiens ap̄it frondescere morus,

Ante quidem sapiens, nunc ambitiosa.

Exemplo Brutii Iunij qui ad tempus stulticiam simulauit, sed
maturè tandem virtute singulari Tarquinios expulit: quare
Bruti nomen non æque illi impositū. Sic & Fabij Quinti di-
ctatoris, qui procaci cauillo cunctator audiret, tamen cunctā-
do rem restituit, ait Ennius apud Tullium, Et non ponebat
rumores ante salutem, Occasione symbolorum amigdali &
mori, quę noster hic ingeniose opponit, nos aliquando effu-
dimus eiusdem penè argumenti carmen, ad hunc modum:

Glaucā salix properat, sed multū tardas olinas;

Illa perit cītius, sed valet ista diu,

Ingenium precox festinas præpere cursu,

Sic etiam ad frugem vix bene perueniet.

Tardior at multò nunquam nisi tempore venit

Natura, at multò sit magis illa tenax.



Laurus.

EMBLEMA CCX.



PRAESEA venturi, laurus fert signa salutis:
Subdit a puluillo somnia vera facit.

Laurus uel
yfemij nota.

A Phthonius Rhetor Laurum vaticinij symbolum esse prodidit: id circò veteres μαρπηδ' ουτὸν Laurum dixerunt, & Apollini diuinationis Deo sacram putarunt. Si enī strepitu quodam in igne crepusset, felicitatem portendebat. Adhæc puluillo supposita dormientium, somniorum veritatem conciliare putatur, ut libris magicis proditum accipimus. Et quidem olim in maleficijs amatorijs incendi laurus, & aliqua religione in ignem coniuncti solebat, tanquam amantium querimonias repræsentans. adag. Clamosior lauro ardente: quod videtur significasse his verbis Tibullus, *Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni*. si verò tacita cōflagrasset, habebatur inauspicatissimum, ut ipse metait:

Et taceat extincto laurus adiusta foco.

Sagyn Plerique hinc sagyn dictam putant, à & intensua particula unde dicta. & γενέω, quod est cano & voco. quod in igne sonitum & crea-

pitum edat: ut Latini à la, particula, quam etiam dicunt habere vim intendendi, & vero, ut significatione conueniat, non voce. Huc pertinet ex Lucilio illud à Macrobio citatum libro sexto Saturn. cap. 4.

Ne res ullam magis quam Phœbi Delphica laurus
Terribilis onitu flamma crepitante crematur.
Præscia venture.] sic videtur legendum potius,
Præscia venturi laurus, fert signa salutis;
Et apud Claudian. 2. de raptu Proserp.
— venturi præscia laurus.
Fluctuat. —

Aliud.

D E R E T V R Carlo superatis laurea Pœnis:
Vlætrices ornent talia sertæ comas.

Carolo V. victoriæ Thunis referenti laurea corona dñe-
chetur, quam triumphantes antiquitùs gestabant. Plinius
15. cap. vlt. idemque miras lauri virtutes lib. 22. cap. 8. Urbem
eam ab imperatore Carolo expugnatam anno 1535. reuptam.
Barbarossa, sub que regi tandem restitutam, à patribus non
ita dudum accepimus, qua de victoria libri editi circunfe-
runtur.

Pœni.] Pœni fuere Carthaginenses: quo nomine Thunos
intelligit vel Thunenses, qui eam regionem incolunt, in Pœni, Th-
qua olim Carthago fuit ut scriptores quidam tradunt, quorū
in numero est Pacchimerius: qui tamen erroris conuincitur
ab alijs quibusdam studiosis antiquitatum Ea enim vrbs Pto-
lemeo est ποντος: Strabonι πόνη, ut Tunicēse oppidū Plinio.
Quia verò fortè Tunetum, vel ut alij Tunitum, digna mo-
numentis litterarū ciuitas est, addo quæ sequuntur in studio-
sorū gratiam Tunetum itaque Scipionis ætate tumulus erat
editor, vnde ille spectauit Carthaginenses ad classem Ro-
manorum exurendam accinctos. Post excisam Carthaginem,
eam incoluerunt pulsi à Romanis patriaque carere coacti
quam ob causam amplificata illa fuit, adeo vt noua Carthago
diceretur Apuleius eam nominat Augustam amplissimam
& honorificentissimam, in ea fuere viri literatissimi & gym-
nasium celebre, in quo profitetur se contendisse D. Augustus.
Aberat olim à Carthagine duodecim fermè passum milibus,

Iocus tum arte, tum natura suapte tutus & qui à Carthagine
conspici & præbere conspectum tum ad urbem tum ad cir-
cunfusum mare urbi posset. Doza epist. 51. in Africa oppres-
sis Tunetibus graniter premitur Golotta quam olim fuisse
voluit Carthaginis portum.

Appendix.

*Victores ornent talia signa comes.] Horat. initio 2. Carm. de
Pollione Asinio,*

*Cui Laurus eternos honores
Dalmatico peperit triumpho.*

De corona Laurea triumphis aptata Ouid. i. Metamorph. vbi
de puella fugiente Apollinē in Laurum transformata. Quid
ea de re sentiant Mythologi, viderint alij. Q. Curtius lib. 4.
dextera præferēt Lauream haud dubium victoriæ auspiciū,
de hoc satis. Id me obiter vnum mquet, quod Poëtæ sibi he-
deram tribuunt, arborem infrugiferam, solōque virore per-
petuo celebrem, de hoc facile transilio aliorum coniectanea,
& non displicet cuiusdā nō illepidum ea de re carmen, quod
excepit aliquando ex ore dicentis:

Quid Lauri sine honore vivent? quia dia poësis,

Despiciunt lauris, principibusq; viris.

Nempe poëta bonus non laurum poscit, at aurum,

Nec modò, si sapiat, esse poëta velit.



Populus alba.

EMBLEMA CCLIII.



*HERCULEOS crines bicolor quod populus ornet,
Temporis alternat nocte que diesque vices.*

POpulum albam Herculi sacram Plinius tradit c. 1. lib. 12. *Populus alba.*
& lib. 16. cap. 23. Hæc quod sit folio semper tremulo, su- *be.*
pernè candicanti, & inferiori parte viridi, temporis mo- *Herculi sa-*
tum continuum in diem clarum, & obscuram noctem distri- *cras,*
butum repræsentat. Sic autem Plinius: *Populus alia alba, alia*
nigra, alia quæ Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima,
fungisque enascentibus laudatissima. Alba folio bicolor, su-
pernè candicans, inferiori parte viridi. Hanc albam populum
Herculi indigeni sacram, idē Plin. scribit, & Virgil. Ecloga 7.

Populus Alcide græsisima, vitis Iaccho.

Adhæc Lilius Gyraldus Syntagm. 17. hist. Deorum, hos Vir-
giliara auctoritate reprehēdit, qui tradunt eos sola lauro co-

tonari solitos qui ad aram maximam Herculi sacra facerent.
Sic enim Virgil. in 8:

— *Herculea bicolor cùm populus umbra*

Velauitq; comas, foliisque innexa pependit.

Et paulò post:

Populeis adjunt euicti tempora ramis.

Hoc quidem vedit diligentissime Pierius lib. 52. qui populo arbore tēpus significari ait quod sit bicoloribus folijs, quippe quæ diem ac noctem referre videatur. Quinetiam hec habet populus commune cum tempore, quod eiusolia post solstitium circum aguntur nec vlo arguento certius intellegitur sidus confectum. Sunt quidem pleræque arbores, quæ duorum colorum folia habeant, vt sunt oleæ, salices, citri: in illis tamen color penè idē, licet ab una parte dilutior, altera densior atque coloratior habeatur. In populo vero alba præsertim, candor una ex parte penè niueus ac cerussatus, ex altera porracei folij instar vitidissimus. Eius arboris coronam gestasse Herculem narrant, cùm ad inferos descendit, eamq; partem quæ foris esset conspicua, fuligine tetri chaüs obscuratam, quæ condebatur interius, sudore ablutam candidiorē evanisse. Secus habet Pausaniās. Sed omnes hasce opiniones figillatim recensere vt non animus, sic non video quā sit necesse.

Appendix.

Apud Horatium i. Carm. Teucer, cum Salamina, patremque fugeret,

Tempora populea fertur vinclisse corona,

Vices temporum, ac fortunæ designans. quod idē Horatius ad Canidiam Epodo; citra figuram arguit his verbis,

Vrgit diem nox, & dies noctem.

Populeam coronam ad signum fortitudinis traxit Ouidius epistola Deianiræ Herculi:

Ausus es hirsutus mitra redimire capillos!

Aptior Herculea populus alba come.

Sed nos ne quid antiqui sinamus intactum, Athenagoras, Atheniensis Philosophus, Apologia pro Christianis, eo loci vbi deorum gentilium monstrositatem arguit, exempla quædam confert, sed primum Herculis, gigantum alterum, & tertium Proserpinæ. Herculem Deum inuolutum draconē

*Populus ar-
bor, iēpori
himbulum.*

ex Orpheo dicit: eumdem cum Orpheo, κοσμωρνιαν refe-
rens, ita describit, ut alterum caput habere à natura leonis
dicat: & inter alia duo, quorum unum est draconis, alterum
leonis, medium caput Dei sit, hunc Herculem tempus fuisse
nominatum, & onus prægrande ait posuisse: quæ physicis
rationibus utrinque constant, ut solent reliquæ Græcorum
fabulæ Probus Grammaticus commentarijs in Virgilium te-
statur physicos Herculem tempus interpretari, id est que illi
populum arborem ἀλιγορικῶς assignari, quod bicolor sit:
quæ hac ratione partes temporis indicet diei scilicet ac no-
ctis. Et serpentein seu draconem conuolutum temporis ha-
bere symbolum, in semetipsum reuoluti, notius est quam
ut testimonij egeat. Tria igitur Herculis capita, tria sunt in-
terualla temporis, præteritum, præsens, futurum. At præteri-
tum quidem rectè per leonis caput exprimi, cùm eius pos-
sessionem scriptis ac memoria firmissimam homines teneant:
futurum per draconis caput. Ut enim futura prospicimus,
ita nullum animal est quod acutius videat: nam & draco à vi-
dendo dicitur nempe δέρεσθη. Præsens porrò tempus per Dei
caput exprimitur, quia Deus, qui tempori subiectus non est,
neque præteritum, neque futurū sentit, sed in præsenti sem-
per est. Quod autem hic Hercules prægrande onus posuerit,
vnde cœlum & terra originem duxerit, hoc significat, hunc
mundum, & quæ in eo sunt omnia temporis esse subiecta: ini-
tium scilicet cepisse, & proinde habitura finem. Deum vero
eius conditorem solum esse immortalem. Macrob. I. Satur-
nal cap. 20. Herculem, tempus esse ex professo tradit, & Os-
ridis imaginem tricipitem describit, quem & Herculem, &
Solem nominat. Verum hinc iam terminus hæreat, & nos ut
laboris diutini, sic quietis vices experiamur: quin his absolu-
tis commentationum aduersarijs, & quasi codicillis opera tu-
multuaria cōscriptis, ad Iuris pristina studia reuocemus ani-
mum: Et speramus nobis certè condonaturos studiosos si in
ista rerum variété quid incautis nobis exciderit, aut nō sa-
tis opportunè conceptum sit, vel secus positum quam debuer-
it, eò quod properantibus multa præteruolent. Scio plerisque
nostris officere luminibus nimis delicatos, & defixos vni
Tulliano characteri, vel paucorum eius generis, quibus non
placeat vel Cassiodorus, cuius pergraues sententias non raro
comparaui, quæ ad rem facere viderentur, vel Gratianus ca-
nonum concinnator minime pœnitendus, imo quibus fasti-

diosis lectoribus iuris Romani gnomæ pulcerrimæ displi-
ceant, & quas cùm audiunt, se in nouas insulas putant able-
gatos. hos nihil motor inquam, nec pili facio si quid supina
& caprata fronte de his collectaneis pronuncient. Et quantæ
mihi curæ si nitidi, benéque pexi vel quid mussēt, aut deside-
rent ad rerum adeò variarum pulcritudinem augendam? Pal-
ma in medio posita est, eam arripiat qui possit. Interea libe-
rum esto cuique vel nostris uti candidè, sicuti opus habeat,

— si quis et amen haec quoque, si quis

Captus amore leget:

vel reperire meliora, nec ita indignanter fastidire quod qui-
busdam fortasse prōdelle possit. nocere nemini.

TIBI VNI CHRISTE,
OPT. MAX. GLORIA.





GRÆCORVM EPIGRAMMATVM,
QVÆ PASSIM IN HIS COMMENTA-
RIS OCCURRUNT, EXPLICATIO DUPLEX, AD VERBUM UNI:
CARMINE ALTERA.

CLAVDIO MINOE, Iuriscons. interprete,

LECTORI PHILOLOGO.

PIGRAMMATA Græca non pauca, quæ partim
sibi sumpsit Alciatus ad sua cedula Emblemata;
partim alia quædā nos interpretatione duplici; ac
liberiore stilo pridem à nobis expressa deinde ne-
glecta, ac postmodum collecta in tui gratiam, Lector opti-
me, re presentamus, non ut putes nos cum artifice nobili Al-
ciato, certamen suscepisse, sed ut intelligas libera esse studia,
& non parue laudi fore vel in minimis emulari meliores; hoc
genus versidnis multos annos recididi, ea mente ne vñquam
foras euolaret, sed ex amicis nostris plerique vini mihi inie-
cerunt. & putarunt esse satius edere quam perdere, ad exci-
tandam saltem, quod aiunt, studiosorum industriam, hic igitur
animum nō carmina tacto, quæ fieri multò meliora pos-
sunt. Sed quocunque res abeat, id contentionis genus si tibi
probatur, aut non prouersus improbatur, nullum mihi palma-
rium deposito liberalius. Viue felix.

AD EMBLEMA 23.

Eἰπὲ πῶι, ξυνὸν καὶ Πατλεῖδι, &c.

Dic, quid tibi communē (est) cum Pallade? Nam ei iacula,
Et bella; tibi verò placent compotationes.

Ne temerè, ô hospes, de dijs talia scruteris,

Sed scito quibus (ego nominibus) similis deæ huic sim,
Etenim mihi bellorū amica (est) gloria: hoc scit omnis mihi
Orientalis dominus Indus ab Oceano.

At certè hominum genus donis ornauimus. Illa quidem
oliuā,

Ego autem dulcibus racemis vitis.

Quin etiam nec mater (mea) propter me dolores partus
perpessa est:

Sed solui ego quidem femur paternum; illa vero caput.
Quid commune tibi est cum Pallade? dic age, namque

Illi arma, & pugna: sed tibi vina placent.
Isthac ne temere de Deo's scrutaberis, hospes,

Sed magis cum diuā quid mihi conueniat.
Prælia multa mihi confecta: fatebitur istud

Omnis ab Eoīs India viēta plagi.
Munera nostra hominum genitri sunt grata: Minerua.

Vtque olea est, certè vitis amica mihi.

Mater nulla mihi sensit fastidia partus;

Patris egoque femur, soluit at illa caput.

AD EMBLEMA 24.

Παλλάδη τοι επιμήευτον, &c.

Palladis sum planta: Bromij cur me affligitis ramis?

Tollite racemos: virgo ego non sum ebria.

Quid me palmitibus premitis? sum planta Minerua.

Tollite mihi rites: vina puella fugit.

AD EMBL. 25. IN statuam Bacchi.

Αὶ νύμφαι τὸν Βάκχον, &c.

Nymphæ Bacchum, cum ex igni profilijs infans,

Abluerunt, in cinere nuper volutatum:

Ideo cū Nymphis Bromius suavis: si verò ipsū prohibeat
Misceri, capies ignem vtique ardenter.

Profilijs rapido cum Bacchus ab igne puerus,

Est Nymphis lotus pulueralentus adhuc.

Cum Nymphis ideo gnatus sit Bacchus: at illum

Ni miscere sinas, igneus ardor erit.

AD IDEM EMBLEMA.

Οὐ γάρ οἶνός, &c. Non enim vinum hoc, neque Bacchus
facit, sed immoderatus potus, & vlt̄a quam decet, & satis
est. Cæterum si quis immoderatè bibat, hilarior quidem
& iucundior fieri solet.

AD IDEM EMBLEMA.

Βάκχεψις γνώσισον, &c.

Vini mensura optima, quæ non nimia, neque minima:

Est enim doloris causa, vel insanie.

Gaudet admixtus tribus Nymphis quartus ipse;

Tunc enim thalamis (i, iugalibus amoribus) promptis-

At si multus spiritus, euertet quident amores; (simus-

Mergeturque somno vicino morti.

Nec nimis, sed nec minimo vino usere prudens:

Inde dolor veuit, hinc caussa furoris erit.

Gaudet enim Nymphis mixtis tribus esse Lyca,

Delicijs et alarimi qua ratione placet.

Immodicus si sit, teneros exsoluer amores,

Vt fiat morti par grauis inde sopor.

AD E M B L . 27.

H^o Nēmēsis ὑπολείγει, &c.

Nemesis præmonet & cubito & fræno

Neque immoderatum quid agendum, neque effrænate
loquendum.

Mensura, frænoque homini Rhamnusia monstrat

Vt verbis frænum, rebus inesse modum.

AD IDEM E M B L E M A .

H^o Nēmēsis πῆχυν, &c.

Nemesis (ego) cubitum contineo: cuius (rei) caussa? dices?
Omnibus mandatū annūcio, nihil præter modū agendū.

Mensuram teneo Nemesis, cur? inquis, ut omnes

Admonemus, quo nūl, ni modus adsit, agant

AD E M B L E M A 28.

A'ωδί' Axīllū G., &c.

Clypeum, qui Hectoris sanguinem biberat

Laertiades, Græcorum obtinuit iniquo iudicio:

Naufrago (Vlyssi) autem mare detraxit, & ad tumulum

Aiacis natantem deiecit, non ad Ithacam.

Quem clypeum Laertiades à iudice Graiūm

Hectoreo sparsum sāpe crux, tulit.

Naufragium passo mare ei abstulit, ad quae sepulchrums

Aiacis pepulit fluctibus, haud Ithacam.

Kαλὰ προτερήων, &c.

Rectè Neptūnus iudicium tulit melius quam Minerua;

Et iudicium Græcorū odiosum (iniquum) ostendit mare.

Scutum in littoribus clamat, & monumentum agitat

Ipsum te vocans (ō Ajax) dignum scuto bellatorem,

Exurge ô fili Telamonis, habes scutum Æacidæ.

Æquior est index Neptūnus Fallade, longe

Et mare iudicium Græcorum ostendit iniquum:

Nam monumentum agitat scutum, Et te in littore clamat,

Vnum te appellans dignum, Ajax, ô bone, scuto:

Eis age dum Telamonide, scutum excipe Achilliss.

NNn ij

O' pvi dñs Kpovidw, &c.

Auis Louis Saturnij, nuncia quam ob caussam stat
Ferox, super magnitumulo Aristomenis?
Nuncio hominibus, quod quantum præstantissima
Volucrum sum, tantum hic semideorum fuit
Pavidæ quidem pauidis assidebunt columbae,
Nos autem interritis viris delectamur.
Fare age quid sedes Louis ales nuncia peruix
Magnanimi tumulum trux ad Aristomenis?
Nimis quanum aitibus sum robore prestans,
Tantum semi leis præstis illi viris.
Sic bustus pauidum pauidas decet esse columbas:
Nos verò intrepidis signa superba sumus.

Zeus Kpovidw, &c.

Iupiter Saturnius fecit iustius & melius,
Virorum Heroum, diuinam genus qui appellabantur
Semidei. —

AD EMBL. 42.

O' vñ ñv Omega, &c.

Non si Oceanus omnem inundationem excitarit,
Non si Germania totum Rhenum biberit;
Romæ vel tantillum lab factabit robur, donec manebit
Cæsar's dextra ad imperandum strenua.
Sic & sacræ Louis quercus firmiter radicibus
Stant, ex folijs autem ea quæ sunt arida decutiunt venti.
Oceanus quanquam ipse omnes commouerit undas
Et Rhenum ebiberit Theutona terra suum,
Romæ tamen stabit immoto robore, dextra
Cæsar's Imperia strenua donec erit,
Nempe Louis sacræ quercus radicibus hærent;
Sic calicet ventis pulsa cadant folia.

AD EMBL. 48.

H' δ' εγω στλαμω, &c.

Illa ego mi'era virtus huic assideo
Aiacis tumulo, dilaceratis crinibus;
Antnum dolore magno saucia quod Græcis
Fallaciarum machinatrix fraus, res præstantior meiu-
dicata est.
Ad tumulum sedeo Aiacis, miserè obruta in Etna,
Atque comes, Virtus, dilacerata meas:

Victa dolore graui, quod Graium iudicia unam
Mem failaci postponuer dolo.

AD E M L E M A S I.

Σῆμα τόδε Α' ἔχιλοχος, &c.

Sepulchrum hoc Archilochi littoreum, qui quondam amaram
Musam serpentina primus tinxit bile.

Qui cruentauit Helyconia mansuetum, nouit (id) Ly-
canibes,

Lugens trium nexus filiarum.

Sensim vero transi viator, ne forte huius
Moueris tumulo fucos insidentes.

Littoreum Archilochi tumulum hic : qui noxia quondam
Carmina, vipers sanguine tincta dedit.

Isque cruentauit mansuetum Helyconia : Lycambes
Pendentes, natas de trabe tresque vides.

Tu vero sensim transi, ne forte crabrones
Affixos tumulo commoueare truces

AD E M B L . 54.

Αἰανὸλκωνίστες, &c.

Terram omnem, insulæque peruvolitans, tu hirundo,
Medea in picta tabula pullos alis.

Speras autem pullis implumbibus fidem tuis hanc ferua-
turam

Colchidem quæ neque proprijs pepercit liberis.

Tot saltus, undasque emensa, o hirundo, volatu,
Medea in picta natalibus tabula?

Tuque tuos fore securos ? ubi fida putanda
Que neque vel natis dira peregit, erit?

AD E M B L . 64.

Τὸν λύκον εἴξειδιών, &c.

Lupum proprijs vberibus nutrio inuita,

Sed (ad id) me cogit pastoris imprudentia:

Qui vbi creuerit ex me, contra me rursus fera erit:
Gratia mutare naturam non potest.

Lacto Lupi catulum mammæ inuita capella,

Quo me pastoris cura coegit iners.

Postquam creuerit ille ex me, male se uict in mes
Naturam mutat gratia nulla malam.

AD E M B L . 66.

Τῶν ἀπογάγων, &c. Impossibilium cupidio multos fecit re-
pente frustrati.

O^r nūcō & tō, &c.

Sepulchrum hoc non habet intus mortuum,
Mortuus hic extra non habet tumulum,
Sed ipse sui mortuus est, & tumulus.
Istud sepulchrum, mortuum, intus non habet,
At nec sepulchrum sibi habet extra mortuum,
Sibi sed ipse est, & sepulchrum, & mortuus.

AD EMBL. 70.

Ti oī dēlōs pōnōw, &c.

Quid tibi vis faciam
Quid tibi loquax hirundo?
Pennas tuas leuēs
Vis abreptas forfice resecem?
Aut potius internam hanc
Linguam, ut Tereus
Ille, demetam?
Quid mili gratos somnos
Matutinis vocibus
Eripuisti Bathyllum?
Quasnam tibi parabo
Pennas, loquax hirundo,
Pennas tuas recidam
An forfice has volvres?
Tuam secemve linguam,
Olim ut tibi ille Tereus?
Nam mane garriendo
Gratum mihi soporem
Meum rapis Bathyllum?

AD EMBL. 71.

O^r οθόν^τ δη, &c.

Inuidia est malum: habet autem aliquid boni in se:
Tabefacit enim inuidorū oculos, & cor.
Res mala, luxur: habet tamen in se quid boni, adurit
Quos tenet, interna corde oculisque, face.

AD EMBL. 76.

Tlu Kierlu & onu.i, &c.

Circem non dico, ut dixit Homerus,
Pro viris fecisse aut sues, aut lupos.
Ad ipsam diuertentes meretrix cum esset vastra.
Homo inescatos pauperrimos effecit.

Et humanam vbi prædata estrationem,
Dein (fecit) ut nihil haberent amplius.

Alebat intus habens, instar animalium expertum rationis,
Prudens autem cum esset Ulysses iuuentutem vitans.
Non (tam) Mercurij (quam) naturæ propriæ donum,
rationem

Habebat, incantationis remedium contrarium.

Non credam Circen, ceu magno fertur Homero,
Transformasse homines in noua monstra, lupos.
Sed spoliaisse illos fortunis omnibus, hamo
Correptos; meretrix nam bene vauta fuit.

Exutos opibus fatuos et mente carentes

Reddebat; miseris turpiter usq; virjs.

Expertes rationis erant: has intus alebat,
Vt captas turpi in fornice nostra feras.

Hanc tamen illusit maturo pectore Ulysses
Non tam Mercurij, quam rationis ope.

AD EMBL. 85.

τοῦδε μυριάδας, &c.

Multas myriadas computat Artemidorus,
Et nihil impendens viuit vitam multorum.
Qui saepe auri pretiosum onus habentes,
Multum super dorso, fenum edunt solum,
Viens ut muli, dum sumptus precauet omnes,
Supputat innumeratas Artemidorus opes.
Auris aperiunt ingentia pondera dorso
Muli, sed siccum non nisi gramen edunt.

AD EMBL. 86.

Σώπες ὁ τ' εἰνάλιοι, &c.

Fures quando marini Tyrrenum prope vorticem
Citharœdum de naui posuerunt gurgite mergendum:
Statim eum cum cithara arguta suscepit Delphin
Sessorem: ex profundo autem enatauit emergeas:
Usque ad Isthmum appulit Corinthium, certè mare
Pisces hominibus habuit tum æquiores.
Principitem è naui Citharœdum aliquando latrones
In vastum pelagi forte dedere fretum.
Protinus in medijs Tita apparuit undis
Illicio grata dulæsonæque Chelys:
Sessoremq; Isthmum deuexit ad usque Corinthi,
Fluctibus et medijs reddidit in columem.

Hinc paten indomito meiores equore nasci

Pisces, quam tellus gignat alumna viros.

AD IDEM EMBLEMA.

O^oσις γένεται, &c.

Quisquis ambitiosum & avarum ingenium habet,
Nihil sapit iuste, neque vult,
Difficilisque amicis est, & toti ciuitati.
Ambire quem vises, avarum est vivere,
Is nec sapit, nec sapere vult prorsus sibi;
Imo est amicus, est molestus ciuibue.

AD EMBL. 94.

Πλαυδόγερμους, &c.

Omniorum, repensque per ædes helluo mus
O treum conspicatus labris patens;
Barba madida spurcam momordit carnem,
Statim vero testacea crepuit domus.
Aptata (i clausa) cruciatibus: At mus in claustris incutabi-
libus
Captus, sui imperfectorem tumulum contraxit.
Helluo & omniuersus, repensque per atria mus, ut
Conspexit tumidis ostrea aperta labris.
Apposuit barbam madidam, spurcásque momordit
Carnes, cum crepuit testacea domus.
Claustra r. teniarunt captum firmissima murev.
Imperfectorem qui reperit tumulum.

AD EMBL. 103.

Ἐκαρηνός εἰδύ. &c.

Icare cera quidem te perdidit, nunc vero te cera
Reuocat in formam rursum statuarius.
Sed agedum, ne pennas tolle per aera, ne lauacrum
Ex aete cadens, Icarium facias.
Icare cera olim te perdidit, at modò cerā
Ad formam reuocat te bene fector adhuc.
At vero pennas ne tolle per aera, lapsu
Balnea non siavit nominis Icarij.

AD EMBLEMA 104.

Οὐρανὸς εἶδος καὶ φύση, &c.

Qui prius ego & sternum & rapacem arcens
A semide altiuolantem & Bistoniam gruem.
Ecclio fundæ tortilia brachia intendens
Alcimenes (ego) volucrū arcebam procul multitudine.

Et me quædam vulneratrix iuxta talos dipsas vipera,

Cui (me) è mandibulis amaram immittens bilem.

Sole (me) priuauit (i. me interfecit) ecce ut ad æthera spe-
ctans,

Pedibus non videbam malum obuolutum (i. proxi-
mum.)

Quis turn nūn iactis sementibus ante rapacem

Arcebam aliuolam, Bistoniamque gruem,

Extensis manibus, bubulaque id verbere funde

Alcumenes abi tens ipse procul volucres.

Infligit pedibus serpens eum vulnera dipsas,

Lechif rānque nigrum virus ab ore vomit.

Mēque atipenaci, attentus dum sydera specto;

Nescius exitij quoq; foret ante pedes.

A D E M B L . 105.

Auγά?w τὸν εὐπλαν, &c.

Contemplor ineuitabilem in sigillo celato Amorem,

Manibus leoninum qui moderetur robur.

Qui hac quidem manu flagellum ad ceruicem : illa verò
frenos

Dirigit multa autem circumfloret gratia.

Horresco homicidam. Nam qui feram etiam domet

Atrocem, neque imbecillis ignoscet hominibus.

Indomitum spacio celatum in gemmula amorem,

Qui manus seu colla Leonis agat.

Vna manus flagrum capiti tenet altera frenos;

Et circum pueri gratia multa genas.

Hinc procul, hinc homicida, feras qui perdomet istas

Vel magis infirmos erit ille homines.

A D E M B L . 106.

Tuuro's ēpws dia tñ to, &c.

Nudus amor ob id ridet, & placidus est,

Quia non habet arcum, néque ignita tela.

Haud san' frustra manibus tenet Delphinum & florem,

Hac enim terræ, illa verò mari imperat.

Nudus amor mitis, placidus arridet ocellis,

Nempe arcu & faculis, ut solet ille, caret.

Nec temerè in florem manibus Delphinaque gestat,

Illâ etenim terris imperat, hacque mari.

A D E M B L . 107.

O' mario's tñ y mache, &c.

Alatus alatum intuitus perfringit fulmen,

Ostendens quod fortior ignis fulmine sit Amor.

Alioquin alatum fulmen perfregit, & hoc est,

Fulmine quod rapido est fortior ignis Amor.

AD E M B L E M A . 108.

O πρὶν ἀμαλάκτοισ, &c.

Qui prius duris in p̄cordijs iucundam in pubertate

Oestriferæ Paphiæ legem recusaui.

Membriuoris telis imperuius qui prius eram, amoribus

Collum tibi inclino, ô Venus(ego) semicanus.

Suscipe me lætabunda, sapientem quia Pallada vincis

Nunc magis, quam olim pomo ex Hesperidum.

Quām prius in duris florenti etate medullas,

Nulla mihi Oestrifera cura foret Paphia.

Nullus amor potuit nostros abducere sensus:

At Venus heu, canas nunc tibi subdo comas:

Me iam admitte: magis doctum tu Pallada vincis,

Quām quondam pomo viceris Hesperidum.

AD E M B L E M A . 109.

Πέτρος τόξον, &c.

Vbi tibi arcus ille reflexus, vbi à te

Transfixæ medium in cor sagittæ?

Vbi pennæ vbi fax tristis? ad quid tres

Coronas manibus tenes, in capite aliam feris?

Non(ego sum natus) à vulgari, hospes, cypride, neq; à terra

Sum maternali genitus voluptate;

Sed ego in puris hominum mentibus ignem accendo

Honestæ doctrinæ, mentem vero in cœlum induco:

Ex virtutibus autem coronas quatuor necto, quarum ab
vnaquaque

Easque ferens, primâ quæ est sapientiæ coronor.

Arcus ubi reflexus, Amor, divaq̄s sagitte,

Quæis tenetos animos saepe ferire soles?

Penne vbi sunt? vbi fax tristis? cur ergo coronas

Fers manibus? capiti cur agedum una subest?

Non ego vulgari natus sum: Cypride; nec me

Materna e terfa fœda libido tulit.

Ast hominum puris accendo in mentibus ignes

Doctrinæ, atq̄s animos purus in astra trahò.

Quatnor èque omni necto virtute coronas,

Quas fero ego, Sophæ est prima corona mihi.

Πλανῶ πλανὸν εἴ ποτε, &c.

Pennato pennatum Amorem contrarium finxit Amori
Nemesis, arcu arcum vlciscens.

Vt quæ mala fecit patiatur: audax yero qui prius (&) In-
trepidus,

Lacrymat, amara ubi sensit tela.

In Imitum ter sinum conspuit. quam valde mirum,
Accendet quis igni ignem? attigit Amorem Amor.

Pennato Nemesis pennatum finxit Amori

Oppositum, arcu arcum ut qui domet alter Amor.

Quo mala que fecit patiatur: qui prius ergo
Audax, intrepidus, sentit amaritem.

Conspuit in mediumque sinum: igni accenditur ignis
(Mirum) Et amorum isthuc verbere sentit Amor.

AD EMBL. III.

To Κρέος οὐ πειραντα, &c.

Recens natum Hermonactem occidistis apes,
(Ah canes) reptilem, fauos inquit entem;

Sæpe ex vestris punctum perimitis ah ah
Aculeis, quæ serpentum latibulâ spernitiss;

Dic Lysidice & Amyntori (parentibus tuis) neque apes
Laudare debes, etenim illis amarum inest mel.

Repentem per hamum tenerum Hermonacta, legentem
Dulcia mella (nefas heu) pupugistis apes.

Reddidit enectum sic vester aculeus, ah ah,
Serpentes nequeant ut nocuisse magis.

I, age, Lysidice patri, Amyntori dictro matri:
Improbæ apes, meli cum sit amarities.

AD IDEM EMBLEM.

Kρεον ἀπὸ πλανίου, &c.

Puerum aberrantem (&) adhuc lactantem Hermonactem
Ah, infantem, vt iniustæ percussistis, o boiugenæ (apes)

Ignorabat miser ad vos, sicuti ad apes

Cum venisset: nos autem viperis eratis peiores.

Proque comeditione (mellis) impressistis rubros aculeos,
O (vos) diræ, dulci aduersariæ estis gratiæ (i. non minus
amaræ, quam mel dulce est.)

Errantem in trinio, mollem Hermonata puellum:

Iniuste nimium corripuitis apes:

Vipera quam sit atrocis peiores, venis ubi ad vos

Nescius, infelix esse putabat apes.

As pro melle graues stimulum pincendo cruentum;

Liquisisti: sic sic gratia mellis abit.

A D E M B L. 112.

Tòv κλέπτων ποτ' ἔ; ατο, &c.

Eurem olim Cupidinem noxia punxit apis.

Fauos ex aluearibus p̄t̄dantem, extremos autem ma-
nuūm;

Digitos omnes confixit: at ille dolebat, manibūsque tu-
mebat

Et terram percutiens exiliit, atque Veneri

Ostendit dolorem, & questus est quod tam exilis

Beltiola (cūm esset apis tanta vulnera infligeret.

Mater verò ridens: Quid, inquit, an non tu similis es a-
pibus,

Et cūm tam paruuus sis, tamen vulnera tanta facis?

Noxia apis furac. m olim male punxit Amorem.

Predansem melia ex aluearibus, isque tumebat.

Extremis manuum digitis, iteōque dolebat,

Et terram quatiens pedibus, Venerique dolorens,

Ostendens, multos questus ex ore ciebat,

Quod tam xiie animal tam seuia infligere posset

Vulnera. cui ridens mater; quin nate apibus in-

Es similis, cūm infers adeò tot vulnera paruus,

A D I D E M E B L E M A.

Ἐργος ποτ' ἐν φόι δοστι, &c.

Amor aliquando iuosis

Perij & emotior.

Iacentem apem

Serpens me percussit

Non vidit, & vulneratus est:

Alatus, quem vocant

Inque digitis morsus

Apem, rustici:

Manus, eiulauit,

Illa autem dixit, si aculeus

Currens itaque & volitans

(Tain) lœdit apiculae,

Ad pulchram Venerem,

Quantum putas dolent,

Perij, mater, inquit;

Amor, quos tu feris?

Inter rosas Cupido

Ad candidum Cytheren,

Apiculam iacentem

Heu occidi, occidi, inquit,

Nous vidit, estque punctus:

Vitamque mater efflo.

Manuque sanctiatus

En me misera Serpens

Mox eiulare cœpit..

Pennata vulnerauit:

Et curſians volansque

Apem vacant colossæ

Tunc illa; Apis si acumen Quantum putas dolere
 Tantum facit dolorem, Quos tenferis Cupido?

AD IDEM E M B L E M A.

Zw̄ d̄ n̄x̄t̄ ō s̄v̄t̄as, &c. Simul autem excusit dentes ejici-
 trans pede terram.

AD E M B L. IIJ.

Deixys Epus, Deixys, &c.

Sæus Amor, sæus quid verò amplius? si rursus dixeris,
 Et rursum, plorans læpe, sæus Amor.

Atenim puerus ridet, & læpe vituperatus
 Gaudet, si autem dixeris contumelias, inde insultat.

Mirum autem mihi, quomodo utique, è Glauco ubi appa-
 ruisti

Fluctu ex humido, Cypri, tu ignem peperisti.

Sæus Amor, Janus, quid tandem? ut dixeris rursum,
 Et rursum plorans sepèque, sæus Amor.

Nam dñer his ridet, nihilī et conuicia curat,
 Insultans iactem si qua ego probara loquar.

Interea miror, cur è Glauco edita fluctu,
 Ex humore ignes tu Venus alma feras.

AD E M B L E M A IIJ.

A' Kūt̄pis μετ̄αισ, &c.

Venus Musis (hæc ait) ô puerulæ Venerem
 Honorate, aut Amorem in vos armabo.

At Musæ ad Cyprim: Marti stulta hæc blateramenta (i. iac-
 ciantur

Hæc in Martem, qui sepe ab Amore correptus est:)

In nos autem non volat iste hic puerulus.

Sic Venus ad Musas: Venerem co iuste, pueræ,
 Durior aut in vos arma Cupido feret.

At Musæ ad Cyprin: iusta isthæc iudicra Marti,
 Pusio namque in nos non volat iste leuis.

AD E M B L E M A IZI.

Tis πάθειον πλάστης, &c

Quis vnde Plastes? Sicyonius. nomen verò quod?

Lysippus tu verò quis? Occasio omnia dom: is

Cum verò summis pedum vnguis incedis? semper rotor,
 quid verò alas

Pedibus habes biformes? volito leuis.

Manu dextra quid fers nouaculam? hominibus documentum,

Quod acie omni acutior sum.

Coma verò quid versus faciem? ut à præueniente capiar.

Per Iouē, posteriores partes (capitis) ad quid caluæ sunt?
Nam semel pennis currentem me pedibus

Nullus deinceps expetens prehendet à tergo.

Talem me artifex effinxit vestri gratia,

O hospes, & in vestibulis posuit adhortamentum.

Quis finxit vestes? Sicyonius, dic age nomen;

Lysippus, tu quis? sum dea cuncta domans.

Cursorum mis pedibus graderis? semper rotor. alas

Cur talis habeas? nempe leuis volito.

Cur dextrâ tibi acuta nouacula? acutior omnis

Ipsa acie, prostant hæc documenta viris.

Quid crines in fronde? capi à videntibus ultrò

Poſſum, quid caluam est occiput? ipsa refer?

Nam ſic pennatis volitantem prendere plantis

A tergo nullus vel citò me potis est.

Talem me artificis finxit manus, hospes, in omni

Vestibulo, cunctos scilicet ut doceam.

AD E M B L. 125.

Δέον μάχης εστοε,

Leo pugnam aliquando instituit in aprum;

Vultures autem ex alto loco obſeruabant certamen (vt) pabulum, eum

Qui vinceretur facerent statim (ſibi):

Amicos autem cum vidissēt (eos esse factos) exciderūt spes.

In aprum leo certare quandoque ausus est,

Quos longè spectabant lite mota vultures,

Qui vinceretur ut vorarent: attamen

Iis tandem amicis tota spes predæ excidit.

AD E M B L. 128.

Bous οργὴν, &c.

Bouis, puer cum edisset die festo viscera,

Hei mihi, gemebat, quia intestina mater emittit:

Illa autem ridens, ne time, fili, inquit,

Tuotum enim nihil, at vomis alienum.

Puer die festo bonis cum viscera

Vorasset, hei mater, clamat, mea effluuntur

Intestino. At ridens ait, fili, haud time,

Nam non tua hæc sunt, sola at aliena vomissio.

AD E M B L. 129.

A i r e l a c u m o t e, &c.

Tres quondam puellæ vnâ ludabant

Sorte, quæ prima itura esset ad inferos.

Et tres quidem è manibus emiserunt talum: venit autem ex omnibus

Ad vnam: ridebat autem sorte debitam.

E recto verò inopinatus lubrico lapsu ruit casus.

Infortunata in Orcum descendit, ut erat sortita.

Non fallax (est) sors cui malum (imminet:) ad bonū autem

Néque preces mortalib[us] (sunt) peritæ iaculandi, néq[ue] manus.

Tres quondam simul ut lasissent sorte puellæ,

Quæ prima infernos esset itura lacus.

Trésque emisissent talum, cecidisset at unu

- E tribus, hac sortem risit inepta suam.

Tum de recto inopinatus ruit impete casus,

Ex sorte infernas lapsa repente domos.

Sors minimè est fallax impendent cui mala, sed cui

Spes bona, vix tenet hanc vel prece, vel pretio.

AD E M B L E M A 130.

Kai w̄ te l i t a l , &c.

Et enim Lite(i.preces)sunt Iouis filiæ magni

Claudæque, rugosæque, strabæque oculis,

Hæ & post Noxam curant eentes:

Noxa verò robustaque & pedibus integris ideo omnes

Longè præcurrit. anteuertit autem omnem per terram

Lædens homines: hæque medentur tandem.

Qui certè venerabitur filias Iouis propius accedentes,

Hunc valde iuvant, & exaudiunt precantem:

Qui autem abnegarit, & protervè recusarit,

Precantur quidem hæ louem Saturnium eentes,

Hunc ut Noxa simul sequatur, quod Iesus pœnas luit.

Namque Lite soboles magni Iouis, & pede clando,

Rugosæ, obliquoque oculo medeantur ut illi,

Aten se laetantur. celestipriuertitur omnes

Illa gradu, & passim damnium mortalibus affert.

Hec verò attutum fartura damna sequuntur,

Conciliantque suis cultoribus optima semper.

At si quis reicit prætractè, ac pernæget illis,

Tunc adito loue patre, precantur, ut illicet Ace

stus ad sis, panasque suo deo denique danno.

A'γτι τά φε λιθοῖο, &c.

Pro sepulchro lapideo pone Græciam, pone adhæc
 Hastas barbarici symbola naufragij
 Et tumuli (in)apicē circumscribe Persicum Martem,
 Et Xerxem: in illis humo conde Themistoclem
 Columna verò Salamis superimponatur, gesta referens
 Hæc mea: quid verò paruis magnum imponitis!
 Marmoreo in tumulo statuatur Græcia, deinde
 Hastæ barbarici symbola naufragij.
Persicus & Mauors apicē abest deinde sepulchri
 Et Xerxes, & humo conde Themistoclea.
 Hæc mea gesta canens Salamis pondā columnas
 Quid magnum paruis imposuisse iuuat?

AD EMBL. 135.

Ψήχει καὶ μέτρων, &c.

Cauat & petram longum tempus, néque ferro parcit,
 Sed vñā omnia perdit consurrip tione.
 Sic etiam laetitiae tumulus, qui prope littus
 Paululum abest frigid's liquitur à pluvijs;
 Nomen quidem herois semper florens: Non enim car-
 mina
 Obscurare æuum, etiam si velit, potest,
 Longa dies saxumque cœuat, ferrumque retundit,
 Cursibus eternis omnia ubique vorat.
 Sic quoque Laertiæ tumulus, qui littore ab ipso
 Paululum abest, tenui tunditur à plusia,
 Nomen at herois manet immortal: nec ænum
 Delere (ut vellet) carmina dia potest.

AD EMBLEMA 137.

Ωλεστα καὶ ρεψίας, &c.

Peremi Nemeæ feram terribilem, peremi & Hydram,
 Et taurum, apti circumcussi maxillam.
 Cingulum detraxi, pullum equinum Diomedis sustuli,
 Aurea mala postquam fregi, Geryonem cæpi.
 Augiam noui (i. repurgavi) cerua non effugit: interfeci
 aues (Stymphalidas)
 Cerberum extraxi, ipse Olympum habeo.
Extinxii Nemæ monitrum, Lornamque peremi,
 Et taurum, cecidit dilaceratus aper.
 Balæcon arripi, Diomedis equosque cecidi.

Geryonem

Terjones stravi, poni que fulua tulit.
Angiam novi, capta est certa, atque volueris,
Cerberus adductus. Letus in astrâ trahor.

AD EMBL. 151.

Tòv Ciov. H' ἐγένετο, &c.

Vitam Heraclite, multò plus quam cùm viuere
Desle, nunc enim vita est miserabilior.
Vitam nunc ride Democrite, plus quam antea,
Nunc enim vita est omnium maiore risu digna.
In vos autem & ego contemplans, interea cogito
Quomodo simul tecum lugeam, quomodo vñà tecum
rideam.

Iam desle, Heraclite, magis quam fleueris olim:
Vita hominum præsens est lachrymosa magis.
Et modò, Democrite, ad risum te impensius effero:
Omnia sunt risu nunc quoque digna magis.
Vos dum contemplor, certe sum nequit utruis
Nunc riderem ihi, si modo ficeret.

AD EMBL. 152.

Αλλοι οἱ τοῖς Σεγίαοι, &c.

— Alii autem accurrerunt filij Achiuorum,
Qui & mirati sunt staturam & formam spectabilem
Hectoris. néque ei quis sine vulnere astitit.
At reliqui Grai accurrunt cinguntque cadaver,
Hectoris eximiam speciem formamque stupentes:
Nec tamen astitit exanimi sine vulnere quisquam.

AD EMBLEM. 159.

Αὐλω με πλατάνισον, &c.

Ardam me platanum irrepens tegit
Vitis, externâ autem circumuiscescens comâ.

Quæ prius meis virentibus alens ramis.
Racemos, hac ipsa eram non minus frondosa.

Talem quidem certè posthac constitutat (sibi) quisq; amicæ.
Quæ rependere mortuo norit sola.

Me siccum platanum irrepens circundat alumna
Vitis, ut externâ floruit austera comâ.

Quando meis ramis teneras circundabat vias,
Tunc frondosa illâ non minus arbor eram.

Talem quisque sibi & propriam conquerat amicam,
Cui, neque morte viri, sit peritura fides.

AD EMBL. 160.

Tυρλο's αλητέων, &c.

Cæcus errans claudum pede sustulit

Oculis alienis mutuum accipiens:

Aimbo quidem imperfecti ad vnius naturam aptati sunt,
Defectum inuicem retribuentes (i. accommodantes,
ceu præbentes operas mutuas.)

Cæcus ut errabat claudum pede sustulit; ille

Alteriusque oculos murina dona capi.

Imperfecti ambo sese iuuere vicissim,

Alterius prompta sic fretus alter ope est.

AD IDEM EMBLEM A.

Αγαπη μηδε πει, &c.

. Ambo quidem mutili & errones, sed alter quidem oculis,

Alter verò ingressu alterius autem alter subministratio
(erat) i. alter alteri seruiebat.

Cæcus enim claudi superhumeralē onus tollens

Viam alienis oculis, summis pedibus ibat.

Vna verò utrisque sufficiebat natura: in unoquoque enim

Defectum inuicem ad totum mutuata est,

Mutili & errores ambo: alter lumine cassus,

Alter at ingressu mutua dona dabant.

Cæcus enim claudum tergo gestabat: ocellis

Alterius, summis ibat iter pedibus.

Natura una utriusque satis, parilisque facultas,

Quo caret inque vices alter & alter agit.

AD IDEM.

Tυρλο's απτες, &c.

Cæcus pedibusq; manus erant sibi inuicem ministrantes:

Cæcus puer viam deducebatur (à clando) dorso fereba-
tur pedibus manus.

Ut tradant operas sibi mutuo loripes atque

Cæcus, iter facit hic, fertur at ille pedes;

AD EMBL. 161.

Ειν εγι νινδυσες, &c.

Vnis pericula duo effugi (ego) Mytilus armis,

Vnum quidem fortissime dimicando, alterum verò ra-
tando.

Argestes (ventus) quādo subiit nauis carinā, clypeū habui-

Seruatus destinatum aquis & pugnæ.

Vnis damna duo vitani Mytilus armis,

Vnum scie certans, alterum in amne natans.

303

Et primum vento pufa rare in adfuit, utq;

Me clypeus pugna, est auxiliatus aqua.

A D E M B L E M A 165.

Πίηται κακὸς γέιτων, &c.

*Detimentum (est) malus vicinus, quantum bonus est magna-
gnum commodum:*

Néque bos perierit, nisi vicinus malus adsit.

Noxa, malus vicinus, ut est bonus, utilissimò

Nunquam bos pereat, vicinus ni improbus adsit.

A D E M B L E M A 166.

Κύματα καὶ σπηλαῖς, &c.

Fluctus & aspera tempestas ad terram traxerunt

Delphinem externæ commune spectaculum fortunæ.

*Sed in terra misericordia locus (repetus est) nam vi-
dentes*

Statim ad tumulum me coronarunt pijs (viri:)

*Nunc verò quod (me) genuit mare perdidit. quæ tandem
ponto*

Fides, qui néque proptijs parcit alumnis.

Delphinem pelagi rapidus me a littora fluctus

Ludibrum cunctis, sorte volente, tulit.

Præsidium at pia terra dedit: me námque videntes

Ornarunt tumulo conueniente vīs.

Me mare quod genuit, sic sustulit, ergo age ponto

Quanta fides? natos perdis et ipse suos.

A D E M B L E M A 167.

Πίρηπλος δλλήλοις, &c.

Acerbam inter se Hector gratiam atque scutifer

Ajax ex bello pignus dederunt amicitia

*Hector enim cingulum cum accepisset, ensimque vicissimi
dedisset.*

Hanc quidem gratiam donum experti sunt in morte.

*Gladius interfecit Aiacem insania correptum, & rursam
cingulum*

Traxit Priamidem bigis raptatum.

Sic ab hospitibus mortem ultrò afferētia: mittuntur dona,

(Quæ) sub gratiæ prætextu fatalē mortem contineant.

Exitiale inter se Hectorque & scutifer Ajax,

Ex bello dederant pignus amicitie.

Cingulo enim accepi hic, tandemque ille ense vicissimi;

In morte experti gratia quanta forez.

Nam se Aias gladio insanus traicit equisque
Kaptatus bigis denique Priamides.
Sic quae dona suis mittuntur ab hostibus ultrò,
Sub tunc domi sunt ea signa necis.

AD IDEM.

E'xtwo A' tawn, &c.

Hector Aiaciensem obtulit: Hectori autem Ajax
Cingulum, ambobus donum (fuit) una mors.
Hector ut Aiaci dedit ensem, illi ut dedit Ajax
Zonam, utrique necem munus virisque dedit.

AD EMBLEM A 172.

E'v ποτὲ παρράφων, &c.

Aliquando conspicuo in æthere nigrior se vibrans.
Scorpium è terra vidi exilientem corvus.

Quem correpturus irruit: at ille (scorpius) eius qui irruit-
set ad solum,

Non tardus multum aculeata percussit sagitta.

Et vita eum priuauit. ecce quantum (quisque) fecerit in
alium.

Ex illo miser ipse accepit necem.

Quondam conspicuo se corvus in æthera vibrans,

Scorpion inuitus qui volitabat humo est.

Quem dum correptum tenuit, percussit inermem

Raptoris corni cuspidis acuta pedem;

Atq; nec dedit hunc: in quemquam qui facit, ecce,

Illi tantumdem debita fata luet,

AD EMBLEM A 173.

Oὐκέπη πυργωδεῖς, &c.

Non iam turritus, phalangibus pugnans in certamine

Indomitus irruit candentes habens dentes Elephas.

Sed metu contrahens humilem ceruicem ad lora subiugia

Currum trahit Cæsaris diuini.

Noxit autem etiam pacis fera gratiam, instrumentis deiectis.

Martis, æquitatis vicissim vehit patrem.

Non iam turritus, nec iam certando phalange

Indomitus dentes irruit hic Elephas.

Concreta at ceruice metu, currumque trahendo

Cæsareum, subgit mitia colla jugo.

Ergo bonum pacis nauit fera, iamque reiecto

Marce, qui etiusti nunc vehit illa patrem.

AD EMBLEM A 174.

A' τοι κόρη, &c.

O Attica, decenti forma, cantu nutrita (cur) vocalis vocalem diripiens

Cicadam, pennatis in prædam fers pullis?

Garrulam garrula, & volucrem plumis prædita,

Hospitam hospita, verna verna?

Non cita conficteris: non enim fas, néque iustum (est)

Perdere canoros canoro ore (i. vt animalia canora deglutiunt, & absumant ea quæ sunt ore vocali & canoro.)

Cur agendum in prædam fers pullis ore cicadam

Attica, forma decens, carmine sueta lœvi?

Garrula garrulam adhuc, volucrem plumata canoram,

Vernam verna etiam, tūque avis hospes auem.

Quin age, siste precor, néque enim fas, nōsve canoros;

Tam diris animis ora canora vorent.

AD E M B L E M A 181.

Πίζη μήλη μέλαν, &c.

Radix quidem nigra orat: lacti similis flos:

Moly autem ipsum vocant dij. difficile verò (est) effodere

Viris mortalibus: dij autem omnia possunt.

Flos similis lacti, & nigrat radice, sed ipsam

Moly vocant Superi, quam vix hominum genus unquam

Effoderet vel conando: sed dij omnia possunt.

AD E M B L . 184.

Εὐνόμιον ὁ πόλλον, &c.

Eunomum, ô Apollo, tu quidem nosti me, quando vin-
cebam.

Patria Locrensis ego, interrogantibus autem dicam.

Æolium in cithara modum resonabam: at in medio

Cantu, mihi chordam plectrum suspendit (i. fregit.)

Et mihi sonum verum (i. patatum) quando occasio postu-
labat,

Ad aures numerorum non verè reddebat,

Atquæ (tunc) quædam vtrò citharæ ad cubitum (sive, iu-
gum) exurgens

Cicada complebat veram harmoniam.

Neruos enim pulsabam, quando septimæ curam haberem
Chordæ, huius voce vtebamur.

Ad meum enim cantum meridiana è montibus cantatrix.

Illum pastoricum sonum accommodauit.

Et quidem cùm sonaret, vñà tum inanimatis neruis.

Mutato simul congruebat sono.

Huius rei caussa congruam habeo et ratiam: sicut autem forma-
ta (i.e. expressa cicada)

Aere, nostra sedet super cithara.

Zonorum ego vici, nosci quo tempore, Apollo.

Locrensis, refra'm ijs qui mea nosse volent,

A'olio ut modulo resonabam; in pectine tenta

Conticuit medio carmine fracta fides.

Me lyra destituit cum non foret ergo necesse,

Et mihi legitimos non dedit illa sonos.

Attamen ad cithare cubitum mihi sponte cicada.

Adfuit, ut veram redderet harmoniam.

Corda fatigabat me septima, quando repenit;

Vox mea supplebat quomodo cunque sonum.

Sed mihi cantatrix venit de montibus altis,

Obrulis atque suum Meridiana sonum:

Egregie reddens modulos, spectebat eisdem

Exanimis nervos quodque referret, erat.

Ergo hab' o grates merito; hincque expressa cicada.

Speculator constans ere super cithara.

AD EMBL. 192.

E'ivo silex xapulu, &c

Vix iunctam nucem me pretereuntibus seuerum

Pueris ludibrium, lapidum iaculatricis peritiæ (qua nem-
pe petitur scopus, id enim sonat ευσοχια)

Omnes autem ramos & virentes surculos

Fracta sum crebris lapidibus dum petor.

Plantarum frugiferarum nihilò melior est conditio: nam
ego quidem

Misera, in mei noxam, fructum retuli.

Nux ego iuncta via, lapidum iactu' una iuente

Ludibrium, à populo pretereunte petor.

Ramos fracta omnes passim, frondesque virentes

Iactibus assidois missilibusque teror.

Non est fors melior plantarum / frugiferarum:

Ergo meis in noxam fructum ego planta tuli.

AD EMBL. 193.

Xeippeias viga'deati, &c.

Hibernis njuibus conspersa, ciscus auis,

Pullis cubitorias circumfundit plumas;

Donec ipsam aerium frigus peremit; si quidem permansit

Aëris reluctatrix cœlestium imbrium.
 Procne & Medea, cum pudore pudeat vos,
 Matres, cuium affectus addiscentes.
 Sparsa nube, hyberno cicur ales tempore, vulsis
 E plumis, pullis molle cubile parat.
 Donec ab aërio sabscat frigore, ni fors
 Permaneat vixtrix frigoris aëris.
 Anne ullo affecte Procne & Medea dolore
 Matres; nempe anum sunt ea facta licet.

AD E M B L . 194.

Ex πυρὸς Πλανῆ, &c.

Ex incendio Iliaco, telorum per medium eripuit heros

Æneas, pium filio pondus, patrem.

Acclamabat autem Argius: Ne tangite, exiguum ad Martem

Lucrum senex: at (mihi) ferenti, magnum.

Sustulit Æneas Graium per tela, per ignes

Inualidis sanctum quando parentis onus;

Parcite ei, dixit: nihil hoc è Marte lucelli,

At mihi, sublato gloria summa patre.

Ad calcem huius Commentarij, admonitum esse volui philologum me de industria priore illa editione, quam tamquam fetum abortiuum parturieram superioribus aetatis annis transiliisse unum Emblema, cuius argumentum mihi displiceret, ipsaque sententia tum quod mihi non faceret ad stomachum, tum etiam quia non videbatur castis aribus committenda, censebatur indigna quæ mea explicazione illustraretur. Ne tamen studiosos omnino defraudem qui me vrgent & certè cogunt, vt si nolim enarrare pluribus, quod ingenuè ac liberè me fateor ignorare, saltem ipsum fontem detegam Emblematis, id quidem certè ea velim cautione factum, ne quis offendatur. Epigrapha seu titulus carminis sic habet, *Aduersus naturam peccantes: carmen vero ita:*

*Turpe quidem dictu, sed et' est res improba factu,**Excipiat si quis chænice ventris onus.**Mensuram legisq; modum hoc excedere sanctæ est**Quale sit incesto pollus adulterio.*

Video allusum fuisse ad Pythagoræ dictum, audio id torqueri in nefandum aliquod flagitium, idque comparatione ostēdi.

OOe iij

sed hæc satis. Cæterum id apparet esse tractum ex Heliodori
s. De insomnijs, eius hæc verba: Εἴδοξέ περ εἰς χοίνια χειρί,
ἔλλω ἀστελεῖ ἐστό μηνύμαθε μετέν γένης οὐκ οὐχί,
νώμως ἔστι τὸ πονοῦν πνευματικού μητρά τὰ νεομο-
ρθύα καινή τοῖς ἐλλησι περίπλων. Hæc Latinè ita sonant: Quis-
piam sibi visus est in chœnicē aluum exonerare, coniunctus de
eo quod cum sorore cubitasset, damnatus est: mensura enim
chœnix: at quidem mensura legi similis est, quodam itaque
modo legem transgressus erat, qui nimirū admississet aliquid
præter leges toti Græciæ communes.

Turpe quidem dictu.] Isocrat. ad Demonicū. ὅποιεν διχρόν.
τοιῷ ταῦταν μηδὲ λέγειν εἶναι γελῶν. Quod turpe factu, ne
puta dictu pulchrū. Paullò diuersius tamen M. Tullius ea epi-
stola, cuius initium, Amo verecundiam: Quædā sunt nō tur-
piter, dicuntur non honeste. Et priori de Offic Quarum par-
tium corporis usus sunt necessarij, eas neque partes, neque ea-
rum usus suis nominibus appellant: quod ēne facere turpe nō
est, modo occulto, id dicere obsecnum est. Et ad finem eius-
dem libri: ita tetra quædam, ita obsecna, ut dictu quoque vi-
deantur turpia.

Excipiat si quis chœnice.] Chœnix, quod nam genus mensuræ,
Supra dictum, ad Einbl. Desidiam abiciendam.

legi modum excedere sanctæ.] ea est quæ verbo uno dicitur
et vocia, legis transgressio, sed hic non legis cuiuscumque, sed
naturalis ac diuinæ: quam turpiter & nefariè violent qui vel
incestu, vel adulterio se se inquinant. Quis enim, verbi causa,
non exhorreat maculosissimā illam Semiramidis cum Nino
filio commitionem? quis Neronis cum Agrippina matre,
Artaxerxis cum sorore, Bassiani Caracallæ cum nouerca, &
alii eius generis flagitorum monstra, quæ qui patrarent vi-
dentur haud dubiè vim quasi armatam ipsi naturæ iniecerent?
Sed hæc facessant quæ saluo pudore vix dici possunt.

FINIS.

AD ALCIATI EMBLEMATA
LAUDATIO, VICE PRÆFATIONIS
ad Emblematum explicationem:

*Habita Lutetiae in regia Burgundionum schola,
9. Kalend. Maias, 1576.*

TSI, AUDITORES optimi, non est meæ consuetudinis, quæ tempore ad aliquem egregium scriptorem explicandum aggredior, initio meæ professionis tam anxiè rationem reddere, cur hunc potius quam illum sumam in manus, propterea quodd studio sis omnibus meam industriam & consilium in officio meo persoluendo, réque literaria iuanda probatum iri confidam: tamen in hoc auctore certè nobili & acuto, sed recenti nimis fortasse, vt mihi obijcitur, causa proponenda est cur hunc enarrandum publicè, meisque commentarijs illustrandum instituerim, ne quid à me temerè & inconsultò factum esse videatur. Sunt enim nonnulli, non quidem mali & improbi, neque alieni à literatum meliorum vsu & dignitate, qui dicant me non facere satis constanter, qui nescio quo animo intermissis antiquis auctoribus, & ijs à quibus solida puraque doctrina petitur, mutato priore consilio, ad recentiorem istum diuertam: ac si prisci illi sapientes, & iam longa seculorum diurnitate probati mihi non satis arriderent. Ego, Auditores, de me nihil possum excellens aut magnificum polliceri: sed ausim tamen dicere me non ita esse plumbeum, vt pulcrum & utilem veterum hominum doctrinā tam parui faciam, qui nullis vñquam laboribus & vigilijs pepercī, vt ex eorum quasi pomœrijs & fertilibus agris, studiorum aliquem fructum tandem aliquando demeterem. Quia tamen ab incunte ætate cogitationem rerum & antiquitatis (nendum verborum flosculos, in quibus alij permulti ætatem exigunt) mihi primū

comparandam esse duxi, operæ pretium me facturum putau, si per varias melioris notæ scriptorum areas, libero & quieto animo exspatiarer nulloque auctore insalutato, qui aliquid selectioris doctrinæ habere videretur, copiam quādam vñetem rerum, quæ cognitione dignissimæ sunt, mihi compararem, & è meliorū maximèque locupletum, primæque dignitatis hominum Græcorum & Latino:um fontibus meos hortos irrigarem. In quo negotio conficiendo nunquam in animum induxi meum, vt veteres potius quām vetera consecraret, atque ita quorundam religioni me addicerem, vt nullo iudicio in cuiusdam magistri verba iurarem. E multis tamē quosdam delibādos, non omnino deuorandos esse iudicaui, & ex ijs ea sublegenda vidi, quæ ad studiorum liberiorem progressum facerent: non modò vt qui lacunas ædium complent, quibus vnum studium est vt ea quæ sunt hiulca obtulerent, sed vt locupletes lautique homines, qui cùm habeant quod est satis, & quibus vita ipsa carere tam facilè pō potest, abundant etiam innumerabili eaque varia rerum copia, quippe qui ex magno aceruo quidpiam sumere putet esse multò iucundius. Quod cùm dicere apud vos instituo, scio certè quām facilius sit ea de re initiū p̄fandi reperire quām existum tamen ne videamur in immensuni tela iaculari, & de rebus quæ ad institutum hoc nostrum studium non pertineant, longum & odiosum p̄ciumini texere, meā omnem orationem in duo capita conferam: quorum primo, de Alciato que dicenda hoc tempore arbitror: altero vero de meo ipsius studio atque cōsilio pauca dicturus, quæso diligenter attendite.

S T A T I U M vbi primū ex pueris excessit Andreas Alciatus, atque eas disciplinas cœpit imbibere, quibus tenella ætas ad humanitatem solet informari, ad ius ciuile animum applicauit, primū quidem Mediolani (nam ibi natus est loco nobili, & celebri vrbe & copiosa, doctisque hominibus affluēti naturæ bonitate celeriter omnibus antecellere ingenij gloria visus est. Erat Italia his temporibus plena liberalium artium, in qua nemp̄ studia omnia, quibus ingenij cultus capiatur, mirificē tum colebantur. Itaque cùm Alciati iam fama in aperito esset, ad quamcunque se Academiam nobilem conferre vellet, sic eius aduentus celebrabatur, vt famam ingenij expectatio hominis, expectationē ipsius aduentus, admiratio que superaret. Quapropter hunc magna laude & summa omnī oblectatione apud se doctorē habuere Bononienses, Fer-

ratienses, Ticinij, eumque amplissimis p̄emijs donauerūt: & omnes quotquot in Europa de ingenij aliquid iudicare poterāt, cognitione atque hospitio dignū existimarūt. Hac tāta nominis celebritate cūm esset etiā exteris notus patriam primū sibi charissimā armis & factionibus oppressam ad tēpus deserere cogitauit, & Auenione moras trahere maluit: quo loco profitendi munus sibi demandatū stipēdio sexcentorum ornatū magna sua laude sustinuit Dein de à Biturigū magistratibus accitus, ipso etiā Rege Christianissimo procurante secūdo quām eō venerat anno duplicatū habuit honorariū, & mille ducentis est donatus. Fuit illis tēporibus iucundus Antonio à Prato Galliarum Nomophilaci, Ioanni Seluae principi Senatus amplissimo, multisque legationibus in primis illustri ac nobili: cultus tum à Budexo, tū ab Erasmo, quorum alterū rarissimum Franciæ lumen non iniuriā possumus appellare; alterum, literatorum huius tēporis in Germania primum: adamatus à Bembo. Cardinale doctrinæ laude commendatissimo: cultus denique ab omnibus ijs qui virtutē & literarum gloriam adāmabant: quos omnes. quandiu vixit, deuinctos sibi consuetudine tenuit Sed confecto tam longo itinere, à suo rādem Principe reuocatus (ferè sit enim ut ipsa virtus in proprio & natali solo non nisi serò admodum cognita, ad extremū excipiatur excepta reficiitur, refecta p̄emijs exorinetur) à suo, inquam, Principe in patriam reuocatus, postancipites variōsque casus & labores nomine publico exantatos, in ordinem Senatorum honorificè cooptatus est, quam accessionem, vt ipse affirmabat. ne quidem cogitans, honore omni maximo dignus. impetravit. Eam verè præstatis ingenij & eruditioñis famam perinultūm auxit libris editis, quibus & suæ ætatis hominibus & posteris consulere sibi proposuerat. Et quidem intelligebat eos qui verè docti essent, non solū cūm viui sunt ac præsentes, studiosos discendi erudire atque docere, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literatum assequi. In quo suam fidem & studium tam mirificè probauit, vt nullus hodie sit eleganti & polita cognitione tinctus, quin huius ingenium suspiciat. Neque profecto hac parte video, quām sit æquum opinionem sequi vel Marci Antonij Oratoris, aut Caij Lucilij, tametsi doctus & urbanus à M. Tullio nominetur: Alter enim cur suas orationes edi nollet probabilem rationem reddere solitus, id à se ita fieri dicebat, vt si fortasse quædam mini-

mē alijs placerent, inficiari posset: alter verò quæ scriberet,
neque à doctis, neque ab imperitis legi velle: quod illi me-
lius quam se, hī autem nihil intelligerent. At qua fronte ali-
quis nostrum artifici huic tam laborioso succensere ausit, quis
candido animo scripta non exceperit, quæ & doctis iucunda;
& indoctis profutura sunt? Neque enim existimandum nobis
est veriora illa & simpliciora cēsēndā, quæ viua voce dicuntur,
quæque simulari, fingeque possunt, quam quæ omnium sub-
iecta oculis, quasi ad publicum quoddam examen proponū-
tur. Et hēc quidem, Auditores humaniss. necessariō primūm
dicēda videbantur, ne quis fortè putaret, me illotis, quod dici-
tur, manibus aggredi auctorem velle tam lepidum tamque
tersum & egregiē doctum, cūmque studiosis adolescentibus
proponere, nisi iustum aut certè probabilem consilij mei ra-
tionem primūm redderem. Occurrunt enim viri non impe-
riati quidem & ignari rerum, satisne constanter facere videar,
qui relictis, aut certè sepositis ijs auctoribus, qui prisco & me-
liore seculo floruerunt, vnum è recentioribus assumam po-
tiūs, & ad eum explanandum aggrediar, cūm aliquos penè in-
numerabiles, eosque maximè quos posteritas communī cō-
fensiū approbauit, explicare hoc tempore, pro mea consuetu-
dine & ex officio, debeam. Ego verò, A V D I T . non sum is, qui
veteres, vii iam dixi potius quam vetera eaque p̄aeclara vn-
quam probarim: ac si antiquam & recoctam doctrinam, tem-
porum ratione citius, quam dignitate & vsu estimarem. Quis
enim tam alienus est à recta ratione & iudicio, qui hominū
actibus, non autem suo pretio aliquid estimandum, magni-
que ducendum putet? Sed eò prolapsa est hominum inuidē-
tia & cæca opinio, vt noua p̄enè omnia, quamquam sapientū
iudicio præstantissima, non modò fastidian, sed etiam apertè
damnent: quod idem suo seculo non temerè videtur ille cō-
questus:

Esse quid hoc dicam (inquit) viuis quod fama negatur;

Et suis quod rarus secula Lector amat?

His sunt inuidiae nimisrum, Regule, mores,

Præferat antiquos semper ut illa nouis.

Quæ quanquam nos interdum moueant, retinenda tamen est
cum recte sentientibus perpetua cōsensio, vt numquam ini-
quis imperitorum quorundam opinionibus nos abduci pa-
niamur. Quis enim Enium vel Pacuvium Virgilio, quis Lu-

cano Andronicum Liuium, quis M. Tullij orationibus omnī dicendi lepore ac copia tractis forenses & horridas actiones M. Catonis senioris anteponat? Evidem scio quām nō facile se nouitas apud quosdam insinuet, ut honorificum aliquem locum obtineat: adeò

— nos nostrāque liuidus odit,

— Et nisi qua terris emota, suisque

Temporibus defuncta videt, fastidit Et odit:

Non quōd rectius in ea re iudiciū adhibeat, neque quōd eo modo literarum dignitatem augeri velit, sed quia non nisi è grē patiatur se ultimo haberi loco, si res in certamen veniat: & industria in excitare se nihilo plus posse speret. At id quām ab æquo & bono, quām à recta ratione alienum!

Si enim tam Gracis nouitas in iuiva fuisses

Quām nobis, quid nunc esset vetus? aut quid haberet?

Quod legeret, tereretque virilim publicus usus?

Quām multi multa possint obijcere, vltò mili in mentē ve-
nit: ex ijs enim morosi quidā & tetrici castigatores. quæcum-
que se verustate commendant, ea pedè sola & in primis omni
honore habenda putant, nouis auctoritatē omnem fidemque
detrahunt. In quo ut sibi mitē placent, ita Plautinam cantio-
nem in pergulis, in conuiuijs, in balneis, penéque dixerim
medio ipso foro personant:

Qui utuntur, inquiunt illi, vino veteri, sapientes puto,

Et qui libenter veteres spectant fabulas:

Antiqua enim opera Et verba cùm vobis placent,

Nam nunc noue que prodeunt comēdie,

Multò sunt nequiores quām nummi noui.

Agnosco inquam ego Comici verba, teneo mētem, ni fallor:
non tamē boni illi viri mihi vñquā persuaserint id in omne
scripti genus esse torquēdum, quod de solis fabulis Poëta ille
perpicuē & aperte pronunciauit. Quibus nimiu feueris iu-
dicibus ut non minus grauem' quām argutum opponam te-
stem; Lyricorum Principem Pindarum, quæso, audiant: ἀνει
παλαιοὶ μηδοῖνον, αὐθεάδημον νεωτέρων. Vinū vetus lau-
dandum esse vult: at etiā recentiorum flores hymnorū suā
quoq; laudem meteri grauiter ac verē testatur. Ita quidē do-
ctrinam veterem ac eruditam nullūs non laudat: quis tamē
floridas, ut ita dicam, recentium quorundam hominum scri-
ptiones, & quasi tenellas nouásque Musarum corollas labore
ac studio concinatas nō aliquo putabit honore dignas, non

etiam debita sua laude ornandas existimabit? Vultis itaque uno verbo dicam quid sentio, Auditores non possum facilius quam Plinij iuris arguta sanè & opportuna sententia: Sū ex ijs qui mirer antiquos, inquit ille, nō tamē ita ut ingenia nostrorum temporum despiciam, neque enim in gignendis optimis lassa est & quasi effeta natura. Sit ergo recēs Alciatus, dum tamen antiquam eius doctrinam esse cōstet. Qī id enim excellentem illam, & eruditorum omnium calculis probatā prudentiū Iuris, quid eloquētiam, qua alijs præstitit, in medium adducam? Sic enim iam olim non temerē didicimus hanc pulcherrimam Iuris dicūdi facultatem reuera πλανητιαν̄ esse, & multiplieem atque vberem rerum optimarum penēque innumerabiliū cognitionem, veram profectō & in actione positā, non vmbatilem quādam & in puluere latētem decertationem. sed in omnium oculis ac luce positam sapientiam. Quid loquar de Alciati admirabili dicendi peritia, dēque literarijs monumentis ab eo editis, quæ omnia nō augeri verbis, nedum illustrari posse certō scio? Quanquā enim quidam ē veteribus eleganter & acutē dixerit facillimū esse laudare solem: cūm vbiique præsto & semper esse possint laudationum argumenta penē innuinerabilia: Ita cūm difficile non sit hominem commēdare, in quo tot egregiaz animi doctes eluceant: mihi tamen verendum est, ne quis obijciat illud olim à Phauorino nobili Philosopho usurpatum, Vituperari satius esse, quam remissē laudari. Adde quod si mihi aliquādo statuendum esset ut Alciatum quadam insigni meritāq; laudatione exornarem, putarē equidē non alio eloquendi genere mihi opus esse quam eo quo celebritatē nominis Alciatus est consecutus: vt qui olim ad laudandum commodē Pindarum, non alia quam Pindari lyra sibi opus esse censebat. Quamobrem si certō teneam, nunquam aut raro admodum, parem gloriari ēsse in dicente vel scribēte, atque in eo cuius laudes oratione celebrantur: tamē rei difficultate nullā modo deterritus, non possum quin pro ingenij mei tenititate Alciatū commēdem: quod ipsum tamen cūm pro tantilla mea facultate vix cōsequor, vt certē cuperem, huius mēa vocis testes aduocabo potentissimas & nobilissimas in Europa gētes, à quibus raram & exactā Doctoris huius ornatissimi eruditionem probatam fuisse à patribus accepimus. Primum, testis est Italia, bonorum ingeniorum parens, quæ hunc Ferrariæ, Bononiæ, Ticini, summa omnium admiratione de suggesta

fulminantem, iūs ciuile magno applausu parisque auditorum concursu & frequentia docentem audiuit. Testis Gallia, quæ cum Biturigibus per quinquennium aluit regiis allectum stipendiis: Testis Germania. quæ præ cæteris semper industrios & sollertes homines habuit: quorum opera factū, ut literarū cultus & exercitatio, pridem extincta Gothorum incursionibus, cœperit hac tandem mundi senectute reuiuiscere. Testes exterè nationes omnes, in quibus tamen est aliqua humanitas atque institutio liberalis: quæ omnes vno ore, vnoque cōsen-
su Alciatum excipiunt: ambabus, quod aiunt, vlnis amplexan-
tur, adamant, exornat. Et certè ea fuit egregij hominis suade-
la, ut etiam populos immanitate barbaros, multitūdine innu-
merabiles, sic etiā exteriores absentes demulcerit, ut mirer hōe
penè vno Italo iuris studium fuisse diuinitus exitiatum. Quæ
cūm dico, non est quod vestrum quispiam exspectet à me, ut
nobiles huius nostræ ætatis Iuris doctores inter se cōferam:
neque enim id meum est: & quāmquam mihi permisum ac
concessum esse videretur, tamē scio in primis id & permole-
stum & odiosum ijs, qui sese postponi alijs non tam facile fe-
runt, quique vel ingenio, quod ait ille, cedere nolunt, in quo si
putarem eos ne verbo quidem mihi fore molestos, tamen ut
verè & ingenuè fatear,

— Non mens ander

Rerum tenetare pudor, quam vires ferre recusent.
 Sed quid immotor in ijs quæ omnibus eruditis hominibus probata esse confido? Enim uero, auditores, non est mihi ani-
matus calculum adiucere meum ad eas disputationes, quas ma-
gna sua laude scripsit Alciatus ad Ius illustrādum: de Emble-
matum libello nunc temporis habeo dicere: de eo inquam li-
bello, qui, ut vident omnes, perexiguus est, si molem scripti
cōsideremus: at magnus certè & locuples & ornatus, si pretiū
si dignitatem, si officinam rerum omnium selectissimarum,,
quæque studio & cognitione omnino dignæ sūt, egregiè in-
structam: si, ut vno dicam verbo bonorum mare aduertamus.
 Ausim equidein affirmare, nihil omnino esse quod philologi
alioqui morosi in eo desiderēt, sunt enim nō pauci, qui lōgi-
ores verborum ambitus qui prodigiosas, ut sic dicam, foliorū
& paginaū amplitudines, qui prolixam in doctrina farragi-
nem non temere fastidiant. *Quis enim tam patienti animo*
eam librorum molē euoluerit? an tantum nobis relictum est
temporis, an otij, an vitæ denique, quam tamen breuissimam

esse datum nemo non conqueritur, ut ad alia etiam praeclaras,
& in quibus plus utilitatis esse intelligimus, non primo quoque tempore properemus? Recte Callimachus ille Grammaticus,
& iure quidem dicebat, magnum esse malum: ut intelligamus homines insigni reuera magnoque dano multari, quibus libri tam multi atque amplius euoluendi proponuntur At ut permultis sunt qui proxilitate auersentur, sic profecto alijs quidam nominari hoc loco possunt non illiterati, non inertes, neque postremo in numero ponendi, qui similitudinem satietatis matrem, ut crambenbis male recoctam planè refugiant. Quid enim de ijs loquar, qui aegrè admodum ferunt sibi quasi onus quoddam grauissimum impositum humeris, ut multis multa cōquirant, & non nisi labore indefesso molestaque studia persequantur? Sunt etiā permulti auctores qui manibus teruntur, in quibus singulis non nisi foras singulas virtutes reperire est: adeò nihil ab omni parte beatum, aut omnibus absolutum perfectumque numeris reperiri à nobis potest Scio alios quosdam doctos & utiles esse libros, è quibus res memoria dignas exprimitur: alios qui verborum puritatem & elegantiā doquant: alios denique qui nonnumquam utile dulci permisceantur. Nihil dico de ijs qui nihil nisi spinas habent, aut ijs qui propter obscurum dicenti genus, aut inspersas opiniones erroneas pium & cordatum Lectorem sapienterò à legendō reuocant. Quis verò in hac Emblematū officina, & quasi locuplete rerum optimarum penū breuitatem non laudet? quis varietatem rerum iucundissimam, & exactam pulcramque copiam non amplexetur? quis multiplicem vniuersitatem libellulū thesaurum exigua mole comprehensum, non putabit excolendū, & nocturna diurnaque manū versandū? Ut enim de prima illa virtute, qua breuis est, primo loco: certe Homerus ingeniorum vertex, quos egregios & sapientes viros effingit, eosdē etiā in dicēdo parcos esse dicit: quātumque mea mēs diurna lectione repetere potest, & veterem historiam recordari, non aegrè reperio, quām diu mansuerunt incorrupti hominū mores, sermonem fuisse parcissimum & breuissimum. Quod ijs perspicere facillimum erit, qui priorum temporum auctores cum ijs qui posteri successerunt, vna cōferre volent: ut Orpheum, Linum, & alios cum Homero cum Hesiodo: Socrate, Platonem cum Chrysippo: cum Galeno Hippocratem. Veterū enim sapientum fuere sententiae perbreues, quasi decreta quædam & placita, ut illa celebrata omnibus Pythagoræ symbola, Socraeis, &

tis, & aliorū quorundam sapientes & argutè doctè grauitér-
que responsa quæ hodie circumferuntur, quibus quid erudi-
tius, neroiosius, quid admirabilius? Nihil dico de Solonis se-
gibis Atheniensium, Lycurgi Spartanorum: nihil de duode-
cim Tabulis, quibus mira breuitate contractis tam diu Ro-
mani vīsi sunt, ut nō videam quid amplius posteris accesserit;
cum Philosophia primā in loquax esse cœpit: ut ad rem Poë-
ticę illud hoc loco exclamare lubeat;

— laudato ingentia rura, Exiguum colito. —

Prætermiseram Epistolum, in' quem permulta cōfertur laus,
quod dñebus verbis ἀριζον καὶ ἀτεξου vniuersam Philosophiam
complexus est. Quod tamen ita nolim severè accipi,
ut omnino exultare velim dicēdi copiam, non vñlem modò,
sed etiam necessariam: at ut vestrum quisque intelligat Al-
ciatum sua illa breuitate concinnuin & gratum omnibus nō
iniuria videri. Iam verò quis breuem illa & argutam prisca
doctrinæ syluam nō pluris habendam ducet, quam immā-
nes scriptorum quorundam paginas, quæ mihi perinde vi-
dentur ac cibi nescio qui, ex quibus alimenti minimum, relit
quarum multò plus, ut in cochleis & testudinum genere ca-
pitur? Sed pergamnus quælo ad varietatem illam qua se com-
mendat, qua in delicijs habetur, qua studiosos pascit animos,
qua eruditam cogitationē suspensam tenet. Quod cùm me-
ditor vñā necum, exstimo eos ineptos esse minimèque di-
ligentes, qui semper idem aut legunt, idēmque semper ea-
nunt, neque varietate rerum, quam nobis natura ipsa com-
mendauit, ingenium perponunt. Quid enim moser Senecę,
acuti hominis, vitæ tamen instituto planè Stoici, monitum
consiliūque grauissimum, quo non obscurè variam lectio-
nem, ut alienam à studijs infestatur? Reueta hic magni nomi-
nis Philosophus nō sine iudicio videtur suā eadē re senten-
tiā dixisse: sed nō naturæ certissimum quoddā præscriptū
sequimur, eique paremus; quo nomine nullus est, opinor, qui
nobis molestus esse debet. Nam quocumque oculorū aciem
flectamus, quam curaque in partem sese mens humana reci-
piat, multiplex & varius non tam numero, quam infinitate
distinctum deprehendemus. Plantarum enim, florū, her-
barum magna cāque admirabilis est in omni genere varie-
tas: tam diuersa animalium facies, ea colorū certè innumerabiliū distinctio. Imò verò terrā ipsam videm⁹ hac parte mó-
tibus eminētem, illa lacunosam, fontium quadā perennitate,

fluminum, lacuum, vastoque Oceano irriguā. & certe à terra
secretam, vt ipsa sui maximum omnibus vbiq[ue] spectaculum
præbere videatur. Cuius naturæ tam sapientis & prouidæ so-
lertiam, homines ingenio maximè, & arte feliciter æmulati
sunt, ijs præcipuè rebus quæ literarum monumentis conti-
nentur. Etenim rectissimè putarunt ingenium humanum nō
esse ita sterile & infecundum, & quasi cancellis circumclu-
sum, vt sua vi non continere posset ea omnia, quæ abundans
& opulenta natura educere voluisse. Ne tamen vos morer
pluribus. Auditores, si conferre libeat hunc tantillum libel-
lum cum alijs longè plurimis : & si maturè iudicium adhib-
ere par sit; quis non capietur admiratione vbi obseruauerit,
in eo vno innumerabiles opes contineri, quæ non nisi magna
difficultate summoque studio in permultis alijs commodè
obseruari possint? Ut enim id aliqua parte reuocem quasi ad
calculos, in Alciato puram, terram, & antiquam dictionem
nullus, vt opinor, desiderabit: acumen logicum non abest à
præclara illa fabrica & inuentione rerum tam multarum: non
iudicium & ordo, quo res tam variæ colligerentur: non hi-
storia rerum permultarum: non philosophia morum & na-
turæ quæ tota in omnibus Emblematis occupatur: vt quem-
admodum in Homero plerique veterum dixerunt esse disci-
plinarum omnium officinam quandam locupletem: ita in
Alciatum liberrimè concurrunt, quæ homines eruditæ & in-
geniosi laudatæ aliquam ideam possint effingere. Quæ certè
omnia non ideò à me dicuntur, vt aliquis vestrūm putet me
tam libera & aperta laudatione meos qualescumque in hunc
auctorem labores venditare cupere: quòd profectò quām
alienum sit à meo sensu, facile quiuis intelligeret, si verecu-
dum animum meum, si meæ vitæ rationem, si minimum pe-
néque nullum studiorum progressum viderit. Neque verò
is sum qui Alciati, viri certè maxiimi, dignitatem rarāaque
doctrinā cum m̄ea tenuitate conferre audeam: Ille enim vir
παντούς καὶ παντομάθης iocando liberè relaxandōque ani-
mum, Emblemata omni sale & lepore Attico tincta effudit:
nos industria, studio, cogitatione, sensu denique omni nullum
non lapidem mouemus, vt si pro dignitate non possu-
mus ad umbilicum perducere quæ cogitamus, saltem tamen
admiratione quadam rapti, conjectura nostra qualiacumque
potius, quām seriæ doctrinæ fructū aliquē proponamus. Ille,
vti se res offerebat (quādo maximè à Iuris professione hone-
stâ & liberâ cessatione impetrabat) in medio suo otio negotiū

literatiū cōfēctatus, rem quidē pulcherrimā, dignāmq; omni regio apparatu, eruditōrū hominū oculis spectandā proposuit: ego verō, ut libelli huius gustum aliquē meo arbitratū perciperē, innumerabiles penē auctores Græcos & Latinos aliqua quod certè audeo dicere, diligētiā & volūptate zanimi deuoraui, eamq; continuam operam in perquirēdo fixi atque locauī, ut qui Sisyphus versat saxum, sudans nitendo, sed nescio tamē an hilum profecerim. Et hēc mea certē mēs, ea cogitatio, id iudicium, Auditores, ut cūm ea de re apud vos tam liberē verba faciam, possim adolescentiā lapsum deprecari. Fateor enim nescio quo ætatis feruore ante annos septem contulisse & sublegisse mē in libelli quandam formam aliquas minutias; quas cūm amicis aliquot meis ostendissem, mihi auctores fuerunt, ut de ijs edēdis tuim primūm cogitare, & in publicā edi lucē paterer. Id certè, ne quid ego dissimilem, mihi tum valde placuit, ut qui meorū studiorū aliquod vel minimum specimen non ægrē ferrem studiosis esse consecratum: ad eāmque rem citiūs quām licebat, neque tāmaturē, ut oportebat, ad Christophorum Plantinum, cōdem Antuerpiensem, & Regium Typographū, scripserunt amici meo nomine, ut quemadmodum is ipse mihi coram pro sua facilitate primūm hīc Lutetiae pollicitus erat, deinde per litteras idem non inuitus confirmarat libellus prælo committeo refur: quod tamen, vbi exēplar ad eum mississem, penī omnino dūrō & grotō, & reuera xaxōy & grotō, diuturna & molesta negotiorū mole auocatus, tam citō præstare non potuit, ut ipse constituerat. Sed ea tandem edita scholia, immatura penē omnino, neque digna sitis quæ hoc tēpore, tam eruditis hominibus abundantia, lucem ferrent: tamen excepta cum aplausu à studiosis, mihi animos admouerunt, ut que inculta parumque terfa scirem, sumpto quodam ocio libero corrigerem. Meæ itaque partes sunt, ut cūm mihi tam gratos eruditōrum hominum animos expertus sim, qui pro eo labore, alioqui tenui, gratias mihi non semel habuerunt de castiganda illa editione cogitem: tum ut respondeā hominum de me bene meritorunt exspectationi, tum ut adolescentū studia quacumque tandem ratione iūuare pergam. Quod negotiū cōfēctum citiūs confecissem, & alaci studio maturassem, nisi professionis meæ continua cura & laboriosa contentio, in qua cessatori esse non licet, me penē omnino & subceciūs studijs abstraxisset: nisi inquam me toto iam sexennio.

inexercuisset. Neque verò tam facile est ei qui nostræ huius professionis munus sustineat, animum ad res tam varias & multiplices applicare: quem certè magnum & arduū laborem si qui tam facilem esse putant, vehementer admodum errat. Nullus enim planè animus est vel adeò rectè à natura informatus, ut hoc quicquid est quod facere debemus ex officio, qui non modò agendo, verùm etiam cogitando possit sustinere. An vos aliam caussam esse ullam putatis, cur in tanto honore quo maximè artes aluntur, tam pauci reperti sunt haec tenus qui in hac proficenti laboriosa contentione pro dignitate versati sint? Non est longè repetenda ratio: sunt enim omittendæ voluptates, prætermittendæ studia delectationis: ludus, iocus, conuicia, confabulationes omnium pen' familiarium deserendæ. Quæ res ut plurimūm ardua & difficilis, in hoc genere homines à labore honestoqué conatu studiorum humanitatis auocat, & interdū omnino abstrahit. Non longè abiero, dicarique hoc tempore quod tacitus nullo modo prætermittere possum: nostra hæc professio longè gravior est, magisque seria, quam suspicari vñquam aut percipere possunt qui dolium hoc numquam volutarunt. Nulla fiquidem ars est digna hominis liberaliter educati studio, cuius non aliqua cognitione oporteat tinctum eum esse, qui munus hoc aliqua laude & hominum approbatione sustinere medetur. In quo ego docendi munere obeundo quantò magis in dies prouehor, tanto etiam magis intelligo quam absim à perfectione summorum operū, huiusque professionis dignitate: ut quamquam videar plerisque nunc extra laboris alea positus aliqua mea industria & exercitatione, imò verò hominum eruditorum approbatione; tamen haud dubie fateri cogar, mea fundamenta quæ cogito, nondum bene iecisse. Et hæc quidem quamquam verissima esse constet, scio tamen quam imperitis & paru cautis adolescentibus arrideat potius exoterica, potius quam acroamatica: quam placeant, non solentes & industrii, non laboriosi & ingenuosi doctores, sed clamosi quidam & importuni ardelliones, ut etiā sumorum venditores qui audaciam quadam impudēti & intolerabili juuentutē sibi deuinciunt, eōq; nomine literatū gloriam insigni quodam fastu cōplere non verentur. Quid enim nos, nos inquam laboriosi & industrii, non ubicumque faci sc̄t oīasticā probamur? quia fastum ornem præcludimus: quia malusmus studere utilitati audientium quam voluntatis

non pendens ab aura populari: huic multorum capitum bellum non obsequimur, & hinc ille lacrymæ, Auditores, ut nemini mirum sit, cùm etiam Iupiter ipse, vt est in adagio vere. ne quidem placere omnibus possit. Sed una tamen optimæ factorum conscientia. & doctorum quorundam hominū de nostris studijs grauissimo iudicio sustentamus atque animum colligimus: quamquam nihil sit quod me penitente debeat, vt eorum hominū qui euentu metiuntur omnia fortunam iacusare velim. Licet enim minimè gloriari possim, ut ille, Cui milie Siculiss errabant in montibus agnus: neque cantare pudeam que:

Solitus si quando armata vocaret

Amphion Dirceus in Actæo Aracintho.

Tamen mea ipse sorte contentus, si fas est, si licet, Auditores, dicam ingenuè:

Non sum ad-ō informis: nuper me in littore vidi

Cum p'acidum ventis staret mare, n̄ inquam ego Daphnīm

Cantando tuam, si numquam fallit imago.

Sed iam nimis multa de me: in qua nimirum commemo-
ratione vereor ne quis existimet me meas merces alienis no-
minibus velle carius vendere, quod si facio, mei planè sum
immemor, vt qui naſutis hominibus me ridendū propinem.
At ne patiar vos hinc satiatos discedere, néve aberrem à sco-
po quem mihi primū proposueram, vtque vno quasi falce
complectar quæ hastenus á me dicta sunt, quæso: studiosi
Adolescentes (vos enim iam alloquor, in quorum gratiam
noſtri hil bores instituti sunt) quæſo inquam, noſtri huius
auctoris antiquam doctrinam diligentēr obſeruemus &
exosculemur: peritiam iuris admiremūr: eloquentiam
conſectemur, ſuccinctum dicendi genus eodem cum
doctis hominibus consensu approbemus: varietatem cer-
tè grauissimam iucundissimamque veneremur: cuius ſia-
gulas eisque admirabiles virtutes ſi penitus inueniuntur the-
ſaurum habemus nullo auro nullisque gemmis conferen-
dū: multoque magis admirabilem, ſi eius unius ſelectiſſi-
mas doctrinæ gemmas cum aliorum vel certè permultorum
floſculis comparemus. In quo Emblematum libello mea
qualicumque commentatione illuſtrando, non puto me om-
niō malè bonas horas collocaſſe: quamquam id dictum no-
li, ut cornicibus, quod aiunt, configam oculos, aut me a-
pud vos efferam impensiūs, quod neque vefra de me expe-

Statio, neque meus pudor vñquam pateretur. Sed hoc vñum contendō: excusat̄ur quāso (id enim mihi non semel deprecandum) excusat̄ur inquam nimius adolescētiæ mēæ feruot, qui libellum quasi ē nido implumem, vt ita loquāt, & vt im-
maturum fetum emitti permiserim: excusat̄ur denique ni-
mia fortasse tarditas, quāæ effecit vt nondum satis mihi facere
potuerim, neque supremam admouere mantum in eo diligē-
ter emendando, eō quōd continuum mearum prælectionum
pensum ab eo quod tandiu mihi proposueram, me diutius
auocarit. Sic enim mihi firmo quodā animi proposito statui,
vt quandiu mihi liberē ac quiete versari hac in Academia li-
cuerit, efficiam vt qui eruditis hominibus rationem mei otij
constare velim. Quid enim verear apud vos meas hic fateri
delicias? ADOLESCENTES optimi.

Muse nostri amor Permessides.

In quarum studio quamquam molesto & cœrumnarū pleno,
honesto tamen & laudabili, sic me contineo, singulari Dei
beneficio, vt nullus vñquā fuerit adolescens, qui me toto iam
sexennio proficentem de suggestu audierit, cui tamen mode-
stia cōmendata sit, cui honesti cultus, cui denique humanita-
tis litteræ, qui idem mihi ex animo non fuerit obsecutus. Ni-
hil moror aliorum studia & labores certe multos sollicitudi-
num plenos, per me licet, oblectentur alij cœcis quibusdā cu-
piditatibus: alij fori iurgia consequentur hi rei militari, aut
mercaturæ faciundæ totos sese dedant: alij lucris inhient, &
optima sacerdotia vel prece vel pretio, si possint, aucupari
non desinant:

Me vero primum dulces ante omnia Muse
Quarum sacra fero ardenti percussus amore,
Accipiant, celique vias & sidera monstrant.

DIXI.

EMBLEMATVM INDEX

IN LOCOS COMMVNES AD STUDIO- SORVM COMMODITATEM DIGESTORVM.

*Numerus ad Emblematis cuiusque refertur
ordinem.*

I Nsignia ducatus Mediola-	In deprehensum.	21
nensis. <i>Emblema.</i>	1 Custodiendas virgines.	22
Mediolanum.	2 Vino prudentiam augeri,	23
Nunquaā procrastinandum.	3 Prudentes vino abstinent.	24
D EVS siue R E L I G I O.	In statuam Bacchi.	25
In Deo lætandum.	4 Gramen.	26
S apiencia humana, stultitia est,		
apud Deum.	5 Nec verbo, nec facto quem-	
F icta Religio.	6 quam lèdendum.	27
Non tibi, sed religioni.	7 Tandem, tandem iustitia ob-	
Qua dij vocant eundum.	8 tinet.	28
V IR T U T E S.	Etiā ferocissimos domari.	29
F IDE S.	Gratiam referendam.	30
Fidei symbolum.	9 Abstinentia à muneribus ca-	
Fœdera.	10 piundis.	31
Silentium.	11 Bonis à diuitiis nihil timen-	
Non vulganda consilia.	12 dum.	32
Ne quæstioni quidem ceden-		
dum.	13	
P RUD E N T I A.	F ORT I T Y D O.	
Consilio & virtute Chimoram	Signa Fortium.	33
superari, hoc est, fortiores &	Ays'ξε χ, ἀπέξε.	34
deceptores.	In adulari nescientem.	35
Vigilantia & custodia.	Obdurandum aduersus virgin-	
Nῦρε, οὐδὲ μέμυνος ἀπεῖν,	tia.	36
αρθεξ, &c.	Omnia mea mecum porto.	37
Πῦ παρέειν. τί δὲ ἔρεξα; τί	C ON CORD I A.	
μοι δέοντος ἐπλέσθη.	Concordię symbolum.	38
Prudentes.	Concordia.	39
Prudens magis quam loquax.	Concordia insuperabilis.	40
19.	Vnum nihil, duos plurimum	
Maturandum.	posse.	41
	Firmissima conuelli non pos-	
	se.	42
	PPP iiiij	43

SPES.

Spes proxima.	43	In amatores meretricum	75
In simulacrum Spei,	44	Canendum à meretricibus	76
In dies meliora.	45	Amuletum Veneris.	77
Illicitum nihil sperandum.	46	Inuiolabiles telo Cupidinis.	
Pudicitia.	47	78.	

VITIA.

PERPIDIA.

In victoriam dolo partam.	48
In fraudulentos.	49
Dolus in suos.	50
Maledicentia.	51
In receptatores sicariorum.	52
In adulatores.	53
Et qui semel sua prodegerit, alinea credi non oportere.	54

STULTITIA.

Temeritas.	55
In temerarios.	56
Furor & rabies.	57
In eos qui supra vires quidquā audent.	58
Impossibile.	59
Cuculi.	60
Vespertilio.	61
Aliud.	62
Ira.	63
In eum qui sibi ipsi damnum apparat.	64
Fatuitas.	65
Obliuio paupertatis parens.	66

SVRERBIA.

Superbia.	67
Impudentia.	68
Opulentia.	69
Garrulitas.	70
Inuidia.	71

LUXURIA.

Luxuria.	72
Luxuriosorum opes.	73
Tumulus meretricis.	74

IN AMATORES MERTRICUM

Canendum à meretricibus	76
Amuletum Veneris.	77
Inuiolabiles telo Cupidinis.	

LASCIVIA.

79

Desidia.	80
Desidiam abijciendam.	81
In facile à virtute desciscentes.	
82.	

IGNAVIA.

83

Avaritia.	84
In auaros.	85
In aulicos.	86
In sordidos.	87
In diuites publico malo.	88

In auaros vel quibus melior conditio ab extraneis of- fertur.	89
---	----

GULA.

90

Gula.	90
Ocni effigies.	91
In parasitos.	92
Paruam culinam duobus ga- neonibus non sufficere.	93
Captiuus ob gulam.	94
In garrulum & gulosum.	95
Doctorum agnomina.	96

NATVRÆ.

97

Natura.	97
Ars naturam adiuuans	68
In inuentam.	99
In quatuor annitempora.	100
101.	

ASTROLOGIA.

101

Scyphus Nestoris,	101
Quæ supra nos, nihil ad nos,	
102.	
In Astrologos.	103

INDEX EMBLEMATICUM:

967

dere.	104.	A M O R .	
Potentissimus affectus, amor.			
105.			
Potentia Amoris.	106		
Vis Amoris.	107		
In studiosum captū amore.	108		
avtēps, id est amor virtutis.	109		
avtēps, amor virtutis alium			
Cupidinem superans.	110		
Dulcia quandoque amara sie- ri.	111		
Ferè simile ex Theocrito.	112		
In statuam Amoris.	113		
In obliuionem patriæ.	114		
Sirenes.	115		
Senex puellam amans.	116		
In colores.	117		
F O R T U N A .			
Virtuti fortuna comes.	118		
Fortuna virtutem superans.	119		
Paupertatem summis ingenijs obesse ne prouehantur.	120		
In Occasionem.	121		
In subitum terrorem.	122		
In illaudata laudantes.	123		
In momētaneā felicitatem.	124		
Ex damno alterius alterius vi- tias.	125		
Bonis auspicijs incipiendū.	126		
Nihil reliqui.	127		
Malè parta, malè dilabuntur.	128		
Semper p̄st̄ esse infortunia.	129		
Remedia in arduo, mala in prono esse.	130		
H O N O R .			
Ex arduis perpetuū nomē.	131		
Ex literarum studijs immorta- litatem acquiri.	132		
Tumulus Io. Galeacij.	133		
Optimus ciuis.	134		
Strenuorum immortale no- men.	135		
Nobiles & generosi.	136		
Duodecim certamina Hercu- lis.	137		
In nothos.	138		
Imparilitas.	139		
In desciscentes.	140		
Æmulatio impar.	141		
Albutij ad Alciatum, &c.	142		
P R I N C E P S .			
Princeps subditorum incolu- mitatem procutans.	143		
In senatū boni principis.	144		
Consiliarij principum.	145		
Opulentia tyranni, paupertas subiectorum.	146		
Quod nō capit C H R I S T V S , rapit fiscus.	147		
Principis clementia.	148		
R E S P U B L I C A .			
Salus publica.	149		
Respublica liberata.	150		
V I T A .			
In vitam humanam.	151		
Ære quandoque salutem re- dimendam.	152		
M O R S .			
Cum larvis non luctandū.	153		
De morte & amore.	154		
In formosā fatō præceptā.	155		
In mortem præproperam.	156		
Terminus.	157		
Opulentī hereditas.	158		
A M I C I T I A .			
Amicitia etiam post mortem durans.	159		
Mutuum auxilium.	160		
Auxiliū numquā deficiēs.	161		

Gratiæ.

HOSTILITAS.

In detractores.

Inanis impetus.

Aliquid mali propter vicinum
malum.In eum qui truculentia suorū
perierit.

Ἄχθεν ἀδειγάδει

A minimis quoque timendū.
168.

Obnoxia infirmitas.

Vel post mortem formidolosū.
170

VINDICTA.

Iusta vindicta.

Iusta vltio.

Parera delinquentis & suasoris
culpam esse.Alius peccat, aliis plectitur.
174

Insanī gladius.

PAX.

Pax.

Ex bello pax.

Ex pace vbertas.

SCIENTIA.

Doctos doctis obloqui nefas
esse.Eloquentia fortitudine præstá-
tior.

Facundia difficultis.

Antiquissima quæque cōm en-
ticia.

Insignia poëtarum.

Mūlicam Dijs curæ esse.

162 Litera occidit, sp̄itus viuifi-
cat.

163 Dicta septem sapientum. 186

IGNORANTIA.

Submouendam ignorantiam,
187Mentem non formam plus
pollere. 188

Diues indoctus. 189

MATRIMONIVM.

In fidem vxoriam. 190

Reuerentiam in matrimonio
requiri. 191In fecūditatem sibi ipsi dam-
nosam. 192

Amor filiorum. 193

Pietas filiorū in parētes. 194

Mulieris famam, non formam
vulgaram esse oportere. 195

In Pudoris statuam. 196

Nupta contagioso. 197

ARBORES.

Cupressus. 198

Quercus. 199

Salix. 200

Abies. 201

Picea. 202

Cotonca. 203

Hedera. 204

Ilex. 205

Malus medica. 206

Buxus. 207

Amygdalus. 208

Morus. 209

Laurus. 210

Populus alba. 211

FINIS INDICIS

EMBLEMATVM.

INDEX RERVM ET VER-
BORVM QVÆ HIS COMME-
TARIIS CONTINENTVR.

A

A	Bdumen.	433	Adulatorium vnde dictum.	313
A	Abies. 899. sretis apea, ibid.		Aegyptij symbola repererunt.	3
A	Abstemius.	163	Aegyptij cur oculum in sceptro re-	
A	Abstinentia ab esu piscium.	19	gio posuerint.	140
A	Accola quid.	237	Aegyptij quid per leonem designa-	
A	Acheloi cornu.	559	tint	119
A	Achilles formosissimus Græcorum,		Aello harpyia.	214
	479		Aemulatio impas.	665
A	Achilles ut erat arat Hætoris cor-		Aenez pietas.	372
	pus.	712	Aenigma.	32
A	Achilles flava coma.	549	Aenigma de testitudine.	373
A	Achillis sepulchrum.	636	Aenigmata.	4
A	Achillis arma ad Aiacis tumulum		Aeschylus poëta.	161
	deletata.	193	Aesculapius cur Deus habitus.	698
A	de armis Achillis contentio. ibid.		sub forma serpentis cultus, ibid.	
A	Achiui.	772	Aetates tres.	349
A	Aetæon in cœru matus.	391	Aethiopem dealbare.	318
A	Aetæones venatores.	ibid.	Aethiops non albescit.	ibid.
A	de Aetæone varia.	392.293	Affectus iustitiae debent; cedere.	
A	Ad finem ubi pertinenteris, & redeas.		196	
	116		Affectus moderandi sunt.	302
A	Admissarius pro homine immoderata libidinis.	370	A fronte & à tergo.	340
A	Adolescentia maximè feruida, &c.	129	Agamemnon.	276
A	Adolescentis descriptio.	305	Agamemnoni cur virtio detur.	367
A	Adolescentiari pro luxuriati.	542	Agamemnonis elypeus.	312
A	Adonis.	381	Agamemnonis leo, symbolum.	20
A	Adorea quid.	873	Agathocles peripateticus,	351
A	Aduersus Solem ne meillo:	13	Agendi initium secundum vices cu-	
A	Adorant se deant.	18	jusque sumendum.	151
A	Aduersores statim accedunt, tardè		Agentes & consenentes pari pena	
	recedunt.	629	puniendi.	778
A	Adulatio in aulis Principum.	229	Ageislai cordatum responsum &	
A	Adulator ut Chamæleon.	296	consilium.	95
A	Adulatorum mores,	396.297	Aglaia.	738
			Agrippa fictius.	106
			Ajax qualis apud Homerum.	601
			Ajax vnde dictus,	277

INDEX.

Ajax seipsum interfecit.	786	Amantes cur pallidi.	914
Aiaci tumulus ubi.	276	Amantium condicio per buxum re- presentata.	913, 915
Aiacis insania.	786	Amaranthus tumulis appositus.	637
Alauda in gramine nidificat.	182	Amaranthus.	938
Alba vestimenta in conuixijs.	552	Amafidis fatum.	242
Alboris significaciones.	546	Amatores nullum periculum deti- ctant.	515
Album & purpureum quid.	549	Amazones cum Chimæra, id est, capra collata.	114
Albus color.	548	ab Hercule deuictæ.	653
Albus color gaudijs signum.	551	Ambages quid.	202
Albutij ad Alciatum.	668	Ambitio principes occidat & perdit.	307
Albutius.	ibid.	Ambi iosi & auari lupo cervario comparavit.	337
Alcæ cauda leonis.	327, 326	Amens.	100
Alce fera.	54	Amici plutes oppresserunt quād i- nimici	125
Alciati gentis symbolum.	ibid.	Amici qui diligendi.	728
Alciati methodus in studiorū cur- sū.	134	Amici yesi typus.	735
symbolum.	556	Amicitia post mortem eurans.	727
Epigramma in detractorem 665		Amicorum duo genera.	525
Iaus in aliena patria.	669, 670	A'myntias lex.	634
Alciatus in pædoribus.	741, 742	Amor ex otio, & idem labore creare dicitur.	521, 522
Alcibiades.	196	Amor igne fortior.	488
Alcibiadis faciūm ut populi rumo- res inhiberet.	387	Amor ignis.	487
Alcimenes auceps.	474	Amor honori cur iunctus.	89
Alcion vnde.	800	Amor duplex quid alijs significet.	495
Alcionij dies qui.	ibid.	Amor cur alatus.	518
Alcyonis sollertia.	799	cæcus	519, 523
Alcyonum sollertia in nidificando.		πυλο's & πυλοποι'o's.	ibid.
800		igneus.	520
Aleuadæ Thessali.	226, 228	Amor omnia domat.	482, 486
Alexander Magnus cur annulum o- ri Hyphestionis appresserit.	501	Amor quomodo ab amore supere- tur.	499
ambitious.	309	Amor potentissimus affectus.	476
Alexandri magni peruvicacitas.	55. & 56.	Amor aliger.	487
Alexander Phereus tyrannus occi- sus.	228	filiorum.	865
Αλεξανδρο' quid.	382	cur nudus.	515
Αλεξανδρειον & αλεξιθράμ- ακον.	382	cur puér.	516
Aliud agere qui dicantur.	124	phaterratus cur.	517, 518
Alius peccat, alius plectitur.	780	Amor fulmine superior.	485
Αλλοστόλλοι.	326	Amor Hederæ comparatus.	907
Ama tanquam osurus, &c.	129	Amor γλυκύπηθ. 506, 912	
Amabiles post mortem.	765	Amor & vinolentia gelati non pos- sunt.	515
Amaltheæ vnde dicta.	557		
Amaltheæ historia,	559		
cornu quid.	557, 558		
Amans verè semper amat.	729		

INDEX.

Amor turpis quomodo possit cuita.		Annō leone vsus pro iumento sors
<i>si.</i>	373	Annulus in primis nuptijs. cur deteg 879
A not triplex	495	Annulus, signum seruitutis. 18
Amore plus effici quam vi.	487	Arctum annulum ne gestatio. ibid.
Amoris descriptio.	511,514	in Andulo Dei figuram ne habeo. 14.
potentia.	488	
vis.	485	
fel & mel.	506	Annus luctus. 318
antidotum.	514,535	Aυτέρως, id est, amor virtutis.
inconstancia.	516,523	493,494
in Amoris statuam.	512,513	Aυτέρως, alium Cupidinem superans. 499
Amoris vulnera ex oculis.	512	Anteuorta & postuorta. 140
Amuletum in obrectationem. 746		Antiochi stratagema in Galatas. 583,587
Amuletum quid & unde. 382,386		Antiochus & Chariiles fratres. 889
Amygdalus.	916	Aυτίταλος quid. 508
Anacharsis Scytha.	971	Aυππελαργεῖν. 205
Anagramma usini ratio quæ.	32	Antiquissima quæque communitas. 818
Anas.	285	Antonij facinus. 398
Anchora quid.	673	Antonius patris pestis. 100
Thalassarchi Gallici.	ibid.	M. Antonius tyrannus. 399
Anchora alligatus Delphin.	ibid.	Aper Erymanthus. 653
Anchoram sacram soluere.	ibid.	Apes citius pungunt pollutos libi- dine. 507
Ave χάριτης.	220,223	Apum natura. 691,692
Angerona & fugies.	101	Aρροδίθη unde dicta. 491
Ang' diuinatoris vana praedictio.	471	Apicius. 428
Anguilla lubrica.	153	Amsia cur veteribus laudata. 125
Anguillas qui dicantur capteate.	420	Apollo ubi natus. 456
Anguis tortilis, insigne Mediolan. ducum.	42	Apollo & Bacchus cur iuncti. 456
Anguis præsigium.	44	Apollo Loxias. 4
Anguis Ambrosianus Mediolani.	699	Απόστολα. 382,386
Anguis sibi caudam mordens.	43	Aqua quid. 822
Anima sicut autiga.	302,303,304	Aqua cur pro erumpens vehementi- ribus accipiatur. 255
Anima de celo est.	73	Aqua vitrea. 420
Anima sive sapientissima.	166	Aqualis & maluum. 208
Anima alijs omnibus rebus corpo- ralibus præferenda.	708	Aquila, imperij symbolum. 23
Animalia pro diis habita.	448	Romanorum symbolum. 21
Animalium genera.	447	insigne Romanorum. 218
Animi voluptas magnum virtutis præmium.	134	Iouis. 63
Animi partes duæ.	446	in stemmatis. 826
Animum mutare difficile.	316,317	pro stemmate Imperatoris. 216
Animus an in corde an in cerebro.		Aquila omen. 219
447		præstantia. 218,219
Animus ab externis minime pendes.		
237		
Animi quatuor tempora.	458	
Aquaria.	950	

INDEX.

Aquila & Scarabei dissidium.	761	gum.	298
Aquila sacræ aues quibus.	219	Affectionis malum.	349
Aquilino natio homines.	219	Affectionum mores.	297, 298
Arabum assentatio.	206	Affuerere verbum.	399
Arbor quid.	822	Astrologi.	469 & seqq.
Arcades Caladriopæjos cur.	522	Astrologi Iudicatijs.	468
Arcades primi Lunam obseruantur.	942	Astrologorum reprehensio.	474
Arcades cur ἀρχούσι λύσις dicti.	944-644	Astrologorum vanitas.	470
Archilochos poëta maledicus	287.	Astydamas histrio.	350
288		Atalanta.	858
Archilochia edita, &c.	288	Atæ fabula in quos torques possit.	621, 622
Ardea.	405	Atæ Homericæ.	612
Ardeliones, eorumque studia.	404.	Ater à nigro differt.	548
405		Atergatis dea.	19
Ardeola stellaris.		Athanalius à paganis suggillatus.	
Axerduis perpetuum nomen.	405	257	
Αρετὴ απὸ τῆς οὐρανοῦ.	623	Athenæ doctæ.	70
Ariadne à Baccho rapta.	169	Athenæ unde dicitæ.	145
Aries amatorem significat.	368	Athenæ cui ceteri piz dicitæ.	145
Aries vir gregis.	369	Athenienses αὐτοχθόνες.	648
Aries inaureo vellere.	854	Athienham de cæribus iudicia.	
Arionis a Delphino seruati historia.		680	
424.		Aheniensium bella exitiosa.	796
Aristides cur Athenis pulsus.	148	Ἄθεοι voluptuarij.	67
Aristippi cantio.	706	ἀπλανῶς,	symbolum.
Arisiomenes.	217	Ἄπμεγκλεῖν.	223
Aristoteles ingratus in præceptorē.	332, 333	Attalus.	337
Aristoteles cur ήμίσεν Θ. dicata.	332	Atyla.	608
cur.		Auari conditio.	408
Aristoteles & Cicero φίλω-		In auaros.	
701.		Auariano comparantur.	411, 423
Armorum symbola.	351	Auariitia.	407
Arrogantes.	39	Auariitia summum malum.	425
Arginoës mira in liberos pietas.	868	Auariitia quanta pernicies.	424
Ats sua cuique pro viatico.	451, 453	Auariitia comites.	425
Ats naturam adiuuat.	450	Auariitia mala.	425, 426
Atrem qui sequantur.	454	Auatiitæ & voluerum collatio.	653
Attes libertales quam illiberale se-		Audentes supra vires.	323
qui satius.	450 451	Augeriani lepidum epigrāma.	486
Attaxerxis moderatus animus.	695	Augie purgatio.	654
Arundo pro sagitta.	475	Augusti sphinx, symbolum.	22
Äruum genitale.	381	Augusti dīctum.	149
Asellis commissa sacerdotia.	81	Augustinus Nyphus Philosophus.	
Afini encomium.	180	490	
Afinus vehemens mysteria.	79, 80	Aulici.	414
Assentatio perpetuum malum Re-		Aulicoru aurez compedes.	414
		Aulicoru seruitus miserrima	415, 416
		Aulicorum descriptio.	415, 416
		Auras.	764

INDEX.

Aureum vellus.	855	Bellisarius.	337		
Auxilium mutuum.	731	Benefacta male locata, pro malefa- ctis arbitrandā.	132		
Auxilium nunquam deficiens.	734	Beneficij inter duos lex.	740		
B					
B Abylon quid.	76	Biancis apophthegma.	236, 237		
Babyloniat mulieres.	76	Bias.	842		
Bacchi ortus.	171	Bilem euomere.	743		
Bacchi Nutrices Nymphæ.	173	Bilis duplex.	314		
Bacchi statua.	167	Bis dat qui citò dat.	739		
Bacchi simulachra nuda.	171	Biturix.	58		
Bacchi currus tractus à tigribus.	201	Bonis auspicijs incipiendum:	608		
Bacchi nomina.	166	Bonis à diuitiis timendum.	218		
Bacchi mater Semele.	162	Bos ad laborem natus.	557		
Baccho cur papauer & ferula tribu- ta.	128	Brutis rumisma.	700		
Bacchus cur iuyyinsdictus.	386	Bruti opinio veterum Romanorū perniciosum delitium.	570, 571		
Bacchus cur iugensis.	169	Brutus seipsum occidit.	564		
Bacchus cur nudus in statuis.	515	Brutus & Cassius.	563		
Bacchus cur Lyzus dictus.	238	Burgundionum tria repagula.	23		
Bacchus cornutus cur.	171	Burthus.	547		
Bacchus Nympheis tēperandus.	173	Bustum.	218		
Bacchus femori Iouis insultus.	172	Buxus.	913		
Bacchus Bromius.	166	C			
Bacchus nudus, rubeus, igneus, cur. 172		C Achinnus:	704		
Bacchus cornutus.	170	C Cadmidraco.	44		
Bacchus Liber pater.	168	Cadmi historia:	835		
Bacchus & Pallas cur eadem ara lo- cantur.	161	de seminatis à Cadmo dētibus my- thologia.	837, 838		
Bacchus cur pater.	162	Caduceatores legati sur.	558		
Bacchus & Pallas cur Ioue nati.	162	Caduceo implicat serpentes.	558, 559		
Bacchylides.	661	Caduceus Mercurij.	558		
Baculus quid.	559	Caduceus.	557, 561		
Barbam vellere.	712	Cecitas animi maximus.	348		
Barritus clamor quis.	590	Cærulens color.	547, 550		
Barris & barrire.	590	Cæruleus ἀλυρός cur.	550		
Bartholomæus Anulus.	839	Cæsar Borgia.	272		
Battiades Callimachus poëta.	418	Cæsar ambitiosus.	310		
Bellarria.	233	Cæsar occisus in senatu.	199		
Bella quando suscipienda.	797	Cæsaris occisores.	563		
Bellorum suasores.	778	Calais & Zetes.	213		
Bello ciuili nihil exitiosius.	598	Calais cur sic dictus	215		
Bellicis in rebus celeritas.	56	Calchantis vaticinium.	624		
Bellum unde dictum.	600	Calix aureus.	75		
Bellum ciuile.	246	Callimachus poëta;	418		
Bellerophon Chimæram vicit.	214	Καλόγ' ἄγλεη.	478		
Bellerophon vrde dictus.	214	Cancri fluuiales.	432, 455		
Bellerophontis historia.	173				

INDEX.

Candidæ vestes gaudij signum.	551	fugienda.	347, 348.
Candidati vnde dicti.	552	Centauri.	684
Candidus.	549	Cerberus triceps.	654
Candor animi vnde.	ibid.	Cerebrum non edendum.	9
Canes pio rapacibus.	345	Cerua aëripes.	653
Canis perculta lapide, non percus- sorem, sed lapideum petit.	781	Ceneæ verbū obscenū.	406
Canis pio inuidō.	747	Chærephon cur appellatus vesper- tilio vel noctua.	321
Canis q̄ id in Hieroglyph.	447	Chærephontes duo.	321, 322
Canis orbem Lunę cōspiciens quid.	746.	Chamæleon.	297
Canis fidei nota.	858	Chamæleon non solo vescitur ære.	297
Canus colorisque nativus.	550	Chaticles & Antiochus fratres.	889
Capere, pro decipere.	77	Charites vnde dictæ.	737
Capra Scytia.	663	nudæ, virgines, iunctæ, talaria ala- ta habent, vnam duæ aliae conspi- ciunt.	ibid.
Capra meretricem significat.	373	cur filiæ Iouis & Eurynomes.	ibid.
Capra lupi catulum lactans.	318	Charitum descriptio.	737
Captare verbum.	599	Chela quid.	433
Captores ipsi capiuntur.	775	Chicani vnde.	440
Captiuus ob gulam.	437	Chilon.	587, 841
Caput vacuum cerebro.	852	Chimæra cur triformis.	115
Cardamū noxiū viciis herbis.	752	quale monstrum.	114
Carneadis apophthegma.	227	Chimæram promulgere ponit Ly- cophron.	114
Carol. V. Imp. symbolum.	269	Chiron Centaurus.	682
Carol. IX. symbolum.	24	Chirons ferina natura quid.	683
Caroli Lotareni symbolum.	25	Chœnix quid.	397, 398, 950
Carolus Dux Burgundiorum.	308	Chœnici non infidendum.	7
Carpere facilius quam imitari.	745	non infidendum quid.	397, 398
Carthaginis historia.	227, 228	Christianorum Imperatorum pru- dentiā in hæreticos.	142
Caruallus in Erasnum.	722	Cibum in matellam.	11
Castor & Pollux quid allegoricæ.	259	Cicida nobilitatis insigne apud A- thenienses.	641
Castor & Pollux.	60	Cicadamala corrupere.	743
Castor seu Fibri testes sibi exscin- dit.	707	Cicero ab Antonio interfectus.	198
Castoris seu Fibri solertia.	705	princeps Romanæ eloquentiæ.	200
Kašaḡi X̄ipes.	210	Ciceronis & Aristotelis plau- tia.	351
Catharinæ Medicæ symbolum.	25	Ciceronis dissimulatio post cinile bellum Pompeianum laudatur.	565
Catonis pertinax animus improba- tur.	566	Ciceronis infelix contentio in An- tonium.	566
Cœuae quid.	787	Ciceronis in P. Clodium iocus mor-	
Cauendum à meretricibus.	375		
Caussæ oculæ.	274		
Caussæ rerum multæ hominibus in- cognitæ.	766		
Cecrops Atheniensis.	66		
Cecrops Ætnæ.	67, 69		
Celenum, i. nigrum.	214		
Celeritas nimia, & nimia tarditas			

INDEX.

mordax.	853	Colórum nomina varia.	558
Ciceronis versus & multis repre- heisus.	813	Columba timiditatis symbolum.	
Ciconia veris nuncia.	460	218	
Ciconia pietas.	204, 205	Comitis S. Pauli infaustus casus.	
Ciconia effigies in sceptris.	205	753	
Cimbrorum & Teutonum arma.	20	Compos & impos vnde.	304
Cineticius.	550	Concio.	195
Circe meretrix.	376	Concordia per lyram designatus.	
Circe filia solis.	378	93	
Cirrati qui.	723	Cóncordia vnde derivata.	93
Citius quid.	723	Concordia ciuiū principibus curz esse debet.	240
Cissus Bacchi histria.	905	Concordia,	844
Citrus amoris symbolum.	911	Concordia insuperabilis.	247
Civis optimus.	633	Concordiae vis.	92, 247
Classicum belli.	779	Concordiae commoda.	248
Clavum clavo pellere.	500	Concordiae symbolum.	240
Cleanthis industria laudanda.	574.	Coniungium quibus permisum.	886
576		Consilia in quibusdam rebus ra- pienda potius quam querenda	
Kleistopias.	896	581	
Clementia principis.	229	Consilia non vulganda.	105
Clementia vera principis virtus.	692	Consilia Regum paucis cōmitten- da.	104
Cleobulus.	841	Consilij & fortitudinis vls.	512
Cleomenis verba grauissima.	564	Confilio & virtute Chimaram su- perari.	212
Cliens.	269	Consilium viribus destitutum.	153
Clitorius lacus abstemios reddit.	895, 896	Consilium & vires.	251
Clune capi.	371	Consilium res sacra.	106
Clypei latens significatum.	521	Constantij adulatores.	229
Clypeus Myrtilli.	735.	Constantius credulus.	132
Clypeus vnde dictus.	521	Consultor res sacra.	104
Clytum Alexander iratus interfecit.	328	Contemplantes alta cadunt.	473
Coccinea vestis.	549	Continentiaz gestus.	222, 223
Cœnobitarum quoundam desidia.	392	Cotumelia sèpè animis tranquillis- simis patientiam extorquet.	744
Colobotes.	444.	Corne edulo.	9, 359
Color quid.	548	Cordum quid.	609
Color albus, niger, cæruleus, vici- dis, rubeus, &c.	544.	Cornicis poculis vtebantur veteres.	
Color pullus.	548	170, 171, 172	
Color albus & rubeus.	297	Cornicis vox, cras, cras.	266
In colores.	543	Cornicum oculos configere.	59
Colores affectus animi expriment.	544	Cornicum & vularum dissidium.	
Colorum significationes.	544	146	
Colorum differentiaz penè innu- merabiles.	548	Cornix cur reiecta à Pallade.	146
		Cornix in Palladis manu.	146
		Cornix inauspicata.	365
		Cornix quid.	242

INDEX.

Cornua sumere:	172	Cupressus adhibita funeribus.	888
Cornua audaciam significant. 170,	171	Cura vnde dicta.	238,359
Cornu Amaltheæ.	557,558	Curculio.	428
Corona graminea.	181	Curia.	667
Corona querna.	185	Kuαμοτσώξ.	II
Corona ciuica donati qui:	892	Cyclops quid Seruio,	771
Coronam ne carpito.	15	quid Heraclidi.	772
Corpus vitiosum vitiosæ naturæ i-		Cyeni regis historia.	828
mago.	280, 281	Cycnus Phœbo facer.	828
Coruus serpentem, &c:	774	Cycnus quid significet 816.de Cy-	
Cotonea cur nouis nuptis ederetur.	903	ceno ante morte canente Platonis	
Cotys dea turpitudinis:	370	locus item qui negent cycnum	
Kερθη vnde.	171	ante mortem canere.	ibid.
Credere omnibus & nulli, vitiū est.	123, 131.	Cymatilis.	550
Credere omni spiritui scriptura		Kέρμα quid.	550
prohibet.	130	ad Cynosarges quid.	658
Crudelitas fugienda.	121, 122	Cyptia Venus.	381
Crudelitas nimia magnum malorū			
agmen secum aduehit.	329	D	
Crepidoo.	365	Aedalus.	108
Crux, signum salutiferum.	22	Δάδεψη vnde dicta.	920
Cubitus pro mensura.	190	Daulia, daulis, & daulias pro lusci-	
Cubitus instrumentum architecto-		nia cur.	356
rūm.	190	Decretum quid.	680
Cubitus regius maior communi.	190	Defraudare genium:	413
Cuculi nomen quibus tribuendum:	320	Delphin in mari absorptus quid.	
Cuculi.	319	754	
Cuculus vnde.	320	Delphin Cupidini iunctus.	719
Cuculus quis verè.	319	Delphin οἰλαύδωπος. 673, 719	
Cucurbita ad pini ramos.	593	Delphinus alligatus anchoræ.	673
Cucurbita quid allegoricè.	593	Demades.	192
Cui des videto.	40	Demades Atheniēses ab imperio in-	
Cui non credendum.	302	Macedonas retraxit.	129
Culina parua duobus ganeonibus		Demaratus cur fileret rogatus.	98
non sufficit.	435	Democriti risus.	702
Cunstatio.	150	Democritus.	704
Cupidines duo.	494	Demosthenes auersos habebat do-	
Cupidinis & amoris differētia.	497	magogos, &c.	144
Cupidinis fax.	482, 496	Dentes sati labore Cadmi quid.	835
Cupidinis telo inniolabiles.	383	Dente petere.	783
Cupido cur Veneri adiunctus.	507	in Desciscentes.	663
Cupressi frondes in sepulchralibus		Desidere.	394
Magnatum.	889	Desidia.	392
Cupressus vnde nominatus, & eius		Desidia abjicienda.	397, 398
natura.	889, 888	Desidia quorundā Cœnobitarū.	393
		Desperanis opinio.	564
		Despondere animum.	274
		Petractores.	741

INDEX.

Deum colere & timere oportet.	340	gnificet.	ibid.
Deus omnia videt.	187	Draco Amphiates.	20
Deo lærandum.	58	Dracones & v'luz cur Palladi consecrantur.	156
Deorum coronæ.	85	Dulcia quandoque amara fieri.	505
Deucalium giuum beneficio seruatius.	136		
Dextra symbolum fidei.	244	E	
hoipotij insigne.	245, 246	Ecclesia in aduersis crescit.	134
Dextræ iunctæ pro concordia.	245	Echeneis vel Remora vnde dicitur.	149
Dialecticæ symbolum serpentes.	559	Echeneis vnde.	401
Dicta septem sapientum.	839	Echo pani amicatur.	584
Difficilia tria, &c.	305	Ἐχθρῶν ἀδελφῶν δῆμος.	757
Dij qua vocant, eundum.	82	Egens vnde dicatur.	575
Dij qui veteribus habiti.	159	Ei qui sua semel prodegerit, aliena credi non oportet.	299
Dij multi, ijsdem aris positi.	160	Eidivou quid Græcis.	141
Dij σωταιρία in eodem templo culti.	160	Eidothea quid.	812
Dij meliora.	885	filia protei.	812
Diogenes Musicos stultitiae cur arguerit.	93	Ἐις ἀνθρώπος δὲ εἰς ἀνθρό.	252
Diomedes.	253	Elephanti, Lucæ boues.	589, cur sic dicti.
Diomedis virtus:	854	Elephantis in bello multū vni sunt veteres.	588, 589
Diomedis & Vlyssis effigies iunctæ quid.	252	Elephantorum usus in bellis.	789
Dioscuri pileati.	701	Elephantus porcum perfette non potest.	588
Dioxippi historia.	477, 478	Elephantus in triumpho:	790
Dipsas serpens.	475	Eloquentia fortitudine præstantior	808
Dirum quid.	480	Elpidius.	164
Disciplina vna vnicuique excolēda.	403	Emblema quid & eius ratio.	33, 34, 35
Discordia dea.	243	Emblematum usus.	34
Divites indoctus.	854, malus & imperitus.	Epaminondæ laus.	98
aut iniquus, aut iniqui hæres.	612, 613	Epaminondas morti proximus.	638
Divinatōris Angli vana prædictio.	471	Ephyrza.	368
Diuites publico malo.	419, 421, 422	Epicharmus.	123
à Diuitibus timendum.	212	Epicteti philosophia duobus verbis comprehensa.	220
Diuitum semper tuta statio pauperum non item.	763	Epictetus.	222
Docti qui amori operæ dederūt.	490	Equitati peritia principibus necessaria.	226, 227
Doctores noui reprehensi.	347	Equus nescit adulati.	226
Doctorū fama.	907, agnominata.	Equus animal ferox, &c.	227
Doctos doctis obloqui nefas.	803	Equus populo ferocienti comparatur.	227
Doctrina non est sine magistro.	46	Equus in ingressu itineris cespitæ.	603
Dolosi dole capti.	775		
Dolus in suos.	284		
Dolus malus.	281		
Draco quid.	821		
Draco vnde dictus.	155, 835, quid si-		

QQq ij

INDEX.

Erasmi terminus & symbolum.	722	Felicitas momenanea.	592
Erasmi responso ad Caruialū.	722	Felicitas quid.	694
Erihacus.	436	Femina iners animal.	430
Erquas.	83	Femorum descriptio.	835, 236
Error periculosisimus quis.	724	Fera Lybica.	69
Errores eorum qui literas addiscunt.	134	Ferocissimos domari.	197
Eruca.	361, 362	Ferocitatis signa.	311
Esi qui.	395	Festiuq; hoīz.	38
Eteon us.	144	Ficedula.	436
Eπεροπάλι Ο-δίκης.	748	Ficta religio.	74
Eucratuz delini hæretici.	127	Fidei symbolum.	87
Edaptoisiv.	63	simulacrum.	ibid.
Euenus bonus.	266	Fides quid.	ibid.
Euentus boni imago.	266	vxorita.	857
Eunomi statua.	8, 0	non est habēda ei qui fidem vio-	
Eunomi & Aristonis certamen.	830	lauerit.	300
Epiphlyne.	738	Fidendum non statim.	124
Eurynome.	739	Fidicula vel fides.	110, 118
Eurynome Gratiarum mater.	738	Filius vnde.	808
Eusebij cuiusdam constans animus		Firmissima conuelli non posse.	254
in tormentis.	109	Fiscus quid.	688
Eύσοχος.	475	rapit, quod Christus non capit.	
Eutropius.	502	689.	
Excursus in miseram adolescentiū		Flabellum muscarium.	743
felicissimi ringenij conditionē.	574	Flagiferi.	748
Ex damno alterius, alterius utilitas.	597	Flaminei nuptialis ritus.	879
Exempla eorum qui descierunt à		Flavia familia vnde.	149
virtute.	664	Flauus color. 549. quorum sit.	
Exisse è potestate qui dicātur.	304	547	
F			
F' Abi immunda.	11	Fœdera inter principes viros per	
F' Iabis abstinentum.	10	moris vim significati.	488
F' b Maximus.	181	Fœdus.	91
F' b Maxim constantia.	233	Forfex quid.	433
Facem accensam tegere quid.	393	Forma histrica.	824
Factio Veneta.	549	deflorescit senectute.	368
Facundia difficultis.	816	nihil, si sola forma est.	851
Fama doctorum.	907	Formosa fatu præcepta.	716
Fama numquam intermotura.	637	Formidolosi post mortem.	765
Familiritas nimis patit contem-		Fortis non est qui se necat.	564
ptum.	131	orriū signa.	216
Fatuitas.	334	Fortuna quando maximè timenda;	
Fatum membrabile.	775	cur infideat orbi.	453
Fauni & Hecares fibula.	522	vnde dicta.	ibid.
Fecunditas sibi ipſi damnoſa;	853	quid significet.	560, 568
		virtutem superans.	563
		Fortuna pilæ infistans cū nouacula.	
		579	
		Fortunæ image, & facta.	451,
		452	

INDEX.

Fortunæ varieças	595	Gatuli odioſa impoſunitas	395
Fortunæ multum tribuerunt veteres pagani	570	Gatiulus & gulosus	419
Fortunata qui sequantur	454	Garrulitas	354
Francisci I. Salazarandra	23	Generosi & nobiles	640
Francum pro amico habe non vici- num	754	Generosi qui	640, 641
Fraternitatis deſcriptio	249	Gentilitas quām fallax in rerum originibus inuestigandis	824
Fraudulenti	279, 281, 283	Germanorum principum de Turcis victoriarē	255
Frigilla	459	Geryon unde dictus	248, 249
Fructus qui maturi dicantur	149	Geryon cur triceps & tricorporis	248
Frugalitas	127	Gervonem superavit Hercules	654
Fugax tandem deprehensus	152	Gestus viri boni nō minorem vim habet quām oratio	216
Fulcia seu fulix	764	Gigantes tertigenæ	71
Fulmea aligerum	487	Giluus, seu helius	547, 550
de Fulvio historia	107	Girk, quid	842
Fuluus color quibus conueniat	548	Gladiatorum prima institutio	545
Fuluus color	550	Glandes queræ veterum cibis	892
in Furaces & raptoreſ	612	Glans quid	521, 522
Furor & rabies	311	Glaucorita restituta à Polybio vase	
Futurorum conieſtores	466	183	
G			
G Alatz qui	589	Glaucus	182
Galatea	858	Glaucus eomeſo gramine immortali- litatem est adeptus	182
Galea	156	Gloria nulla sine labore	624
Gatæci tumulus & gesta	630, 631	γλωσσογάςηρ quid.	440
Gallicæ lingua vetus	51, 52	γνώμην	190
Galli veteres an Græcæ lingua perip- ti	812, 813	Gnoſſia seu Gnoſſis Ariadne	169
Galli veteres sapietiz Græcæ periti	809	Gnoſſus	106
Galli nomine Doctores facili intel- liguntur	117	γνῶθι σεαυτὸν.	847
Gallicanus noctu utilitas	118	Gorgoneum Medusæ caput	719
Gallo cāndido abstine	16	Gorgonis caput in clypeo	156
Gallus Pythagoræ	16	Gothica barbaries	768
Gallus cur in manu Apollinis pin- ctus	117	Græca fides	276
Gallus vigilantiæ symbolum	117	Græci Tantalidæ	787
Gallus cur sacris turribus statuatus	117	Græcia eur Aonia dicta	817
Ganeo quid	435	Gramen tutelæ, præſidij, & ſalutis symbolum	180
Ganymedes ab aquila captus, ibid.		Gramen Saturno & Marti curſa- crum	183
Ganymedis fabula	61	Graminis cum Marte similitudo	
Ganymedis etymos	62	183	
Garrile	286	Graminea corona quæ & obſidiona- lis	181
Garruli cum ſapientibus vix poſſūt habere commercium	145	Gratia referenda	203
Q Qq iij			

INDEX.

Gratiæ cur nudæ.	740	126
Gratiarum arcula inanis.	738	Hegaxanthus vnde. 655
Gruus symbolum.	136	Herbam dare. 181
Gruum sagacitas.	137	Heiculem prægrande onus posuisse quid. 925
Gruum volatus.	136	Herculem pygmæi adoriantur. 313, 314
Gula in seruitutem pertrahit.	437,	Hercules multi. 649
438		Hercules vir Gallus. 651
Gula.	427	Hercules Gallus Philosophus lingua Grecæ gnatus. 811
Gulosorum imago.	427	Hercules nothus. 656, 657
Gulosi insignes.	428	Hercules o'γριος. 809
H		
H Alcyon, vide Alcyon.		Hereules Gallus quid. 809
Halieutica lyræ forma.	94	Hercules apud Gallos orationis numen. 831
Hanno Carthaginensis.	153	Hercules Deus. 925
Harmonia vnde dicta	95	Hercules Geryonem vicit. 248
Haro dux Normaniæ, eiusque clama-		Hercules magnus corpore & animo. 314
mor.	768	Hercules cur Alcides dictus. 314
Harpa.	666	Herculis eloquentia. 812
Harpocrates silentij Deus Serapidi præpositus.	100	Herculis Ogmij statua. 808, 809
Harpocratis sigillum in annulis.	101	Herculis duodecim labores. 648, 649, 655
Harpocratem facere quid.	102	Herculis tria capita. 915
Harpyiæ	213	Hermæ statuæ. 82
Harpyiæ quot & vnde dictæ.	213	Hermathenæ statuæ Mercurij. 83
214		de Hermogene mirum. 917
Harpyiarum nomine quid significetur.	213	Hesiodus Ascreus. 516
Hasta & gladij.	836	Hesperidum poma. 654
Hector ab Achille occisus & bigis alligatus, &c.	712	Hieroglyphica. 3
Hectoris & Aiacis fœdus.	758	Hieronymus Paduanus, vir doctus amore captus. 489
Hedera Baccho sacra.	905	Hippocentauri qui. 537
Hedera nigra.	907	de Hippocætautis fabula vnde originem sumpserit. 537
Hedera poëtis sacra.	907	Hippocentaurus vnde dictus. 537
Hedera quid.	906	Hippocomon. 229
Hederis digni.	906	Hippomenes vicit Atalantam. 858
Hedui, seu Augustodunenses.	51	Hirundinem sub teſto ne habero. 14, 355
Heluetiorum vſſus.	24	Hirundo. 459, 460
Henrici II. symbolum.	24	Hirundo veris nuncia. 460
Henrici III. symbolum.	24	Hirundo carniuora. 306
Henrici IIII. symbola.	24	Hirundo nidificans ad statuam Medicæ. 299, 300
Heracliti fletus.	702	Hirundo quid. 356
Heraclitus.	704	Historia paganiæ nulla, quæ ali-
Heraclitus ut concordiam suaserit.		

INDEX

quid sc̄cis in se nō habeat.	824	Icari fabula.	469, 470
Historia de Icaro.	178	Ida mons.	492
Homo cur dicitur creatura omnis		Iecur libidinis sedes.	518
449		Ignauī.	402
Homo naturę vniuersę compendiū		Ignem ne gladio fodito.	8
449		Ignarium, symbolum Burgundi	
Homines impuri & sordidi.	417	ducis.	23
Homines autibus vincti.	811	Ignis & aqua in thuribulo & phia-	
Homines σωδυασικοὶ cur		la.	208
appellati.	732	Ignis quid.	395
Homines soli minimē viuere pos-		Ignorantia submouenda.	844
sunt.	372	Ignorantia causæ precipua.	846
Homines clittorijs motibus.	896	Ilex seditiosorum nota.	909
Homines folijs similes.	357	Illex.	77
Homo cur dicitur puluis, &c.	257	Imagines Romanę.	645, 646
Homines serui ob imperitiam.	855	Imagines nobilitatis.	27
Hominis proptium bonum.	72	Imaginum vsus.	817
Hominis descriptio.	446, 449	Imaginum vsus quando cœperit	
Hominis partes due.	446	antiquari.	647
Hominum natura triplex.	446	Imparilis.	659
Hominum proternitas in vitijs no-		Imperatores & principes sæpo ho-	
tandis.	444	nesto vtile præfertunt.	587
Hominum quorundam improbo-		Imperatores boni & pij.	693
rūm tenuis fortunæ descriptio.		Imperatoriæ maiestati nihil tam pe-	
762		culiare quam humanitas.	596
Hominum impotentum affectus.		Imperatoris editū ne quis in Ita-	
782		lia nouellaret, &c.	178
Hominum diuersa iudicia & volū-		Imperatoris & militis munera.	253
tates.	555	arcana domus Imperatoris nō sunt	
Hominum lapsus triplex.	235	detelegenda.	106
Honor alienus non affetandus.	79	Imperiti εἰλαύνοι.	357
Honoris species vndecim.	631	Impetus inanis.	745
Honos alit artes.	351	Impluuiatus color.	550
Honos libertę tributus in formé-		Impossibile.	316
tis fidæ.	109	Improbi nulla gratia flectūtur.	331
Hostia succedanea,	787	332	
Hugo Capetus.	241	Impudētia tribusvitijs rabidissimis	
Hannorum descriptio	237	comes.	344
Hydra Lernæa.	652	Impudentia.	343
		Impudentia in gratitudinem sequi-	
		tur.	332
I		Incepta constanter perficienda.	269
Ani bicipitum duplēm prin-		Incestus.	274
cipis virtutem designat.	141	Inconstantes.	400
Ianus biformis cur.	139, 140	Indigena.	634
Ianus idem cum Noëo.	140	In dies meliora ad quos perti-	
Ianthinus color.	550, 551	net illud præceptum.	269
Iason Pagasæus.	386	Indulgere genio.	413
Ibis auis.	417, 418	In eum qui truculentia suorum pe-	
		rierit.	754

INDEX.

In eos qui ob prosperos successus intumescunt.	593	Iocus intempestiuus.	98
Infacile à virtute descendentis.	400	Iosephi nobilis adhortatio ad Iudeos, ne sibi ipsis manus inferant.	
Inferiæ.	545	568, 569	
Infirmitas obnoxia.	763	Iphicrates.	118
Infotunia semper præsto sunt.	615	Ira.	327
Ingenia præconia quæ.	918	Ira cohibenda est.	328, 329
Ingenij leuitas.	846	Irati descriptio.	328
Ingeniorum inæ qualitas.	660,	Irus.	510
662.		Isis & Tiphon cœrulei.	550
Ingrati.	332	Isis Aegyptia.	80
Ingratitudo summum vitium.	332	Iσομερία.	889
Innocentia vera.	572	Ithaca.	881
In Principes fidei violatores excursus.		Iudæi parati sibi ipsis manum inferre.	568
Instans quid:	687	Iudæorum ritus in manibus abluidis.	207, 208
Insani gladius.	785	Iudex sedeat.	18
Insaniæ poena in eum lapsa unde manavit.	786	Iudices abstemij.	128
Insignia varia quid notent.	825	Iudices cursedeant.	677, 678
Insignia poëtarum cyenus.	825	Iudices munera accipere non debent.	679
Insignia nōbilium.	28	Iudicis officium.	208
Inter Orci cancrōs adhærere.	143	virtutes.	ibid.
In triuio esse.	85	Equissimi notæ.	ibid.
Inuestis.	205	Iudicium Thēbanorum imagines.	677
In via non secunda ligna.	17	Iudicum affectus debet esse sedati.	679
Inuidia inter pares sæpè innascitur.	806	Iudicium in ratione.	188
Inuidia.	357	Iugum pro legum symbolo.	421
Inuidia nullum yitium damnosius.	358	Iugum quid significet.	208
Inuidia nulla voluptas, nullum cōmodum.	358	Iuliani Imperatoris dictum.	853
Inuidia ut viperæ.	358	Iuliano obfuerunt aſſentatores.	160
Inuidia literatorum.	836	Julij Cæsar's celeritas.	55
Inuidia obiecta semper gloria amplissima.	360	clementia.	693
Inuidi pallor.	359	triumphus.	790
Inuidi maledicentia.	359	Julius Bassus repetundatum accusatus.	679
Inuidi rebus à Iuliano gestis detrahent apud Constantiū.	359, 360	Julius Silanus, aurea pecus.	855
Inuolucres.	801	Iupiter Pīstius.	88
Ioannes Papa s. oravit Iustinum ut edictum aduersus Arrianos reuocaret.	142	Saturnius.	217
Ioannes Hunniades.	766	Iouis flamen albatus.	534
D. Ioannis aquila.	63	Ius dicere.	209
D. Ioannis herba.	183	imaginum apud Romanos.	645
		Iusti qui.	1365, 1366
		Iustitia Nemesis.	6

INDEX.

Iustitia premitur, non opprimitur.	193	Lentigo:	281
Iusticia in voluntate.	188	Leo cauda catulos verberans quid.	
Iusticia tandem obtinet.	192	327	
Iusticia munera.	366	Leo cur ante templi fones erigatur.	
Iusticia imago:	676, 677	117, 119	
Iuventa.	455	Leo unde dictus.	119
Iyngem habere.	384	Leo symbolum Pompeij.	21
L		Leo terroris symbolum.	312
Abia & labias in feminino citra differentiam veteres dicebant.	100	Leo custodię symbolum.	117
Labra vnde dicta.	100	Leo in stemmate.	826
Lacedemoniorum in acie instruenda institutum.	94	Leo Nemēus ab Hercule occisus.	813
Lacedemoniorum bella, intestina.	795	Leo quid.	202, 212
Lactucæ vis.	380, 381	Leones qui.	477
Laidis monumentum.	367, 368	Leones amore futere.	477
Laïs formosissima.	367	Leones magnæ deę currū vehūt.	201
Laïs patriam elegit.	370	Leonis catulus non nutriendus.	13
Lanugo.	169	Leonis Nemēi cedes, quid.	652
Lapis in hieroglyphicis quid.	341,	Leonis scati signa.	327, 328
342		Leonis cauda cur dicitur Alcæa.	
Laqueo amor significatur.	374	327, 329	
Cum laruis non luctandum.	709	Leosthenis in Athenienses dictum.	
Larus.	427	889	
Larus hians.	427	Lex in mente.	188
Lasciuia.	388	Lex à muñsiag.	634
Latex.	77	Lex vinculum ciuitatis.	421
Latina lingua.	52	Lex cur primū lata.	421
Latro vnde dictus.	294	Legis virtus.	421
Latrones magni à laqueo immunes.	420	Legum inuentio ad deos cur relata;	
Latrones olim pro stipitoribus.	294	351, 352	
Laudantes illaudata.	586	Legumi-latores primi.	358
Laurentis Medicę symbolum.	25	Libellio.	491
Laurus quid veteribus.	906	Liberi mollii& educati damnū parentibus accessunt.	864
Laurus vaticinij nota.	920	Liberi pignora.	206
Lezna meretricem significat.	368	Libidinis symbolum.	361
Lezna quomodo apud Athenienses honorata.	109	Libidinis sedes iecur.	518
Lezne meretricis patientia in tormentis.	108	Libido quomodo possit submoueri.	
Lecto surgens conturbes stragula.		386	
18		Lien; sine splen 685. eius officium,	
Lectus purus.	18	ibid.	
Lembus.	94	Liene crescēre reliqua membra rabi-	
		bescere.	686
		Lignipedes.	548
		Lingua effrenata.	100
		Linum.	552
		Litæ.	619
		Litæ claudę & luscę cur.	620
		de Litis & Ata Pontici Heraclidi allegoria:	621
		Litæ cur Louis filiç*	622

INDEX:

<i>Litera occidit, Spiritus vivificat.</i>		Mæander.	444-454
834		Mæcenatis rana.	22
<i>Literarum studijs immortalitatem acquiri.</i>	627	Magni cognomen quibus tributum	
<i>Literatorum inuidia.</i>	836	684	
<i>Lituus.</i>	779	Mala in equis veniunt, sed pedibus	
<i>T.Liuij imago.</i>	101	& lento gradu recedunt.	620
<i>T. Liuij imago cur digitum ori appressum habeat.</i>	101	Mala nomina.	323
<i>Locustarum historiæ.</i> 606, 607. 608		Mala veniunt non vocata.	616
<i>Locustarum descriptio.</i>	609	Maledicentia.	287
<i>Lodoici XII. symbolum histrix.</i>	23	Malè parta malè dilabuntur.	611
<i>Loquacitas index stultitiae.</i>	98	Mali aliquid propter vicinum malum.	750
<i>Lotos.</i>	526, 527	Malignitatis nota in plerisque animalibus.	280
<i>Lotophagi qui.</i>	527	Malluum.	209
<i>Lucifer è cœlo deturbatus.</i>	620	<i>Malus Medica.</i>	211
<i>Lucri parum è rebus minimis.</i>	436	Mancipare quid.	335
<i>Zucrum non est aliena corraderet.</i>	611	Manipulares legiones.	21
<i>Lues vnde.</i>	480	Manum habere sub pallio.	396
<i>Lumen pro spe.</i>	261	Manus oculata.	324
<i>Lumine cassus.</i>	772	Manus abluere quid olim:	208
<i>Lunulæ in Romanorum calceis.</i>	642	209	
<i>Lupata.</i>	230	Manus vocabulum pro hominum, multitudine.	315
<i>Luporum & ouium dissidium.</i>	766	Manus tendere.	241
<i>Lupus ceruarius.</i>	336	Marcor.	252
<i>Lusciuia.</i>	356	Matres, naturæ duplicitis.	69
<i>Luxuria.</i>	361	Mare pro tumultu.	255
<i>Luxuriosorum opes.</i>	364	Maris pericula.	755
<i>Lycurgus vitem secuit.</i>	177	in Matres consulto abortentes, aut feturi enecantes.	867
<i>Lycurgus à Bacho hostili odio prosecutus.</i>	178	Mattum quarundam in fetus impetas.	865
<i>Lydi mollitie insignes.</i>	507	Matrimonio reuerentia requiritur.	
<i>Λυπὴ quasi λύση.</i>	9	859	
<i>Lyra quid designauerit apud veteres.</i>	93	Matronæ pudicæ epitaphium.	877
<i>Lyra siue testudo.</i>	94	Matronarum ornatus nimius.	388,
<i>Lyra inuentio.</i>	94	390	
<i>Lysandri astus.</i>	587	Matula.	743
<i>Lysimachi historia:</i>	82. 6. 827	Maturandum.	147
<i>Lyssippus.</i>	579	Maturitas Muciani.	150
		Maturitas quæ virtus.	149
		Medea cur Phasia.	386
		Medea cur Colchis dicta,	305
		Medea.	301
M			
<i>ΜΑχεῖσθαι qui.</i>	63	μινδὲν ἀγαν.	147
<i>Macciauelitz.</i>	72	μινδὲν αὐθόλομενος.	54
<i>Macciauelius Italus.</i>	683	Medicata.	708
		Mediolani etyma.	49

INDEX.

<i>Mediolani</i> urbis fundamenta.	49,	<i>Minerua</i> virgo	157
50		<i>Minerua</i> vnde dicta	46
<i>Mediolanen</i> . ducum insigne.	42	<i>Mineru</i> simulacrum	154
<i>Megabizus</i> reprehensus à <i>Zeuxide</i> .		<i>Mineru</i> simulachro cur draco ap-	
98		positus	155
<i>Megarenium</i> stratagema.	588	<i>Mineru</i> panoplia	156
<i>Melanthius</i> poëta.	428, 440	<i>Mineru</i> galea, scutum, caput Gor-	
à <i>Melanuro</i> cauendum, quid.	6	gonis, & pallium quid	156
<i>Membrana</i> .	767	<i>Minotauri</i> effigies cur in signis mi-	
<i>Menelai</i> oratio cordata.	98	litariibus	103
<i>Menelaus</i> flaua coma.	549	<i>Minotaurus</i>	106
<i>Mīnūs</i> quid & vnde.	330	<i>Modestia</i> decet vel maximè fortu-	
<i>Mens.</i>	446	natos	616
<i>Mentem</i> , non formam plus pellere		<i>Modius</i>	393
851		<i>Molignidés</i> pro concordi fratum	
<i>Mentagra</i>	886	amore.	248
<i>Mercurij</i> imago	453	<i>Moly</i> herba quid	816
<i>Mercurio</i> non vino sed latē facri-		<i>Mōstrum</i> humano capite, angriueis	
ficabatur	175	pedibus.	66
<i>Mercurio</i> dextro	8;	<i>Morbis</i> Neapolitanus & lues His-	
<i>Mercurium</i> & <i>Venerem</i> cur	vna	panica	885
coluerint veteres	904	<i>Mores</i> , vel animum mutare diffici-	
<i>Mercurius</i> geminus cur	252	le.	316, 317
<i>Mercurius</i> qualiter effictus	452	<i>Mors</i> & amor mutant tela	713,
<i>Mercurius</i> cur cubo inindeat	453	714	
<i>Mercurius</i> ὁ διός χρήστεύοντος.		<i>Mors</i> ineuitabilis	721
83		<i>Mors</i> atra cur	548
<i>Merettix</i> vnde dicta	541	<i>Mors</i> nemini parcit	368
<i>Meretrix</i> differt à prostibulo	541	<i>Mortem</i> nobis ipsis non debemus	
<i>Meretricis</i> tumulus	367	inferre	571, 572
<i>Meretrices</i> à matronis adulterij		in Mortem præproperam	718
conuictis distinctæ.	554	<i>Mortis</i> tela ossea	719
<i>Meretricum</i> amatores	372	<i>Mortis</i> fracta tela	264
<i>Mergus</i>	764	in Mortuos non sequendum	712
<i>Messalina</i> cur dicta <i>Myconia</i>	389	<i>Mortuis</i> non maledicendum	710
<i>Meta</i>	887	<i>Morus</i> vnde dicta	918
<i>Metellus Macedonicus</i>	104	<i>Motus</i> prudentia symbolum	918
<i>Mezentius crudelissimus</i>	884	<i>Motacilla</i> Iasoni à Venere tradita	
<i>Michaël</i> imperator	308, 707	384	
<i>Militis</i> & <i>imperatoris</i> munera	253	<i>Motacilla</i> veneficis vtilis	384
<i>Miluius</i> veris iudicium	460	<i>Motacilla</i> que aus	585
<i>Miluaus</i> cur dicatur <i>intiv</i> G.		<i>Motacilla</i> cur aus Bacchica	385
460		<i>Multrale</i>	664
<i>Miluus</i>	666	<i>Mulier</i> prodiga	430
<i>Mineides</i>	322	<i>Mulier</i> infrauti animi in tormentis:	
à <i>Minimis</i> timendum	760	110	
<i>Minerua</i> cur armata è <i>Iouis</i> cere-		<i>Mulier</i> parenti virum præferre de-	
bro profiliit	145	bet.	881
<i>Minerua</i> cur <i>Tritogenia</i> dicta		<i>Mulier</i> illicium	532
156		<i>Mulierem</i> olere	390
		<i>Mulierem</i> decet silentium	876

Mulieres cur vtanur suffatu, &c.	Nemesis quatenus misericordiae opa ponatur.
389	ibid.
Mulieres Aegyptiæ.	Nemesis & inuidiæ discrimen. ibid.
Mulieris famam, non formam vul- gatam esse oportet.	Nemesis imago. 187, 189
Mulieris pudicæ officium.	Nemesis Adrastra dicta. 186
Mullus.	Nemesis virtus. 188
Mundus muliebris	Nemefis iχγειν. 189, 190
Muris salacitas.	vñðe, καὶ μέμνονται σεῖν. 120
Mus albus.	Nero ab Ilidoro Cynico meritò re- prehensus. 93
Musa vnde dicta:	Nero. 190
Musæ cur palma coronatæ.	Nestor eloquens. 98
Musæ Syrenas explumant.	Nestoris crater. 461, 462
Musarum volucres.	Nestoris sapientia. 462
Musas amore non eapi quid:	Nicæ colloquij tempus. 258
Musca quid allegoricæ.	Nico meretrix cur αἰξ dicta,
Musca splenem habet, & formica- bilem.	373
Muscæ improbitas.	Nigritoris symbolum. 544
Museas depellere.	Nihil reliqui. 605
Muscus Arabicus.	Nihil tam durum quod frangi non possit. 198, 199
vnde dictus.	Nihil est quod reprehension pos- sit. 746
Musicæ magna vis.	Niohe. / 341
Musicam Dijs curæ esse.	Niohes fabula. 339
Musimones.	Nireus formosissimus. 852
Mustelæ occursum.	Nobiles qui. 640, 641
Myrtili scutum.	Nobilitas clementia. 643
clypeus.	Nobilium insignia. 20
Myrtillus quis:	Noctua tumulo. 541.
Myrtus quid.	cur Palladi sacra reiecta cornice.
funesta.	145
Veneri saeta:	Noctua cur Mineruæ sacra. 144, 145

N

Naiades quæ.	520
Naree herba. 346. stuporem sonat.	ibid.
Narcissi metamorphosis.	346
Natura.	445
Naturam sequi.	84
Navis, symbolum Parisorum.	23
Ne cuiuis dextram portige.	9
Ne sacrificatio sine farina.	18
Nec verbo, nec facto quenquam iz- dendum.	186
Nemesis vnde.	ibid.
Nemesis seu Rhamnusia Dea vltio- nis.	187
Nemesis in imaginatione:	188
Nola seu tintinnabulum:	119
Non procrastinandum.	55
Non libandum Dijs.	17
Noſſe ſeipſum quam viam habeat.	847, 848
Nothi qui.	658
Nothi nobiles.	656, 657
Noui doctores reprehensi.	347
Noxa & noxia.	621, 783
Nullus è maledicis famam capiat.	804, 805

INDEX.

Nullus est parvus hostis.	761	Omnia mea me cum porto.	233		
Nupia contagioſu.	883	Onocrotalus	428		
Nupiarum uitioſu.	879	Onocrotalus quid referat?	440		
Nymphalis Iunonis facra.	128	Oνος ἔγω γυναικα.	81		
C					
Obdurandum aduersus virginem.		Opiſis vnde.	155		
ia.	231	Opinio ſepe terrorē inducit.			
Oblia ſui & ſuorum.	525	185			
Obluio paupertatis patens.	336	Opulentia hæreditas.	725		
Obſtruere luminibus.	212	Oργη quid & vnde.	330, 342		
Obſtrudere palpum.	228	Ornatus macronatum nimius.	388,		
Occare & occa.	381	390			
Occasio calua à tergo.	580	Os infiſiene.	304		
Occasio cur comata à fronte.	381	Oſcen.	266		
Occasio volatice.	579	Oitho ab otide.	334		
Occasionis bouacula.	579	Otis auis.	335		
Occasio.	577	Ὀτοι qui.	334, 335		
Occasionis vis.	578	Ouidius in Ibiſa.	418		
Oceanus pater.	256	Ouis quid in Hieroglyph:	855		
Oceanus pater quid allegoricōs.	256	P			
Oceanus vnde dictus.	256	P Aedagogi miseri.	574		
Oeni effigies.	429	Paganorum ſtudia que.	68		
Oeni funiculum torquere.	430	Pagala.	886		
Oenus.	430	Παλευτεία.	286		
Oenus cur ſic dictus.	430	Paleutrio.	286		
Oſtauſi Augusti de Roma aeternitate dictum.	518	palla.	264		
Oculi irritamen vitiorum.	533	Pallas nata Louis capite.	46		
Oculo lippo vii.	667	Pallas vnde dicta.	47		
Oculus in Hieroglyph. quid.	679	Pallas, Tritonia.	47		
Oculus impudicus cordis impudicii nuncius.	518	Pallas cur armata.	745, 756		
Ocypere.	214	Pallas γλωκώμε cur.	549		
Oedipus vnde dictus 845. eius via & fatum.	ibid	Pallene.	823		
Oenocrates.	666	Pallium.	156		
Oīves vnde dictus.	170	Palma quid significet.	231, 232		
Olea cur Mineruſa ſacra.	161, 163	Palma ſymbolum Eccleſie viſtricē tribuitur.	234		
Olea castitati ſacra.	163	Palma natura.	232		
Oleum pro adulacione.	15	Palma ferre vnde dictum.	332		
Oliua cur à castis miſeri debat.		Palmula quid.	420		
163, 165		Palumbes ſe ad fouendos fetus ex plumat.	866		
Olla znea.	752	Pan.	446, 449		
Olla terreſia.	752	Pan Deus.	446		
Olla amicitia.	293	Pan homo.	446		
Ollę veſtigium ne turbato.	13	Pan dux Bacchi 583. eiusdem in tencum.	ibid:		
Olympias, mact Alexandria;	43	Tani cornua cur tributa.	383		
		Panici tumultus ac terrores.	384		

INDEX.

Pandora:	
rāndorā pyxis.	266
Panem ne frangito.	265
Panis fractio.	16
Para rex Armeniorum à Valēte op-	16
pressus.	122
Parasiti.	432
Parasiti nimia licentia.	433
Parentes instar Deorum.	872
Parentibus quantum debeamus,	
201, 204	
Parisiensis Academias multæ scholæ.	
575	
Parra quid.	842
Παρθένος vnde.	157
Pastoris Ecclesiasticæ munera duo.	
116	
Patientia.	228
Patientia & constantie præmium.	
233, 234	
Patria est vbi cunque bene est.	525
Patriæ obliuio.	524
Patroclus quid allegoricè.	725, 726
Patroclus occisus, eiisque eximia.	
725	
Paulus Aemilius cum Terentio Var-	
roni collega datus.	148
Pauper vnde dictus.	575
Paupertas vbi que tuta.	237, 236
Paupertas summis ingenij obest	
ne prouehantur.	573
Pausanias insolens.	593
Pax.	789
Pax ex bello.	793
Pacis redemptæ signa.	793
ex Pace libertas.	798
Peccantes aduersus naturam.	949
Pegasus equus alatus.	113
Pegasus quid.	115
Pegasus quid allegoricè significet.	
115	
Pegasus equo alato uestus quid.	
114	
Pegasus non fuit equus.	114
Πειδῶ.	738
Πην παρέειω; &c.	133
Pelagus quid.	755
Pelecani auis pietas in suos.	868
Pellex.	282
Peniculus.	264
Penus.	438
Peplum quid.	77
Paupertas vbi que tuta.	237, 239
Per publicum viam ne ambules.	12
Peregrinatio confert ad amorem	
declinandum.	535
Periander.	841
Pernicies vnde.	200
Perfarum mos in arcans Regis ce-	
landis.	104
Apud Persas qui sint consiliorum	
consciij.	105, 106
Persica pyrus vnde.	670. nota corū
qui in alieno cœlo meliores fiunt.	
ibid.	
Persica arbor cur Isidi consecrata;	
670, 671	
Persicum pomum in Perside viru-	
lentum	669
Pessum vnde.	200, 352
Pestis vnde dicta.	200
Pestis patriæ.	200, 202
Petasus.	38
Phaethon è plaustro patetno deci-	
dit.	206, 208
Phaethontis fabula ad varia referri	
potest.	308, 309
Phalanx.	107
Phantasia.	353
Phidias statuarius.	155, 878
Φιλαυτία.	346
Φιλαυτίæ quæ sequantur.	350
Φιλαυτίæ malum eiisque re-	
medium.	347, 348
Φιλαυτίæ morb' maximus.	348
Philippides Comicus apud Lysimachium.	104
Philippus Macedo vulturem pre-	
ststitit.	598
Philippus Macedo ex insolenti mo-	
deratus.	593
Philosophi humiles.	68
Philosophi φιλαυτοι.	551
Philo ophi cacci.	323
Philosophia Epicteti duobus verbis	
comprehensa.	220
Philosophorū veterū simulatio.	76

INDEX.

Phænomenia.	868, 869	Polyphemus.	770
<i>Phineus.</i>	213	<i>Polyphemus exoculatus ab Ulyssse.</i>	
<i>Phœbus Delphicus.</i>	832	771	
<i>Phryne femina pulcherrima.</i>	478	Pompeij anulus.	21
<i>Phryxi fabula.</i>	855	Pompeium quomodo obtructato-	
<i>de Thryxi ariete locus Taciti.</i>		res vituperant.	350
856		Pompeius ambitious.	360
<i>Picea 901. orbitatis symbolum,</i>		Popilius Lænas Ciceronē occidit,	
<i>ibid.</i>		198.	
<i>Picea cur in claustris Monachorum.</i>	902.	Poples:	223
<i>picea quinta cedri species.</i>	314	Populari aura vesci quid.	297
<i>picus in auem mutatus.</i>	377	Popularis consensus Itabilimentum	
<i>Pierij hieroglyphica.</i>	5	regum.	140
<i>Pietas in parentes.</i>	870	Populus alba Herculi sacra.	923
<i>Pietatis verbum vnde.</i>	206	Populus arbor, tēporis symbolū.	924
<i>Pietas in parentes.</i>	203, 204	Populus levitate retinendus.	227
<i>Pietas Ciconiæ.</i>	204, 205	Porci uatura.	268
<i>de Pietate filiorum in parētes Pla-</i>		Porphyrio ausi pudicitiæ symbolū;	
<i>tonis locus.</i>	872	274	
<i>Pietatis in patrem exemplum:</i>	872	Porphyronis natura.	273
<i>Pileus libertatis signum.</i>	701	Potentiorum mala nō inquirenda.	
<i>Pileus in numis.</i>	701	104	
<i>Pindarus imitationi inaccessus.</i>		Præcidere.	265
661		Præpes quid.	468
<i>Pinus & myrtus pro mortis symbo-</i>		Præstigium amoris præstigio non	
<i>llis.</i>	888	pellitur.	384
<i>Pipinus quomodo creatus Rex Frā-</i>		Prætor & iudex non idem.	209
<i>cotorum.</i>	241	Prætoris officium.	209
<i>Piratae ad Alexand. responsum.</i>		Prætoris & ius dicentis differentia	
241		209	
<i>Piscari in aqua turbula.</i>	420	Prandia captare.	599
<i>Piscibus abstine.</i>	19	Prasina factio.	349
<i>Piscis quid allegoricōs.</i>	52	Prasinus color.	349
<i>Pisonis factum indignum.</i>	782	Praxiteles.	168
783		Princeps subditorum incolumente	
<i>Pitho, id est, Suadela apud Gallos</i>		procurans.	672, 674
<i>maximè culta.</i>	813	princeps bonus pater patriæ.	696
<i>Pittacus.</i>	841	princeps bonus, iudices bonos dili-	
<i>Platonis modestia.</i>	351	git.	675
<i>Plaiades.</i>	462	principes ab assentatoribus perditū	
<i>Pœni.</i>	181, 921	229	
<i>Poësis ænigmatum plena.</i>	59	principes fatui & socordes.	306. &c
<i>Poëtæ, primi philosophi.</i>	60, 61	seq.	
<i>Poëtæ & vates Δερψηλάγοι.</i>		principes ambitious cum Phætōte	
906		comparantur.	310
<i>Poëtarum insignia.</i>	825	principes fidei, & fœderum viola-	
<i>Poëtarum veterum consilium.</i>	<i>ibid.</i>	tore.	587
<i>Poëtica figura triplicia.</i>	<i>ibid.</i>	principia optima quid præstet.	601
<i>Polybides.</i>	584	Principis boni officium.	809
		doctina debet omnibus sub-	

INDEX.

ditis prodeste.	141	Pseacas.	444,454
Principis boni Senatus:	676	Pudicitia.	273
Principis quæ sit optimæ custodia. 94,95,96		Pudoris statua.	880.
Principis clementia.	691	Puelle querela de patre inhumano 883	
Principibus equitandi peritia qua- tenus necessaria.	226,227	Puellatum mors præpropera.	717
Principum Christianorum rixis au- tum est Turcum imperium. 598		Pueri præcoci ingenio.	916
Principum ambitiosorum misera fortuna.	309	Pulchritudinis vis.	478
Principum ludus periculosus.	796	Pulegium.	126,841
Principum lenitudo affici statutus solarium.	695	Pullæ vestes in funeribus eur.	548
Principum quorundam rapina.	420	Pullus color.	548
Principum bonorum exempla. 686,687		Pullus color magnitudo signum.	548,
Principum auatorum commentum. 689		551	
Principum Consiliarij.	682	Pura vestis.	552
Proboscis seu promuscis.	590	Pure manus.	209,210
Procare verbum.	297	Purpura & linum.	552
Procas & proci vnde.	297	Purpurea vestis.	77
Procopij Cilicis casus.	309	Purpureus color symbolum vere- cundiz.	547
Prodigi.	293	Pulum quid.	552
Proditorum fraudes.	284,285	Pusio.	479
Progne.	868	Pygmæi qui.	315
Promethei fatum.	464	Pygmæi Herculem adoriantur.	315
Prometheus Caucaso alligatus, quid 465		Rylius senex.	169
Properare aliud est quidm festinare. 917		Pyrrhus Epirota.	337
Proprietates occultæ.	766	Pyrrhus Iusori imperito compara- tur.	337
πρόσω χρήστων.	140	Pyrrhus Aquila diæus.	219
Proteus multiformis.	818,820,821	Pythagoras, σοφός,	5
quis.	820	Pythagoras.	138
Bufiris.	823	Pythagoræ symbola.	4,399
materia informis.	822	Pythagoræ famij elogium.	99
Protegenis tabulæ.	148	Pythagoræ aurea carmina.	135
Prudens magis quam loquax.	143	Pythagoræ reorum silentium.	98
omnia speranda in peiora con- stituit.	617		
Prudentes vino abstinent.	164		
pauciloqui.	97,143		
officium.	140		
Prudentia ciuilis duo exempla.	141		
Pruina vnde.	238		
Prunas tenere omnes non possunt. 660			

Q

Vx ceciderunt ne tollito.	15
Quæ supra nos, nihil ad nos.	
464,467	
Quæ vncis sunt vnguibus.	73
Quæstioni non cedendum.	108
Quatuor temporum symbola.	459
Quercus quid.	256
Quercus sacra Ioui 891, veterum ci- bus.	ibid.
Quercus annosa ventis non deiici- tur.	256
Quercus siunc sola umbra proficit, 893, ad quid referatur.	ibid.
	Quinti

INDEX.

	&a.	92
Quinti Antistij severitas.	157	
Quod tibi fieri non vis alteri ne fec- cessis.	502	
R		
Abula.	440	
Rabula quis & unde.	440	
Rabulæ varia nomina.	440, 441	
Rabulæ descriptio.	441	
Rapina.	345	
Raptus.	345	
Ratio quid.	73	
Rebellio populatis unde nascatur.	216	
Reciprocare unde.	297	
Reges primi ex popolorum consen- su.	241	
Regibus date consilium difficile.	330	
Regis optimi typus.	140	
Regis arcana qui sciunt, imitari de- bent armata.	104	
Regis munus.	94	
Regum Galliz priorum symbola.	26	
Regna magna, magna latrocinia.	241	
Religio cum sapientia.	72	
Religio, summum bonum hominum.	67	
Remedia in arduo, mala in prono sunt.	618	
Remedium efficax in amorem.	385	
Rhemnius Palenion.	351	
Remora quid.	149, 401	
Respublica libertas.	700	
Republieæ arcana non euulganda.	105	
Reipublicæ cum lyra cōparatio	92	
Reip. cum naui ventis agitata com- paratio.	259	
pro Republ mortui.	639	
Risus tria genera.	511	
Rixæ & contentiones à studiosis a- lienæ	804	
Robur corporis sine cōfilio.	253	
Rhaeum.	617	
Roma, Babylon Hieronymo.	76	
Roma quādiu incolumis & inui-		
Roma terra Martiæ.	246	
Roma vībs per excellentiam.	526	
Roma eterna.	526, 527	
Romæ duo nomina.	101	
Romanæ vībis elogia.	526	
Romanæ mulieres quo habitu in lu- etu vīse.	545	
Romani cōtinuerunt manus à bo- nis proscriptorum tempore ciui- lis belli.	687	
Romanorum bella.	796	
Romanorum bellorum catalogus.	796	
Romanorum prudentia in viatos populos.	141, 142	
Romanorum nobiles in calceis lu- nulas habebant.	642	
Romulus sobrius,	164	
Rosa Veneri dicata.	482	
Rubeus color.	549	
Ruboris nota.	547	
Rufus color.	550	
S		
S. Litera cur tricliniorum fotibus superponi solita.	101	
Sabini sacram reāda p̄figu- rarunt.	88	
Sacerdotes primi magistri apud Aegyptios.	4	
Sacerdotibus honos exhibendus.	79	
Sacrum carmen precatiōis.	602	
Saginatus color unde.	540	
Sagmen seu sagminea, seu verbena.	184	
Sal apponito.	17	
Sal pro sapientia.	17	
Salix semen amittere.	895	
Salix frugisperda, in quos torqueri- possit hoc dictum.	896	
Salus ære redimenda.	705	
Salus publica.	698	
Sanna.	141	
Sannazarij epigramma.	871	
Sanniones qui dicantur.	335	
Sapientes septem Græci qui, & eo-		

RR

INDEX.

rūndem auctoritas.	840	Senes cur amene.	774
Sapientes pauciloqui.	97, 143	Senex Acheronticus.	515
Sapientes cur silentes etiam effin-		Senex puellam amans.	539
xerit Homerius.	98	Senum amor vehemens.	540
Sapiens temperatissimi.	121	Senenses in bello italicō.	324
Sapientia humana, stultitia apud		Sensus corporis equo comparantur.	
Dēum.	65	302, 303, 304	
Sapientia & religionis coniunctio.	72	Sergius Galba reds.	680
ad Sapientiam primus gradus.	849	Seimo vnde dicatur.	835
Sarda.	764	Serpens Epidaurius.	44
Sardi.	842	Serpens quid.	699
Sargus piscis.	372, 666	Serpens salutis symbolum.	699
σάρος.	7	Serpens saxeus.	626
Satyri libidinosi.	361	Serpens in se revolutus eternitate	
Satyri vbi.	538	significat.	628
de Satyris historia prodigiosa.	362	Serpens quid in hieroglyphicis.	43
Satyrus 361. vnde dictus,	ibid.	Serpentem ore parere.	42, 43
Saxeus quid.	626	Serpentes dialectic symbolum.	559
Scēua quid.	293	Serpentis ostium.	45
Sceptrum regni hieroglyphicū.	242	Serui manumissi albo vrebantur.	
Schema quid.	882	549	
Schemata gentilitia.	27	Seruitia.	701
Sciluri factum	247, 248	Severi numus.	696
Scipionis cordata vox.	227	Sicariorum receptatores.	290
Scriptor male dicus.	287	à Signatis cauendū.	
Scriptores rapsodi taxantur.	818	Silentij p̄mūlū tutum.	98
Scurra Philippi Macedonis.	296	Selentium.	97
Scurra varia nomina.	433, 434	Silentium mulierem de cer.	876
Scurra descriptio.	433, 434	Simonidis cordatum respōsum.	467
Scutica.	479	Simus grec.	374
Scutum.	156	Sirenas a Muīis explumari quid.	554
Scylla.	378	Sirenes quid.	531
Scylla quid.	343, 344	Sirenes	529
Scylla in monstrum marinum.	443	Sirenes que.	530
Scylla duæ.	344	Sirenes quid dentent.	530, 531
Scytharum descriptio.	236	Sirenum nomina vnde imposita.	534
Sedere quid habeat mysteti.	678	Sirenum descriptio.	536
Seianus.	190, 191	Sistrum.	172
Sellam oleo ne absterseris.	15	Sobrietas animi robur.	123
Semidei.	218	Sobrietatis laus.	121, 127
Sempitonus Sophus.	158	Societas cum quibus non sit ineun-	
Senatores cur patres dīcti.	181	da.	751
Senatus boni principis.	676	Socrates cur se nihil scire digerit.	
Senēca locus de Alexandro.	55	323	
Senectus eloquentior.	811	Socratis modestia.	349
Sene&ute forma deflorescit.	368	Socratis dictum sapiens.	852
Senes bis pueri.	539	Solis equi.	309
Senes procul à voluptatibus corpo-		Solon.	842
ris.	540	Solonis factum.	571
		Solonis lex de neutris in discordia	

INDEX.

civili.	
Somnus tranquillus post sui reco-	324
gnitionem.	Studiosi laborum difficultate de-
Gonipes.	terrentur. 228
Sophistæ.	229
Sophocles amator senex.	350
Sordidi.	341
Spartani cur ante bella Musis sacri-	417
ficarent.	628
Spartum.	430
Spectare sidera quid.	263
Speculum.	369
Sperare quid licet.	271
Spes & Nemesis in eodem altari.	271, 272
Spes etiam in moribundis.	265
Spes vigilum somnia.	266
Spes proximæ.	258
Spes seruat afflitos	264
Spes viridi veste induita.	264
Spei simulachrum:	262, 263
Spei descriptio & effecta.	262, 263
Spes dea.	263
Sphingis descriptio.	846
Sphingis virginea facies, plumæ &	
pedes leonini.	846
Sphinges templorum liminibus.	4
Sphinx ignoracionis symbolū.	846
Splen sive lien & eius officium.	685
Splen auctor natiem cæteris parti-	
bus inducit.	685, 686
Spure in finum.	503
Spurij qui.	658
Stare & cadere varia significant.	243
Stataram ne transfilias.	6
Stellio.	279
E Stellionibus malum medicamen-	
tum.	279
Stellionatus crimen.	280
Stemmatum vsus unde.	19
Stipator à stipe dictus.	294
Stola.	553
Stolo.	92
Stragula semper circumvoluta.	14
Stragulum.	238, 554
Strena unde dicta.	270
Strenarum mos unde.	270
Studia nullquam non opportuna.	
	735
324	Studiosorum consentio qualis de-
335	bear esse. 805
350	Studiosus amore captus 489
341	Stymphalides aues. 653
417	Styx 617
628	Suada sine suadela. 738
430	Sub tunica & sinu. 396
263	Superbia. 339, 846
369	Superitis impari numero sacrifican-
271	dum. 12
272	εὐχεπίξην. 889
265	Sycophantæ hominum monstrū. 115
266	Symbola typographorum. 29
258	Symbola Pythagoræ. 45
264	Symbola debet esse aperte rebus. 827
264	Symbola seu hieroglyphica. 3
262, 263	Symbola rei militaris. 19
262, 263	Symbolorum farrago. 22
263	Symbolorum ars quædam. 88, 29
846	Symbolorum origo. 1
846	Symbolorum utilitas. 23
846	Symbolorum tria genera. 26
846	Symbolum quid. 2
846	Symboli acceptio multiplex. 2
846	Symbolum, pro helli tessera. 2
846	Symyolum, seu symbola. 2
252	σαύτε δυ' εγχορδώ.
	T
	T littera salutifera. 22
	Tænia. 510
	Tantali pœnarum caussa. 408
	Tantali ænigma quid significet.
	408, 409
	Tantalus unde dictus. 409
	Tæditas nimia fugienda. 147, 148,
	149
	Tauri symbolum. 221
	Tauri symbolum quid significet.
	223
	Taurum Hercules domat. 654
	Techna. 107
	Telum quid. 149
	Telum signum velocitatis. 150
	Temeratio. 306, 314
	Temeritas. 302

INDEX.

Tempora periculosa quando maxi-	Tegyjīgējū quid.	362	
mē	806	Tratani dictum	389
Temporum vicissitudo	418	Triton deus marinus	627, 628
Tempus omnia aperit	194	Tritonum imagines	628
Tereus in rupam mutatus	356	Troiani nimia credulitate proditi	
Terei Regis arx	356	129	
Terminus mors	722	Trophæum unde	590
Terminus quid significet	723	Tuba fama nota	628
Terminus	723	Tubicen in bello caprus cui se ex-	
Terram pedibus quatere	510	cusavit	777
Terrifici post morte	766, 768, 769.	Tunetum quid	921
Terror subitus	583	Turcarum exercitus ad Viennam	
Tessera	37	Austriq; urbem fusus	251
Testis oculatus	125	Turdus	475
Testudo	878	Turni arma & symbola	20
Thalia & Quada	738	Tympanum luxuria instrumentum	
Thales	842	169	
Thebani iudices	677	Tympanum cur adiunctum Baccho	
Themistoclis moderatus animus	687	169	
Theodosij lex de reis	128	Tyranni opulentia, paupertas sub-	
Thesites cur vituperatione dignus	98	iectorum	685
Thessali arrogantia	353		
Thessali primi equitandi artē usur-		V	
parunt	537		
Thessalia cur Aemonia dicta	759	Afer quis	72
Thetis	638	Vafiorum species	66
Thracum mos barbarus	177	Valentiniani nimia auaritia	687
Thrasybulus cur sic dictus	634	Valentiniani truculentia	694, 695
Thratylaus insanus	351	Valentis crudelitas	123
Thyrsi tyranni historia	241	Valerius Soranus cur occisus	101
Thuni	921	Valerudinem duo conseruant	455
Oūcos quid.	330	Valerudinem tuentur tria	456
Tiberij caurus animus	106	Vaticinium turesis de Narciso	
Tiberij morte quantūm populus le-		346	
zatus sit	771, 772	Vatinius	433
Tiberij oratio qua M. Hortalo ref-		Vbertas ex pace	798
pondit	398, 199	Vellus autem	855
Tiberius Cæsar	104	Venefici	360
Tiberius Imperator conuicia non		Veneficia non pondere metienda	
curauit	699	40	
Tigrides cur Bacchi currui iunctæ		Venatores otiosi	292
176	673	Venatores Actones	291
Titanes	673	Veneres duæ	494
Titi clementia	694	Venei rota dicata	482, 483
Tollenti onus auxiliare	12	Veneris statua	483
C. Toranius	332	Veneri speculum dicare	369
Torrens quid	751	Veneris amuleum	380
Toruli	38	Veneri poppa consecrata	858
		Veneris cælestis templum vbi	497
		Veneris vulgaris templum	497

INDEX.

Venus Cypria vel Cyptia vnde di-		Vinum quatenus laudatum à Platō
cta. 492	ne. 161	
Venus cur dicta ægropodīth. 378	Vino quomodo vtendum. 175	
Venus Cytherea vnde dicta. 491	Vino qui abstinerint. 176	
Venus cur Adonidem lactucæ folijs occultauerit. 380, 381	Vino vnde amentia, &c. 176	
Venus vinculo significatur. 374	Vino prudentia augetur. 159	
Venus amica risus. 511	Vino sapientiam obumbrari. 164	
Venus vulgaris. 496	Vinum quibus prohibitum. 170	
Venus cælestis. 496	Vinum cur oīr G. 170, 171	
Venus vocabulum polysemnum. 878	Vinum igni vim & qualēm habet. 179	
Vento vivere. 297	Vinum insanire facit. 169	
Verba inflammant ad amorem. 533	Vinum quibus interdictum. 165	
Verbena seu sagminea cur sacra. 184	Vinum matronis Romanis interdi- ctum. 164, 165	
Veritas fortissima. 488	Violaceus color. 548	
Vetitatis vis. 194	Vipera vnde dicta. 860	
Versipelles qui. 324	Viperæ partus & fœtus qualis. 860	
Vespæ abusiuē pro apibus. 691	Vir gregis. 369	
Vespæ obtrectatores. 288	Virago. 110	
Vespasiani symbolum, delphinus anchoræ illigatus. 22	Viri excellentes nullo in honore quandiu vixerint. 194	
Vespasiani astus & avaritia. 690	Viri illustres pro diis habiti. 457	
Vespasiani clemens animus & Titi filij. 693, 694	Viti boni lacrymabiles. 277	
Vespertilio. 321	Viti animo insignes. 629	
Vespertilio vnde nomen ducat. 325	Virgines custodiendas. 154	
Vespertilio biformis. 325	Virginum custodia. 157	
Vespertilionis nomen quibus con- ueniat. 322, 323	Virgo pro muliere quauis. 882	
Vespertilionis descriptio. 323	Viridis color. 549	
Vestales albatæ. 549	Virot spei nota. 546	
Vestis coccinea. 549	Virtutem lugere quid. 276	
Veterum industria. 292	Virtutem à Græcis deserit indignis- simum. 276	
Veterum ritus, quo nouam nuptiam in pelle lanata iubebant cōfide- re. 877	Virtutes 4. honesti amoris obiecta. 494, 495	
Viatores Mercurio setta præbēt. 84	Virtutes 4. coronis 4. significantur. 494	
Vicini boni summa commoditas. 751.	Virtuti fortuna comes. 556	
Vicinorum commoditas, &c. 212, 213	Virtutis descriptio. 497	
Victoria dolo parta. 275	Virtutis vis. 564	
Victus ratio quid agat. 381	Virtutis triplex gradus. 222	
Villum filius occidere fecit. 332	Virtutis iter arduum. 625	
Vindicta iusta. 770	Virtus ad Aiacis tumulum deflens 276	
Vini incommoda. 168	Virtus sui magnum est decus. 853	
Vini utilitas. 170	Virtus qui significer. 560	
Vini visus apud Locros. 165	Virtus, verba & voces. 567	
Vini vis. 161	Virtus difficulter paratur. 624	
	Virtus multis obfuit. 756	
	Virum bonum nō decet rebus profy.	

INDEX.

peris mores mutare.	525	Vnguicurua.	12
Virus melleatum.	536	Venum nihil, duos plurimum posse.	252
Viscera divina.	614	250	
Vitus amoris initium.	532	Vnus vir, nullus vir.	252
Vita beata in philosophis non fuit.	73	Voluptas esca malorum.	273
Vita innocens.	214	Voluptas corporis.	846
Vita humana.	702	Voluptatis tres illecebræ.	532
Vita humana alegi ludo comparata.	616	Vpupa.	856
	317, 318	Vrceus.	209
Vites vlmis adiunctæ.	728	Vtere.	217, 238
Vitia potius quam virtutes obser- uantur.	443	Vtia duplex.	462, 463
Vitia Dico & naturæ repugnâcia.	519	Vtis vttis.	772
Vitia naturalia vix facile tolluntur.		Vultures qui.	726
	317, 318	Vxoris boni officium.	856
Vitis significata:	729		X
Vita in nuptijs quid	879	Xanthocholoi qui.	549
Vivendo quid cogitandum.	729	Xenia.	207
Vltio iusta.	774	Xeixes.	608
Vlulas & dracones palladi cõsefan- tur.	156		Z
Vlularum & cornicu dissidium.	146	Zelotypus.	188
Vlysses sapientiæ typus.	530	Zenalis.	253
Vlysses.	253	Zeno senex inter pocula taciturnus	
Vlysses Cyclopem excecauit.	771	99	
Vlyssis socij in bellus transformati.		Zenonis naufragium.	733
	375	Zetes & Calais.	235
Vlyssis socij qui.	376	Zetes unde.	215
Vlysses quid.	376	Zibellus.	389
Vlyssis oratio yehemens.	98	Zisca vel Zisca Bohemus.	767
Vlyssis astus.	99		33
Vnguï præsemina & capillorum.			

FINIS.

Extrait du Priuilege.

PAR GRACE & priuilege du Roy, il est permis à Estienne Valet & François Gueffier, marchans Libraires en l'Uniuersité de Paris, d'imprimer, ou faire imprimer & exposer en vente un liure intitulé, *Andrea Alciati Emblematum, cum Commentarijs, & appendicibus nusquam antea editis, Per Claudi. Minorum Iuris. Et* sont faites desfences à tous Libraires & Imprimeurs, d'imprimer, ou faire imprimer, vendre ny distribuer ledit liure d'autre impression que celle desdits Valet & Gueffier, ou de ceux à qui ils feront part du présent priuilege, & ce iusques au temps & terme de six ans finis & accomplis, sur peine de confiscaſion desdits liures par eux imprimés & vendus, & de quatre cens escus d'amende. Voulant en outre que mettant au commencement ou à la fin de chacun desdits liures, l'Extrait dudit Priuilege, il soit tenu pour signifié & venu à la cognissance de tous comme plus amplement est declaré audit Priuilege. Donné à Paris, le 14. Aoust 1601. Et de nostre regne le treizième.

Signé,

GVOGVIER:

27. 10. 1877. - From the same

as before. - A small flock

of 20 or 25 birds was seen

near the mouth of the river

at 10 a.m. - They were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 11 a.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 12 noon they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 1 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 2 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 3 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 4 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 5 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 6 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 7 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

At 8 p.m. they were

seen to fly over the water


and were heard to sing.

At 9 p.m. they were

seen to fly over the water

and were heard to sing.

28. 10. 1877.



04-B1997

8th 12th

De Loberge

2 15

14
100

